

JULII
CAPONI
NEAPOLITANI,
DISCEPTATIONES
FORENSES,
In Quinque Tomos Distributæ.

IULII
CAPONI
NEAPOLITANI,
DISCEPTATIONES
FORENSES.
In Quinque Tomos Distributæ.

JULII

CAPONI,

PHILOSOPHI, THEOLOGI,

NECNON

JURISCONSULTI NEAPOLITANI,

ac Comitis Palatini;


DISCEPTATIONUM FORENSIUM,

ECCLESIASTICARUM, CIVILIUM, ET MORALIUM,

Pluribus in Casibus Decisarum,

NUNC PRIMUM IN LUCEM PRODIT

TOMUS PRIMUS.



BIBLIOTECA PROVINCIAL
SORIA

LUGDUNI,

Sumpt. JOANNIS ANTONII HUGUETAN.

M. DC. LXXVII.

CUM PERMISSU SUPERIORUM.



INDEX DISCEPTATIONUM,

Quæ in hoc Volumine continentur.

DISCEPTATIO PRIMA.

TITULUM oſtendere interdum cogitur quis ſuæ poſſeſſionis, unde beneficiatus tenetur edere bullas ſui beneficij, ob intereſſe Cameræ Apoſtolicæ, quod in multis caſibus contingit. Non tamen tenetur quis oſtendere titulum, ſi illum habet ab eodem Ordinario, nec ille tenetur oſtendere, qui diu ſtetit in beneficio, dum verò titulum oſtendunt, nihil ſolvere tenentur. Viſitatoribus Apoſtolicis quid debeatur & quantum. pag. 2

DISCEPTATIO II.

Religionis Hieroſolymitanæ origo, & inſtitutio qualis fuerit. Illius milites ſunt vere Religioſi; unde non poſſunt ab Ordinariis locorum viſitari: quia ſub Tridentini Decreto *ſeſſ. 25. de regul. cap. 15.* comprehenduntur. Et ſicuti Regulares adminiſtrare poſſunt ſacramenta ſecularibus, degentibus intra Clauſtra; ita hoc etiam competit militibus Hieroſol. intra ſepta ſuorum Conventuum; quod & ipſum competit reſpectu eorum Clericorum, qui exiſtunt in ſeminariis illorum. pag. 9

DISCEPTATIO III.

Hæres quibus modis fiat, & quid ſit aditio hæreditatis, & quid geſtio pro hærede, & qualis olim aditio per cretionem, & quæ ſint requiſita aditionis, ac per quos actus aditio inducatur, & an per implementum conditionis, an ex venditione bonoru hæreditariorum, an ex ſolutione legatorum, & quid ſi ſit legatum pium, & an ex confeſſione quâ dicit quis ſe hæredem, an ex enunciativa facti alieni aditio inducatur. Aditio an capiat diem, moram & conditionem. Aditio non inducitur ex actu dubio, nec inducitur ſi ex perſuaſione legatarij ſoluatur legatum. Mulier juvatur Vellejano ſi adeat hæreditatem damnoſam, eique an competat reſtitutio in integrum adverſus hæreditatem aditam, & quid poſita ſenectute, vel ætate decrepita, & an minori conceſſa proſit conſorti litis majori, & quid in regno noſtro, Reſtitutio ex clauſula generali quam requirat ætatem. Legatum via executiva an peti poſſit, & an pendente tempore inventarij. p. 16

DISCEPTATIO IV.

Parœcus in Parœcia qualem habeat juriſdictionem, Abbatum atque primiceriorum origo oſtenditur; in præcedentiis attenditur dignitas, & antiquitas. Vicarij præcedentia, quæ ſit, Parœci præcedentia, qualiter attendatur, & præcedentia qualiter perſcribatur, & quomodo. Parœcus an præferatur capitulo in funeralibus, & alia dilucidantur ad materiam. pag. 23

DISCEPTATIO V.

In materia Præcedentiæ quantum poſſeſſionis commodum? Quem verò obtineat locum conſuetudo loci, quantáve ſit ejus vis, Pontificum Cæſarumque conſtitutionibus declaratur. Ad articuli alicujus deciſionem quando abſque impartitione termini procedatur, nullo juris ordine ſervato? Verba hæc *no cognoſco Superiori* quî in ſubjecta materia intelligantur? Parœcos nulla in dignitate conſtitui; Primicerium verò ſecus nullibi reperitur. pag. 27

Index Diſceptationum

DISCEPTATIO VI.

Teſtium probationes de auditu in criminalibus, quale faciant indicium oſtenditur. Saltem duos & conteſtes probare, unus tantum pro reo probat plenè, ſi ſit adductus à fiſco. Regularium Judices, Viſitatores, & cæteri qualiter procedere debeant cum eorum ſubditis. Fama apud eoſdem quomodo probanda? Text. *in l. qualiter, & quando de accuſationibus*, declaratur circa Regulares. pag. 31

DISCEPTATIO VII.

Sententia Judicis delegati quando ſit ultrà petita, & qualiter debeat eſſe conformis libello, & an Iudrx delegatus poſſit ſibi aliquid reſervare, & an poſſit committere nudum miniſterium. Afflicti *deciſio* 32. adducitur & declaratur.

DISCEPTATIO VIII.

Homicidij plures explicantur ſpecies, deliberatum homicidium qualiter præſumatur. Irregularitas ex vulnere quando contrahatur, & morte ſequuta, & quid ſi vulnus à principio ſit mortale, & quid ſi non ex vulnere mortuus ſit, vulnus mortale fuiſſe qualiter judicatur. Textus *in cap. ad audientiam, & in capit. Significaſti, l. 2. de Homicid.* explicatur, & an procedant in aliis dubiis. Irregularitas ex homicidio caſuali, quando incurratur, ex homicidio dubio non eſt totalis & poſſe Epiſcopum diſpenſare in Irregularitate ex homicidio caſuali. pag. 40

DISCEPTATIO IX.

Juſpatronatus, ſi non conſtet de fundatione, dotatione, vel conſtructione, præſumitur in dubio hæreditarium. Jus Patronatus ſui natura tranſit ad hæredes extraneos, licet ſit fundatum pro familia, dummodo non ſitcum dictione taxativa. Fœmina, quæ renunciavit hæreditati, non admittitur ad præſentationem Juriſpatronatus hæreditarij: Pater poteſt filium præſentare in Jurepatronatus. Donatarius Juriſpatronatus qualiter præſentet, & alia ad materiam enucleantur. pag. 49

DISCEPTATIO X.

Promotus ad Epiſcopatum qualiter amittat beneficia, & an ſi ſit Epiſcopus titularis non vacant per promotionem, quando Papa dat retentionem, quæ non eſt nova proviſio, ſed reſervatio Juris antiqui, & dicuntur vacare poſtea per obitum. Beneficia Juriſpatronatus non vacant per promotionem ad Epiſcopatum. Cardinales non ſubjiciuntur Regalis Cancellariæ eorumque indultum duplex eſt odioſum & favorabile: Beneficia quando dicantur vacare in Curia. Affectio in beneficiis qualiter conſideratur, & quos producatur effectus? Penſiones non vacant per promotionem ad Epiſcopatum, & plura ad materiam adducuntur. 52

DISCEPTATIO XI.

Diſpoſitio *Teſt. in l. acceptam, C. de uſuris*, circa depoſiti materiam quomodo & qualiter ſit faciendum ad impediendum curſum uſurarum, latiſſimè explicatur. Depoſitum factum cum conditionibus extrinſecis non appoſitis in pacto de retrovendendo non liberat debitorem à ſolutione tertiarum & quot requiſita requirantur in depoſito, ut liberet depoſitarium. pag. 64

DISCEPTATIO XII.

Juſpatronatus, an, & quando tranſeat in hæredes extraneos, quando eſt fundatum pro familia. Tacita diſpoſitio legis quando ceſſet per illam hominis. Juriſpatronatus donatio qualiter fiat, & quomodo compatrono, & an poſſit donari ſi ſit familiare? Juſpatronatus ex privilegio, vel augmento dotis qualiter fundetur. Trid. diſpoſitio, *ſeſſ. 25. cap. 9. de Reform.* adducitur & explicatur. pag. 69

DISCEPTATIO XIII.

Regularis qui, & quando cenſeatur operari ex præſumpta voluntate Prælati. Licentia quid, quotuplexve ſit, ac unde dicatur. Regularis dans ſine licentia Superioris non eſt proprietarius, nec pœnis proprietariorum punitur. Poteſt uti epicheia ad votum paupertatis ſervandum. Licitum eſt ad ſuperiores recurrere Regulares pro neceſſitatibus Religionis exponendis: & quotuplex detur recurſus? Ex Prælatis Pontificium, præſertim

ſertim Pij II. diſponitur Prælatos Regulares reformationem ſuorum Ordinum procurare debere. pag. 73

DISCEPTATIO XIV.

Regulares à ſuis Prælatis ob debita commiſſa poſſunt ad triremes mitti quorum Prælatorum appellatione veniunt Provinciales & Generales tantùm. Regulares in triremibus cui acquirant? A triremibus ad Altare non admittuntur ſine diſpenſatione Pontificis niſi privilegia Regularium. pag. 87

DISCEPTATIO XV.

Reſcripta & gratias ſubreptitias multipliciter dici, & conceſſa à non habente facultatem non nocere. Intereſſe quanti plurimi ex frumento non dato ſuo tempore quando debeatur, & an requirat moram? qualiter ſit probandum. Exiſtimatio quanti minimi quando debeatur. Frumentum quando debeatur in genere, & quando in ſpecie, & quæ ſit differentia utriuſque. pag. 82

DISCEPTATIO XVI.

Abbatiſſa non eligitur, niſi per duas partes ſuffragiorum ſecundum aliquos, ſed rectiùs alij dicunt, per vnum votum ſupra medietatem. Requiſita in electione Abbatiſſæ numerantur, & an ſervari debent, text. *in cap. quia propter de electione in 6.* Confirmatio Abbatiſſæ fieri non poteſt, inconſulto Papa, nec valet una reluctante. Electio facta per abuſum laicalis poteſtatis, non valet, & quando dicatur talis. pag. 85

DISCEPTATIO XVII.

Hypotheca generalis contrahi poteſt ſuper bonis Eccleſiæ ſine aſſenſu Apoſtolico quæ deſerviat & ſuper fructibus eorundem bonorum concedi valeat à Judice. Interdictum Salvianum, ad ornatum Deciſionis Dom. Clementis Merlini 565. pag. 87

EADEM.

Aſſenſus Apoſtolicus non requiritur, dum obligantur bona Eccleſiæ generaliter, pro qua obligatione competit utile Salvianum: & hoc etiamſi Eccleſia acceptet legatum cum onere, & etiam pendente nullitate acceptationis. pag. 89

DISCEPTATIO XVIII.

Remiſſio fori ab Eccleſiaſtico ad Reverendam Nuntiaturam Neapolitanam qualiter & quomodo facienda, & cum quibus requiſitis. pag. 91

DISCEPTATIO XIX.

Inſtitutio Juris Patronatus ſpreto Patrono facta, eſt nulla. Præſentatus poſt præſentationem factam in ſui perſonam poteſt eidem renuntiare. Tempus ad præſentandum currit à die ſcientiæ, & à die renuntiationis præſentationis: impedito non currit. Beneficium non poteſt renuntiari ſine cauſa, & reſignatio non poteſt acceptari ſine cauſa. Beneficium reſignatum liberè coram Epiſcopo non poteſt conferri conſanguineis ejuſdem Epiſcopi. pag. 94

DISCEPTATIO XX.

Abbatem Regularem poſt renuntiatam Abbatiam remanere ſubditum Generalis, & Prælatos Regulares poſſe ſuis ſubditis præcipere ut Miſſam ad ſui intentionem celebrent: Monachum celebrantem Miſſam ad ſui intentionem, non ad intentionem ſuperioris præcipientis cui proſit ſacrificium? Abbatem officium deponentem ſine culpa locum habere in choro, & Monaſterio in honorem primæ dignitatis. Titulos retinere feudatarios renuntiantes, & an Abbas qui renuntiavit, poſſit ſibi eligere Confeſſarium, & quando? pag. 97

DISCEPTATIO XXI.

Cuſtodiæ aliæ vigiliæ ſunt, aliæ excubiæ, & uſus eorum apud Romanos uſitatus, & Vaſſalli poſſunt ad eas faciendas cogi, & quando? non tamen tenentur Doctores eas facere: & quid pro foro externo, & conſcientiæ obſervetur. pag. 101

DISCEPTATIO XXII.

Juſpatronatus donatum uni familiæ, vel particulari in contractibus non poteſt alteri donari vel relinqui per teſtamentum. Donatio cauſa mortis quando propriè dicatur talis ob mortis mentionem, quando verò donatio inter vivos non obſtante mortis mentione. pag. 103

DISCE

Index Diſceptationum

DISCEPTATIO XXIII.

Matrimonium clandeſtinum nullum, & invalidum eſſe, quod tale dicitur, ſi fiat ſine licentia proprij parœci, Proprium verò parœcum dici qui eſt habitationis, quæ quidem habitatio debet eſſe cum animo habitandi qui animus colligitur ex pluribus, de quibus in præſenti: Filium verò familias non habere domicilium nec habitationem, dum eſt in poſſe patris, quia domicilium patris, eſt filij: In dubio pro matrimonio eſſe judicandum regula dicit: ſed non quandò eſt clandeſtinum. pag. 106

DISCEPTATIO XXIV.

Conſuetudines laudabiles ſunt ſervandæ. Papa eſt ſupremus Prælatus Regularium. Diſpenſatio in lege qualiter facienda, & *Trident. ſeſſ. 25. de reformat. cap. 18.* adducitur. Præſumptio eſt pro ſuperiore immediato loci. pag. 111

DISCEPTATIO XXV.

Donatio facta inter vivos poſtquam eſt perfecta non recipit modum: fallit in continenti, & quando dicatur incontinenti. Declarari tamen poteſt: ante acceptationem poſſe apponi probabile eſt. Princeps per modum legis poſſet apponere. Donatio ad Ordines ſacros à conſanguineo cauſam finalem habet Parentelam; & an talis donatio ſit modalis, an conditionalis. Donatio pro Ordinibus ſacris non poteſt alienari, & facta cenſetur vt fiat ſacerdos. Beneficia ſufficentia ad victum quæ ſint? Legatum vel donatio pro paupertate non ceſſat, ceſſante paupertate. pag. 113

DISCEPTATIO XXVI.

Amor parentum quantus qualiſque ex Ariſtotele, & quantum fuerit operatus in Davide, & Jacob, ex quo Parentes poſſunt facere pactum de ſuccedendis filiis, non è contra. Parentes in filiis conſervantur, & parentum amor creſcit cum ætate filiorum, nec alius amor paternum vincit, & filios parentes diligendo ſe ipſos diligunt: multa permittuntur in filium non in extraneum. Filio tormenta illata cenſentur illata patri & magis pater torquetur in filio, quàm in ſe, & an ſit licitum maleficium ad bonum finem aliáque ad materiam afferuntur, &c. pag. 118

DISCEPTATIO XXVII.

Clerici, & Regij Capellani, an comprehenſi fuerint in tranſactione facta per Clerum Neapolitanum cum Camera Apoſtolica. Exemptio eorundem à quo dependeat, & poſſeſſorium habens in una re, dicitur illud habere in alia re connexa. pag. 123

DISCEPTATIO XXVIII.

Sacramentum Euchariſtiæ confert augmentum gratiæ ſanctificantis, & an requirat actualem, aliquam devotionem in ſuſcipiente. Per ſe non confert primam gratiam, licet per accidens eam conferat, & quando eam conferat? Plures dare hoſtias conſecratas uni, per ſe loquendo malum non eſt, licèt per accidens malum ſit: cauſat gratiam Euchariſtia quamdiu durat in ſtomacho, dummodo magis, & magis quis diſponatur. Communicatus in peccato mortali, quando contritus, poſſit eandem gratiam recipere; utramque ſpeciem, probabile eſt majorem gratiam conferre, quam unam ſolum, S. P. ex juſta cauſa poteſt concedere communionem ſub utraque ſpecie, & plura ad materiam enucleantur. pag. 128

DISCEPTATIO XXIX.

Judicibus dumtaxat prudentibus, Juriſque Canonici minimè ignaris, cauſæ matrimoniales ſunt committendæ. Adulterium utriuſque conjugis an ad tori ſeparationem ſufficiat? Infandum Sodomiæ ſcelus utplurimùm ſolet à mulieribus maritis affingi, & quid de id genus accuſationibus judicandum ſit? Sævitia quid, & quotuplex, quæve ad tori divortium requiratur? pag. 134

DISCE

DISCEPTATIO XXX.

Assessoratus officium exercens in Tribunali Artis lanæ, an & quando efficiatur irregularis ob judicium sanguinis? Nec contrahitur irregularitas nisi in casibus à Jure expressis, & vtrum pro solo consilio vel officio contrahatur irregularitas, & qualiter jura circa hoc disponentia intelligantur? Curia Artis lanæ jurisdictionem habet civilem, & criminalem in exercentem talem artem,& an privativè ad M.C.V. Jurisdictio Criminalis plures habeat gradus, & qui sint? In dubio quando quis debeat se gerere pro irregulari. pag. 144

DISCEPTATIO XXXI.

Judices Regulares si sint suspecti, nulliter procedunt,& suspicio qualiter proponi debeat inter eosdem. Appellare an & quando possint Regulares, & quid ad Superiores, extra religionem. Recursus Regularibus, qualiter prohibeatur extra religionem: Carceris pœna qualiter Regularibus infligenda. Defensiones Regulari carcerato dandas esse asseritur, eisque non posse renunciari. Reo compilato processu, qualiter sit danda copia indiciorum. Apices legum inter Regulares quales sint sublati. pag. 147

EADEM.

Text. *in cap. ad Audientiam, & in cap. significasti* 18. *de homicidio* qualiter procedant, vt in dubio facti homicidij quis præsumatur irregularis? Homicidium necesse est, vt probetur, nec sufficit probari per Testes in processu informativo examinatos præsertim si sint fœminæ, & aliter constet ex processu defensivo? Processus informativus quid sit, & quas partes contineat? Factus per Judicem incompetentem ad quid prosit? Probationes pro Reo,vtpotè favorabiles sunt ampliandæ?Testes in defensionibus quales admittantur? Homicidium iure Canonico quomodo, & qualiter puniatur? Irregularitas quid sit, & an incurratur in homicidio commisso pro defensione, & quid si defensio fiat cum excessu moderaminis inculpatæ tutelæ, vel si fiat post opus illicitum. p.164

DISCEPTATIO XXXII.

Regulares exequutores vltimarum voluntatum non posse esse ostenditur, sine superioris licentia, quæ expressa, vel tacita sufficit, & an possit revocari semel concessa? Exequutores quando teneantur adimplere, quod accipiunt exequendum? Text. *in cap. in litteris de raptoribus*, explicatur. Exequutores, & legatarij qualiter differant? Legatum relictum Regulari cum conditione, quod nihil Monasterio acquiratur, an valeat? Regulari dicenti sibi esse aliquod relictum distribuendum, & hoc dicat habere in confessione, an credatur sine juramento? Et legata pia an sint solvenda sine diminutione, deficientibus facultatibus, & quid si sint legata pro Missis celebrandis. p.151

DISCEPTATIO XXXIII.

Foriudicatum occidentes intra Ecclesiam possunt excommunicari,& absolvi non debent nisi parte satisfacta, quibus danda satisfactio, & remissio à quibus obtinenda; vbi latè de hac remissione, & si licita sit horum foriudicatorum occisio in foro civili, & Canonico? pag. 156

DISCEPTATIO XXXIV.

De Eadem Re. pag.165

DISCEPTATIO XXXV.

Tutores non exegisse annuos redditus, & nomina debitorum pupillorum an demonstrare teneantur? Vel sufficiat eorum assertio in computorum redditione, & minoribus probandi onus transferatur. Negligentia an præsumatur in nominibus debitorum exigendis, & quomodo probari debeat. pag.171

Index Diſceptationum

DISCEPTATIO XXXVI.

Textus *in cap. querelam de electione* declaratur, poſſeſſorium pro annuis præſtationibus perſonalibus competit? Incorporalium quaſi poſſeſſio per unicum actum acquiritur. Quaſi poſſeſſionis requiſita quæ ſint. Mandatum exequutivum quando competat? Poſſeſſio cum legis reſiſtentia an ſuffragetur Epiſcopum vigore Concilij *ſeſſ. 21. cap. 4. de reformatione*, poſſe deputare coadjutorem ob populi numerum auctum: non tamen dividere Parœciam? Populus qualiter teneatur ad congruam, & alia ad materiam explicantur. pag. 176

DISCEPTATIO XXXVII.

Falſi crimen omnibus aliis delictis gravioribus puniri pœnis oſtenditur. In quo probando, concludens probatio oritur, ex pluribus præſumptionibus. Ratura verò ſcripturæ quale faciat indicium? Falſitatem committens quando cauſam amittat. Et quid ſi quis falſificet acta cauſæ, & quando falſitas dicatur commiſſa in actis. Pragmatica prima *de falſis*, explicatur, & an producens teſtes falſos cauſam amittat, & quid operetur in hoc declaratio circa uſum. Falſitas nulli nocens non eſt punienda, à muliere ſi committatur. Falſitas in judicio an puniatur pœna falſi, & Indultum generale falſitatem non continere defenditur. pag. 180

DISCEPTATIO XXXVIII.

Hæres qui vigore *l. fin. Cod. de Iur. delib.* tenetur ad inventarium conficiendum, aliàs ultra vires hæreditarias compelletur. Tale privilegium habet ſi illud non confecerit, ex quo erant certa bona ſequeſtrata, vel annotata ad creditorum inſtantiam defuncti. Inventarij origo qualis ſit in rigore, vel æquitate fundetur, & Eccleſia an ad inventarium teneatur, ac alia plura ad materiam diſputantur. pag. 186

DISCEPTATIO XXXIX.

An poſterior creditor ſubrogatus in locum primi, cenſeatur ſubrogatus non ſolum pro ſorte principali, ſed etiam pro fructibus, uſuris, & intereſſe? pag. 191

DISCEPTATIO XL.

Juris Patronatus exiſtentia qualiter conſtare debeat. Ejus tranſlatio cum aſſenſu Epiſcopi valet, & quid ſi transferatur in locum pium. Patrono donetur non requiritur aſſenſus, & quid in filio patroni: tacitus aſſenſus Epiſcopi an ſufficiat: Patroni quando præjudicent ſucceſſoribus. Gentilitium & familiare quando ſit jus patronatus. Epiſcopus compellitur aſſenſum præſtare per Metropolitanum. Textus *in cap. Nullus 17. de jure patronatus* declaratur *& conſenſus* qualiter, & à quo ſuppleri debeat. pag. 195

DISCEPTATIO XLI.

Sortilegium quando, & quomodo punitur? Probationes in Tribunali Sanctæ Inquiſitionis qualiter faciendæ, & de pœnis & juramento in eodem ſervandis. pag. 198

DISCEPTATIO XLII.

Mandans committi homicidium in Eccleſia gaudet immunitate, mandans tamen extrahi eſt excommunicatus: Homicidium in Eccleſia commiſſum quando dicatur exceptuatum: Immunitatis favore in dubio eſt judicandum, cui magis favent Juriſtæ & Canoniſtæ, quàm Theologi. Probationes ad finem excludendi ab immunitate quales eſſe debeant. Et an perſonæ Eccleſiaſticæ poſſint eſſe teſtes in cauſa immunitatis, &c. p. 201

DISCEPTATIO XLIII.

Abbatiam S. Petri ad Crapollam eſſe in Diœceſi Maſſæ Lubrenſis non dubitatur, nec ejus Capellanum celebrare cum licentia Epiſcopi Maſſæ Lubrenſis, nec feſtum cum licentia ejuſdem Epiſcopi celebrari. Concionator ab eodem mittitur: & priùs fuit Parœcia Maſſæ Lubrenſis: per eum defenditur illius Immunitas, & idem facit matrimonia ſolemnizare,

lemnizare, & idem eam visitat aliaque ad materiam,&c. Visitatio Diœcesis ad Episcopum illius spectat, & visitat Ecclesias etiam exemptas, in qua possessione est manutenendus, nec contra hoc datur præscriptio. Quid prætendat Archiepiscopus Surrentinus, qualiter fuerit responsum per Episcopum Massæ Lubrensis tum in iure, tum in facto, & causa hæc quam habuerit effectum. pag.207

DISCEPTATIO XLIV.

Facti & iuris probationes illius celeberrimæ quæstionis iurisdictionalis, inter Archiepiscopum Surrentinum, tunc D. Antonium de Petio, & Episcopum Massæ Lubrensis D.D. Vincentium de Iulij, vbi motiva facti duplici informatione ponuntur pro vtraque parte, Iuris motiva pro Episcopo Massæ Lubrensis: inter quos tandem sopita fuit differentia, vt ex actis apud Curiam prædictam. pag. 210

DISCEPTATIO XLV.

Responsiones Domini Episcopi Massæ Lubrensis, adversus prætensa iura Domini Archiepiscopi Surrentini, super prætensa Visitatione Abbatialis Sancti Petri ad Crapollam, & ejus Granciam Sancti Iacobi, existentium in Territorio, & Diœcesi Massæ Lubrensis. pag. 213

DISCEPTATIO XLVI.

De Eadem Re. pag. 216

DISCEPTATIO XLVII.

De Eadem Re. pag.219

DISCEPTATIO XLVIII.

Instrumentum si fuerit via ritus M. C. liquidatum, vel aliter contractus rescissus si creditor post dictam rescissionem exigat à debitore tertias dicti Capitalis, an contractus reviviscat sicut anteà erat, ita vt censeatur esse demortuum penes debitorem? Et qualiter tertiæ post rescissionem debeantur? Et alia ad materiam in praxi frequentissima adducuntur. pag.224

DISCEPTATIO XLIX.

Electio facta absque alternativa contra formam statutorum Religionum an sit nulla? Adducuntur statuta Illustrissimæ Religionis Sancti Dominici circa electionem faciendam Prælatorum in suis conventibus. pag. 227

DISCEPTATIO L.

Ecclesiastica bona à patrimonialibus Clericorum longè differunt, habent tamen illa plura Privilegia: sed Patrimonialia iudicantur ad instar laicorum. Dirictus Gabellarum à Clericis pro suis bonis sunt solvendi. Statuta laicorum Generalia ligant Clericos, & quando, latè examinatur. Potestas secularis contentiosa vna & Politica altera. Clericorum exemptio de iure divino quoad spiritualia tantùm. Reverterij *decisio 31. lib. 3.* solemnis pro hac materia in exactionibus non faciendis interessit S. P. voluntas nuntio Neapolitano declarata. Decisio Grammatici 100. in causa reclamationis fuit revocata. Bulla 11. Pij V. nihil facit ad propositum, licet adducatur ab adversario: Leges loquentes de Regaliis Clericos ligant. Statuta prohibentia extractionem ligant bona Clericorum non solùm quoad licentiam, sed etiam quoad solutionem Gabellæ & vi coactiva, quæ coactio est facienda per iudicem secularem, & vtpotè in commissum cadentia applicantur fisco seculari, licet non puniantur ipsi pœnis corporalibus, puniuntur tamen pœna pecuniaria. Clericorum bona an sint exempta à Statutis laicorum prohibentibus extractionem serici, & victualium, & si isti cogi possunt à laicis ad solvendas has gabellas, & bona capta cadant in commissum, & fisco laicali applicari valeant. pag. 233

Index Diſceptationum

DISCEPTATIO LI.

Clericorum bona ſunt exempta à laicorum ſtatutis prohibentibus extractionem ſerici ad favorem Clericorum Rheginorum, & quod ſint in poſſeſſione exemptionis, & in contradictorio judicio cum gabellotis aliàs, pro ipſis obtinuerunt. pag. 241

DISCEPTATIO LII.

Supponitur in facto, quod Caïus habens duos filios, Maſculum ſcilicet & fœminam, Titium ſcilicet, & Bertam, ſuum condidit Teſtamentum, inſtituendo filium hæredem talibus verbis: inſtituto Cayum filium meum hæredem, & caſu quo moriatur ſine liberis, vel cum liberis & ipſi moriantur in pupillari ætate, vel quandocumque ab inteſtato, eo caſu inſtituo meam hæredem Bertam meam filiam uxoratam cum N. & ejus filios cum conditione, quod dicti ejus filij ſint militares; & caſu quo non potuerint, vel noluerint eſſe militares, eis ſubſtituo, & meum hæredem inſtituo N. meum conſanguineum. Evenit caſus, quod Caïus primò inſtitutus mortuus eſt, relinquendo filium, Nepotem Teſtatoris, qui filius ſimiliter mortuus eſt in pupillari ætate; tempore mortis cujus reperiebantur ſuperſtites Nepotes Bertæ ſecundo loco inſtitutæ, ab ejus Matre Sempronia, nempe filij ex filio Bertæ prædictæ Pronepotes Teſtatoris, qui vigore diſpoſitionis factæ à Teſtatrice ceperunt poſſeſſionem bonorum, & hæreditatem adierunt, qua adita, comparuit N. legitimus Succeſſor tertio loco inſtituti, & prætendit hæreditatem ad ipſum ſpectare, ſtante quod Pronepotes non ſunt Militares ex Sanguine, ſed tantùm ex privilegio Principis, quæritur quid juris?

Ad hoc factum mihi propoſitum pro parte Illuſtriſſimi Domini mei, ut reſponſio detur adæquata, certa, & ſecura, fateor me plura vidiſſe, & ex his concludendum puto nulli dubium eſſe militarem ex Privilegio principis habere bonam cauſam, & excludendos procul dubio contrarium temerè prætendentes dico, quod ſanè, ut probem præludia quædam neceſſaria pro materiæ cognitione præmittenda duxi. Circa nobilitatis eſſentiam, originem, & diviſionem, quibus præmiſſis, facilis erit pro Illuſtriſſimo Domino meo Reſponſio, & ſolutio argumentorum patebit. pag. 246

CAPVT I.

De Nobilitatis eſſentia, origine, ejuſque diviſione communicatione, & tranſmiſſione. pag. 247

CAPVT II.

Ubi proponuntur argumenta probantia nobilem, vel militarem ex privilegio eſſe verè, & proprie talem, ac admitti ad majoratum, fideicommiſſum, & ad alia, ad quæ vocatur nobilis ſimpliciter. pag. 252

CAPVT III.

Ubi reſolvuntur argumenta, quæ adduci poſſunt, contra concluſionem fundatam. pag. 257

DISCEPTATIO LIII.

Religionis vox tripliciter ſumitur. Religio quid ſit? Ejus ſtatus libertatis & ſervitutis. Religioſi ſtatus eſſentialia. Regula quid ſit, & à quo fiat? Capitulum Generale an Regulas deſtruere poſſit? Conſtitutiones Religionis quandiu durent? An poſſit fieri contra Regulas? Statuta quæ poſſint fieri à Regularibus? & an contra jus? Profeſſus quando ejici queat? Profeſſio Amentium & furioſorum quo jure invalida ſit? Fanatici, Lymphatici, Enthuſiaſtici, Engaſtrimythici qui dicantur? pag. 261

DISCEPTATIO LIV.

Confirmatio electionis Regularium quomodo & qualiter ſit facienda præſertim in Religione

gione Sancti Dominici ? & quid assistentes novissimis Capitulis Generalibus ejusdem Ordinis. Et quid agendum Superiore nolente confirmare. pag. 271

DISCEPTATIO LV.

Baro uti primus civis loci, ubi est Baro, ordinari potest ab Episcopo illius diœcesis, quòd si contingat territorium vendere, seu feudum, dubitatur utrùm remaneat civis? Civilitas autem multiplex est. Universitas etiam quando præjudicium inferre possit suis hominibus, & an major pars præjudicet minori, & quando. Cujus cives qualiter admitti valeant, uti testes pro universitate. Baro autem quando censeatur locare jus pascendi animalia, & an habeat tale jus, si non habitet in feudo. Infans expositus cujus loci sit civis, & quomodo sumatur. pag. 277

DISCEPTATIO LVI.

Archiepiscopus quando possit uti insigniis suis, in diœcesi Episcopi sui suffraganei, & præsente legato, & Episcopus etiam præsente metropolitano? Et quid si Archiepiscopus sit Baro terræ sitæ in diœcesi Episcopi suffraganei. pag. 281

DISCEPTATIO LVII.

Fideicommissum an, & qualiter comprehendat fœminas, & familia quotupliciter vocari possit, & an transversales de linea esse dicantur? Fœmina descendens ex masculo si sit in gradu proximiori, an excludat masculum in gradu remotiorem? Fideicommissum qualiter constituatur, & an sit favorabile; Masculi etiam ex fœmina utrum; & quando contineantur sub linea masculina ad ornatum Glossæ *in l. Gallus*, §. *nunc de lege Velleia* ibi (Per virilem) sexum, *ff. de liberis*, *& posthumis*, & plura de fideicommissorum materiæ latè adducuntur, &c. pag. 285

DISCEPTATIO LVIII.

Fœmina quando comprehendi intelligitur in linea masculina, & quando attenta sui natura & proprietate, vocatione filiorum, posteritatis, familiæ, domus, &c. veniat? Voluntas conjecturata & verosimilis quid sit? Ordo rationis naturalis postulat ut priùs vocentur masculi quàm fœminæ. pag. 293

DISCEPTATIO LIX.

De Eadem Re. pag. 300

DISCEPTATIO LX.

Patribus Scholarum Piarum an obstet incapacitas bonorum. Quænam sint eorum vota? Status Regularium quotuplex, & mendicantes in quotuplici sint differentia? Fraus an, & quando præsumatur in fine. pag. 308

DISCEPTATIO LXI.

Dote semel data à Patre Filiæ iterum est tradenda si amissa sit, sine culpa dotatæ? Hoc idem in fundatione jurispatronatus dici debet si fundator voluerit gaudere jure patronatus; & quam dotem dare debeat qui fundat juspatronatus? pag. 312

DISCEPTATIO LXII.

Officium Archiepiscopi, & Episcopi non est dominij erga subditos, sed paternum erga filios, quibus non alius titulus debetur nisi Reverendissimi, licet titulus Illustrissimi ab eisdem Episcopis hodie usurpetur nullaque injuria puniuntur Vasalli si solo titulo Reverendissimi suos prælatos honorant. pag. 316

Index Diſceptationum

EADEM.

Diſpoſitio de filiis loquens intelligitur de filiis ex primo matrimonio. *Text. in l. ſi filius à Patre, & l. ſi quis ex certa, ff. de lib. & poſth.* ponderatur. Æqualitas inter filios qualiter conſideranda ? Verba cujuſcumque conceſſionis qualiter ſint intelligenda ? Uxor relicta uſufructuaria de quo intelligatur ? Emphyteuſis conceſſa pro filiis intelligitur de communibus non de aliis. Idem in ſtatuto de lucro dotis, & an, & quando donatio facta contemplatione matrimonij pro filiis communibus cenſeatur. pag. 322

DISCEPTATIO LXIII.

Conditio formam inducit individuam ; & quando conditio dicatur individua & reſcindi poſſit ? Conditio quando extendatur de caſu ad caſum. Quid de voluntaria, quid de neceſſaria. Conditio viduitatis in una parte appoſita, an extendatur ad aliam ; & an conditio poſſit diverſo jure cenſeri. Conditio multiplex, poteſtativa, caſualis ; & mixta. Filius an poſſit hæres ſub conditione inſtitui. Qualitas poſita in una parte, an & quando cenſeatur repetita in alia ? pag. 330

DISCEPTATIO LXIV.

Minor dum in Religione facit renunciationem, requiritur decretum Judicis, & Curatoris authoritas, nec Trident. *ſeſſ. 25. cap. 16.* derogavit in hoc legibus antiquis ? Juramentum, quod vigore *Auth. ſacramenta puberum, Cod. ſi adverſus venditionem,* confirmat actum. & ſupplet defectum ætatis, tum hoc operatur, quando apponitur in diſpoſitivis, ſecùs in executivis, & de Stylo Notariorum, quod idem dicimus de clauſulis alterantibus naturam contractus ? Juramentum ita validat naturam contractus, ut poſita læſione poſſit contractum reſcindi per reſtitutionem in integrum. Læſio quomodo in caſu noſtro conſideretur in donatione facta per novitium Trid. ſolemnitates *ſeſſ. 25. cap. 13. de Regularibus* ſunt etiam neceſſariæ in contractibus factis per majores ? Donatio facta à novitio ſi ſequatur profeſſio, & deinde tranſlatio de una Religione ad aliam bona transeunt ad ſecundam Religionem, & declarantur deciſiones *Regentis Sanfelicij* 323. *& Regentis Capicij Latro* 193. *tom. 2.* pag. 333

DISCEPTATIO LXV.

Eccleſiaſticarum perſonarum diſtinctio qualiter facienda, eorumque majoritatem ſumi ex quatuor capitibus oſtenditur. Præcedentiæ quæſtiones terminantur ſummariè. Conſuetudo in præcedentiis qualiter attendatur ? Conſuetudo quid poſſit in electione Abbatiſſæ ? Fœminæ, an poſſint conſuetudinem introducere, & in quibus ? Ordinationes Protectorum Regularium quando eos ligent, & quid ſi non fuerint confirmatæ per Pontifices ? pag. 337

ECCELLENTISSIMO SIGNORE.

IL Dottor Giulio Capone, ſupplicando fà intendere à V. E. come deſidera dare alle ſtampe alcune ſue opere legali qui in Napoli, ouero extra Regno, doue ritroverà maggior ſuo vtile, è commodità ſotto il titulo, *de Diſceptationi Forenſi.* Supplica però V. E. commettere la reviſione d'eſſe à chi meglio li parerà, vt dent, &c.

V. J. D. Bartholomeus de Luca videat, & in ſcriptis referat. Galeota Regens, Garrillus Regens, Capiblancus Regens, & Ortiz Cortez Regens. Valero Regens.

Proviſum per S. E. Neapoli, die 12. Ianuarij 1671.

SEBASTIANVS.

DUo Diſceptationum Forenſium volumina ab V. J. D. JVLIO CAPONE Juriſconſulto celeberrimo, ſummo ingenio, & eruditione prædito elaborata, Excellentia veſtra jubente, perlegi, & nihil in eis inveni quod Regali Juriſdictioni adverſetur, imò vtiliſſima omnibus in foro verſantibus cenſeo, ob quod typis eſſe tradenda judico, ſi Excellentiæ veſtræ videbitur. Neapoli die 3. menſis Martij 1671.

Excellentiæ Veſtræ,

Humillimus & deditiſſimus ſervus,
BARTH. LVCA.

VIſa retroſcripta relatione imprimatur, & in publicatione ſervetur Regia pragmatica.

GALEOTA Regens. GARRILLO Regens. CAPIBLANCVS Regens. ORTIZ CORTEZ Regens. VALERVS Regens.

Proviſum per S. E. Neapoli die 10. Martij 1671.

SEBASTIANVS.

CONSEN

CONSENTEMENT DU PROCUREUR du Roy.

JE consens pour le Roy, qu'il soit permis à Sieurs JEAN-ANTOINE HUGUETAN & GUILLAUME BARBIER, cy-devant associez d'imprimer le livre intitulé *Caponi Disceptationes Forenses*, & que les defences leur soient accordées pour trois années. A Lyon, le 13. Juillet 1676.

DE VAGINAY.

PERMISSION.

SOit fait suivant les conclusions du Procureur du Roy, les jour & an que dessus.

DESEVE.



JULIJ



IVLII CAPONI PHILOSOPHI, THEOLOGI, AC IVRECONSVLTI Neapolitani, Comitisque Palatini

DISCEPTATIONES FORENSES,

Ecclesiasticæ, Ciuiles & Morales, pluribus in casibus decisæ.

DISCEPTATIO PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Facti species proponitur.*
2 *Beneficiati tenentur edere Bullas suorum beneficiorum.*
3 *Beneficium Ecclesiasticum non potest licitè sine Canonica institutione obtineri.*
4 *Fructus beneficiorum non canonicè possessorum, cadunt sub spolio.*
5 *Regula est nullum cogi ostendere titulum suæ possessionis.*
6 *Ampliatur Conclusio, quâ diximus beneficiatos edere teneri bullas.*
7 *Beneficiatus tenetur edere bullas etiam ad petitionem Patroni.*
8 *Regula de triennali an prosit beneficiatis, vt non ostendant titulos.*
9 *Beneficiati tenentur ostendere Instrumenta, & Inuentaria suorum iurium.*
10 *Beneficiatus tenetur ostendere titulum dispensationis super incompatibilitate.*
11 *Titulorum petitio etiam per libellum generalem fieri potest.*
12 *Titulus redactus ad non titulum exhiberi debet.*
13 *Beneficiatus capiens possessionem beneficij literis non expeditis, dicitur intrusus.*
14 *Beneficiatus capiens possessionem ante literarum expeditionem est intrusus, quod declaratur.*
15 *Beneficia impetrata vt certo modo vacantia, non seruata Bulla Pauli III. non dant titulum.*
16 *Beneficia vacantia per priuationem, non possunt conferri consanguineis &c. Conferentis, & an procedat in Iurepatronatus*, num. 17.
17 *Magister actorum Curiæ venit appellatione familiarij Episcopi. Et affertur casus decisus.*
18 *Beneficia reseruata, vel affecta conferuntur à solo Papa.*
19 *Fructus beneficiorum vacantium Cameræ debentur, & à quo tempore.*
20 *Fructus beneficiorum resignatorum non facta publicatione, quando Cameræ debeantur.*
21 *Publicatio beneficij resignati infrà quod tempus fieri debeat ?*
22 *Collatio beneficij resignati in manibus Ordinarij quando fieri debeat ?*
23 *Tempus publicationis in beneficiis currit à die datæ, non à die præstiti consensus.*
24 *Camera Apostolica non habet interesse in beneficiis eorum, qui non deferunt habitum, & tonsuram.*
25 *Camera Apostolica non habet interesse in fructibus beneficiorum quando non recitant Beneficiati Officium.*
26 *Beneficia vacantia per promotionem ad Episcopatum, non possunt retineri.*
27 *Beneficia vacant per assumptionem ad Episcopatum ipso iure, & de stylo Curiæ Romanæ etiam non accepta possessione, non tamen vacant per promotionem ad Episcopatum titularem. Pensiones autem vacant adepta possessione: per Cardinalatum vacant beneficia quæ requirunt residentiam; per assumptionem ad Papatum, non vacant pensiones.*
28 *Ordinarij procedentes ex officio cogere possunt ad titulos: secùs si faciant se partes.*
29 *Titulum non tenentur ostendere, qui beneficium habent ab eodem Ordinario.*
30 *Beneficiatus, qui diu stetit in beneficio non tenetur ostendere titulum.*
31 *Quantum tempus requiratur vt non teneatur ostendere titulum beneficiatus.*
32 *Ordinarij probare possunt negatiuam, quando beneficiati non tenentur edere titulum.*

33 *Beneficiatus titulum edere non tenetur, quando pro se habet sententiam non suspensam per appellationem.*
34 *Beneficiati titulum ostendentes nihil soluere tenentur.*
35 *Visitantes nequeunt accipere munera.*
36 *Visitatoribus Apostolicis debetur merces equorũ.*
37 *Pœna contra recipientes in visitatione quæsit.*
38 *Visitationis munus maximum est, & necessarium.*
39 *Visitatoris officium est quærere quæ Christi sunt, non sua.*
40 *Auiditas pecuniæ quantum damnabilis.*
41 *Persuasores nouarum exactionum, qualiter puniantur.*

ARGVMENTVM.

Titulum ostendere interdum cogitur quis suæ possessionis: vnde beneficiatus tenetur edere bullas sui beneficij, ob interesse Cameræ Apostolicæ, quod in multis casibus contingit. Non tamen tenetur quis ostendere titulum, si illum habet ab eodem Ordinario, nec ille tenetur ostendere, qui diù stetit in beneficio; dum verò titulum ostendunt, nihil soluere tenentur. Visitatoribus Apostolicis quid debeatur, & quantum.

PRO
Clericis Beneficiatis Regni Neapolitani,
CONTRA
Subcollectores Cameræ Apostolicæ.

FACTVM.

1 ILLVSTRISSIMVS, ac Reuerendissimus Episcopus Eugubinus; dignissimus Nuntius in Regno Neapolitano, Subcollectores, & Commissarios deputat pro spoliis, & aliis iuribus ad se spectantibus, pro Cameræ iuribus defendendis. Quos constituit cum tanta integritate, & prudentia, vt maior excogitari nequeat, præ sua tam insigni doctrina, quàm singulari integritate: est enim Vir omni Æuo venerandus, & ob facundiam dicendi, ac concionandi, vt & audiuimus omnes in Oratorio Domus Professæ Societatis Iesu: tum ob excellentem, ac peregrinam doctrinam, quæ in suis duobus Voluminibus impressis affulget. Tales autẽ Commissarij per diœceses procedentes quærunt à Beneficiatis bullas suorum beneficiorũ, vt faciãt decreta, & pecunias extorqueant, quindecim scilicet Carolenorum circiter pro vnoquoque titulo, & bulla: ob quod beneficiati prædicti insurrexerunt in toto Regno contra hos tales Commissarios, & armata manu suas bullas denegant. Petunt nunc à Viris doctis in hac Ciuitate quid agendum? Cùm maxima sit occasio talis visitatio extorquendi pecunias à pauperibus beneficiatis: quæritur ergo de duobus.

Primò, an beneficiati prædicti cogi possint ostendere bullas suorum beneficiorum talibus Commissariis, imò potiùs extortoribus alienæ pecuniæ? Secundò, an titulo edito liceat accipere sportulas, & emolumenta pro decretis factis in tali visitatione. Quod responsum fit ad instantiam multorum beneficiatorum; qui per hanc Ciuitatem exteri cum sint, murmurando incedunt contra prædictum Illustrissimum Dominum meum Episcopum Eugubinum; quem credere fas est, nihil tale iussisse, nec huius rei notitiam habere; & viso hoc breui iuridico responso sperant omnes Commissarios prædictos obiurgaturum per literas; & vt abstineant iussurum: faxit Deus.

Diuidam in duo capita: Primum erit an teneantur beneficiati edere bullas suorum beneficiorum? Secundum an possint recipi gagia, sportulæ, & emolumenta prædicta? 2

Circa primum affirmo teneri bullas, seu titulos edere suorum beneficiorum: Ita Glossa, & communiter DD. per illum textum *in cap. Ordinarij 3. de offic. ordin. in 6.* Glossa recepta *in cap. 1. de regul. Iuris, in 6.* Geminianus *in d. cap. ordinarij, num. 1.* vbi Francus *num. 50.* Abbas *in cap. licet Heli num. 22.* Ioannes de Anania *n. 27.* Felinus *n. 7. & sequenti de simonia.* Selua *de Beneficiis, part. 3. quæst. 25.* Nauarr. *conf. 4. de offic. ordin.* Couarruu. *in regula possessor. de Regul. Iuris in 6. p. 2. §. 10. numer. 9.* Menoch. *libr. 3. præsumpt. 132. à num. 46. cum seqq.* Verallus *par. 3. decis. 116.* & Rota apud Coccinum *decis. 191.* Riccius *collect. 884.* Cenedus *ad sextum Decretalium collect. 18.* Mascard. *concl. 1378. à num. 18.* Flaminius Parisius *tom. 2. de resignat. beneficiorum, lib. 11. quæst. 14.* Zerola *in praxi, in verb. Bullæ vers. Ad quintum.* Lotterius *lib. 2. de Beneficiis, quæst. 46. num. 37. & lib. 3. quæst. 24. num. 10.* Barb. *in dict. cap. ordinarij, num. 3. & in dict. cap. 1. de regul. Iuris, in 6. num. 10.* Pacianus *lib. 1. de probat. cap. 61. num 36.* Azeuedus *lib. 4. l. 1. tit. 1. num. 5. & 6.* Merlinus *1. tom. controuers. cap. 13.*

Probatur, quia beneficium Ecclesiasticum non potest licitè sine Canonica institutione obtineri *cap. 1. de regul. iuris, in 6.* quæ regula desumpta est ex tex. *in c. 3. de instit. & cap. relatum 21. de iure patronatus*, circa quorum iurium explicationem multa Dueñ. *regul. 77.* Ioannes de Selua *de beneficiis, par. 3. q. 25.* Lambertinus *de Iure patronatus, par. 3. lib. 2. quæst. 3. principali, art. 2.* Riccius *collect. 1814.* Gonzalez *in regul. 8. Cancell.* Glossa 8. *num. 18.* & Glossa 15. §. 1. *n. 14.* Brunorus à Sole *in quæstionibus legalibus, quæst. 38.* Barbosa *in dict. cap. 1. de regul. Iuris, in 6.* Lotter. *de beneficiis, lib. 3. quæst. 8. à num. 16.* ergo pertinet ad legitimum superiorem videre pro suo interesse an sit intrusus, an scilicet titulum non habeat, quia intraret interesse Cameræ Apostolicæ, pro fructibus consequendis, & applicandis eidem Cameræ Apostolicæ, vt ex Bullis Pontificum fundat Nauarrus *de spoliis Clericorum*, §. 12. qui etiam consuluit hunc beneficiatum sine Canonico titulo, teneri tales fructus perceptos Cameræ Apostolicæ restituere, nisi cum illa se componat, nec debentur futuro possessori legitimo. Secundum vnam sententiam; licet Nauarrus dixerit posse se componere cum Camera, habito vero titulo: vel posse illos conuertere in vtilitatem suæ Ecclesiæ; vel si titulum Canonicum non habuerit, dare futuro successori: sed puto posse tuta conscientia se componere cum Reuerenda Camera Apostolica; cum Papa sibi hos fructus 3 4

reseruauerit,

reseruauerit, vt ex Bullis Pauli III. Iulij III. Pauli IV. Pij IV. & Pij V. fundat Nauarrus *de spoliis*, §. 5. & 6. & §. 15. quia sunt bona Ecclesiastica, ergo pertinent ad Papam, *can. cuncta per mundum, can. per principalem 9. quæst. 3. cap. 1. de homic. in 6.* Quòd si dicat aliquis fructus beneficiorum vacantium spectare ad successores: *cap. cùm nos, de officio ordinarij, cap. quia sæpè, de elect. in 6. cap. præsenti de officio ordinarij, in 6.* ergo non poterit se concordare cum Camera. Respondeo cum eodem Nauarro *vbi sup.* §. 10. illa iura loqui de fructibus prouenientibus tempore vacationis beneficiorum, tùm de iure, tùm de facto: in casu verò nostro vacant de iure, non de facto, ergo non successori, sed Cameræ Apostolicæ debentur: & hodie etiamsi vacent de iure, & de facto eidem Cameræ applicantur, vt ex Bullis citatis. Ergo Camera Apostolica habet interesse fundatum cùm Beneficiatis Regni, ergò poterit eos cogere ad ostendendum titulum beneficij.

5 Probatur secundò, quia licet quis cogi non possit regulariter vt ostendat titulum suæ possessionis. *l. in speciali, ff. de rei vendic. l. fin. C. eodem. l. decretum, ff. de iure fisci, l. 2. C. de probat. l. cogi, C. de petit. hæredit.* apud Hispanos *l. 1. tit. 10.* vbi Gregorius Lopez *par. 3.* & Nouellus *regula 217.* Socinus *regula 525.* Ioannes Gratianus *regul. 46.* Bernardus Diaz *regul. 136.* Zerola *par. 1. in verb. Bullæ, pag. 56.* Mascardus *concl. 190.* Afflictus *dec. 265.* Couarruu. *in cap. possessor par. 2. §. 10. num. 6.* Hugo Donellus *lib. 19. comment. cap. 12.* Velascus *de iure emph. quæst. 8.* Idem Mascardus *concl. 1378.* Peregrinus *de iure fisci, lib. 7. tit. 3. num. 11.* Fuluius Pacianus *lib. 1. de probation. cap. 7. à num. 82. & cap. 61. à num. 7. vsque ad num. 48.* Faber *in tit. C. de petit. hæredit. definit. 8.* Bouadilla *in Politica lib. 2. cap. 16. num. 92.* Riccius *par. 3. decis. 192.* Ceuallos *quæst. 820. num. 27.* Card. Tusc. *tom. 6. litt. P, concl. 539.* Cardin. Mantica *lib. 23. de tacit. tit. 6.* Bernardus Greueus *lib. 2. concl. 69.* Mastrillus *lib. 3. cap. 2. num. 12.* Castillus *tom. 7. de tertiis cap. 16. num. 3.* Cancerius *lib. 1. variar. cap. 11. à num. 32.* & *lib. 2. cap. 2. num. 326.* & etiam in beneficiariis procedere dicit Riccius *collect. 192. num. 4.* & post alios Lotterius *lib. 3. de beneficiis, quæst. 24. à num. 4.* Castillus *vbi sup.*

6 *à num. 50.* Licet, inquam non cogatur aliquis ostendere titulum suæ possessionis, hoc tamen sicut multipliciter ampliari solet, ita, & multipliciter limitatur.

7 Ampliari ergo solet primo, vt non solum edere titulum teneantur ad petitionem ordinarij postulantis, sed etiam ad petitionem Patroni, vt benè Abbas *in cap. licet Heli, num. 24.* vbi Anania *n. 39. de simonia.* Rota penes Coccinum *dec. 191.* Lotterius *de re beneficiaria, lib. 2. quæst. 46. num. 38.* Barb. *in dict. cap. ordinarij, num. 6. vers. Et si etiam per Patronum.* Pereyra *tom. 1. tit. 50. resol. 7. num. 9.* qui etiam dicunt in omni habente interesse vt ostendatur titulus iuxta Consilium Federici de Senis 103. Lotter. *vbi sup. num. 39.*

8 Nec iuuabitur beneficiatus cùm regula de triennali, quia illa non obstante tenetur ostendere titulum sui beneficij, vt benè Ludouicus Gomesius *in dict. regula de triennali, quæst. 58.* Cassadorus *decis. 8. num. 4.* Flores de Mena *lib. 2. var. quæst. 23. num. 61.* Barbos. *in dict. cap. ordinarij, n. 4.* & Mascardus *dict. concl. 1378. num. 13.* quia regula de triennali possessore non suffragatur nisi illis, qui saltem titulum habent coloratum, vt benè Seraphinus *decis. 1498. num. 14. & 15.* ergo ad hoc, vt videamus vtrum eius sit qualitatis, vt causam possidendi tribuere potuerit, titulus de necessitate edendus est.

Nec solùm tenentur beneficiati Canonici, scilicet præbendati, & non præbendati: sed etiam omnes beneficiati edere ad instantiam ordinarij non delegati visitatoris, titulos non solum suorum beneficiorum; verum etiam instrumenta, inuentaria, & alia, ex quibus percipi, & probari valeat, quæ bona in illis contineantur, & quæ possident præbendæ Canonicatus, aut beneficia; vt in puncto fundat Riccius *par. 1. in praxi, resol. 335. & par. 2. resol. 354.* in casu tamen interesse Cameræ, *vt infrà.* 9

Addo posse cogi beneficiatum edere titulum 10 dispensationis super incompatibilitate *dict. cap. ordinarij, de offic. ordinarij, in 6.* Trident. *sess. 7. de reform. cap. 5.* ne aliàs via aperiatur occupandi beneficia sine auctoritate, vel consensu eorum, ad quos spectat collatio, cum manifesto animarum periculo, ergo superiores ad hoc tenentur occurrere, *c. 3. de ordine Institutionum,* in quibus casibus non est applicabilis dispositio, *l. cogi, C. de petit. hæredit.* vt benè Bald. *ibi, num. 50.* Paulus *num. 8.* Salicetus *num. 2.* Albericus *num. 1.* Socin. *in regul. 525.* & omnes Canonistæ *in dicto cap. licet Heli de simonia.* Gonzalez *glossa 15. num. 62.* Melchior Lotterius *de re beneficiaria, lib. 3. q. 23. num. 6. & q. 24. num. 10.*

Poteritque fieri talis titulorum petitio per 11 edictum generale, prout contingere solet quando Prælati ad suarum Ecclesiarum gubernium ingrediuntur, vt benè Abbas, & Hostiensis *in dict. cap. licet Heli, num. 22. argum. cap. graui, de præben. & cap. 3. de institut.* Felinus *in dict. cap. licet, num. 17.* Additio ad Pacianum *lib. 1. de probat. cap. 61.* Lotterius *de re beneficiaria, loco citato, cap. 24. num. 15.*

Quod adeò verum est, vt non solum teneantur 12 beneficiati edere titulum; quando Episcopus siue Patronus, vel Illustrissimus Nuntius suspicatur quod possessor beneficij illud sine titulo possideat; contra textum *in dict. cap. 1. de regul. Iuris, in 6.* verum etiam quando constat possessorem beneficij titulum legitimum, & habilem semel habuisse, & tamen redactus fuit ad non titulum; putà quia depositus fuit à beneficio, cuius depositionis ea est vis, vt post illam possessioni incumbens, dicatur intrusus, vt benè Innocentius *in cap. qualiter, & quando num. 10. de accusat.* Felinus *in cap. veniens, eod. tit.* Gigans *in Epitome de intruso, num. 50.* vel in casu cuiuscunque sententiæ priuationis, vel cassationis tituli, quæ in iudicatum transierit. Felinus *in cap. in nostra, num. 13. de rescriptis.* Ferrerius *cons. 12.* Coccinus *decis. 447.* sicut etiam si quis à principio titulum habuit, sed postea per negligentiam ordines sacros non accepit: iuxtà textum *in cap. licèt, de elect. in 6.* vel ob incompossibilitatem vacet; *cap. de multa, de præbend.* Extrauaganti Ioannis XXII. *eod. tit.* vel ob hæresim *cap. 2. de hæreticis, in 6.* vt benè Nauarrus *de spoliis, §. 12. num. 4.*

Reuerenda Camera Apostolica habet interesse 13 fundatum cùm beneficiatis, quia quando titulus reducitur ad non titulum est beneficiatus intrusus; sic si beneficiatus capit possessionem beneficij, litteris non expectatis est intrusus, vt in *Extrauaganti iniunctæ, de electione,* & in *Bulla Pij V.* incipiente, *Sanctissimus in Christo Pater,*

cùm gratia Papæ ante confectionem litterarum ſit informis, vt *in regula 26. Cancellariæ*, Garcia *par. 5. cap. 1.* & contra eum poterit fieri impetratio. Rota coram Gypſio in Virdunenſi Parœciali 23. Iunij 1586. nec approbatus ad beneficium poterit ſe ingerere in adminiſtratione bonorum ante litterarum expeditionem, *cap. Auaritiæ, de electione, in 6.* Riccius *collect. 698.* & 1476. Maceratenſis *lib. 1. var. reſol. 112. caſu 27.* quod non ſolùm procedit in beneficiis ſimplicibus, ſed etiam in illis, quæ ſunt de iure patronatus Ricc. *par. 3. dec. 339.* Gomeſius *dec. 25.* adeò quod ex ſola aſperſione aquæ benedictæ in Eccleſia beneficij dicatur quis incidiſſe in pœnas intruſionis, & in alias, de quibus *in dict. Bulla*, iuxta deciſionem Creſcentij *6. de Iure patronatus*, & ſufficit poſſeſſionis captura per Notarium facta, ad pœnam incurrendam, nec requiritur fructuum perceptio, *cap. ſi tibi, de præbend. in 6.* Seraphinus *par. 1. deciſ. 953.* Puteus *deciſ. 45. part. 3.* Nec poſſidentes beneficia litteris non expeditis, iuuantur *regula de triennali*, quæ excludit intruſos, Creſcentius *deciſ. vnica, de præſcript.* Riccius *collect. 505.* Seraphin. *deciſ. 1060.* & 1608. ergo in iſtis habet intereſſe Reuerenda Camera Apoſtolica. 14

15 Secundò, habet intereſſe Camera Apoſtolica, quando beneficia ſunt impetrata tanquam certo modo vacantia, non ſeruatis ſolemnitatibus, de quibus in Bulla Pauli III. 28. inter eius Bullas, *in Bullario*, *tom. 1.* & non expreſſo vacationis modo.

16 Tertiò, ſi beneficia vacant per priuationem, & Iudices cauſarum, quibus commiſſæ ſunt permittant impetrari per affines, vel conſanguineos, familiares, tunc intrat intereſſe Cameræ, quia nullum habent impetrantes titulum, vt *in Bulla* Pij IV. 14. *in ordine*, incipiente, *Cupientes*, *in bullario*, *tom. 2. fol. 23.* & *in Bulla* Pij V. §. 5. *fol. 253.* nec poſſunt impetrari per conſanguineos, ſollicitatores, Procuratores, domeſticos, Iudicis priuantis beneficiatos dictis beneficiis: & de familiaribus intelligitur vſque ad quartum gradum de Iure Canonico. Gratianus *tom. 1. cap. 77.* Appellatione vero familiarium venit
17 Magiſter actorum: vnde ſeruauit Curia Archiepiſcopalis Neapolitana, in cauſa priuationis Beneficij S. M. dell' Arco di Miano, non potuiſſe conferri Magiſtro actorum eiuſdem Curiæ ex Gratiano *deciſ. 233.* Maceratenſ. *lib. 1. reſol. 75.* licet enim non viuat expenſis propriis, dicitur tamen familiaris Epiſcopi; quoniam Curia exerceri non poteſt ſine tali officio. Gratianus *tom. 3. cap. 340.* & 341. Riccius *in praxi, par. 1. dec. 537. in antiquis*; ſic Carcerarius, quamvis non viuat expenſis Epiſcopi. Nouarius *in ſumma Bullarij, par. 1. fol. 101. num. 8.* ergo quando aliter fieret diceretur intruſus, & intraret intereſſe Cameræ. Et vidi ego collationem cuiuſdam beneficij vacantis per priuationem, factam fuiſſe nepoti Epiſcopi: non tamen comprehenduntur ſub dicta diſpoſitione beneficia Iuriſpatronatus vacantia per priuationem, vt bene Garc. *part. 11. de beneficiis, cap. 3. num. 268.* Gratianus *par. 809.* Riccius *par. 3. deciſ. 81.* & *205.* & eſt declaratio Sacræ Congregationis; de qua Quaranta *in ſumma Bullarij, in verb. Beneficiorum reſignationes, fol. 115.*

18 Quartò, Camera habet intereſſe fundatum quando beneficia ſunt reſeruata Sanctæ Sedi, ſiue affecta; quia ſi conferantur, nulla eſt collatio, ex Bulla Pij IV. 17. *in Bullario*, *fol. 27. tom. 2.* incipiente, *volentes*, vbi beneficia reſeruata, affecta, vel vacantia in menſe Apoſtolico, non poſſunt conferri per Ordinarium ſub pœna priuationis ipſorum beneficiorum, facultatis conferendi, & excommunicationis: & ex regula Cancellariæ 5. Simonettus *de reſeruat. quæſt. 30.* Couarruu. *pract. cap. 33.* Barboſa *allegat. 57. num. 22.* Riccius *collect. 91.* & 819. vnde prouiſus de talibus beneficiis nullum habet titulum. Velaſcus *conſult. 19.* declarat Nouarius *par. 1. in collect. Bullarum fol. 103.* ſic beneficia vacantia Sede Epiſcopali vacante ſunt reſeruata Papæ ex Bulla Pij IV. 55. *& regula 2. Cancellariæ.* Nouar. *par. 1. fol. 83.* Et vidi ego collationes factas per Epiſcopos beneficiorum vacantium Sede Epiſcopali vacante, in quibus habet intereſſe Camera, tanquam nullum habentes titulum.

Quintò, Camera habet intereſſe in fructibus 19
beneficiorum vacantium in Regno Neapolitano à die vacationis vſque ad diem, quo à Romano Pontifice prouiſi ſunt, & poſſeſſionem ceperint de manu Nuntij Apoſtolici in hoc Regno ex Bulla Pij V. 26. de qua *in Bullario*, *tom. 2. fol. 204.*

Sextò, Camera habet intereſſe in fructibus 20
beneficiorum reſignatorum, non factâ de reſignatione & prouiſione, publicatione, ex Bulla Pij V. incipiente, *Sanctiſſimus in Chriſto Pater*: & ex Bulla Gregorij XIII. incipiente, *Humano vix iudicio.* de qua publicatione plura latè Pariſius *tom. 2. lib. 11.* Garcia *part. 11. cap. 3.* Riccius *collect. 627.* Et ſanè quando reſignatio fit in manibus Papæ, cuiuſcunque beneficij, & ceſſionis iurium per ceſſionarium tempore ceſſionis non poſſeſſi, prouiſio facta publicari debet cùm litteris Apoſtolicis deſuper confectis infrà ſex menſes, 21
ſi beneficium ſit intra montes, ſi verò vltrà montes infrà nouem à die datæ primæ conceſſionis, non autem à die præſtiti conſenſus numerandos; in manibus verò Ordinarij currit tempus trium menſium ad publicationem faciendam, vt *in dict. conſtitut. verſ. de his autem beneficiis*, & ſufficit ſi fiat publicatio ab altero permutante. Ludouiſ. *deciſ. 288.* latè Nouarius *in collect. Bullarum, par. 1. fol. 115.* per plura, forma vero publicationis refertur à Nouario *tom. 2. Bullarum, fol. 96.* & à Gar- 22
ſia apud eundem: ſic collatio beneficij reſignati in manibus Ordinarij fieri debet infrà menſem; & qui de eo prouiſus fuerit, à die ſibi factæ prouiſionis, illam publicare debet, & poſſeſſionem beneficij capere infrà tres menſes, quibus elapſis nulla eſt eius prouiſio, & beneficium vacat ipſo iure, & ad Sedem Apoſtolicam deuoluitur, vt *in Bulla* Gregorij XIII. *cap 12.* eiuſdem, de qua Nouar. *fol. 125.* Garcia *part. 10. de beneficiis, cap. 4.* Eraſmus à Chochier *de permutatione beneficiorum, part. 1. cap. 17.* & *part. 3. cap. 15.* & *in Regula Cancellariæ 36.* currit verò tempus menſis à die ſcientiæ factæ reſignationis. Rota in vna Spoletana beneficiorum 1594. & alias apud DD. citatos. In beneficiis vero reſignatis coram Sanctiſſimo infrà ſex menſes prouiſus facere debet publicationem, & poſſeſſionem capere, Rota *par. 4. deciſ. 158.* & tempus currit à die datæ: ſicuti tempus publicationis, Rota *par. 2. diuerſ. deciſ. 287.* vnde Parœcia S. M. de Ayello Caſalis 23
Afragolæ cum renunciata fuiſſet per quendam Sebaſtianum Caſtaldum Euangeliſtę de Euangeliſta; qui à die datæ infrà ſex menſes non procurauit expeditionem litterarum Apoſtolicarum

infrà

infrà ſex menſes, dictum fuit vacare; vt benè Nouar. *par.* 1. *Bullarum fol.* 127. *num.* 11. quod tamen tempus non habet locum in beneficiis Iuriſpatronatus, vt deciſum ait Nouarius *vbi ſup. fol.* 129. *num.* 4. nec beneficia reſignata in manibus Ordinarij conferri poſſunt affinibus, conſanguineis, vel familiaribus reſignantium, aut Epiſcoporum, vt ait Bulla Pij V. incipiente, *Quanta Eccleſia Dei incommoda* 58. in ordine, ad euitandas fraudes, & confidentiam in renunciationibus. Quæ bulla non comprehendit beneficia Iuriſpatronatus, vt declarauit Sacra Con-
24 gregatio teſte Nouario 2. *part. fol.* 76. Non tamen habet intereſſe Camera in fructibus beneficiorum, quando beneficiatus non defert habitum, & tonſuram, quia illi diſtribuuntur ſeruata forma Bullæ Sixti V. 92. *in Bullario, tom.* 2.
25 *fol.* 653. nec in fructibus beneficiorum, quando non recitauit beneficiatus horas Canonicas poſt ſex menſes à die poſſeſſionis, quia licèt tales fructus beneficiatus non faciat ſuos, tamen applicari debent in fabricam Eccleſiæ, vel eleemoſynas pauperum, vt *in Bulla* Pij V. 135. *in Bullario, tom.* 2. *fol.* 347. Prætendebant tamen aliqui Commiſſarij ſuper illis habere ius Cameræ: ſic beneficia vacantia per promotionem ad Epiſco-
26 patum retineri ex Bullis Pontificum non poſſunt, ex Bulla Iulij, & aliorum, de quibus Nouarius *in ſumma Bullarij, part.* 1. *fol.* 83. Barb. *de poteſtate Epiſcopi, par.* 3. *allegat.* 57. *num.* 71. procedit autem in beneficiis, non tamen in officiis. Vnde promotus ad Epiſcopatum retinebit officium Protonotariatus. Achilles de Graſſis *deciſ.* 1. *de elect.* habet ergo intereſſe Camera Apoſtolica cum beneficiatis, conſequenter poterit petere exhibitionem titulorum, pro ſuo intereſſe fundato.

27 Sic per aſſumptionem ad Epiſcopatum beneficia obtenta vacant ipſo iure *cap. cùm in cunctis, §. cùm verò, de elect.* Trid. *ſeſſ.* 7. *cap.* 9. *& ſeſſ.* 23. *cap.* 2. *de reformat.* Garcia *par.* 11. *cap.* 6. & de ſtylo Curiæ Romanæ per ſolam promotionem vacant, non expectata poſſeſſionis apprehenſione. Rota in Terdonem penſionis. 12. Decemb. 1585. coram Cardinale Blanchetto, & in Carthaginem penſionis. 13. Februarij 1604. coram Cardinale Pamphilio ſeniore, ſtylus autem ex eo procedit quod Papa in promotione conſiſtorialiter decernit iſta vacare eo ipſo à die promotionis. Rota Caput-Aquenſis Abbatiæ 25. Maij 1620. coram Dannoſetto, & ideo Rota coram Cardinale Seraphino *deciſ.* 110. articulo maturè diſcuſſo declarauit prædictum ſtylum procedere quando Papa in actu promotionis, vel tranſlationis decernit vacare beneficia, aliàs vbi non adeſt expreſſum decretum vacationis, ſtandum eſt diſpoſitioni Iuris, & ideo ad inducendam vacationem requiritur adeptio poſſeſſionis. Ferrentillus *in Additionibus ad deciſionem* 464. *Buratti litt.* A.

Per promotionem verò ad Epiſcopatum in terris infidelium non vacant beneficia. Garcia *dict. cap.* 6. *num.* 44. Barboſa *allegat.* 57. *num.* 74. *& in dict. cap. cùm in cunctis, num.* 29. & penſiones etiam vacant, vt latè Garcia *num.* 25. qui addit non vacare penſiones niſi adepta poſſeſſione, & conſecratione ſecuta, Rota *deciſ.* 233. *part.* 1. *diuerſorum.* Sic beneficia, quæ requirunt reſidentiam, & repugnant ſtatui Cardinalatus, vacant per promotionem ad Cardinalatum, vt *in Bulla* Sixti V. 79. incipiente, *Sanctiſſimus D. N.* de qua *in Bullario, fol.* 627. *tom.* 2. per aſſumptionem verò Cardinalis ad Papatum extingui penſiones dixit Hieronym. Gabriel *conſ.* 200. *lib.* 2. cuius contrarium, ſcilicet non extingui dixit Lotter. *de re beneficiaria, lib.* 1. *q.* 41. etſi Camera habet intereſſe fundatum.

Hæc autem ſupradicta concluſio ſic declarata 28
limitatur per Canoniſtas vt procedat quoties Ordinarius, ſiue Patronus, aut aliæ perſonæ, quæ ad editionem poſſunt beneficiatum compellere, procedunt ex officio, compellentes ex debito Officio, & ad ſcrupulos remouendos, qui conſcientiam non tutam reddunt: Secùs verò quando ordinarius Patronus, vel alij, faciant ſe partes, & ordine iudiciario peterent beneficiatum compellendum ad exhibitionem tituli; quia tunc titulum non coguntur edere, vt benè Gloſſa *in dict. cap. conquerente,* 7. *in verb.* volueris, *de reſtitut. ſpoliatorum.* Felinus *in dict. cap. licet Heli, num.* 9. vbi Ioannes de Anania *num.* 33. Caſſador. *deciſ.* 7. Lotterius *dict. cap.* 24. *num.* 42. Pariſius *lib.* 11. *quæſt.* 14. *num.* 38. Barboſ. *in dict. cap. conquerente, num.* 50. & *in dict. cap. ordinarij, num.* 8. Tunc autem ſe conſtituere cenſetur loco partium, cùm procedunt iniuſtè, aut etiamſi iuſtè, ſed iudicialiter coram Iudice appellationis pro editione tituli à beneficiato præſtanda; vt benè Anania *vbi ſup. num.* 33. Rota apud Coccinum *dict. deciſ.* 191. *num.* 50. Lotterius *lib.* 2. *de re beneficiaria, quæſt.* 46. *n.* 43. Maſcard. *dict. concl.* 1378. *num.* 30. & 31.

Secundò, limitatur per Canoniſtas, quando 29
ille, qui beneficium poſſidet inſtitutionem ab ipſomet ordinario, ſiue præſentationem à patrono obtinuit, quia tunc ad editionem tituli non poteſt compelli, vt ex multis, probat Philippus Francus *in dict. cap. ordinarij num.* 50. verſ. *Secundo limitatur.*

Tertiò, limitatur quando beneficiatus diù ſtetit in beneficij poſſeſſione ſciente, & patiente ordinario, ſiue Patrono, quia cùm ex cap. ordinarij citato, teneantur Epiſcopi viſitare Eccleſias ſuæ
diœceſis, & inquirere de titulis, præſumptio eſt 30
eum non permiſſurum beneficiatum in poſſeſſione eſſe, niſi habuiſſet canonicum titulum, etiam ſi poſſeſſioni ius reſiſtat, quia adhuc præſumitur diſpenſationem ſuperueniſſe, vt bene Caſſadorus *dec.* 3. *num.* 7. de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis, Gregorius 15. *dec.* 57. *num.* 7. Lotterius *lib.* 2. *de re beneficiaria quæſt.* 46. *num.* 44. Eſt tamen quæſtio quantum tempus requiratur, vt beneficiatus liber remaneat ab hac editione tituli. 31
Prima opinio ait biennium ſufficere. Hoſtienſis *in dict. cap. licet,* vbi Anania *num.* 35. Secunda opinio ait triennium ex regula 33. Cancellariæ de triennali poſſeſſione. Tertia opinio dicit decennium. Lappus *alleg.* 89. Caſſador. *dec.* 2. *de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis.* Mohedanus *dec.* 241. Seraphinus *deciſ.* 974. Genuenſ. *cap.* 21. *num.* 18. Squillante *de obligat. Epiſcop. par.* 1. *cap.* 3. *n.* 32. Quarta opinio dicit quod nullius temporis meta ſufficiat ad inducendum titulum in beneficialibus propter reſiſtentiam iuris: ſed tantummodo tituli præſumptionem, vt ex pluribus notat Maſcardus *de probationibus concl.* 1377. *num.* 133. *& num.* 13. *&* 14. vbi latiſſimè materiam diſcutit. Quinta opinio dicit arbitrio Iudicis remittendum eſſe: ita Couarruu. *in dict. cap. poſſeſſor* 2. *par.* §. 10. *num.* 9. *ad finem.* Ad Iudicis enim ſpectat arbitrium declarare quantum temporis ſpatium ſit ſufficiens vt beneficiatus ab editione tituli liberetur. Sequitur Alphonſus Azeuedo *in l.* 1. *tit.* 1. *lib.* 4. *n.* 6.

qui tamen cogitandum reliquit. Vltima opinio eſt Melchioris Lotterij *dict. lib.3. de re beneficiaria quæſt. 24. num. 34.* qui ait, quod ſi doceat de conſenſu expreſſo; vel tacito ſuperioris, non requiritur tituli probatio pro tuenda ſua poſſeſſione: ſecus ſi non doceat; quia tunc nulla poſſeſſio ſibi prodeſt pro titulo.

32 Semper tamen ſupponendum eſt, quod in omnibus caſibus, in quibus beneficiati non tenentur edere titulum coram ordinario, ſiue Patrono, aut aliis perſonis: & hoc à Iudicibus arbitrio fuerit iudicatum. In omnibus, inquam talibus caſibus poterunt ordinarij probare negatiuam: hoc eſt titulum fuiſſe infectum, vel redactum ad non titulum, aut non fuiſſe conceſſum à perſona legitima, & hoc poterit fieri per inſpectionem regiſtrorum, ſeu librorum, in quibus conſueuerunt regiſtrari prouiſiones prædictæ: ita Philippus Francus *in dict. cap. ordinarij num.50.* Mohedanus *deciſione 4. de cauſa poſſeſſ. & proprietatis.* Verallus *dec.45. & 193. par.3.* Caſſadorus *dec.5. ſuper regul. Cancell.* Creſcentius *dec.7. de probat.* Cæſar de Graſſis *dec.16. & 34. & 287.* Papa Gregorius *dec.7. num.10.* Barb. *in cap. dilecto num.9. de præbendis*, Lotterius *vbi ſuprà num. 47. & 48.*

33 Et pro complemento huius primi dubij, in quo fundauimus beneficiatum teneri ad titulum edendum, limitari etiam ſolet, quando beneficiatus exhibet ſententiam in ſui fauorem latam, quæ ſuſpenſa non eſt per appellationem, quia illa deſeruit pro titulo, maximè in beneficialibus, Felinus *conſ.2. num. 21.* Rotæ apud Coccinum *dec. 344. à num.7.* ſicuti vltimo limitatur, quoties tractatur de iure anteceſſoris in beneficio: tunc enim ſucceſſor non tenetur edere titulum ſui anteceſſoris, per cuius mortem beneficium impetrauit, ſed ſufficiet probare quod longo tempore prædeceſſor poſſederit beneficium, & quod communi opinione beneficiatus reprobatur, vt ait Lappus *alleg.89.* Rota *dec.10. de rerum permutatione in antiquis, & dec.4. eodem tit. in nouis.* Ægidius Bellamera *dec.593. & 644.* Ancharanus *conſ.117.* vbi loquitur in anteceſſore, qui poſſederat per annos 17. Caſſadorus *deciſ. 2. & 3. de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis*, Coccinus *dec.188. num.2.*

Quare omni iure beneficiatos teneri edere titulum ſui beneficij liquidò conſtat. Cum declarationibus tamen ſuprà poſitis, tum ampliando, tum limitando ſub collectionibus prædictis pro intereſſe Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ.

Circa ſecundum verò caput, an poſſint ſubcollectores prædicti titulos viſitantes accipere ſportulas, gagia, & emolumenta?

34 Reſpondeo negatiuè: probatur ex Tridentini Decreto *in ſeſſ. 24. de reform. cap.3.* ibi, [Interimque caueant, ne inutilibus ſumptibus cuiquam graues, oneroſiue ſint, neve ipſi aut quiſquam ſuorum, quicquam procurationis cauſa, pro viſitatione etiam teſtamentorum ad pios vſus, nec pecuniam &c. accipiant:] ergo, ſancta ſynodus modum viſitandi præſcribens non fecit ad extorquendas pecunias, ſed ad hoc, vt paterna charitate, Chriſtianoque zelo omnes amplectantur nihilque procurationis cauſa accipiant, vt bene Nauarr. *conſ.1. & 11. de cenſibus.* Sayrus *de cenſibus dec.1. & 11.* Zerola *par.1. in* verb. *Viſitatio.* vbi per plura dubia. Gratianus *cap.57. num.16.* qui *num.22.* ait Notarios, ſcribas &c. non poſſe aliquid accipere pro præſentatione Bullarum pro Decretis, & actis viſitationis, quocumque titulo accipiant, vt benè Gratianus *vbi ſuprà num.21.* & ex Tridentini loco id firmat; quia hoc eſt ad intereſſe Cameræ præcauendum, ergo non poterunt accipere pecunias Notarij, vt bene Narbona *in l.33.* gloſſa vnica *num.9. tit.25. lib.4. recopil.* qui ait non poſſe viſitatores pro Decretis, & ordinationibus ad viſitationem ſpectantibus, nec pro labore aliquid recipere, ſi ſalarium publicum non habent, provt & pro litteris ordinatorum. Barboſ. in Trident. *dict. ſeſſ.24. de reform. cap.3. num. 19.* vt in ſimili dicimus non poſſe Epiſcopum exeuntem per diœceſim ad Sacramentum confirmationis conferendum aliquid accipere. Barb. *de poteſtate Epiſcopi allegat.73. num.53.* nec ab Eccleſia paupere Genuenſis *cap. 35. num.9.* Zerola *in praxi par.2. in verb.* Viſitatio §.2. *dub.7.* Piaſecius *in praxi par.2. cap.3.* Franciſcus de Leone *in Theſauro fori Eccleſiaſtici par. 2. cap. 16. à num.41.* Belletus *in diſquiſit. clericali par.1. in titulo de clerico debitore* §.11. *num.10.* nec à pauperibus clericis. Surdus *de alimentis tit. 4. quæſt. 22. num. 6.* Homo bonus *de Bonis in examine Eccleſiaſtico tract. 11. cap.12. quæſt. 17. reſol.2.* Petrus Franciſcus Tondutus Sanligerius *par. 1. cap. 26.* Nec poteſt viſitator vigore Concilij *vbi ſuprà* munera qualiacumque accipere ratione viſitationis, etiam comeſtibilia vt ſecum aſportet. Piaſecius *dict. cap.3. num.73.* Genuenſis *dict. cap. 55. num.6.* nec fragmenta notabilia ad domum portare pro erogando pauperibus. Sed illis diſtribuat, qui ſunt in loco, quem viſitat, & etiam finita viſitatione, dum diſcedit à loco viſitato munera recipere non poteſt, nec indebite grauari viſitati occaſione victualium, vt bene Belletus *dict.* §.11. *num.6.* Nec equorum vecturas ſoluendas eſſe viſitanti dicit Zerola *vbi ſupr.* §. 6. *dub. 2.* Piaſecius *dict. cap.3. num. 63.* Genuenſis *cap. 35. num.9.* & Belletus *num. 4.* niſi viſitator eſſet Prælatus à Summo Pontifice delegatus, quia tunc debentur ei mercedes equorum, & viaticum vt de loco ad locum tranſire commode poſſit. Gloſſa *in clem. 2. in verbo* ſi voluerint *de cenſibus.* Barb. *allegat.73. num. vltimo.* Quando verò Epiſcopus viſitat Clerum Ciuitatis, vbi ſita eſt cathedra, nihil poteſt exigere. Genuenſis *dict. cap.35. num.9.* Piaſecius *dict. cap.3. num. 65.* Barb. *de poteſtate Epiſcopi allegat.73. num. 46.* & in Trident. *ſeſſ.24. de reform. cap.3. num.31.* contra Surdum *dict. tit.4. quæſt.22. num.9.* & Belletum dicentes etiam in hoc caſu deberi procurationem; & licet de Iure communi procuratio præſcribi non poſſit *cap. cùm ex officiis de præſcriptionibus:* Tamen hodie ex noua diſpoſitione Tridentini *vbi ſuprà ſeſſ.24. cap.3.* præſcribitur, nec peti poteſt, vbi viget conſuetudo illam non dandi Barb. *dict. allegat.73. num.46.* 35 36

Pœna autem contra recipientes in viſitatione, eſt ſtatuta *in cap. 1. de cenſibus in 6.* & in Extrauaganti *vas electionis*, §. *volumus, eodem tit. inter communes.* Quæ præfigit terminum duorum menſium ad reſtituendum duplum à die receptionis, vel ſcientiæ; cum in dict. cap. 1. & 2. præfixus eſſet vnicus menſis ad reddendum duplum prædictum: quo termino elapſo, & reſtitutione non facta; Epiſcopi & ſuperiores remanent interdicti ipſo iure ab ingreſſu Eccleſiæ: Inferiores verò clerici ſuſpenſi ab officio, & beneficio; laici verò ab ingreſſu Eccleſiæ, & à ſacra communione ſunt prohibiti, donec integre ſatisfecerint, vt in dicta extrauaganti renouata per Tridentinum *dict. ſeſſ. 24. cap. 3. de reformatione*, ibi: *Quod ſi quiſquam*, Surdus *tit.1. quæſt. 64. num.6. & tit.4. quæſt.22.* 37

quæst. 22. Genuensis *in manuali pastorum cap.* 35. *num.* 2. Barb. *de potestate Episcopi allegat.* 73. *num.* 44. & sic suspensi sunt, à qua possunt absolui, si infrà mensem simplum restituant. Nauarrus *cons.* 11. *in antiquis*, aliàs *cons.* 2. *in nouis de censibus.* Sayrus *in eod. tit. decis.* 11. Riccius *in praxi par.* 1. *resol.* 536.

38 Probatur secundò quia visitationis munus maximopere in Ecclesia Dei necessariũ est pro pascendis animabus fidelium; nam sicuti Pastores sæpius gregem suum inuisendo, lustrando, & numerando custodiunt; sic ordinarij, & superiores oues sua inuisendo retrahunt ab excessibus; & hunc esse præcipuum visitationis scopum docet Tridentinum *dict. sess.* 24. *de reform. cap.* 3. Tuschus *de visitatione par.* 1. *cap.* 1. Barb. *de potestate Episcopi, allegat.* 73. Episcopus Comensis *in suo manuali visitatorum lib.* 2. *tit.* 14. Nihil enim aliud est visitare, quam excessus inquirere, inquisitos castigare, & emendare, vt habetur *vbi suprà*, & propterea, de visitatione tam theoricè, quàm practicè plurimi, locupletissimique tractatus prodierunt; quos ponit Gauantus *in praxi visitatorum* §. 3. Priùs tamen, qui visitat debet corrigere se ipsum, & suos; *cap. iudicet* 3. *quæst.* 7. *cap. ea, quæ*, §. *si vero*, vbi notatur, de statu regularium. Glossa *in cap. Romana de censibus in* 6. Piascius *in praxi par.* 2. *cap.* 3. *de visitatione num.* 2. Pacis Iordanus *de visitatione lib.* 7. *tit.* 1. *num.* 6. si ergo finis visitationis est castigare, & emendare excessus, ergo.

39 Probatur tertiò quia officium visitatoris est quærere, quæ Iesu Christi sunt, prædicationi, cohortationi, correctioni, & reformationi vacando, vt fructum referat, qui non perit. *cap. procurationes de censibus: cap. cùm Apostolus, cap. cum instantia, eodem tit. cap.* 1. *de censibus in* 6. *Clem.* 1. & *extrauaganti* 1. *eodem tit.* & bene ponderat Pacis Iordanus *tom.* 2. *lib.* 7. *tit.* 18. Gratianus *cap.* 57. *tom.* 1. *de censibus.* & *in cap. cùm ex officijs de præscription.* Canonistæ communiter *in cap. cùm venerabilis de censibus:* Et nihil scelestius est, quàm amare pecuniam, hic enim animam suam venalem habet, Eccles. *cap.* 10. Barb. *glossa* 15. *num.* 4.

40 qui ex S. Ambrosio ait, nihil tam asperum, tam pernicioſum esse, quàm si Ecclesiasticus, maximè, qui in sublimi loco est, diuitiis huius sæculi studeat: Etenim sicut gloria Episcopi est pauperum inopiæ prouidere; sic ignominia sacerdotis propriis studere diuitiis, vt ait sanctus Hieronymus ad Nepotianum; de quo *in cap. gloria.* 12. *quæst.* 2. Pacis Iordanus *lib.* 1. *tit.* 10. Squillante *de obligationibus Episcoporum cap.* 3. *per totum.* qui ex aliis fundat, & bene, nihil posse accipere scribam, Notarium &c. pro scriptura visitationis, vel pro Decreto, sed tantum pro copia actorum, seu Decretorum visitationis ab eis, qui ea petunt, ne demus nos Catholici occasionem impiis hæreticis scandali, quos in propria materia plures vomitasse blasphemias, videre est apud Gasparem Kloc *de contrib. cap.* 1. *à num.* 46. contra enim hos Catholicos exclamat S. Bernardus *serm.* 77. *super cantica.* Quem dabis mihi de numero præpositorum, qui non plus inuigilet subditorum euacuandis marsupiis, quàm vitiis extirpandis. *Can. Diaconi* 97. *dist.* Potentiam tuam summam circa tuos subditos firmiter credimus, superbiam tuam summam tolerare non possumus, auaritiam satiare non valemus; diabolus tecum, quia Dominus nobiscum. Vnde Picus Mirandolanus dixit: Vendit Alexander Cruces, Altaria, Christum: emerat ipse prius, vendere iustè potest. Et cauere debemus, ne incidamus in scandalum, cuius occasionem dedit Glossa *in cap. fundamenta de elect. in* 6. Roma dicit glossa, à rodendo dicta est, quod manus roderet, & Ioannes Andreas dicere solebat, relatus à Iasone *in l. qui Romæ* §. *Seia, num.* 16. *ff. de verborum.* Romam fundatam à latronibus, adhuc sapere primordia sua.

Semper tamen cauere debent Principes, & su- 41
periores, ne apud se teneant Quatruplatores; tales enim appellat Bodinus *lib.* 6. *de Republica c.* 2. *de Ærario fol.* 1538. istud hominum genus, quod omnia studia, curam, sollicitudinem in imponendis, excogitandisque tributis, ac vectigalibus confert, & ad ea Principes modis omnibus exacuere conatur.

Parthenius apud Theodobertum Francorum Regem, nouorum tributorum auctor lapidibus obrutus est, vt *in lib.* 3. *Historiæ Francicæ, cap.* 36. Petrus Gregorius *lib.* 3. *syntagm. cap.* 3. *num.* 11. & *lib.* 3. *de Republica cap.* 9. *num.* 17. Georgius Faber *lib.* 1. *de origine Saxonum fol.* 50. Kloc *cap.* 1. *num.* 388. & semper sunt eiiciendi Consiliarij, & Quæstores, qui omnia studia, curam, & sollicitudinem in imponendis, excogitandisque tributis, ac vectigalibus conferunt. Bodinus *lib.* 6. *de Republica cap.* 2. *fol.* 1037. & de Cardinali quodam apud omnes graui odio laborante, refert Besoldus *de Ærario publico cap.* 7. qui cùm apud Pontificem fuisset, auctor nouarum contributionum, & exactionum, & de eo negotio, scilicet de pecunia colligenda tractaretur, quidam alius Cardinalis, parum amicus ait: equidem sanctissime Pater, nullam ego meliorem citrà omnem subditorum querelam, immo cùm ipsorum quoque gaudio, colligendæ pecuniæ rationem nouerim; quàm vt Armellino (id enim Cardinali nomen erat) pellis detrahatur, & perditionem vestram, vt luporum pellibus alias fieri solet circumferatur, neque enim dubito, quin vestri subditi omnes, pro & saltem inspicienda, stipem vltrò sint collaturi.

Ex quo Rebuffus *in l. eum ff. de verb. signif.* ait, Consulentes Principi, vt noua imponant tributa, nouasque exactiones sine magna causa, esse in inferno cruciandos perpetuo, allegans illud Machabæorum. *Et tu, qui inuentor omnis malitiæ factus es, non effugies manus Domini: cogita ergo quod morieris cito, & generatio tua cito extinguetur.* Ergo expellere procuret idem Illustrissimus hos tales Commissarios hæc persuadentes. Ego tamen cùm S. Ambrosio *Epist.* 83. neminem nominabo. Conscientia sua vnumquemque conueniat, nec aliquis contrà me irasci potest, nisi qui ante de se ipso voluerit confiteri. Cicero pro lege Manilia, & Saluianus *lib.* 4. *de Gubernatione Dei num.* 98. ait. Sed cùm ego non de omnibus, sed de his, qui tales sunt prædicauerim, nullus irasci omnino debet, qui nequaquam se talem esse cognoscit, ne hoc ipso, quod irascitur de cœtu ipsorum esse videatur.

Hac causa fuit decisa ad fauorem Beneficiatorum, quia stantibus petitionibus eorundem apud S. Sedem, fuerunt remoti Commissarij Caualcantes, & paulò post successit Montis Sperelli mutatio.

SVMMARIVM.

1 *Sacræ Religionis Hieroſolymitanæ origo traditur.*
2 *Sacra Religio Hieroſolymitana eſt verè, & propriè Religio.*
3 *Equites Hieroſolymitani confiteri poſſunt cum Sacerdote Regulari non approbato ab Ordinario.*
4 *Religionis Hieroſolymitanæ priuilegia illuſtrarunt Legiſtæ, Hiſtorici, & Theologi.*
5 *Equites S. Ioannis, ſeu Melitenſes fuerunt inſtituti ſub Regula S. Auguſtini, & vbi?*
6 *Equites Hieroſolymitani cur vocentur S. Ioannis?*
7 *Religio Hieroſolymitana quando fuerit recepta ſub protectione S. Sedis Apoſtolicæ?*
8 *Religioſi Hieroſolymitani comprehenduntur ſub decretis Concilij, & quando.*
9 *Magnus Magiſter S. Ioannis quibus legibus ſit eligendus?*
10 *Magnus Magiſter Hieroſolymitanus confert commendas, & Iuriſdictionem habet meri, & mixti Imperij.*
11 *Milites Hieroſolymitani ſunt exempti à ſolutione decimarum, & mortuos ſepeliunt in eorum Eccleſijs.*
12 *Equitum Hieroſolymitanorum bona poſt mortem, non ad Cameram, ſed ad Religionem ſpectant.*
13 *Petitio Eminentiſſimi Cardinalis Caraccioli contra Cappellanum, & Eccleſiam* S. Ioannis ad Mare *refertur.*
14 *Epiſtolæ dicti Eminentiſſimi verba ponderantur.*
15 *Eccleſia S. Ioannis ad Mare nunquam fuit refugium delinquentium.*
16 *Atria, Cortile, &c.* Eccleſiæ S. Ioannis *quem receperint delinquentem?*
17 *Factum quod dedit cauſam querelæ refertur in præſenti.*
18 *Religio S. Ioannis ſubſtantialia habet veræ Religionis.*
19 *Religioſi S. Ioannis nequeunt ab Ordinarijs locorum viſitari.*
20 Tridentini decretum ſeſſ. 25. de Regular. cap. 15. *comprehendit Milites S. Ioannis.*
21 *Regulares, inuito Parœco, poſſunt adminiſtrare Sacramenta ſecularibus infirmis intra eorum ſepta.*
22 *Regulares an poſſint ſepelire ſeculares mortuos intra eorum ſepta, inuito Parœco.*
23 *Regularis adminiſtrans Sacramenta infirmis ſecularibus intra ſepta degentibus, an debeat eſſe approbatus ab Ordinario?*
24 *Priuilegium conceſſum Regularibus, de quo ſuprà, per quos Pontifices fuerit approbatum?*
25 *Factum ſimile huic, de quo agimus Neapoli contingens, narratur.*
26 *Regulares non poſſunt adminiſtrare Sacramenta (excepto Pœnitentiæ) ſecularibus degentibus extra ſepta Monaſteriorum.*
27 Tex. in Clem. 1. de priuilegiis, *adducitur, & explicatur.*
28 *Regulares in quibus caſibus poſſint adminiſtrare Sacramenta ſecularibus degentibus extrà clauſtra.*
29 *Priuilegia Summorum Pontificum circa Sacramentorum adminiſtrationem Regularibus conceſſa qualiter intelligantur.*
30 *Regulares in defectum Presbyterorum quid in Indijs potuiſſent antiquitus facere, & , quid hodiè?*
31 *Sacramenti viatici adminiſtratio, de qua hîc, fuit intra ſepta Monaſterij.*
32 *Eccleſiæ appellatio venit Atrium, Cortile, &c.*
33 *Regulares vigore priuilegiorum, quibus poſſint adminiſtrare Sacramenta in die Paſchatis?*
34 *Regulares an poſſint adminiſtrare Sacramenta in die Paſchatis in priuatis Oratorijs.*
35 *Pater Ceſpides*, de exemptione Regularium, *adducitur in præſenti.*
36 *Regularis extra Monaſterium ſecularem familiarem Monaſterij apud ſe exiſtentem an poſſit abſoluere?*
37 *Alumni Seminariorum Societatis Ieſu Sacramenta recipiunt in eorum Seminarijs in die Paſchatis.*
38 *Inſignis* Barboſa de poteſtate Parœci, *adducitur pro noſtra concluſione.*
39 *Regularis, vt adminiſtret Viaticum ſecularibus in Monaſterio degentibus non requirit approbationem ab Ordinario.*
40 *Eccleſia Sanctæ Mariæ Patientiæ Ceſareæ Neap. exiſtens, ſtat in hac quaſi poſſeſſione, de qua agimus.*
41 *Eccleſia S. Ioannis ſtat etiam in hac quaſi poſſeſſione, vt in facto.*
42 *Depoſitio facta per Criſeolium, de qua in facto, conſideranda non eſt.*
43 *Regulares curam animarum agentes poſſunt ab Ordinarijs viſitari, & quando.*
44 *Regulares licèt ſint exempti à poteſtate Epiſcopi non tamen ſunt exempti à poteſtate Papæ.*
45 *Regulares continentur ſub decreto ne accedant ad loquendum cum Monialibus.*
46 *Sacramentum Euchariſtiæ non poteſt conſeruari pro adoratione Populi, niſi in Parœciis.*
47 *Sacramentum Euchariſtiæ pro infirmis conſeruatur in Parœciis.*
48 *Sacramentum Euchariſtiæ ſine licentia Papæ non poteſt in aliis ſecularibus Eccleſijs conſeruari.*
49 *Sacramentum Euchariſtiæ in Eccleſijs Regularium conſeruatur ex priuilegijs Pontificum.*
50 *Regulares an poſſint Sacramentum exponere ad adorandum ſine licentia Ordinarij?*
51 Tridentini decretum ſeſſ. 13. cap. 6. *adducitur in præſenti.*
52 *Cura animarum an contineat adminiſtrationem Viatici?*
53 *Epiſcopus quoad curam animarum viſitare poteſt Parœcias adminiſtratas, etiam per Regulares, imò & per Milites Hieroſolymitanos.*
54 *Epiſcopus dum viſitat Eccleſias Regularium propter curam animarum poteſt exigere procurationem.*
55 *Commendæ Militum Hieroſolymitanorum vacant per promotionem ad Epiſcopatum.*
56 *Equites Melitenſes ſi aſſaſſinium commiſerint, à quo iudicentur?*
57 *Miles Hieroſolymitanus percutiens Clericum, à quo declaretur excommunicatus?*
58 *Eccleſia S. Ioannis Parœcialis non eſt, nec curam habet animarum.*
59 *Parœcia, quæ, & qualis dicatur.*
60 *Cura animarum, quæ ſit, & quotuplex.*

61 *Eccleſia*

61 *Ecclesia multiplex, est & qualis.*
62 *Parœcialis, vt iudicetur, quæ signa sint sufficientia.*
63 *Ecclesia Regularium Montis Regalis Siciliæ, qualiter administretur per Archiepiscopum Presbyterum secularem, & Canonicos Monachos?*

ARGVMENTVM.

Religionis Hierosolymitanæ origo, & institutio qualis fuerit. Illius milites sunt vere Religiosi; vnde non possunt ab Ordinariis locorum visitari: quia sub Tridentini Decreto sess. 25. de regul. cap. 15. *comprehenduntur. Et sicuti Regulares administrare possunt sacramenta secularibus, degentibus intra Claustra; ita hoc etiam competit militibus Hierosol. intra septa suorum Conuentuum; quod & ipsum competit respectu eorum Clericorum, qui existunt in seminariis illorum.*

PRO

Fratre Capellano Marco-Antonio Trefilo,

CONTRA

Curiam Archiepiscopalem Neapolitanam.

Romæ proponenda in Congregatione Eminentissimorum Cardinalium S. C. Interpretum.

1 SACRA Religio Hierosolymitana diuisa in octo linguas, siue nationes, viginti Prioratus, 653. Commendas, siue Præceptorias, cuius Officiales sunt Magnus Magister, Magnus Commendatarius Marescallus Hospitalarius Thesaurarius, Magnus Baiuliuus, Cancellarius, & Prior Ecclesiæ ordinis, vt refert Claudius Robertus *in sua Gallia Christiana in tit. de Generalibus ordinum*, est vera, & propria Religio, eiusque Alum-
2 nos esse verè, & propriè tales dicunt communiter DD. cum Sanchez *tom. 1. lib. 2. cap. 16. n. 21.* Garcia *par. 1. de benef. cap. 4. num. 15.* Cenedo *de Paupertate religiosa dub. 65. num. 12.* post alios Barbos. *de iure Ecclesiast. lib. 3. cap. 7. num. 29.* &
3 per hoc tales Equites confiteri possunt cum Sacerdote Regulari non approbato ab Ordinario, sicuti possunt alij Regulares, P. Sancius *in selectis disp. 49. num. 11.* & 13. Riccius *in praxi par. 4. resol. 170.* Nouar. *lib. 1. quæst. for. cap. 42.*

4 Quam Sacram Religionem, eiusque priuilegia illustrarunt plures, scilicet Legistæ, Historici, & Theologi.

Inter Legistas Cassaneus *in Catalogo Gloriæ mundi part. 9. Consid. 4.* Anton. Scappa *de iure non script. lib. 1. cap. 11.* Marta *de Iurisd. par. 2. cap. 32. Reg.* Tapp. *in Auth. ingressi, cap. 24.* Ansaldus *de Iurisdict. in tit. de Equitibus Hierosolymitanis*, Alphonsus Narbona *in l. 29. gl. 8. tit. 6. lib. 1. recopilat.* nouissimè Ioannes de Caruallo *de vna, & altera quarta ad tex. in cap. Raynutius par. 1. num. 348.* & alij apud eos.

Inter Historicos Antonius Viperanus *de Bello Melitensi*, Ioannes Augustinus de Fures *in Chronica huius Sacræ Religionis per sex libros diuisa*, Iacob. Bossius *in historia huius Religionis tribus tomis distincta*, Polydorus Virgil. *de inuent. rerum lib. 7. cap. 9.* Gualterius *in tab. Chronographiæ, seculo 10. num. 1119.* Illescas *in historia Pontificali lib. 5. cap. 18.* Iacob. de Vitreago *in histor. Orientis cap. 6.* Hieron. Romanus *de Repub. Christiana libr. 7. cap. 1.* Venero *in Enchiridion de los tiempos fol. 102.* Paulus Morigia *de origine Religionum lib. 3. cap. 1.* Syluester Marullus *in Oceano Religionum lib. 3. pag. 219.* Albertus Micerus *de origine Equitum lib. 1. cap. 1.* Charillo *en sus annales Chronologicos lib. 4. anno 1104. fol. 36. & lib. 5. anno 1524.* Ioseph Michelius *in Thesauro militari de' Caualieri fol. 39.* Ferdinand. de Camurga *in Epitome histor. Ecclesiæ Melitens. anno 1104. fol. 228.*

Ex Theologis verò Rodriquez senior, iunior, & alij apud *Ioannem Machedum en su perfetto Confessore tom. 1. lib. 5. par. 4. tract. 2. docum. 6.* Suarez, Sanchez, Castr. Palaus, & alij apud Pellizarium *de Militibus Hierosolymitanis. tom. 1.* Lezana *in verbo* Equites Hierosolymitani.

Qui Equites S. Ioannis Hierosolymitani, siue 5
Melitenses fuerunt instituti sub Regula S. Augustini Hierosolymis, propè templum Christi resurgentis in Caluarij Monte à Gerardo Rectore Hospitalis S. Ioannis Euangelistæ de anno 1099. Pontifice Paschale II. Imperatoribus Occidentis Henrico IV. Orientis Alessio Conneno, & confirmata fuit Religio anno 1120. à Callisto II. & Honorio II. anno. 1125. & à succedentibus Pontificibus infinitis propemodum priuilegiis illustrata.

Equites huius Sacræ Militiæ vocantur non- 6
nunquam S. Ioannis, quia in Hospitali S. Ioannis fuerunt instituti: vocantur interdum Rhodienses, quia Insulam Rhodi vi armorum à Turcis eripuerunt anno 1308. quam per annos 214. retinuerunt vsque ad diem 25. Decembris 1522. qua die post longam multorum mensium obsidionem eam iterum Turcæ recuperarunt: interdum vocantur Melitenses, quia in Insulam Melitam donatam à Carolo V. Imperatore commigrauerunt, eiecti à Rhodio.

Hanc eandem Sacram Religionem sub pro- 7
tectione Sedis Apostolicæ susceperit Anastasius IV. *in sua Bulla*, quæ incipit *Christianæ* 12. Kal. Nouembr. anno 1154. apud Laërtium Cherubinum *in Bullario tom. 1. pag. 22.* comprehenduntur sub decretis Concilij, vbi de eis non est facta expres- 8
sa mentio, nisi reperiantur expressè priuilegiata, vt ait Sacra Congregatio apud Episc. Maranta *tom. 2. responso 9. num. 57.* quibus verò legibus Magnus Magister eligendus sit à Militibus Hiero- 9
solymitanis vltra eorum statuta: videnda est Bulla Vrbani VIII. de anno 1628. quæ incipit *in specula*, & est 89. in ordine.

Quorum Militum Magnus Magister confert 10
beneficia, seu Commendas, & eorumdem causæ cognoscuntur ab eodem, qui Iurisdictionem habet meri, & mixti Imperij, eiusque litteris creditur quoad emissionem professionis Pius IV. *in Bulla 9.* incipiente *circumspecta* Kal. Iulij 1560. *tom. 2. Bullarij pag. 9.* sunt exempti tales Equites 11
à solutione decimarum, & aliorum onerum, & mortuos in eorū Ecclesiis sepelire possunt, & eo-

rum Cappellanis eiusdem Militiæ Parœcialibus deseruire valent, Pius IV. *in d. Bulla* 9. quam videre est *in fine Compendij Statutorum*, & sunt omnia priuilegia Religionis *in d. Bulla* regiſtrata, &
12 bona dictorum Militum vbique decedentium, etiam quæsita ex illicita negotiatione, vti spolia non ad Cameram Apostolicam, sed ad eius Hospitale spectant, vt ait Pius IV. *in Bulla* 29. quæ incipit *Romani* 24. Martij 1561. apud Laertium Cherubinum *in Bullario tom.2.pag.*42. quas facultates indulta, exemptiones, immunitates, & alias gratias concessas eisdem Equitibus Melitensibus confirmat Vrbanus VIII. *in Bulla* 15. quæ incipit *Vniuersalis* 29. Martij 1624. & eidem Religioni non est deneganda facultas in forma, iuxta decretum de non alienandis in alienatione bonorum Ecclesiæ, quæ eis obueniunt per successionem Militum defunctorum, vt ait Sacra Congregatio apud Barbosam *in collect. Bullar. in verb.* Milites *num.*11. sunt exempti tales Milites à Iurisdictione Ordinariorum, à solutione decimarum, & aliorum onerum, vt *in d. Bulla* Pij IV. quæ incipit *Circumspecta* de anno 1560.

13 Quæ quidem cum ita sint non benè pro parte Eminentiss. Cardinalis Caraccioli fuit habitus recursus ad Sac. Congregationem Concilij mensibus elapsis pro facto, quod in eius litteris licèt alteratis aliquantulum proponitur, sed antequam iustificetur actio, de qua in præsenti, & nullitates querelæ per eundem Eminentiss. coram Sac. Congregatione Concilij propositæ euidenter appareant duo hic facienda existimo: Primo referre verba dictæ querelæ in epistola Eminentiss. proposita: Secundò responsiones ad eandem litteram, seu epistolam Sacræ Congreg. directam, trademus, vt sic appareat iustitia pro Religione Hierosolymitana, & pro Ecclesia S. Ioannis ad Mare, atque pro eius Cappellano, quapropter dantur verba dictæ epistolæ ab Eminentiss. transmissæ ad Sac. Congreg. Concilij.

Eminentiss. & Reuerendiss. Domini mei Obseruandiss.

Ecclesia S. Ioannis ad Mare Religionis Hierosolymitanæ huius Ciuitatis duo habet Atria, diuersas Domos secularibus locari solitas continentia, in vno ex ipsis Atriis olim erat Hospitalis domus, quæ communem cum Ecclesia habet ingressum: Alterum verò ad quod per viam publicam itur, continet nonnullas officinas, nempè furnum, & cauponam, aliasque mansiones, semper fuit confugium, & receptaculum delinquentium, vtpotè quod habet particulam, per quam patet aditus ad Ecclesiam, & facinorosi ad ipsam ad eorum libitum confugiunt, vt Ecclesiæ immunitate gaudeant.

Cum mensibus elapsis quidam Ianuarius Basile ad dictam cauponam confugisset, ibique in morbum incidisset vocatus fuit Parœcus S. Eligij, intra cuius Parœcialis fines Ecclesia S. Ioannis ad Mare cum circuitu suarum domorum sita est, & Ianuarij Sacramentalem confessionem audiuit, & cum Sacrosanctum Viaticum ex sua Parœciali Ecclesia de more deferendum ægrotanti præberet illumque extrema vnctione munire voluisset, Fr. Marcus Antonius Trefilus Frater Cappellanus inseruiens d. Ecclesiæ S. Ioannis ad Mare obstitit Parœco, ne Sacramentum Eucharistiæ, & Extremæ-vnctionis illi administraret, sub prætextu, quod huiusmodi administratio ad se pertineret, prout de facto ab Ecclesia S. Ioannis ad Mare Eucharistiam desumens infirmo eam præbuit, quamvis Parœcus Fratrem Cappellanum præmonuisset, quod hoc ei non liceret, plures in contrarium allegasset casus, & coram circumstantibus opportunas protestationes fecisset; infirmus post acceptam Sacram Communionem, ductus ad Hospitale Sanctissimæ Annunciationis, ibi, sicut Domino placuit, defunctus est.

Dere per Fratrem Cappellanum, vt sup. minus legitimè gesta, tanquam præiudiciali meæ Iurisdictioni, per Curiam meam Archiepiscopalem capta fuit informatio, & plures testes examinati, inter quos D. Carolus Criscolus Sacerdos ætatis 60. annorum, qui per annos decem tanquam Cappellanus ante d. Ecclesiæ Militum Hierosolymitanorum inseruit, vt ex causa scientia plures casus recensentes, concludenter deposuerunt, quòd Parœcus S. Eligij, nemine contradicente, Sacramenta Pœnitentiæ, Eucharistiæ, & Extremæ-vnctionis infirmis, qui pro tempore in domibus antedictorum Atriorum commorati sunt, administrauit; & hoc adeò verum est, quod licèt in Ecclesia S. Ioannis ad Mare aliquis Sacerdos ad Sacramentales Confessiones Christi fidelium ad ipsam Ecclesiam confluentium audiendas deputatus reperiatur; Euenientibus tamen casibus infirmitatis, in administratione Sacramentorum nullatenus se immiscuit, sed Parœcus S. Eligij infirmis, qui in dictis officinis, seu domibus commorabantur, Sacramenta administrauit, & ab eis electionem sepulturæ recepit.

Quod prorsus in dubium reuocari non potest, cum aperti iuris sit, ipsosmet Regulares, nisi curam Animarum exerceant, non posse extra eorum Ecclesias Infirmis Sacramentum Eucharistiæ administrare, & insuper in hoc casu additur antiqua Consuetudo ad fauorem Parœci S. Eligij.

Et animaduertendum est, quod in prædicta Ecclesia S. Ioannis ad Mare Sacramentalia non asseruantur, sed duntaxat Sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum, quod forsan non permittendum est, cum ibi non exerceatur cura Animarum, & Sacramentorum administratio olim in ipsa Ecclesia permittebatur, eo quia erat Hospitalis domus cum Infirmis, qui hodiè illuc non recipiuntur; Imò Sacramenta administrabantur in dicta Ecclesia tanquam Grancia Parœcialis S. Archangeli ad Armerios, vice, & de consensu Ordinarij, prout cautum reperitur in Diœcesana Synodo sub anno 1565. per bonæ Memor. Cardinalem Carafa celebratam.

In causa aduersus antedictum Fratrem Cappellanum, supradicta contra omne iuris debitum, & in præiudicium meæ Iurisdictionis, & iurium Parœcialium attentare non dubitauit, ad vlteriora procedere nolui, nisi prius certioratis Eminentiis Vestris, à quibus supplex peto declarari ad Parœcum S. Eligij, non verò ad Fratrem Cappellanum S. Ioannis ad Mare pertinere Sacramenta Infirmis, qui pro tempore in domibus, seu officinis antedictorum Atriorum commorabantur, administrare; Ac proindè Fratrem Cappellanum, qui in casu, de quo agitur, audaciter deliquit, esse à me ad exemplum cæterorum corrigendum, & interim EE. VV. manus humillimè deosculor. Neapoli 14. Maij 1669.

EE. VV.

Humill. & addict. Seruus
I. Cardin. Caracciolus.

Plura

14 Plura dicit in sua epistola Eminentiss. Cardinalis, primo quidem, quod Ecclesia S. Ioannis ad Mare Religionis Hierosolymitanæ huius Ciuitatis duo habet atria, diuersas domos, secularibus locari solitas, quæ communem habet cum Ecclesia ingressum, alterum verò, ad quod per viam publicam itur, continens plures officinas, furnum, cauponam, & alias mansiones, dicit tamen fuisse confugium delinquentium, propter quandam porticulam, per quam patet aditus ad Ecclesiam, in qua facinorosi ad eorum libitum confugiunt, vt Ecclesiastica gaudeant immunitate.

15 Circa quod verissimum est factum, tum de officinis, tum de Atriis, quod verò confugerint olim aliqui delinquentes non est nouum in Ecclesiis Ciuitatis tam amplæ, vt confugiant delinquentes nec possunt à Cappellanis expelli, nisi incurrerere voluerint in pœnas, tum legum Ciuilium tum Sacrorum Canonum tum etiam in motu proprio Gregorij XIV. quod incipit, *cum*
16 *alias nonnulli*, nunc verò modernis temporibus sunt in talibus Atriis sexaginta personæ circiter, quæ ibi habitant, ibique residet Frater Cappellanus, Sacerdotes eiusque Ecclesiæ in proprio Palatio Prioris illius, refugiati non existunt, præterquam quod annis elapsis fuit ibi refugiatus hodiernus Parœcus S. Eligij maioris, cum eum pro suis, &c. prosequeretur Eminentiss. quondam Cardinalis Philamarinus, & hic est Parœcus, qui nunc querelauit in Curia Archiepiscopali Fratrem Cappellanum Marcum Antonium Trefilum Neapolitanum à viginti annis circiter Neap. residentem professum ibi habitantem per spatium multorum annorum: vnde in hoc non credo querelam subsistere, quod sint Atria: quod officinæ, &c. cum hæc in omnibus Ecclesiis, ferè existant, tum Neapoli, tum alibi.

17 Dicitur in littera, seu in epistola, quod cum mensibus elapsis quidam Ianuarius Basile ad dictam Cauponam confugisset, ibique in morbum incidisset, &c. vocatus fuit Parœcus S. Eligij, intra cuius Parœcialis fines Ecclesia S. Ioannis ad Mare cum toto circuitu sita est, & Ianuarij Sacramentalem Confessionem audiuit, fuit tamen eidem Parœco denegatum, vt administraret Sacramentum Eucharistiæ, & Extremæ-Vnctionis, sub prætextu, quod huiusmodi administratio, non ad parœcum, sed ad eundem Cappellanum pertineret, quod ità fecit Cappellanus, igitur querelæ causa est hæc, quod administrauerit Fr. Cappellanus Sacrosanctum Viaticum intra septa suæ Ecclesiæ, seu in Atrio suæ domus inuito Parœco.

18 Sed Domini mei Eminentissimi dixi *suprà*, Religionem Hierosolymitanam esse veram Religionem, milites eiusdem habere omnia substantialia Religionis, votum similiter Paupertatis, Castitatis & Obedientiæ, sub regula Sede Apostolica approbata quod dixit Rota Romana apud Ludouis. *d.* 87. *& in recent. p.* 1. *d.* 333. *& p.* 2. *d.* 87. quod ex Trid. colligitur *sess.* 24. *de reform. cap.* 11. latè Gratian. *c.* 880. *tom.* 5. Costa *cons.* 42. *vol.* 1. latè Nouar. *p.* 1. *quæst. for.* 9. 42. *& in praxi electionis fori sect.* 2. *q.* 69. vbi latissimè, qui milites comprehenduntur sub decreto *Concilij sess.* 25. *de regular. cap.* 19. Ricc. *p.* 4. *dec.* 171. Maranta *respon-*
19 *so* 6. *tom.* 2. Sperell. *d.* 21. *num.* 14. vndè tales milites nequeunt ab Ordinariis locorum visitari, nisi in quantum haberent beneficia Curata, vt refert declaratum per Sac. Congregationem, Armendariz *Ad leges Nauarræ tit.* 6. *de visitat. lib.* 5. §. 2. *n.* 6. continentur etiam sub decreto Concilij *sess.* 25. *de Regul. cap.* 15. dum agit de professione non emittenda ante 16. annum expletum, neque ante 20
expletum annum nouitiatus, vt ait S. Congregatio, apud Parisium *lib.* 6. *de resignat beneficiorum quæst.* 2. *num.* 120. Barbosa *de potest. Episc. alleg.* 101. *n.* 8. *p.* 3.

Cum ergo S. Ioannis Ecclesia Neapol. existens 21
sit Ecclesia Regularium, potuisset ibi Cappellanus, siue Sacrista confessarius approbatus à Curia Neapolitana, Sacramentum Eucharistiæ, Pœnitentiæ, & Extremæ-vnctionis dicto Ianuario Basili administrare, quod commune est omnibus Regularibus, vt Hospitibus, Peregrinis, & aliis intra Claustra morientibus, inscio, vel inuito Parœco dicta administrare Sacramenta, vt videre est apud Rodriguez *tom.* 2. *quæst. regul. quæst.* 67. *art.* 1. post eum Laurentius de Peyrinis *de priuileg. Minimorum super Constitut.* 1. *Iulij* 2. §. 37. *n.* 99. Bordonus *tom.* 2. *resol.* 51. *n.* 168. idque ex priuilegio à S. Sede Apostolica concesso ex Bulla 42. apud *Rodriguez*, & adest aliud priuilegium in compendio priuilegiorum Mendicantium in verbo *Extrema-vnctio*, ratio est, quia Ecclesiæ Regularium, licèt sint in diœcesi, non tamen sunt è Diœcesi Episcoporum, sola tamen est difficultas, an possint eosdem sepelire cum
præiudicio iurium Parœcialium, & licet aliqui id 22
affirment, tamen cõmuniter docent, non posse eos sepelire, nisi soluta quarta funerali, seu iuribus Parœcialibus Parœco, quam si ille, qui sepelitur est Dives, de suis bonis habebit Parœcus, si verò pauper, gratis erit sepeliendus, ergo dicunt communiter omnes, posse Regulares administrare hospitibus, peregrinis, & aliis commorantibus intra septa Monasteriorum, Sacramentum Eucharistiæ, extremæ-vnctionis, & pœnitentiæ, posito quod fuerit Confessarius approbatus 23
ad audiendas confessiones secularium, seruata forma Concilij Trident. *sess.* 23. *de reformat. c.* 15. imò non defuerunt DD. quid dixerunt approbatum solum à Superiore Domus ad audiendas confessiones Regularium posse administrare Sacramentum pœnitentiæ talibus hospitibus, Peregrinis, Refugiatis, &c. iuxta septa Monasteriorum, de quibus Pater Laynez *tom.* 4. *tract.* 10. *quæst.* 22. *n.* 2. *in fin.*

Hoc ipsum Priuilegium Regularibus circa ta- 24
les personas in locis supradictis concessit Pius Quartus, ac confirmauit Pius Quintus de anno 1567. idibus Februarij, vt videre est apud Peregrinum Theatinum 2. *part. sui Compendij, in verbo communicare, &* Peyrinum *vbi suprà num.* 93.

Vnde in Ecclesia S. Seuerij Ordinis Domini- 25
canorum Neap. existente propè Parœciam S. Georgij Maioris cum esset ibi ob debita refugiatus Andreas Paulella, qui fuerat electus popularis, & ob debita deinde ibi refugiatus, moribundus existeret, inuito Parœco S. Georgij, Fratres S. Seuerij administrarunt eidem intra Monasterium Sacramentum pœnitentiæ extremæ-vnctionis cum Viatico, ibique sepelierunt, & Parœco querelante Fratres, qui hoc fecerant, fuerunt Fratres absoluti per Curiam Archiepiscopalem Neapolitanam, processus tempore Cardinalis Boncompani, Actuario Horatio Barresio, & possunt adduci plura exempla, quæ breuitatis causa omittuntur, extra tamen septa Monasterij, siue Conuentus non possunt Regulares admini- 26
strare

ſtrare (excepto Sacramento pœnitentiæ) Sacramentum Euchariſtiæ, Extremæ-Vnctionis, Baptiſmi, vel Matrimonij, & aliter facientes incurrerent in pœnam Clementinæ 1. de priuilegiis, & ſic loquuntur Barboſa *de poteſt. Epiſcopi. alleg.* 50. *n.* 97. Lezana *in ſumma. tom.* 1. *cap.* 1. *n.* 8. Miranda *q.* 49. *art.* 1. *concluſ.* 1. Lezana *in mari magno Eremitarum Sancti Auguſtini* §. 45. *per totum, & in mari magno Prædicatorum* §. 1. *n.* 45. Bordonus *tom.* 1. *reſol.* 7. *n.* 49. & alij apud Barboſam *in d. alleg.* 50. *n.* 96. *& ſeq. & de poteſt. Parœci part.* 2. *cap.* 2. *n.* 7. Riccius *in praxi aurea reſol.* 210. Tamburinus *de iure Abbatum tom.* 2. *diſput.* 13. *quæſt.* 13. *num.* 13. *& ſeqq.* & ſic deciſum *in vna Spoletana Terræ de Viſſo* 29. *Iunij* 1609. vt refert Barboſa *Apoſtolicarum deciſionum collect.* 654. vbi habetur Regulares non debere extra Conuentus miniſtrare Sacramenta ſuis Tertiariis, præter Sacramentum pœnitentiæ.

27 Quare etiam contra voluntatem Parœci, ſi Prælati adminiſtrauerint Sacramentum Matrimonij, Extremæ-Vnctionis, vel alterius cuiuslibet incurrunt in pœnas, & cenſuras d. Clementinæ 1. de priuilegiis, vt optimè Bordonus *tom.* 1. *reſol* 7. *n.* 49. cuius ratio eſt, quia omnes fideles ſubiiciuntur Parœco proprio in adminiſtratione, & receptione omnium Sacramentorum præter ordinem, vt cum Sylueſtro, *&* Sanchez dicit Barboſa *de officio Parœci part.* 2. *cap.* 19. *n.* 10. & Lezana *tom.* 1. *in ſumma cap.* 9. *n.* 31. nam talis adminiſtratio Sacramentorum eſt actus Iuriſdictionis, quam exercere non poteſt, niſi ille, cui ex munere competit, cum igitur Regulares ad dictum effectum illa careant ex diſpoſitione dictæ Clem. primæ de priuilegiis, per conſequens ſequitur, quod ſi ſe ingerant in adminiſtratione prædicta, vſurpabunt, quod non habent, argum. *tex. in d. Clem.* 1. vbi *gloſſa*, & communiter DD. de quibus Campanilis *in diuerſorio Iuris Canonici, rubrica* 12. *c.* 11. *n.* 5.

28 Neque priuilegia contra prædicta aliquid operantur, nam illud Sixti IV. ſolum habet locum, vt poſſint Fratres Minores adminiſtrare Sacramentum Euchariſtiæ, & Extremæ-Vnctionis illis quorum Confeſſiones audierunt, quando Rectores eorum ſine cauſa illis vellent denegare, aut difficulter illa adminiſtrare, ergò ſecluſo tali caſu in aliis, erunt adſtricti iuris diſpoſitione, vt alia Sacramenta miniſtrare non poſſint per regulam iuris, quod caſus exceptus, firmat regulam in contrarium præter expreſſum, *l. nam quod liquidè*, §. *fin. ff. de penu legata*, *l. quæſitum*, §. *idem* Pomponius, vbi *gloſſ. in verbo non poteſt*, *ff. de fundo inſtructo*, Seraphin *deciſ.* 718. *n.* 7. *& deciſ.* 1251. *n.* 11. *&* 23. Gratian. *cap.* 522. *n.* 23. & talis etiam conceſſio fuit moderata per Leonem X. de quo latè Miranda *tom.* 2. *q.* 49. *art.* 1. Barboſa *alleg.* 50. *num.* 97.

29 Hoc ipſum dicimus de aliis priuilegiis; nam ad illa Clementis IV. Iulij II. Eugenij IV. & aliorum, reſpondetur, ſolùm loqui cum Fratribus, & familiaribus degentibus extra ſepta Monaſteriorum, vt patet ex contextura ipſorum priuilegiorum, de quibus Miranda *vbi ſup.* & ita intelligenda ſunt priuilegia pro illis, qui collegialiter viuunt, vt notat Lezana *in ſumma tom.* 2. *cap.* 14. *num.* 34. Gauantus *in verbo Regularium Iura ſub Epiſcopo, num.* 53. & nouiſſimè Carolus Antonellus *de Regim. Eccleſiæ Epiſcopalis lib.* 7. *cap.* 12. *num.* 13. Pellizarius *in manuali Regularium part.* 1. *cap.* 3. *ſect.* 2. *ſubſect.* 1. *num.* 55.

In nouo tamen Indiarum Orbe habebant Regulares poteſtatem, vt in defectu Presbyterorum ſæcularium, habita ſolùm licentia à ſuis Superioribus in Capitulis Prouincialibus ſine alia Parœcorum licentia, vel alia approbatione Epiſcoporum, fungi poſſent officio Parœci, dummodò intelligerent idioma Indorum, vt in Bulla Pij V. 24. Martij 1567. & eſt Bulla 34. ſed d. Bulla fuit reuocata per Gregorium XV. vt in Bullario tom. 4. in Bulla 18. & tandem in controuerſiis habitis Romæ inter Epiſcopum Angelopolitanum in Indiis Occidentalibus ex vna, & Clericos Regulares Societatis Ieſu ex altera, ſic fuit reſolutum ſub Innocentio X. vt videre eſt apud Paſtorale Regularium D. Didaci Antonij Frances *part.* 2. *q.* 17. *& q.* 21. *per tot.* 30

Quod verò adminiſtratio Sacramenti Viatici, de qua in præſenti fuerit intra ſepta Eccleſiæ S. Ioannis ad Mare patet, quia vt Eminentiſſ. ipſe dixit Sac. Congregationi ſcribens, fuit in Atrio eiuſdem Eccleſiæ, vbi reſidet palatium Priorale, ſed appellatione Eccleſiæ venit totum id, quod eſt intra ſepta, vnde porticus cæmeteria, atria, & *ſimilia dicuntur intra ſepta Eccleſiarum, ſic immunitas conceſſa Seminario, cenſetur conceſſa furno ipſius, ſine loco contiguo eiuſdem, vt deciſum Neap. refert* Genuenſis in praxi *cap.* 18. *num.* 19. quod idem Siciliæ fuiſſe deciſum in eo, qui patrato delicto confugerat ad horticinum Patrum Capuccinorum, quia talis hortus contiguus erat Monaſterio, vt deciſum refert Hippolytus Maya *obſeruat.* 10. *num.* 32. 31 32

Secundò hoc ipſum probatur, quia Euchariſtia per Regulares vigore ſuorum priuilegiorum poteſt miniſtrari vagis, aduenis, & peregrinis in die Paſchatis, ad præceptum adimplendum Sacræ Communionis, vt poſt alios Diana *p.* 3. *tract.* 2. *reſol.* 12. ſicque ſeruis, domeſticis, & aliis intus Monaſteria degentibus in morte, & in Paſchate, vt à Nicolao V. & Iulio III. fuit conceſſum, vt patet in *Compendio priuilegiorum minorum, in verbo Euchariſtia* §. 2. *&* 6. & addit Diana *vbi ſupr.* id procedere etiam in famulis coniugatis, qui nocte dormiunt extra Conuentum, ſi caſu, tempore mortis, ibi reperiantur, & poteſt Euchariſtia miniſtrari per Regulares ſæcularibus in ædibus priuati Oratorij, ex Paulo IV. conceſſo priuilegio de anno 1557. confirmato ab aliis Pontificibus, vt notat Portell. *part.* 3. *reſponſ. moral. caſu* 39. Diana *par.* 4. *tract.* 4. *miſcell. reſol.* 14. Nouar. *in lucerna Regularium, in verbo Euchariſtia per totum.* Igitur cum Eccleſia S. Ioannis ſit Eccleſia Regularium; nil mirum eſt, ſi Frater Cappellenus, de quo ſup. Viaticum adminiſtrauit Ianuario Baſili, vt dicebamus. 33 34

Tertiò facit, quia per priuilegia, quæ habent Regulares, poſſunt adminiſtrare Sacramẽta hoſpitibus ſuis, & familiaribus, ſeruis, &c. ſine Parœci licentia, vt ex pluribus Summorum Pontificum priuilegiis refert Ceſpedes *de exempt. Regular. cap.* 6. *dub.* 125. Lezana *tom.* 2. *in ſumma cap.* 16. & eſt communis ſententia, quod talis Regularis adminiſtrans Sacramenta prædictis non debet eſſe approbatus ab Ordinario, Ceſpedes *vbi ſuprà num.* 4. qui *num.* 5. ait, poſſe talem Regularem abſoluere hos familiares domeſticos, peregrinos, & vagos à caſibus etiam reſeruatis Epiſcopo, matrimoniis verò eorundem non poſſunt aſſiſtere, vt Parœci, Ceſpites *num.* 6. & etiam hoſpitibus id procedit, vt latè Ceſpites *num.* 7. qui etiam ait, quod ſi Regularis exiſtat extrà Monaſterium, 35

36 & habeat apud se alium familiarem Conuentus sui, posset etiam illum absoluere, quod idem dicit Portellius *in verbo famuli*, subditi etiam Ces-
37 pites *num.* 11. hoc procedere etiam in famulis salariatis, & tandem idem dicit de Alumnis in Seminario Societatis Iesu, Summascorum, & aliis.

38 Quartò facit, quod dicit Barbosa *de potest. Parœci p. 2. cap.* 20. *a num.* 8. qui ait, quod post *Clementinam* 1. *de priuilegiis*, sunt Regularibus concessa priuilegia, vt non requisita licentia Parœci omnibus Christi fidelibus Sacram Eucharistiam in suis templis per se; vel per alios Sacerdotes ministrare possint, non tamen possunt ingredi Parœciam alteram, vt Eucharistiam Fratribus, aut Sororibus Tertij Ordinis tribuant, sic possunt Regulares ministrare, & ministrari facere Sacramentum Eucharistiæ Curialibus, mercatoribus, peregrinis, & transeuntibus, ac aliis quibuscumque personis, & dicit Barbosa *num.* 8. non esse
39 necessarium, quod tales Presbyteri sæculares sint expositi, & approbati ab Episcopo, vt in Religiosorum Monasteriis possint Eucharistiæ Sacramentum ministrare; quia non est eadem ratio de Sacramento pœnitentiæ, & administratione Eucharistiæ, quia in illo administrando multa maior sufficientia requiritur, quàm in ista, quod solùm consistit in applicando Sacramentum consecratum ad vsum recipientis, vt latè prosequitur Barbosa *vbi suprà num.* 8.

40 Quæ autem suprà ex DD. probauimus corroborantur exemplis; in primis enim patet omnibus Neap. existentibus, quod Ecclesia S. Mariæ de Patientia Cæsarea fundata sub Clemente VIII. per illos de Cæsarea, est exempta ab Ordinario; multò minus quam sit exempta Ecclesia S. Ioannis ad Mare, & tamen in d. Ecclesia S. Mariæ Cæsareæ, succedentibus casibus mortis eorum, qui ibi commorantur, & habitant per Sacristam Ecclesiæ Sacramenta administrantur, nec Parœcus vnquam habuit accessum pro tali negotio, sic in Ecclesia S. Antonij Abbatis extra mœnia Ciuitatis nusquam Parœcus ingressus fuit pro talibus Sacramentis administrandis infirmis, de quibus ibi, vbi plures, & plures sunt habitores; sed quid
41 dico de aliis, quando in ista Ecclesia S. Ioannis, vt per testes poterit iuridicè examinari, per plures vices de anno in annum, præsertim de anno 1666. in casibus occurrentibus, semper Frater Cappellanus dedit ibi morientibus Sacramentum Viatici; imò quod fortiùs est Sacramentalia sibi tradita per Parœcum fuerunt ab eodem administrata eisdem, nec est habenda ratio de depositione facta per Criscolium, cui nulla fides est ad-
42 hibenda, quia cum existeret Fr. Cappellanus eiusdem Ecclesiæ, fuit à Superioribus electus propter nonnulla facinora, nec ad professionem admissus, quia filius erat cuiusdam Buccerij. Quid mirum ergo si contra S. Religionem indignatus, contra verum deposuerit?

Igitur contra Fratrem Cappellanum prædictum iuridicè agentem, quod egit, nec perturbantem Archiepiscopalem Iurisdictionem, vt ex priuilegiis de quibus supra, materialiter capta fuit prætensa informatio.

43 Quod verò in eadem epistola legitur iuris aperti esse Regulares curam animarum non exercentes, non posse extra eorum Ecclesias infirmis Sacramentum Eucharistiæ administrare, dico conclusionem esse verissimam in maiori; falsam tamen in minori, quia maior propositio colligitur ex Trid. *sess.* 6. *de reform. cap.* 3. vbi disponitur posse ordinarios locorum, tanquam Sedis Apostolicæ delegatos, punire, & corrigere quemcumque Presbyterum Secularem, vel Regularem extra Monasterium degentes, & delinquentes, non obstantibus priuilegiis sui ordinis, nam cum verè Religiosi sint, licèt eximantur à pote- 44
state ordinaria, non tamen eximuntur à potestate Papæ; ergo nihil fecit Papa, subiiciendo eos Ordinariis, si extra claustra delinquant, quia tunc procedunt Ordinarij, vti Delegati Sedis Apostolicæ, & ità resolutum ait Ricc. *part.* 4. *decis.* 231. Barbosa *de appellatiua verborum c.* 23. *num.* 11. Nouarius *in lucerna Regularium, in verbo Milites, &* sic comprehenduntur sub decreto, quod Regularibus prohibetur accessus ad Monasteria Monialium, vt ait Barbosa *lib.* 1. *de Iure* 45
Ecclesiast. cap. 44. *n.* 157. Falsa tamen est in minori propositio, de qua supra, quia Fr. Cappellanus, de quo in præsenti non dedit Viaticum extra septa Monasterij Conuentus, seu Prioratus; sed in atrio, seu cortili eiusdem, vt idem Dominus Eminentiss. in facto rescripsit, vt sup. dicebamus, quod intra septa Monasterij, siue Conuentus, dicitur etiam atrium, cortile, siue quodcumque eidem adiacens.

Neque dicatur, provt in epistola asseritur, 46
quod in Ecclesia S. Ioannis ad Mare non adsunt Sacramentalia; sed dumtaxat Sacramentum Eucharistiæ, quod forsitan permittendum non est, cum ibi non exerceatur cura animarum.

Respondeo enim, quod licet in Ecclesia non Parœciali non possit retineri Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum pro adoratione populi, etiam cum licentia Episcopi; sed requiratur licentia Summi Pontificis, per tex. *in cap. tribus, §. tanta de consecratione, distinct.* 2. qui *tex.* solum limitatur, vt pro infirmis possit retineri diù, no- 47
ctùque ex *c. Presbyter dist.* 2. *Abb. in cap. officium de offic. Archipresbyteri, glos. in cap. permittitur de sent. excomm.* vndè si pro infirmis tantùm licitum est illud conseruari, sequitur, quod in Ecclesiis Parœcialibus, & non in aliis, à quibus non defertur ad infirmos debet conseruari; in aliis verò requiritur licentia Papæ, cum Episcopus non possit dispensare supra Canones, *cap.* 48
quod super de maioritat. & obed. & sic rescripsit Sacra Congregatio de anno 1609. Marco Antonio Genuensi petenti, de quo in cap. 92. suæ praxis Romæ impressæ, tamen in Ecclesiis Regularium conseruatur Sanctiss. Eucharistiæ Sacra- 49
mentum, vt ex priuilegiis Summorum Pontificum, & licet aliqui Doctores dixerint prædictos Regulares non posse illud publicè exponere ad 50
adorandum sine causa ab Ordinariis approbanda, vi dicunt declaratum per Sac. Congreg. Concilij in vna Neapolitana 17. Augusti 1630. penès Lezanam *tom.* 3. *cap.* 1. *n.* 26. quod idem Confraternitatibus Laïcorum quovis prætextu denegatur sine speciali licentia Ordinarij, vt ait Sac. Congreg. Rituum *die* 26. *Februarij* 1626. apud Gauantum *in verbo Eucharistia n.* 55. & apud Nouar. *in lucerna Regularium in dicto verbo Eucharistia, n.* 2. Barbosa *in Collect. bull. in verbo Eucharistia n.* 6. Ricciullus *lib.* 4. *de Iure personarum cap.* 6. *n.* 4. & 6. Bonfadinus *in Thesauro Ecclesiast. resol.* 2. *n.* 16. idem Gauantus *in verbo regulares num.* 19. Lezana *tom.* 2. *cap.* 1 *n.* 26. *cit.* dicit tamen eruditiss. Cespetes *c.* 6. *de exempt. Regul. dub.* 132. posse publicè exponi sine licentia Ordinarij, quia cum hoc passim fiat à Regularibus sine licentia

Ordinarij præſcriptione dici poteſt acquiſitum fuiſſe Ius à Regularibus illud exponendi; nullus tamen negauit in Eccleſiis Regularium Sacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum retineri non poſſe, quando onus illud deferendi ad infirmos, præcipitur in Eccleſiis parœcialibus, & in Eccleſiis Regularium ex priuilegio; vt maxima pietate, ſimulque ſanctitate fuiſſe inſtitutum dicit
51 Conc. Trid. *ſeſſ. 13. cap. 6. de Sanctiſſ. Sacramento Euchariſtiæ*, & propterea *cap. 7.* anathematizantur illi dicentes non licere, vt illud ad infirmos honorificè deferatur; quod onus in Parœcialibus
52 ſpectat ad curam animarum, vt ait Rota *in Recanatenſi Parœcialis coram Cantuccio inter impreſſus decif. 52. part. 2. diuerſ.* & apud Farinac. *decif. 140. part. 2. recent.* Barboſa *de poteſt. Parœci. part. 2. cap. 20. n. 31.* Si ergo Eccleſia Sancti Ioannis eſt Eccleſia Regularium Prioratus eiuſdem Religionis, quomodo dicitur in epiſtola tranſmiſſa ad Sac. Congregationem, quod potuiſſet auferri facultas prædicta, quando oporteret deſtruere tot Pontificia priuilegia Regularibus conceſſa, imò iſtis Regularibus, de quibus loquimur, qui ſua priuilegia obtinuerunt pro Sanctæ Fidei defenſione quotidie pugnantes ad noſtram Catholicam Religionem defendendam.

53 Neque dicas, quod ex Leone X. in Concilio Lateranenſi habetur, Epiſcopos viſitare poſſe Eccleſias Regularium, quoad ea, quæ ad Parœcianorum curam, & Sacramentorum conſeruationem, adminiſtrationemque pertinent, ſine tamen Viſitatorum inſolito grauamine, vel impenſa, quos ſi inuenirent delinquentes in cura prædicta, punire illos poſſint intrà Regularium ſepta, vt ex d. Bulla, de qua Quaranta *in ſumm. Bullarij in verbo priuilegia Regularium fol. 309.*

Reſpondeo enim poſſe Epiſcopos viſitare Eccleſias Parœciales, etiam Melitenſium, ſi habeant illæ curam animarum, & adminiſtrationem Sacramentorum, vt ait Gregorius XIII. in Bulla 67. incipiente *circumſpecta 25. Nouembris* 1580. apud Cherubinum *tom. 3. pag. 448.* & ſic Rectores, ſeu Parœci in Eccleſia S. Ioannis Hieroſolymitani curam animarum ſecularium exercentes ſubſunt in omnibus, quæ concernunt curam, & Sacramentorum adminiſtrationem, viſitationi, correctioni, & Iuriſdictioni Epiſcopi, qui poteſt ratione viſitationis procurationes exigere, niſi adſit conſuetudo in contrarium, vt ait
54 S. Congregatio concilij de anno 1627. Aliæ verò Eccleſiæ præter has curatas à viſitatione Epiſcoporum ſunt exemptæ, vt ait S. Congreg. de qua Armendariz *lib. 1. tit. 6. de viſitat. lib. 5. §. 2. num. 6.* Lezana *in ſumma tom. 2. cap. 5. num. 52.* diſpoſuit enim Gregorius XIII. in Bulla, quæ incipit *Controuerſia Kal. Maij* 1583. apud Cherubinum
55 *in Bullario tom. 2. pag. 166.* vt Equitum Melitenſium præceptoriæ vacent per promotionem ad Epiſcopatum, ſic *ad fauorem eorumdem fuit di-*
56 *ſpoſitum, quod Equites Melitenſes aſſaſſinij criminis reos, non poſſint Iudices laici declarare; ſed dicta cognitio ſpectat ad Superiores Militiæ, iuncto Epiſcopo loci ex Bulla Clem. VIII. 37.* de anno 1599. apud Cherubinum *tom. 3. pag. 52.* & apud Scorziam *in ſelect. Summorum Pontificum epitome 159.* quòd ſi Miles Hieroſolymitanus Clericum percuſſerit, non poteſt excommunicari ab Ordinario, neque declarari talis, quia
57 priuilegio exemptus eſt, vt in Trid. *ſeſſ. 14. c. 11.* quia tamen ipſe ob talem percuſſionem incidit in excommunicationem Canonis, *Si quis ſuadente Diabolo*, ideò poterit Epiſcopus præcipere omnibus Parœcis, & Canonicis, ac aliis Rectoribus, & Sacerdotibus, nè eum admittant intra Eccleſias ipſi Epiſcopo ſubiectas, ità Sac. Congreg. de qua Lezana *in ſumma quæſt. Regul. cap. 5. n. 39.*

Neque dicas, quod ſi permitteretur Sacra- 58
mentum conſeruari cum adminiſtratione eiuſdem in caſibus, & cum perſonis, de quibus in præſenti, ſequeretur, quod Eccleſia S. Ioannis diceretur Parœcia, vel ſaltem diceretur habere curam animarum, vnde ſubiiceretur Epiſcopo, quoad dictam curam iuxta ſupra notata.

Reſpondeo enim dici non poſſe Eccleſiam S. Ioannis Parœcialem, propter ſimplicem illam adminiſtrationem, de qua ſupra: Parœcia enim dicitur, quaſi partitio curæ, quia Rector Eccleſię curã 59
habet animarum totius populi intra illos limites congregati, *cap. 1. de Cappellis Monachorum, cap. cùm ſingula de præbendis in 6.* Petrus de Gregor. *lib. 15. cap. 24. numer. 6. & 7.* Rebuff. *in concor. ad tit. de collationib. §. ſtatuimus il 2. in verb. Parœciales*, Gonzales *ad regulam 8. Cancellariæ gloſ. 6. num. 39.* Lelius Zecchius *cap. 28. de Parœcis num. 9.* ad oſtendendum verò Eccleſiam eſſe Parœcialem non ſufficit, quòd Rector adminiſtret Sacramenta, ſed etiam quod de neceſſitate adminiſtret, & populus ab eis recipiat, *gloſ. in Clement. dudum de ſepulturis in verb. impendit*, Cardin. Mantica *dec. 48. num. 5. Gregor. XV. d. 387. num. 7.* vbi Beltramin. *in addit.* & cura animarum eſt poteſtas Sacramenta adminiſtrandi, *cap. 1. de* 60
Parœciis, Maſcard. *concluſ. 468.* Gratian. *cap. 865. num. 10.* quæ alia eſt propria, alia impropria, teſte Gonzalez *ad regul. 8. gloſ. 6. à num. 61.* Garzia *p. 1. 1. cap. 6. de benefic. num. 6.* & licet beneficium Parœciale ſemper ſit curatum, tamen curam habere voluntariam ex parte adminiſtrantium, & recipientium non eſt beneficium Parœciale, vt benè Barboſ. *de poteſt. Parœci p. 1. cap. 2. num. 47. & 48. & num. 74. cum ſeqq.* vndè dici ſolet, quod 61
Eccleſia multiplex eſt, ſcilicet Cathedralis, Parœcialis, baptiſmalis, Collegialis, & priuata, *gloſ. & DD. in cap. cum contingat de decimis cap. plures 10. quæſt. 1. cap. cum Clericus, cap. Venerabili de verb. ſignif.* patet ex toto *tit. de Eccleſiis ædificandis, & tot. tit. de Immunitate Eccleſiarum, Moneta de decimis cap. 7. quæſt. 2.* Hippolyt. Maija *obſeru. 10. à num. 64. cum ſeqq.* Barboſ. *de poteſt. Epiſc. tit. 3. cap. 1. 3. 5. & 7.* & ad Parœcialem conſtituen- 62
dam non ſufficit habere fontem baptiſmatis, ac exercitium actus humandi, Maija *obſeru. 10. numer. 138.* & ad conſtituendam Eccleſiam Parœcialem non ſufficit baptiſterium, ſeu ſepultura, ſicuti è contra habens hæc omnia non per hoc dicitur Parœcialis, quia iſta licet ſint ſigna Parœcialitatis, non tamen neceſſario ex illis infertur ad Parœcialem Curam, ſed Parœcialis dicitur, quæ habet curam animarum in territorio diſtincto.

Quando ergo Eccleſia habet curam animarum, 63
tunc etiam ſi ſit Regularium quò ad curam animarum ſubiicitur Epiſcopo, licèt quoad alia ſuis ſuperioribus Regularibus ſubiiciatur, ſicuti hoc ipſum videmus in Eccleſia Regulari Montis Regalis Siciliæ, quæ licet ſit Monachorum Caſinenſium, tamen Epiſcopus eſt Presbyter Secularis, Canonici ſunt Monachi Benedictini, contra quos Monachos Archiepiſcopus habet Iuriſdictionẽ priuatiuè ad Abbatem, eamq; exercere poteſt ad libitum inconſulto Capitulo, ſed non poteſt ſe intromittere in illis, quæ reſpiciunt inſti-

tuta

tuta regularia, quia quò ad hoc Monachi in Cathedrali degentes suis Abbatibus subditi sunt, & non aliis, virtute suorum priuilegiorum, quæ illæsa permanent circa hanc cognitionem respicientem Regulam, nec tali casu Archiepiscopo etiam in minimo eos recognoscere potest, aut visitare, sequitur Grat. *cap.* 270. & plures dicisiones Rotæ, vt apud Coccinum in vna Montis Regalis Iurisdictionis 8. Maij 1604. & in alia coram eodem 27. Nouembris 1606. quas reportat per extensum Hippolyt. Maija *obseruat.* 10. *num.* 171. *cum seqq.*

Vndè apparet omni iure querelam propositam contra Fratrem Cappellanum Marcum Antonium Trefilum per Eminentissimum Cardinalem Archiepiscopum Neapolitanum, nullam habere subsistentiam, tanquam contra priuilegia Regularium per Milites S. Ioannis proprio sanguine acquisita, sicque sperant dicti Equites non esse habendam in consideratione petitionem dicti Eminentissimi, & rescribendum eidem, ne in causa prædicta procedat contra prædictum Fratrem Cappellanum. Cum præsertim ex Bulla Greg. XIII. 25. Nouemb. 1580. in Bullario tom. 2. Bulla 67. fol. 412. Fr. Cappellanus S. Ioannis delinquens, etiam extra claustrum sit ab Ordinario loci exemptus si actu inseruiebat Ecclesiæ; & si professi fuerint, debet Ordinario constare de professione facta ex Trid. *sess.* 24. *cap.* 11. *de reform. in fin.* vndè Regens Sanfelic. *dec.* 251. *p.* 2. refert Fr. Carolum Paganum huius Sac. Relig. vel Nouitium, vel tacitè saltem professum detentum in carceribus M. C. V. mense Martij 1637. ad Religionem S. Ioannis fuisse transmissum, Episc. Maranta *p.* 4. *respon.* 80. & est legendus idem Maranta *tom.* 5. *respons.* 52. vbi ait Episcopum non posse visitare Ecclesias S. Ioannis, nisi curam habeant animarum, & an Miles S. Ioannis Clericum percutiens sit Episcopo remittendus, & idem Maranta *tom.* 5. *resp.* 53. refert Illustriss. D. Nuntium esse Neap. Conseruatorem Generalem à S. Sede Apostolica deputatum Religionis Hierosolymitanæ aduersus Ordinarios eius Iurisdictionem violantes.

Visis allegationibus nostris, curia Archiepiscopalis non amplius processit contra Cappellanum.

DISCEPTATIO III.

SVMMARIVM.

1 *Facti species proponitur.*
2 *Hæres quibus modis fiat.*
3 *Aditio hæreditatis quid sit.*
4 *Gestio pro hærede quid sit.*
5 *Hæredis nomine se gerere quid sit.*
6 *Aditio hæreditatis, & agnitio bonorum possessionis qualiter differant.*
7 *Filiusfam. sine iussu patris adire, an valeat, & an b. p. agnoscere.*
8 *Aditio per cretionem qualis erat olim?*
9 *Aditio per cretionem quas requirebat solemnitates.*
10 *Cretio quare propriè dicebatur.*
11 *Aditio requirit potentiam adeuntis.*
12 *Aditionis requisita, quæ sint.*
13 *Aditio metu facta, quem effectum producat.*
14 *Adeundi animus quem effectum producat.*
15 *Adeundi ius requirit animum, & factum.*
16 *Tex.* in l. pro hærede 20. ff. de acq. hær. & l. gerit eodem tit. *qualiter procedant.*
17 *Aditio est facta, & non præsumitur, nisi probetur.*
18 *Solutio legati facta per aliquem nominatum hæredem, an inducat aditionem hæreditatis.*
19 *Aditio hæreditatis, per quos actus inducatur.*
20 *Aditio est odiosa, & quare.*
21 *Aditio debet probari per certas, & concludentes probationes.*
22 *Solutio legati, de qua in præsenti, quid operetur.*
23 *Aditio hæreditatis alios actus habet necessarios, alios indifferentes.*
24 *Actus in dubio qualiter intelligatur factus, vt ab hærede an vti ab extraneo.*
25 *Aditio probatur factis, verbis, scripturis, & testibus.*
26 *Aditio, per quæ facta censeatur inducta.*
27 *Aditio an per implementum conditionis censeatur inducta.*
28 *Aditio an inducatur ex venditione rerum stabilium, mobilium, &c.*
29 *Aditio an inducatur ex solutione legatorum.*
30 *Aditio ex solutione legati pij, non inducitur.*
31 *Aditio non inducitur per actus pietatis.*
32 *Aditio an inducatur ex confessione, qua dicit quis velle esse hæredem.*
34 *Aditio ex enunciatiua facti alieni, an inducatur.*
35 *Aditio ex actu dubio non inducitur.*
36 *Verba confessionis D. Beatricis de Albasio, ponderantur.*
37 *Aditio non inducitur ex confessione cum tempore, mora, & conditione, &c.*
38 *Aditio vt actus legitimus non capit diem, conditionem, nec moram.*
39 *Aditio non inducitur hæreditatis damnosæ, si filius obtulisset soluere creditoribus debitoris hæreditariis.*
40 *Aditio non inducitur ex actu dubio.*
41 *Aditio hæreditatis damnosæ, non ita facilè præsumitur.*
42 *Aditio probatur per scripturam, & qualiter.*
43 *Aditio probatur ex præsentatione articulorum, & qualiter.*
44 *Aditio non probatur posita persuasione legatarij facta hæredi, vt adeat.*
45 *Mulier iuuatur Velleiano, si adeat hæreditatem damnosam, decepta à creditoribus, vel legatariis.*
46 *Mulieri an competat restitutio in integrum aduersus aditam hæreditatem.*
47 *Quid posita senectute, imo ætate decrepita.*
48 *Restitutio concessa minoribus aduersus aditionem hæreditatis, an competat consortibus, & cohæredibus.*
49 *Restitutio concessa minori aduersus aditionem hæreditatis, an ei competat, si maior factus aliquid gesserit.*
50 *Restitutio conceditur minori statim quod inconsultus adiuit hæreditatem.*
51 *Restitutio aduersus hæreditatem aditam, vel repudiatam, conceditur minori etiam in Regno.*
52 *Mulier in Regno restituitur aduersus solemnitates omissas in inuentario, & etiam aduersus inuentarium non confectum.*
53 *Mulier restituitur aduersus dolum præsumptum*

tum etiam aduersus ignorantiam, & quando.

54 *Mulier an restituatur aduersus additionem in Regno nostro, & quando.*

55 *Senes qualiter prudentiores iudicentur, & quando.*

56 *Senes prudentes ita præsumuntur, vt contrarium probari debeat per quindecim testes.*

57 *Senilis ætas diuiditur in tres partes, & quæ sint.*

58 *Restitutio ex clausula generali quam requirat ætatem, & quam alia restitutio iure minoris.*

59 *Senes excusantur à publicis muneribus personalibus, & in qua ætate.*

60 *Restitutio ex clausula generali aduersus hæreditatem aditam, quando competat, legatum an via exequutiua peti potest, & quando.*

61 *Hæres pendente tempore inuentarij non potest molestari, & quare.*

62 *Legatum pium peti potest durante tempore inuentarij.*

63 *Solutio facta iussu Iudicis ab hærede eum non excludit à legum beneficis.*

ARGVMENTVM.

Heres quibus modis fiat, & quid sit aditio hereditatis, & quid gesto pro herede, & qualis olim erat aditio per cretionem, & quæ sint requisita aditionis, ac per quos actus aditio inducatur, & an per implementum conditionis, an ex venditione bonorum hereditariorum, an ex solutione legatorum, & quid si sit legatum pium, & an ex confessione, qua dicit quis se heredem, an ex enunciatiua facti alieni aditio inducatur. Aditio an capiat diem, moram & conditionem. Aditio non inducitur ex actu dubio, nec inducitur si ex persuasione legatarij soluatur legatum. Mulier iuuatur Velleiano si adeat hereditatem damnosam, eique an competat restitutio in integrum aduersus hereditatem aditam, & quid posita senectute, vel ætate decrepita, & an minori concessa prosit consorti litis maiori, & quid in Regno nostro. Restitutio ex clausula generali quam requirat ætatem Legatum via exequutiua an peti possit, & an pendente tempore inuentarij.

PRO

Magnif. Beatrice Albasia.

CONTRA

D. Cæsarem Maragnone.

Dom. Reg. Cons. Antonius Florillus Commissarius.

EX prætenso quodam testamento facto à quod. D. Vrsola Laynez sub die 11. mensis Iunij 1660. in quo hæres prætenditur facta D. Beatrix de Albasio eius auia, ætatis annorum septuaginta vnius prætendit D. Cæsar Maragnonus vir, qui fuit dictæ quond. Vrsolæ legatum consequi ducatorum duodecim mille, vltra I. localia sibi relicta, mobilia quædam &c. & iniustè cum reuerentia molestatur D. Beatricem ad sibi legatum soluendum via exequutiua sub prætextu, quod sit hæres in tali prætenso testamento relicta, & quod hæreditatem adiuerit, vnde ad solutionem compelli, certo sperat; ego tamen iura D. Beatricis defendendo probabo aeream, vanam, imò erroneam esse prætensionem militis prædicti. 1

Quod sanè probabo, quia D. Beatrix de Albasio non est hæres, igitur ad legata non tenetur. Consequentia probatione non indiget: Antecedens probatur, quia non est hæres, vigore præambuli, vt supponitur, non hæres vigore legis, facto, verbis, vel scriptura, ergo ad legata non tenetur, quia hæres ille est, qui hæreditatem adiuit, adire autem est accedere ad successionem, *l.3. C. de iure deliberandi*, Caluinus, Scarderius, Prateius, & alij *in suis vocabulariis*, vel vt Bart. ait: adire hæreditatem est potentia adeundi non impedita per actum voluntarium declaratum in esse deducere, & è contra repudiare est, potentia repudiandi non impedita per actum voluntatis declaratio, & à se abdicare hæreditatem, *l. gerit, l. pro hærede* §.1. *ff. de acq. hæred.* §. *vlt. instit. de hæred. qualitate*, & *diff.* immiscere, quod est suorum, est hæreditatem iure acquisitam per actum voluntatis declaratum acceptare, vel agnoscere. Abstinere est hæreditatem à iure acquisitam per actum voluntatis declaratum à se abdicare, Bart. *in d. l. gerit num.* 8. & aditionem à gestione pro hærede distinguit I. C. *in l. si quis mihi bona* 25. §. *sed quid* 7. *ff. de acq. hæred. l. si quis in aliena* 6. §. *eum qui ff. eod.* Goueanus *lib.1. var. cap.25.* Collegium Argentoratense *lib.29. tit.20. Thes.15.* & aditio expressa plus nocet, quam gestio, Hyppol. Riminal. *cons.417. num.14.* pro hærede gestio est factum aliquod externum, quo hæres suam de acquirenda hæreditate voluntatem declarat. *d. l.20. ff. de acquir. hæred. d. §. vlt. inst. de hæredum qualitate*, & *diff.* dicunt aliqui, quod aditio est nomen generis, & speciei, & generaliter adire hæreditatem, dicitur etiam ille, qui se pro hærede gerit, *l. fin.* §.20. & §.12. *C. de acquir. hæred.* & sic accipitur *in l.1.3. & 4. ff. de acquir. hæred.* vnde, & qui pro hærede se gerit adire dicitur, Osualdus Illigerius *ad Donellum lib.7. cap.8. lit.F*, & ita secundùm, eos duplex est aditio hæreditatis, scilicet prima in specie dicta, secunda pro hærede gestio, *l.25. §.6. l.28.29. & 69. ff. de acquir. hæred.* & si verborum proprietatem venari libet, potius dicendum est verbum (pro hærede gerere) interdum sumi generaliter: nam, & qui adit pro hærede gerit, 2 3 4 5

rit, *l. 4. C. ad Trebell. §. vlt. inst. de hæred. qualit. & diff. & qui bonorum poss. petit. l. 60. ff. de acquir. hæred.* Bald. *in l. puberem C. de iur. delib.* interdum verò pro hærede gerere distinguitur tum ab immistione, tum ab aditione, Duarenus *ad titulum ff. de acq. hæredit. cap. 3.* Hylligerius *vbi suprà* Collegium Argentoratense *d. libr. 29. titul. 20.*
6 *Thes. 11.* adire hæreditatem, & bonorum possessionem petere I.C. Paulus æquiparat in *l. is qui 15. ff. de legatis præstandis*, tametsi aditio hæreditatis, quia illius origo de iure ciuili est, perpetua dicatur, *l. licet 8. C. de iure delib.* bonorum verò possessio, quia à Prætore causam habet, temporaria est: nam Prætoris officium angustiore clauditur
7 tempore. Hinc filius sine patris iussu potest agnoscere bonorum possessionem, adire autem hæreditatem non potest, nisi seruetur patria voluntas, cum facilè perire possit, non exclusa spatio temporis; & hæc est germana differentia inter hæreditatem, & bonorum possessionem, quam ab eruditioribus agnoscimus, Prateio, Caluino, Schardeno, & aliis.

8 Fuit etiam antiquitùs alius modus acquirendi hæreditatem, scilicet Cretio, quæ ab aditione fuit distincta, secundùm Cuiacium ad Vlpian. *tit. 22. & lib. 7. obseruat. cap. 10.* qui enim sine cretione hæres institutus erat, non fiebat cernendo hæres, id enim proprium eius erat, qui cum cretione institutus erat, Vlpianus *tit. 22. n. 25.* Fiebat tamen hæres adeundo; poterat etiam fieri non adeundo, sed pro hærede gerendo, Vlpian. *vbi sup.* Cretio verò erat aditionis species, & duo verba vsurpabantur, scilicet *adeo, cernoque*, Faber *de erroribus, pragm. decade 49. errore 10. num. 15.* in simplici aditione non adhibebatur verbum *cerno*, sed sufficiebat verbum *adeo, argum. l. si §. 2. ff. de acquir. hæred. l. 1. ff. de curatore bonis dando, l. 4. § 1. ff. de bonis author. iudic. possid.* cretio scrupulosior fuit ob plures solemnitates requisitas, de
9 quibus Duarenus *lib. 2. disp. 41.* Valentinus Foresterius *lib. 2. de succes. ab intestato, cap. 19.* sed talis solemnitas fuit sublata, *l. 17. C. de aq. hæred.* & talis cretio supponitur gestioni pro hærede, & aditionem ipsam fuisse, vt clarè formula demonstrat Cicero *q. Epist. famil. epist. 14.* & *ad Atticum lib. 11.* & eadem pluribus in locis Ciceronem vsum fuisse, dicit Budeus *de origine iuris*, Alciat. *lib. 3. disput. 7.* Plinius *lib. 10. epistolarum*, & pluribus firmat Petrus Gregorius *lib. 4. syntagmatum cap. 2. num. 6.* Petrus Faber *lib. 2. semestrium cap. 22.* Couarr. *2. lib. var. cap. 10.* Hylligerius *ad Donellum lib. 7. cap. 8.* Copp. *dec. 130.* Petrus Faber *d. cap. 22.* qui ait dici cretionem, quod veluti in rem præsentem veniat hæres, ac coram testibus adeatur, & aspiciatur hæreditas, Cuiacius *cap. 18.*
10 qui ait *cernere* dicitur quod *decernere, l. P, l. 13. §. penult. ff. de acquir. hær.* Gregorius Tholos. *cap. 20.* qui ait cretionem esse certorum dierum spatium, quod datur instituto hæredi ad deliberandum, vtrum expediat ei adire hæreditatem, necne? vt obseruat Paulus Christineus *dec. 22. num. 2. vol. 4.* licet verò cretionis solemnitas penitus sit sublata, non tamen ipsa cretio, quæ species aditionis est, & hac abrogatione factum est, vt iussus testamento cernere hæreditatem possit, & primo gerendo acquirere, secundò vt sine cretione institutus possit cernere, & adire, tertiò, vt nuda testatio apta tamen sufficiat, nec solemnis formula requiratur, Vnnius *disput. 111. Thes. 5. q. 16.* Collegium Argentoratense *lib. 29. tit. 12. Thes. 11.*
11 Cum ergo in præsenti D. Beatrix de Albasio

non adiuerit, non decreuerit, &c. quomodo potorit, vt hæres conueniri. Aditio est animi motus cum determinatione acceptationis, iuris, & facti adminiculo, & potentia concurrente, ita Bald. *consil. 349. lib. 4.* & ideò is, qui vult adire, necesse habet, quòd sit certus, potens, & concur- 12
rat cum opinione veritatis, aliàs non valet aditio, ita Paul. *consil. 363. lib. 2.* Alex. *cons. 24. lib. 3.* Cardin. Tusch. *concl. 183. litt. H*, Tepat. *tit. 548. cap. 16.* Tholosan. *lib. 46. cap. 3.* Christineus *d. decis. 22. vol. 4.* Collegium Argentoratense *d. lib. 29. tit. 2. Thes. 11.* & quia est animi motus, ideò qui metu coactus adit hæreditatem, si 13
liber sit hæres non fit, si seruus sit hæredem Dominum non facit, *l. qui in alieno 6. §. fin. ff. de acquir. hæred.* & si metu compulsus adit, potest contra aditionem petere restitutionem, & abstinendi facultatem, excepto hærede grauato de restituenda hæreditate, qui velit, nolit, adire sine periculo suo, & restituere cogitur à Iudice, *l. cum aliquis 21. C. de iure delib. l. qui poterat, & l. nemo quod §. qui compulsus, l. ille; à quo, §. tempestiuum, l. cogi ff. ad S. C. Trebell.* Petrus Greg. Tholosan. *lib. 46. cap. 4. num. 15.*

Dicunt tamen omnes, quòd aditio hæredita- 14
tis solo animo absque eius declaratione expressa non fit, & animus adeundi nullum producit effectum, nisi prodierit foras, & se qualis intus sic, facto, vel verbis declarauerit, atque aperuerit, *l. potuit 5. C. de iure delib.* vbi in adeunda hæreditate delata pupillo, non sufficit tutoris authoritas, sed requiritur, vt cum ipsa voluntate concurrat actus aliquis. Secundò quia hæreditatis aditio, nullo facto, vel dicto declarata est, solus quidam actus in mente retentus; sed actus in mente retentus nihil operatur, *l. si repetendi 7. C. de conditione ob causam*, ergo talis aditio nihil prodest, Bart. *in l. gerit num. 50.* vbi Romanus *num. 4. ff. de acquir. hæredit.* Bald. *cons. 298. lib. 50.* Bertachin. *in verbo aditio*, Menochius *lib. 4. præsumpt. 99. num. 6.* Card. Tusch. *lit. H, conclus. 190.* Ioannes Copp. *obser. 130. num. 15.* Tholosan. *lib. 46. c. 4. n. 14.* Christineus *dec. 26. vol. 4.* Collegium Argentoratense *lib. 29. tit. 20. Thes. 12.* & sic duo sunt 15
necessaria ad adeundâ hæreditatẽ, scilicet animus, & factum. Scheinedin, Harpectus, Vinnius, Vnnius, Pichardus, Coruinus, Bachonius, Vesembechius, Manzius, Vuntius Pisonius, Scambatus, & alij *lib. 3. instit. tit. 19. §. fin.* Hieronymus Schurfius *cons. 96. num. 24. centur. 1.* Coiman. *responso 50. n. 11. vol. 4.* Fruckman *cons. 97. n. 98. & seq. vol. 1.* & in Camera Imperiali sic decisum refert Collector decisionum Cameræ de anno 1564.

Neque repugnat text. *in l. pro hærede 20. ff. de* 16
acq. hæred. & in l. gerit eod. tit. & §. 50. instit. de hæred. qualit. & diff. vbi nuda voluntate fit aliquis hæres.

Respondeo enim, quòd ibi nuda voluntas accipi debet verbis solemnibus expressa, vt videre est in nudo pacto, *l. 2. ff. de pactis, l. 10. C. eodem*, & sic in *d. §.* aditio dicitur nuda voluntate, idest sine facto, sed verbis tamen declarata, Giphan. *in l. 14. C. de acquir. hæred.* & facit *text. in l. 51. §. 2. & l. 70. §. 4. ff. eodem titulo l. 1. ff. de curatore bonis dando l. 4. §. 1. ff. de reb. author.* & sic intelligitur Bartolus *quæst. 10.* Monticula *de inuentario cap. 9. num. 284. & in Antiphannucco numer. 83.* Gaillus *lib. 2. obseruat. 120. num. 9.* & alij, quos refert Menoch. *lib. 4. præsumpt. 99. num. 17.* qui dicit solo animo adiri hæreditatem, vt benè Cæsar de Grassis *d. 90. n. 16. & d. 161.* Tobias Nunnius *cons. 27. num. 2. & 3.* Menoch. *cons. 115. num. 25. & cons. 186.*

17 *num.* 19. Magonius *deciſ. Florentiæ* 17. *num.* 15. Ioſeph Ludouicus *concl.* 16. *fol.* 49. & quia aditio eſt facti, & facta non præſumuntur, niſi probentur, *l. in bello §. facta ff. de captiuis*, Mantica *d.* 198. Magonius *d.* 64. *num.* 31. & 148. *num.* 3. Rota *apud* Cencium *d.* 180. *numer.* 3. & *d.* 655. *part.* 3. *diuerſ. d.* 80. *num.* 8. Surd. *d.* 154. *num.* 19. Rota *apud* Burattum *d.* 279. *num.* 3. vnde aditio eſt euidenter probanda per allegantem, Cyriac. *cap.* 501. Thomat. *d.* 118. *tom.* 1. & *d.* 265. *tom.* 2. & Rota *apud* Buratt. *d.* 207. *num.* 1. *cum ſeq.* ait, quod qui aditionem hæreditatis allegat, plenè, & concludenter probare tenetur per probationes explicitas, & neceſſarias, quia per præſumptiones ea non probatur, etiam ſi hæreditas eſſet opulenta, Franch. *d.* 60. *num.* 22. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 99. *num.* 3. Rota *coram* Buratto *vbi ſupr.* & *coram Cardinale Caualerio d.* 431. *Reg. Cap.* Latro *d.* 8. *a num.* 15.

18 Quod ſi dicat pars me laborare incaſſum, & in vanum, quia D. Beatrix ſoluit legatum pium relictum, ſcilicet veſtes relictas Parœciæ, & Eccleſiæ Sanctæ Annæ propè palatium magnum, & Notario ſtipulante ſoluit, & accepit à Parœcho, qui tunc temporis erat quietationem, & dixit ſe velle adire dictam hæreditatem, cum beneficio legis, & inuentarij, & non aliter, nec alio modo ſuo loco, & tempore, & poſtea quam erit declaratum à Domino Commiſſario Aſcanio Raetano amicabili compoſitore electo in hoc negotio ordine S. E. vt ex quiet. apparet, fol. 1. 13. Decembris 1660. manu Notarij Vincentij Iannaccharij, & ſic dicit pars aduerſa: fecit actum, confeſſa fuit ſe velle adire, ergo eſt hæres.

19 Pro cuius difficultatis reſponſione ſupponere oportet, quod actus poſitiui quibus fit aditio hæreditatis, ſunt quatuor, videlicet actus acquiſitionis, actus tranſlationis, actus poſſeſſiuus, & expreſſio verbalis, vel actus declaratiuus, ſic dicit Baldus *conſ.* 224. *lib.* 2. quibus addo cum Cardinale Tuſch. *concl.* 190. *vol.* 1. actum continuativum, item actum negatiuum, videlicet non factum, puta ſi ad petitionem creditorum alicui ſtatuatur tempus intra quod adeat, vel repudiet, ille verò intra ſtatutum tempus nihil planè faciat nam is tacendo adire videtur, ex *l. fin. §. ſi quis autem*, *C. de iure delib.* Bart. *in ſua quæſt.* 10. *incip. debitor*, & *in l. pro hærede* 20. §. Papinianus *ff. de*

20 *acq. hæred.* Bartachin. *in verb. aditio*, *num.* 64. Dicitur autem odioſa aditio hæreditatis, & ſic in dubio potius inducitur repudiatio, quam aditio, Card. Tuſch. *lit. A*, *concl.* 183. *num.* 12. & omiſſio hæreditatis ex eo præſumitur, quod cum aditio multis difficultatibus hæredem implicet, & interdum in labirynthum inextricabilem deducat ne præcipitet, ex *l. fin. C. de iur. deliber.* nullus ſeipſum præſentiſſimo periculo committere exiſtimandus eſt: nec obſtat, quod interdum hæreditas eſt opulenta: ex eo enim quod adeſſe, vel abeſſe poteſt, certum argumentum deduci nequit: Erneſt Corman. *reſp.* 50. *num.* 7. & *ſeq. vol.* 4. ideo dixerunt Calliſtratus, & Vlpianus *in l.* 2. & 3. *ff. de interrog. act.* aditionem hæreditatis difficilis eſſe probationis, & obſeruat Doctiſſimus Faber

21 *in l. ſi quis* 23. *ff. depoſiti*, quod talis probatio debet eſſe certa, iuxta *text. in cap. in præſentia* 8. *de probat.* & debet eſſe, concludens, & plenè probanda eſt, Crauetta *conſ.* 33. & *conſ.* 37. *num.* 4. & *conſ.* 312. *num* 3. Mantic. *lib.* 12. *de coniect. tit.* 9. *num.* 50. Maſcard. *concl.* 40. Card. Tuſch. *lit. A*, *concluſ.* 186. *num.* 4. & 50. quia non ſolum aditio eſt facti, ſed animi alieni, cuius notitiam habere certo difficile eſt, ex notatis ab Antonio Fabro *decade* 20. *errore* 10. ſic coniectura aditæ hæreditatis debet eſſe certa plena, & concludens, ita vt regula ſit, non videri adiiſſe eum, qui id egit, quod poteſt facere citra ius, & nomen hæredis, Card. Mantica *lib.* 12. *de coniecturis tit.* 9. *num.* 18. Franciſc. Barry *lib.* 11. *de ſucceſſ. tit.* 3. *num.* 1. & quando actus duobus modis poteſt intelligi præſumitur non adiuiſſe, præſertim ſi hæreditas ſit damnoſa, Barry *vbi ſupra*, poſt Manticam, Maſchardum, & Menoch. Gabedus *deciſ.* 61. *p.* 2.

In tali ergo ſolutione legati pro facta per D. 22
Beatricem, duo ſunt conſideranda; Primò, qualitas legati pij; Secundò, confeſſio facta in quietatione quam recipit, & ſolutione quam facit, quia ſi ex nullo actum argui poteſt aditio, erit abſoluenda à prætenſis per legatarium.

Quo ad primum, actus aditionis hæreditatis 23
inductiui, quidam ſunt neceſſarij, quidam indifferentes: dicuntur neceſſarij, qui contra ius, & nomen hæredis fieri non poſſunt, vt ſi quis locaret prædia hæreditaria, vel ea inſolutum daret creditoribus hæreditariis; indifferentes dicuntur illi qui poſſunt eſſe hæreditarij, vel non, vt ſi quis inhabitaret domum communem, quam ille prius inhabitare ſolebat ſepelire defunctum, & alios ſimiles actus facere, quia actus præſertim ſepeliendi mortuos, vti pius ad omnes ſpectat, Maſchard. *concl.* 44. *num.* 20 Vrſellius *concl.* 51. *n.* 68. & arbitrarium eſt Iudici ex actu qui poteſt importare aditionem; vt conſiderata qualitate perſonarum, rerum, & actuum, vt poſſit ex magis veriſimili pro aditione, vel non aditione inclinare, Natta *conſ.* 448. *num.* 13. Cardin. Tuſch. *practi. concluſionum concl.* 190. *num.* 127. *litt. A*, & actus 24
qui poteſt fieri nomine proprio, & vt ab hærede in dubio cenſetur factus nomine proprio, Bart. *in d. l. gerit*, *num.* 21 *ff. de acq hæredit.* Card. Tuſch. *vbi ſupr. num.* 150. Tepatus *tit.* 548. *cap.* 6. §. 11. Gabed. *deciſ.* 61. *num.* 11. *part.* 2. & facilius præſumitur aditio in hæreditate aſcendentium quam aliorum, Bald. *in l. ſi matre* 11. *Cod. de ſuis*, & *legitimis*, Bertacchinus *in repertorio*, *in verbo aditio*, Socin. *conſ.* 14. *num.* 18. *vol.* 4. Maſcard. *concluſ.* 40. *num.* 14. *vol.* 1. Vulteius *conſ.* Marpurgenſi 28. *num.* 209. Franciſcus Barry *lib.* 11. *de ſucceſſ. lib.* 3. *num.* 4.

Probatur ergo aditio factis, verbis, & ſcriptu- 25
ris; verbis quidem diſpoſitiuis, adeo hæreditatem, gero me pro hærede, accipio, ſumo, &c. Bart. *in d. l. gerit* 89. *num.* 9. *verſ. circa primum*, *ff. de acq. hæred.* & allegat *textum in l. apud* Auſidium 20. *ff. de optione legata*, Iaſon. & Alexander *in l. pro hærede* 20. *num.* 50. *ff. de acq. hæred.* Maranta *in l. is poteſt* 19. *num.* 43. *ff. de acq. hæredit.* Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 100. Maſcard. *concl.* 41. *vol.* 1. Barr. *lib.* 11. *tit.* 4. *num.* 1. Factis, quia voluntas hominis factis declaratur, ſicuti, & verbis, Iaſon *conſ.* 112. *vol.* 4. Crauetta *conſ.* 148. *num.* 10. & *conſ.* 61. *num.* 19. & *conſ.* 204. *num.* 11. & *conſ.* 348. *num.* 4. & qui voluntatem ſuam facto aliquo de- 26
clarat pro hærede propriè gerere dicitur, non tamen omnia facta aditæ hæreditatis coniecturam inducunt, ſed illa quæ citra ius, & nomen hæredis fieri non poſſunt, *l. pro hærede* 20. §. Papinianus 4. *ff. de acq. hæred.* Bald. *in l. potuit*, *Cod. de iure delib.* Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 101. & multa ſunt facta, quibus probatur aliquem adiuiſſe, de quibus Marcellus Calà *de modo articulandi*, & *probandi*, *gloſ. vnica*, §. 20. *num.* 590. & *ſeqq. vſque*

que ad num. 601. pag 425. ex implemento conditionis sub qua fuit quis hæres institutus non intelligitur adiuisse, *l. 1. §. si parendi. ff. de condit. causa data,* Maranta *num. 73.* Tepatus *cap. 6.* Mascard. *concl. 43. num. 41.* Mantica *lib. 12. tit. 9. n. 7.* Bart. *in d. l. gerit num 19.* sic disponit in testamentis, vel codicillis de rebus hæreditariis intelligitur adire *l. si auia 6.* vbi *DD. Cod. de iure deliberandi,* non enim creditur in dubio quis de alienis, rebus velle testari, quamvis hoc facere possit, Mantica, Maranta, Menoch. & alij apud Barrium *lib. 11. tit. 3. num. 4.* idem in cessione hæreditatis, Præs. de Franch. *decis. 32.* ex venditione rerum stabilium hæreditariarum inducitur aditio, ex *d. l. hærede 20. §. proindè à contrario sensu d. l. si quis mihi bona 25. §. sed quid si mandauit, ff. de acq. hæred.* Franch. *decis. 80.* Barrij *lib. 11. tit. 3.* Tepatus *c. 9.* Verallus *decis. 26. p. 2.* secus si vendantur res, quæ seruando seruari non possunt, Surd. *tit. 8. qu. 45. num. 50.* ex venditione supellectilium, parui valoris, pro soluenda impensa funerali, aditio non arguitur; Card. Tusch. *d. lit. A, concl. 190. num. 71.* si seruos hæreditarios manumisit adiuisse intelligitur quia hoc citra ius, & nomen hæredis fieri non potest, *d. l. pro hærede,* §. Papinianus, *l. si pupilli 42. ff. de acq. hæred.* & ex locatione rerum hæreditariarū aditio inducitur, *d. l. pro hærede, §. 1. & §. fin. inst. de hæred. qualit. & diff.* sic ex receptione debiti hæreditarij, sic per solutionem factam creditoribus hæreditariis, *l. 2.* vbi *DD. Cod. de iur. delib.* Matthesilanus *sing. 35.* & ex habitatione domus paternæ, *l. 1. Cod. de repud. hæred.* quia præsumitur habitasse, vt hæres patris, nisi filio esset obligata pro dote, Barrij, & alij DD. citati.

29 Solutio legati à testatore relicti, inducit aditionem hæreditatis, quia legata non valent nisi hæreditate adita, *l. eam quam 14. C. de fideicommissis,* vnde qui vult ea valere, & exequi, eo ipso vult esse hæres, nec hoc potest facere, nisi quia vt hæres, Card. Tusch. *d. lit. A, concl. 190. num. 66. & 122.* Menoch. *lib. 4. præsumpt. 101. num. 15.* Mantic. *lib. 12. de coniecturis tit. 22. num. 15.* Rota apud Cencium *decis. 280.* Card. Seraph. *dec. 1407. num. 4.* Coccinus *dec. 168. num. 1.* & facilè ex hoc, actu præsumitur, si sit lucrosa hæreditas, non ita si sit damnosa, cum quilibet censeatur velle conditionem suam meliorare, non autem deteriorare Cæsar de Grassis *dec. 161. num. .* Rota *dec. 80. num. 7. part. 1. diuers. & decis. 460. num. 15. & 16.* Franch. *d. decis. 89. num. 9. & decis. 60. num. 9. & 22.* Magonius *decis. Florent. 148. num. 9.* Vrsellius *concl. 51. num. 63.* ex solutione verò partitæ modicæ vtrum inducatur aditio, vide Nouar. *dec. 133.*

30 Quia verò legata pia non dependent ab aditione hæreditatis, sed solum à voluntate defuncti: Crassus *in §. legatum, quæst. 68. num. 4.* Tiraquell. *de pia causa, priuilegio 33.* Ceuall. *quæst. 107.* & si enim nullus adeat adhuc debentur, & limitantur regulæ, de quibus *in l. si nemo, ff. de test. tutela, & l. si hæreditas eod. tit. & l. 2. §. adeò, ff. de vulgari, & l. 1. ff. de leg. 2. l. si nemo, ff. de reg. iuris, l. 1. §. ante aditam, ff. si quis test. liber esse iussu fuerit, l. filiusfam. §. exhæredatio, ff. de bon. poss. contra tab. l. proximè, ff. de his quæ in in test. del. l. 3. §. si patronus, ff. de bonis liber. d. l. eam quam, Cod. de fideicommiss.* vt fundat nouissime doctus Rub. *pract. resolut. cap. 61. per tot.* ideò solutio legatorum piorum non inducit aditionem hæreditatis, Card.

31 Tusch. *d. lit. A, concl. 190. num. 124.* qui concordantes allegat, nec nouum est, quia actus qui spectat ad pietatem, non faciunt præsumi aditionem, quia etiam à quolibet amico, vel vicino fieri possunt: vt essent sepelire mortuum, expensas facere in infirmitate, vel pro sepultura defuncti, vel medicinas soluere, medico satisfacere, &c. alimenta familiæ testatoris ministrare, domum custodiæ causa claudere, bona mobilia custodire ne perdantur, domum hæreditariam corruentem reficere, vel alia pietatem, & amicitiam sonantia facere, *l. & si quis 14. §. plerique 8. ff. de relig. & sumptib. funerum, d. l. pro hærede 10. in princip. §. 1.* Bart. *in d. l. gerit num. 24. ff. de acquir. hæred.* Ruin. *conf. 51. lib. 4.* vbi de simili actu pio loquitur, nempè manendi in domo ad lugendum defunctum, Bertachin. *in verb. aditio,* Maranta *in l. is potest num. 81. ff. de acq. hæredit.* Natta *conf. 448. num. 11. tom. 2.* Paulus *conf. 33. lib. 20.* Mantica *lib. 12. de coniecturis tit. 10. num. 9.* Mascard. *concluf. 47. num. 2.* Menoc. *lib. 4. præsumpt. 101. num. 7.* Surd. *d. tit. 1. de alim. quæst. 44. num. 38.* Card. Tusch. *d. de concl. 190. num. 124. 126. & 138. d. lit. H,* Barry *lib. 11. de succeff. tit. 3.* Hilligerius *ad* Donellum *lib. 7. cap. 8.* Collegium Argentoratense *lib. 29. tit. 2. Thes. 13.*

Sed pars aduersa magnum facit festum de confessione, & assertione Notarij, qua confitetur velle adire D. Beatricem hæreditatem. 32

Sed Domini salua pace, nullum est faciendum fundamentum de tali assertione, primò quia quando quis confessus est se esse hæredem Titij, duo requiruntur, vt ex talibus verbis inducatur aditio, primò, vt hæreditas sit delata, secundò, vt potuerit eam adire, quia ex talibus verbis inducitur probatio voluntatis adeuntis, cum se gerat pro hærede, *d. l. pro hærede, & l. gerit 88. ff. de acq. hæred.* vbi Bart. *num. 14.* cæterum si talia verba proferantur ab eo, qui hæres esse non potest, etiam si maximè velit; non efficitur hæres, sed solùm illi obligatur, qui est præsens huic confessioni, *l. final. ff. de interr. act.* Bart. *in d. l. gerit 88. num. 14 ff. de acq. hæred.* Bald. *in l. potuit 5. C. de iur. delib.* Decius *conf. 278. num. 6.* vbi scriptum reliquit, quod si hæres institutus confitetur se hæredem esse, etiam per verbum *credo,* aditio probatur, Bald. *in l. 1. num. 21. C. de falsa causa adiecta legato,* Bertachin. *verbo aditio,* Maranta *in d. l. is potest numer. 45. ff. de acquir. hæredit.* Ruin. *conf. 113. lib. 3.* Crauetta *conf. 24. num. 50.* Matthesil. *singul. 34.* Menoch. *lib. 4. præsumpt. 100. num. 22.* Mantica *de coniecturis lib. 12. tit. 11. numer. 4.* Mascard. *concl. 41. num. 11.* Petr. Greg. *lib. 46. syntagmatum numer. 14.* Franciscus Barry *lib. 11. tit. 4. num. 3.* Card. Tusch. *concl. 184. n. 92. lit. A.* Sed sic est, quod D. Beatrix de Albasio dum asseruit hoc in legato soluendo non poterat esse hæres ex inhibitione facta S.C.M.C. Vicariæ, quæ fuit facta die 12. mensis Iunij 1660. fol. 20. ergo non est hæres: legatur, Præs. de Franchis *d. 694. p. 4.* D. Staiban. *tom. 1. resol. 86. per totum. & tom. 1. resol. 26.* vbi explicat punctum, *& resol. 16.* vbi de hac re fusiùs scripsit quàm in prima: & sic non obstat decisio relata per Paschalem *part. 8. cap. 10. num. 20.* quam refert Thorus in verbo, *confessio,* vbi decisum refert contra hæredem, qui se talem confessus fuerat; nam ibi concurrebat immixtio in bonis hæreditariis, vel confessio erat facta coram omnibus præsentibus: & sic vel locum non habebat abstinentia, vel ea respectu omnium erat iam extincta, vt latè nouissimè Ioannes Baptista Mucci *qq. Iuris, quæst. 4. per totam.*

33 Imò ex alio capite non inducunt talia verba aditionem, quia ſunt verba potius enunciatiua Notarij dicentis aliquem eſſe hæredem, quæ aditionem non inducunt, vt poſt Tuſchum, & alios dicit Vrſellius *vbi ſupra num. 60.* qui ait, quod enunciatiua hæredis non inducit hæreditatis aditionem, quando is, qui enunciatur hæres poterit ſuccedere ab inteſtato, vnde dici ſolet, quod ſi quis facit aliquem actum, tanquam hæres, & ſic dicat, arguitur aditio, *d. l. gerit* 88. *& d. l. pro hærede* 20. §. 1. *l. Pannonius* 86. *in fine ff. de acq. hæred.* quibus iuribus probatur cenſeri aditam hæreditatem ab eo, qui fecit aliquem actum, vt hæres, ſicut eſt actus confeſſionis, Bart. *in d. l. gerit num.* 15. Maranta *in d. l. is poteſt num.* 45. Crauetta *conſ.* 248. *num.* 3. Menoch. *de præſumpt.* 100. *num.* 23. Mantica *tit.* 11. *num.* 10. Maſcard. *concl.* 41. *num.* 12. Barr. *d. lib.* 11. *tit.* 4. *num.* 4. Neque obſtat *text. in l. epiſtola* 52. *ff. de pactis, & in l.*
34 *ex his verbis* 7. *C. de teſtam.* quia illa verba erant enunciatiua facti alieni, quod poterat aliter eſſe inductum, quam ex voluntate pronunciantis, Bar. *in d. l. gerit, numer.* 15. quod an procedat, ſi enunciatiua ſit facta à Notario, quæſtio eſt, affirmat Bald. *conſ.* 263. *lib.* 1. Maranta *in d. l. is poteſt, n.* 49. *ff. de acq. hæred.* Menoch. *præſumpt.* 100. *n.* 24. negant Mantica *dict. tit.* 11. *num.* 11. Maſcard. *concl.* 42. *num.* 19. Franciſcus Barrius *lib.* 11. *tit.* 4. *n.* 4. Dauid Doringius *in bibliotecha I. C. fol.* 568.
35 *num.* 30. *col.* 2. ergo eſt aliquid factum dubium, poſito verò facto dubio, an ſcilicet illud importet, vel non aditionem, erit recurrendum ad hæredem, cui competit illius facti declaratio, vt ait Crauetta *conſ.* 147. *num.* 4. *lib.* 1. Hunnius *conſ.* 27. *num.* 4. *&* 50. Surd. *d.* 267. *num.* 8. Rota *apud* Burattum *d.* 279. *num.* 12. *&* 20. ad quam etiam deciſionem recurritur in materia probandæ aditionis, & in materia declarandæ voluntatis teſtatoris, & ad illius animi declarationem hæres præſumptus cogi poteſt mediante citatione ad declarandum, an ſit, vel eſſe velit hæres, aliàs citatur ad videndum deputari curatorem hæreditati iacenti, contra quem poſtea validè procedi poſſit, aliàs iudicium fieret eluſorium, & tunc hæreditas dicitur iacens, quando non conſtat poſt factam diligentem inquiſitionem, citatis prius illis, quorum intereſt an quiſque eorum velit eſſe hæres, & quando eſt iacens, tunc non currunt tempora, neque inſtantiæ, niſi prius ei curator fuerit deputatus, & dicitur ficta perſona, quæ in pluribus vices defuncti ſuſtinet, & in multis non, Vrſell. *tom.* 1. *concl.* 51. *num.* 9.

36 Tandem ex alio capite talia verba non inducunt aditionem, quia dicitur ibi per Notarium, quod D. Beatrix vult adire dictam hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij, & non aliter, nec alio modo, ſuo loco, & tempore, & poſtquam erit declaratum à D. Conſil. Raetano Amicabili compoſitore electo in hoc negotio de ordine S.E. legatur fol. 1. videant ergo Domini Iudicantes qualem actum fecerit D. Beatrix tunc temporis, qui importet aditionem, ſanè nullum, ſi rectè iudicabimus, nam interrogatus ille, cui eſt delata hæreditas, ſi dicat volo adire ſine vllo interuallo præſumitur adita hæreditas, Bart. *in d. l. gerit* 88. *num.* 10. *ff. de acq. hæred. ver. ex inſtantibus*, Maſcard. Menoch. Mantica, & alij apud Bar-
37 rium *tit.* 4. *num.* 20. Sed ſi tempus petat, & apponat, modum, conditionem, &c. non erit aditio, quia cum aditio hæreditatis ſit actus legitimus, *l. actus legitimi* 38. *ff. de reg. iuris*, non capit diem, neque conditionem, neque tempus, moram, &c. *d. l. actus legitimi*, ideò actus, aditio- 38
nis inductiuus, debet eſſe certus, & non æquiuocus, Rota *apud* Gregor. XV. *d.* 165. nec debet eſſe in ſuſpenſo, *d. l. actus*, Barboſa *axiomate* 12. *num.* 13. alias faceret illa regula, non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe, præſertim vbi hæreditas penitus eſſet damnoſa, vt Rota pluries decidit apud Vrſell. *d. concl.* 51. *num.* 76. vnde dicunt DD. & Tribunalia deciderunt, quod ſi filius obtuliſſet ſoluere creditoribus debitoris hæ- 39
reditariis, non per hoc inducitur aditio, ſi hæreditas ſit damnoſa, ac debitis implicata, ita Præſ. de Franch. *dec.* 80. *num.* 9. quia nemo præſumitur velle iactare ſuum, & ſic illius conditionem peiorare, Rota *d.* 2. *de cauſ. poſſ. & propriet.* Caſſad. *dec.* 3. *num.* 4. *de proc.* Seraph. *d.* 1398. Greg. XV. *dec.* 275. *num.* 3. & ex hoc dicunt actum dubium 40
non inducere aditionem hæreditatis, quia de adeuntis animo debet liquido conſtare, aliàs actus dubius, & æquiuocus non probat aliquem eſſe hæredem *d. l. pro hærede in princ. ff. de acquir. hæred.* Aretin. *conſ.* 23. Rota *d.* 166. *coram.* Gregor. XV. Surd. *d.* 267. *num.* 8. D. Ricc. *ad* Francum *d.* 166. Magon. *dec. Florentiæ* 64. *num.* 23. Gratian. *capit.* 706. *num.* 34. Maſcard. *concl.* 44. *numer.* 20. *& ſeq.* Hinc venditio, vel alia quælibet diſpoſitio rerum hæreditariarum inducit aditionem, etiam quando quis diſponit, erat creditor, Card. Puteus, *d.* 437. *l.* 1. Greg. XV. *d.* 371. Rota *d.* 447. *p.* 1. *apud eundem Puteum*, quia hæres, qui erat creditor quando diſponit, vel aliud gerit, ſemper potius præſumitur, quod agat vti hæres, quam vti creditor, Rota *apud* Greg. XV. *dec.* 32. *p.* 2. *in recentior.* & apud eundem *dec.* 7. *num.* 7. Sed ſi hæreditas ſit damnoſa, non ita eſſet Franc. *d.* 80. quia 41
tunc per venditionem non inducitur aditio, & eo minus ſi creditor alia ratione facere potuerit, quia tunc etiamſi poſt captam poſſeſſionem ſuum creditum non ſoluerit, nihilominus hæreditatem adiuiſſe, non præſumeretur, Rota *apud Caualer. d.* 504. *num.* 4. ergo actus aditionis inductiuus debet eſſe clarus, liquidus, & certus, qui citra ius, & nomen hæredis fieri non valeat, latè Reg. Cap. Latro *d.* 8. *& d.* 13. *per tot.* ſine vllo onere, mora, conditione, & interuallo; talis autem non eſt actus factus per D. Beatricem, ergo non eſt hæres.

Scriptura etiam, probatur aditio, Bart. *in d. l.* 42
gerit num. 18. Maſcard. *concl.* 40. *&* 42. Mantica *lib.* 12. *de coniecturis tit.* 11. *num.* 9. Hieronym. Vulteius *conſ.* 28. *num.* 293. *vol.* 1. puta ſi in libello filius dicat ſe hæredem, vel ſi in aliquo memoriali dixerit, ſe adiuiſſe hæreditatem, quia talis ſcriptura probat aditionem, Marcus Mantua *ſingul.* 314. Tepatus *tit.* 548. *cap.* 8. §. 4. & ſic in actu iudiciali ſe denominando hæredem præſumitur adiuiſſe, Bart. *num.* 14. *vbi ſup.* Iaſon. *in l. ex his verbis. Cod. de teſtam. militis num.* 8. *verſ.* 8. *limita*, Rota apud Gregor. XV. *deciſ.* 460. Cæſar de Graſſis *deciſ.* 161. Mantica *deciſ.* 355. *num.* 8. Burrattus *d. deciſ.* 279. *num.* 2. qui ait idem pro- 43
cedere in productione articulorum, in quibus ſe hæredem fateatur, & alia prætenderet, quæ citra nomen hæredis prætendi non poſſent, Rota *pluribus in locis*, de quibus Laurentius Vrſellius *concl.* 51. *num.* 58. Francus *dec.* 60. qui dicit non probari aditionem per teſtes ſingulares, vel de auditu, & legendi ſunt addentes ad Præſid. de Franchis *d. dec.* 66. & idem Præſes *vbi ſup. à numer.* 6. dicit ex confeſſione facta in iudicio, præ-

ſumi

sumi aditam hæreditatem, &c. latè Mauson. *de causis executinis, ampliatione* 12. *num.* 3. *&* 9. *ampliat.* 14. *n.* 21. *&* 23. Dom. Staiban. *resol.* 175. *n.* 6. *tom.* 2.

44 Addo ex alio capite D. Beatricem esse adiuuandam, quia erat in domo legatarij à quo persuasa fuit, vt legatum solueret Parœciæ, maxima cum diligentia, vt suum consequeretur, at quando quis per errorem adiuit non inducitur aditio, nec procedit *textus in l. finali, Cod. de iure deliber.* Rota apud Puteum *dec.* 421. *lib.* 3. *&* *dec.* 414. *lib.* 3. quidem dicitur in aditione ficta, vel simulata, Rota apud Verallum *dec.* 68. *par.* 2. Vrsell. *concl.* 51. *num.* 87. *&* Dom. de Franch. *dec.* 518. *num.* 10. ait quod mulier si adierit hæreditatem

45 damnosam decepta à creditoribus, vel legatariis, iuuatur Velleiano, & si quis confiteatur se hæredem, (& verè talis fuerat in testamento relictus) si postea pronuncietur dictum testamentum fuisse falsum, inofficiosum, vel irritum confessio ei non nocebit, *l. de ætate* 12. §. 1. *&* 2. *ff. de interrog. act.* Dom. Staib. *tom.* 2. *resol.* 192. *num.* 63.

46 Cum ergo aditio hæreditatis tot inducatur modis de quibus suprà, & nouissimè Viuianus Cirocchus *disceptat. forens. cap.* 61. *à num.* 23. qui *disceptat.* 34. disputat de tempore adeundi in filio, & an ex patris retentione bonorum maternorum censeatur adita hæreditas, & an possit solus pater adire pro filio infante, vel maiore, disputat *disceptat. for. cap.* 63. *à num.* 25. *ad textum, & glos. in l. finali, Cod. de bonis quæ liber.* & in casu nostro nullum sit factum aditionem importans, videndum est, an scilicet possit D. Beatrix dato quod esset facta aditio, aduersus eam habere restitutionem in integrum.

47 Respondeo enim quæsito, facili negotio, esse restituendam contra aditionem, quatenus fuisset facta, quod in præsenti non est.

Probatur autem tali modo, quia minoribus datur restitutio aduersus aditionem hæreditatis, Surd. *cons.* 95. Rota *decis.* 125. *&* 132. *part.* 2. *diuers. &* *decis.* 92. *part.* 4. *recentior. num.* 20. Gratian. *cap.* 767. *à num.* 97. Maresc. *lib.* 2. *var. cap.* 98. *num.* 11. præsertim quando de hæreditate ageretur litibus grauata, quo casu etiam inuentario confecto restitutio competeret, Rota *d. dec.* 125. & apud Gregorium XV. *decis.* 181. *n.* 3. Maresc. *vbi suprà num.* 12. *&* 13. Viuian. Cirocchus *disceptat. for. cap.* 21. *à num.* 65. imò etiam

48 hæredibus minoris competit hoc beneficium aduersus aditionem factam per eorum authorem, pluries, Rota apud Merlinum *de legitima dec.* 148. *num.* 22. *&* *decis.* 551. *num.* 41. *tom.* 20. Cirocchus *disceptat.* 17. *num.* 15. & est quæstio, an hæc materia sit diuidua, an indiuidua: putant aliqui quod sit diuidua, ex *l. si minor, ff. de acq. hæred.* Roman. *in l. cum hæreditate num.* 50. vbi Baldus *num.* 1. Imola *num.* 3. *ff. de acq. hæred.* ideòque non suffragatur filiis maioribus, quia est materia diuidua, quicquid sit in materia indiuidua, *glos. in l. vnica in verbo patrocinari*, vbi *DD. Cod. si in communi eademque causa*, Baldus *in l. denique* §. *sed verum, ff. de minorib.* Roman. *cons.* 87. *n.* 23. Crot. *cons.* 344. *num.* 12. Rota *dec.* 473. *num.* 16. apud Gregorium XV. Sforza Odus *part.* 1. *de restit. in integrum quæst.* 46. *num.* 10. Homnedeus *cons.* 14. *num.* 81. *&* 83. Ciriacus *cap.* 294. *num.* 12. Cancerius *part.* 2. *var. cap.* 1. *num.* 231. Rota *dec.* 219. apud Coccinum contra Parisium *cons.* 65. *num.* 59. *lib.* 3. qui hanc materiam vocat indiuiduam, & ideò suffragari debere etiam in maioribus Sforza *cap.* 1. *quæst.* 46. *art.* 50. *num.* 21. Cirocchus *disceptat.* 61. *à num.* 85. qui loquens de materia confectionis inuentarij illam vocat diuiduam post Rotam, quam allegat contra Parisium, & alios. Quod verò competat minori restitutio aduersus aditionem colligunt, ex §. *pupillis, auth. de hæredib. & falcidia*, Gratianus *cap.* 656. Rota apud Coccinum *dec.* 219. Ciriacus *d. cap.* 294. Bottiglierius *cap.* 1. *theoremate* 38. *num.* 50. etiam si factus maior aliquid gesserit, cum non ita de

49 facili ratificatio inducatur cum minore effecto maiore, impediens restitutionem, *l.* 3. §. *si quis eum minore, vers. scio etiam, ff. de minoribus*, Rebuffus *de restitutione in integrum art.* 20. *glossa vltim.* Rota *decis.* 181. apud Greg. XV. Cirocchus *disceptat.* 61. *num.* 71. *&* 72. & statim quod minor inconsultus adiuit, dicitur læsus, secundum ve-

50 riorem opinionem, de qua Sforza Odus *qu.* 36. *art.* 6. Lanarius *cons.* 16. *num.* 6. Surd. *cons.* 91. *n.* 16. vel probando esse hæreditatem debitis implicatam, Surd. *d. cons.* 95. Morotius *cons.* 77. *num.* 42. Ciriacus *d. controu.* 294. Cirocchus *disceptat.* 61. *à num.* 75. sicuti eidem datur restitutio aduersus sententiam Afflict. *decis.* 386. Franch. *dec.* 284. *num.* 2.

In Regno etiam nostro restituitur minor in in- 51 tegrum aduersus omissam aditionem, vel repudiationem, iuxta *l. etsi sine*, §. *sed quod Papinianus in principio, & l. si minor* §. Scæuola, *& l. ait Prætor* §. *finali, ff. de minorib. l. fin.* §. *nisi fortè, Cod. de repudianda hæred. l.* 3. §. *si quid minori, ff. de minoribus*, & latè D. Regens Capicius Latr. *consult.* 119. *num.* 20.

Quod ergo de minore diximus, videamus quid 52 in muliere, & quid in Regno, & sanè sine vllo scrupulo concedendam esse nullus negare debet in casu præsenti, certum est enim mulierem restitui etiam aduersus inuentarium non confectum, vt scilicet ope restitutionis possit illud conficere, Plannucius *de inuentario q.* 239. *n.* 21. post alios, Reg. Capicius Latr. *tom.* 1. *consult.* 57. *num.* 17. cum mulier aduersus dolum præsumptum restituatur, *glos. in l. vbi exigitur, ff. de edendo,* 53 Reg. Capicius Latr. *vbi supra num.* 33. & mulieri succurritur per viam restitutionis in integrum aduersus iuris ignorantiam, quoties agitur de damno euitando, *l. iuris ignorantiam, l. error facti, l. regula est, ff. de iuris & facti ignorantia, l. quamvis eodem tit.* secus si de lucro captando agatur, Barbosa *in d. l. quamvis in collectaneis Codicis* Regens Capicius Latro *vbi suprà num.* 25. D. Rocchus *d. responso* 97. *à num.* 50. *cum seqq.*

In Regno verò nostro, licet Regens Capicius 54 Latro *tom.* 2. *consul.* 119. *num.* 40. *&* 41. dixerit mulieri competere restitutionem ad pinguius probandum, quod primum, & secundum beneficium appellamus, secus verò in contractibus, vt *in Constit. Regni*, quæ incipit *obscuritatem de in integrum restitutione minorum*, vbi Isernia & alij DD. Franch. *decis.* 229. tamen Doctiss. D. Ferdinandus Arias de Mesa *lib.* 3. *var. cap.* 44. *num.* 21. *vers. Secunda Assertio*, dicit mulieri seni, ex cau- 55 sa senectutis decrepitæ competere restitutionem ad instar minoris, *arg. l.* 2. *ff. de termino moto*, vbi pœnæ remissio, vel saltem diminutio datur, & ex *l. auxilium* 36. *ff. de minoribus*, vbi *glos. in verbo Miseratio*, & ibi Albericus *num.* 4. Sforza Odus *part.* 1. *quæst.* 3. *num.* 11. *&* 12. Pasehal. *part.* 2. *cap.* 2. *num.* 91. Nouarius *de miserabilibus personis in præfat. num.* 3. *&* 4. idem Reg. Ca-

picius Latro *conſult. 57. num. 33. & 36.* ait, reſtitui mulierem quando agitur de dando ad exemplum minoris, & Viuius *opinione 351. num. 17.* deciſum refert aduerſus inuentarium non confectum mulieres reſtitui in Regno.

56 Quod in facto de quo agitur nullus dubitare debet, cũ D. Beatrix de Albaſio ſit ætatis ſeptuaginta vnius anni, at ſenes prudentes, & prudentiſſimi cenſentur: nam quo quiſque ſenior eſt, eo præſumitur prudentior, Bald. *in cap. 1. de renunciat. cap. porro. 84. diſt.* vbi S. Hieronymus ait, ſenectus ætate fit doctior, vſu prudentior, proceſſu temporis, ſapientior, & ideò Tiraquell. *de iure primogenitur. in præfat. num 98.* maiorem ait prudentiam præſumi in ſenibus, cui aſſentitur Mattienſ. *in Dialogo Relatorum cap. 6. num. 19.* qui ait, adeò ſenes præſumi prudentia, & ſapientia præditos, vt contrarium probari non poſſit niſi per quindecim teſtes, *argum. text. ſingularis in l. vnicuique 7. in princ. C. de proximis ſacrorum ſerin. lib. 12.* Rodericus à Cuna *in cap. porro 6. num. 4. & 5. 84. diſt.* Vincentius Turturetus *in parallelis ethicis, & iuridicis diſſert. 15.* niſi adeò ſint ſenes decrepiti, quia omni ſenſu, & ratione deſtituti repueraſcere videntur, poſt alios Narbona *de ætate anno 30. q. 2. num. 9.*

57 Imò Andreas Laurentius *tom. 2. in tract. de ſenectute cap. 2.* in tres partes diuiſit ſenectutem, quarum primam à quinquageſimo vitilem appellauit, ſecundam quæ ab anno ætatis 70. effulgere incipit frigidam, & infirmam vocat, tertiam ab octuageſimo anno decrepitam vocat, in qua, vt ait *Propheta*, nihil niſi dolor, & languor, ſingulæ corporis, & animæ functiones debilitantur, hebeſcunt ſenſus, deperditur memoria, deficit iudicium; & de his debet illa Paræmia Græca, intelligi bis pueros eſſe ſenes, Ægid. Thomas. *de muneribus, fol. 303.* qui ait, ſeptuageſimo anno ita demum homines ad pueritiam deduci, vt nihil commune habeant cum homine, ſed cum infantia, ergo talibus ſicuti, & minoribus competit reſtitutio in integrum: Ita Soccin. *in l. 1. ff. de verb.* Gironda *de priuilegiis num. 391.* Sforza Odus *part. 1. de reſtitut. in integr. quæſt. 3. num. 11. & 12.* Mauſonius *lib. 1. de cauſis executiuis limit. 13. num. 14.* Franch. *deciſ. 608.* Ricc. *collect. 1623.* &

58 dicunt *DD.* quod pro reſtitutione in integrum ex clauſula generali ſeptuaginta anni in maſculis, ſexaginta in fœminis deſiderantur, ſed in reſtitutione ad inſtar minorum, octuaginta anni in maſculis, & ſeptuaginta in fœminis deſiderantur; Mauritius *de reſtit. in integrum cap. 439.* & ideò ait *Abbas in cap. fin. num. 10. vt lite non conteſtata*, quod in ſene nulla infirmitas requiritur, vt ægrotare dicatur, cum ſola ſenectus ſit morbus, refert Card. Tuſch. *litt. S, concl. 103. num. 4.* Narbona *de ætate anno 80. q. 3. num. 7. & 8.*

59 Hinc ſenes excuſantur à publicis muneribus, *l. vnica C. qui ætate ſe excuſant*, & ſufficit ſi habeant quinquaginta quinque annos, eiſque tanquam miſerabilibus perſonis competit in integrum reſtitutio, tanquam minoribus, Sforza Odus *de reſtit. in integ. quæſt. 3. num. 9. & quæſt. 8. num. 119.* rurſum, quod nequeant renunciare ſua priuilegia, ne carcerentur, Gratian. *cap. 806. numer. 17. part. 3.* item ſenes in ætate quinquaginta-quinque annorum conſtituti excuſantur à publicis muneribus perſonalibus, ſi à nominatione appellauerint, *l. fin. C. qui ætate ſe excuſant lib. 10.* nec inuiti poſſunt compelli, *l. 1. §. maiores. ff. de Decurion. l. ſi multa C. de Decurio. lib. 10.* Verùm Regia Camera Sammariæ non admittit talem excuſationem ſenium à muneribus publicis perſonalibus, niſi ipſi ſint annorum ſeptuaginta, cui obſeruantiæ, & ſtylo iuris inhæret ex *notabili textu in l. 2. §. finali ver. maiores ff. de Decurionibus, & eorum filiis*, Fontanella *tom. 2. de pactis clauſ. 4. gloſ. 10. part. 1. num. 125.* Capiblanc. *in prag. 10. de Baron. num. 122.* & quid in officio ærariatus, diſputat Conſ. Rocchus *tom. 2. reſpon. 82.*

Imò maioribus 25. annis competere reſtitutionem in integrum aduerſus hæreditatem aditam, etiam ſine inuentario, ſaltem ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa, paupertatis ſcilicet abſentiæ, vel infirmitatis, & per conſequens decrepitæ ætatis fundat Gratian. *capit. 656. numer. 7.* & poſt eum latè Andreol. *tom. 2. contr. cap. 101.* 60

Addo, quod neque pars poteſt obtinere etiamſi fuiſſet adita hæreditas per D. Beatricem, etiam, quod non ei competeret reſtitutio, aduerſus aditionem, neque iure communi, & Regni, neque ex clauſula generali, neque, inquam, poteſt pars obtinere, & omiſſo modo, quo petit legatum via exequutiua, de qua re remitto me ad Doctiſſ. Ioſephum Vela *tom. 2. diſſert. 42. à num. 8.* qui latiſſimè diſputat, viam exequutiuam negans in puncto iuris, concedens in praxi, ſed quando non adeſt facti mixtura, quæ inturbidet viam exequutiuam; & nouiſſimè Viuiann. Cirocchus *diſcept. 7. à num. 70.* 61

Eo alio capite pars nihil dicit, quia dato, quod eſſet hæres D. Beatrix, certum eſt, quod hæres pendente tempore trium menſium, vel anni conceſſo ad faciendum inuentarium, non poteſt moleſtari ad ſoluenda legata, *l. fin. §. donec, C. de iure delib.* etiam ſi euidenter conſtaret hæreditatem eſſe opulentam, Bald. *in l. fin. §. cum igitur*, vbi Paul. *num. 20.* quia eſt impeditus hæres circa ipſius confectionem, & neſcit quantum debeat ſoluere, & quomodo ſit obligatus, & quas habeat exceptiones, & defenſiones, imò neque inſtrumenti liquidatio contra hæredem ex debito hæreditario fieri poteſt, durante tempore confectionis inuentarij, Gizzarell. *d. 76. num. 2.* Sed legatum pro expenſis funerum, legatum pium, &c. peti, & ſolui debet, non obſtante tempore inuentarij, Viuius *opin. 381. num. 10.* Gizzarell. *dict. dec. 76. num. 6.* qui nec etiam in iudicio rei vendicationis, dicit poſſe hæredem conueniri durante tempore confectionis inuentarij, notant De Angelis, Mehe Demari Perſicus, & alij penes Gizzarell. Franch. *d. 372.* Neque aliquid officit D. Beatrix, quod in præſentia D. Conſiliarij Raetani gemmas dederit D. Cæſari, quia ſolutio facta per hæredem, iuſſu Iudicis, non priuat eundem hæredem ſuis beneficiis, quia Iudex non præſumitur ſuis mandatis voluiſſe priuare hæredem ſuis beneficiis, & ſic facere illi iniuriam, ſed illa potius illi reſeruare: nam non præſumitur facere iniuriam, ſed imò rectè, & ritè procedere ex *l. in venditione, §. 1. ff. de bon. auth. iud. poſſid.* Gratian. *cap. 37. num. 53.* Ludouic. Poſtius *obſeru. 12. num. 1.* Rota *d. 9. numer. 38.* poſt *tractatum* Poſthij, idem Gratian. *capit. 853. vol. 3.* quos ſequitur Fontanell. *d. 490. à num. 9.* 62 63

Ergo omni iure ſperat D. Beatrix de Albaſio, eſſe decidendum non eſſe ipſam moleſtandam, ſed prouidendum de curatore hæreditatis iacentis, cui indulgendum eſſe terminum pro inuentario conficiendo, & deinde cognoſcere de viribus prætenſionis D. Cæſaris legatarij; ſubii-

ciendo

ciendo hæc omnia iudicio DD. Iudicantium. Scripsi die 1. Februarij 1662.

Hæc causa fuit transacta, & vtraque parte consentiente, finem liti imposuimus.

DISCEPTATIO IV.

SVMMARIVM.

1 *Factum perbreuiter narratur.*
2 *Parœcus in Parœcia gerit vices Episcopi eandemque auctoritatem habet, & Parœcorum origo à quo sit habita.*
3 *Abbatum, atque Primiceriorum origo vnde.*
4 *In præcedentiis dignitas attenditur, & magis antiquæ præfertur.*
5 *Parœcus Abbati & Primicerio præcedit & honor ac laus principali debitus, an debeantur eius locum tenenti?*
6 *Vicarius Generalis Episcopi an præferatur omnibus dignitatibus, etiam Archidiacono, vel toti Capitulo?*
7 *Gerens vicem Episcopi in aliquo actu Iurisdictionis honorandus est vt ipse Episcopus.*
8 *Subrogatum sapit eandem naturam eius in locum cuius subrogatum est.*
9 *Parœcus in funeralibus dicitur administrare cum orario, & stola.*
10 *Orarium, siue stola, quod significet.*
11 *Parœcus ob stolam, quia vtitur omnibus præfertur &* num. 14.
12 *Episcopi quamvis sedeant secundum Tempus suæ ordinationis. Qui tamen pallio vtuntur ex priuilegio omnibus præferuntur, & quinam Episcopi pallio gaudeant ex priuilegio.*
13 *Quod operatur pallium inter Episcopos, operatur stola inter Sacerdotes.*
14 *Sacerdos celebrando omnibus in sedendo præfertur ipsi quoque Episcopo.*
15 *Parœcum in funeralibus omnibus clericis, & beneficiatis debere præcedere probat Rituale Romanum. Rituale Romanum in decisionibus causarum allegatur sicut, & Pontificale.*
16 *Sacra Rituum Congregatio decreuit. Deferentem stolam in funeralibus omnibus esse præferendum.*
17 *Consuetudo vt valeat 40. annorum spatio debet esse præscripta, idque probari debet simulque & probandum actus fuisse factos cum intentione consuetudinem inducendi.*
18 *Ius prælationis an amittatur, si ea quis minime vtatur.*
Ad Parœcum spectat vias ordinare exequiarum.
19 *Consuetudo non arctat, quæ meræ sunt facultatis, &* num. sequenti.
20 *In actibus merè voluntariis vt inducatur consuetudo, siue præscriptio, prohibitio, siue interpellatio est necessaria.*
21 *Canonicus Presbyter posterior, priori canonico Diacono, vel subdiacono an præferatur, & consuetudo quando in præcedentiis prosit.*
22 *Consuetudo Iuris honestati repugnans an prosit.*
23 *Consuetudo non dicitur, sed potius præscriptio illa, quæ contractat de inducendo aliquo iure vniuersaliter in publico, sed de iure particulari inter priuatos quærendo.*
24 *Præscriptio contra ius commune inducta an valeat sine tituli exhibitione, & quid si sit immemorabilis.*
25 *Minor contra maiorem, vel inferior contra superiorem, neque per immemorabilem præscriptionem acquirit.*
26 *Parœcus defuncti etsi cæteris presbyteris præferatur tamen an præferatur capitulo?*
Decretum Sacræ Congregationis declaratur.
27 *Consuetudo induci dicitur si agatur de priuato contra vniuersitatem.*

ARGVMENTVM.

Parœcus in Parœcia qualem habeat iurisdictionem, Abbatum atque primiceriorum origo ostenditur; in præcedentiis attenditur dignitas, & antiquitas. Vicarij præcedentia, quæ sit, Parœci præcedentia qualiter attendatur, & præcedentia qualiter perscribatur, & quomodo. Parœcus an præferatur capitulo in funeralibus, & alia dilucidantur ad materiam.

PRO

D. Iosepho Prisco S. T. D. Parœco S. Ioannis in Curte,

CONTRA

Primicerium, & Abbatem eiusdem Ecclesiæ.

PRÆTENDITVR in facto Reuerendissime Domine Parœcum Sancti Ioannis in Curte molestari ab Abbate, & Primicerio Confratrum Suæ Ecclesiæ in iure præcedendi in funeralibus, siue in sepeliendis cadaueribus defunctorum, quæ tamen molestia cum nulla iuris ratione fundetur, imò cum expressa iuris resistentia per consequens comparendo prædictus Parœcus imponere perpetuum silentium prædictis collitigantibus iuridicè fundat, tam in petitorio, quàm in possessorio. 1

Quoad petitorium Parœcum scilicet debere iure præcedentiæ præferri quibuscumque beneficiatis, imò in specie ipsimet Abbati, & Primicerio. 2

Probatur primò, quia Parœcus gerit in Parœcia vices Episcopi, imò authoritatem habet sicut Episcopus in sua Diœcesi secundùm Abb. *in c. 1. num. 18. de dolo, & contumacia,* Theodosius Rubeus penes Grat. *cap. 298. num. 58.* quia originem habet Parœcus, vel à Sancto Petro, qui Romæ constituit aliquos Presbyteros, siue Parœcos, qui fideles instruerent in fide, & Sacramenta ministrarent, teste Egidio Trullenc. *de Parœco, cap. 1. num. 3.* siue vt alij dicunt origo Parœcorum fuit à Sancto Dionysio Pontifice Roma

Romano 24. poſt Sanctum Petrum, vt ait Abb. *in rubr. de Parœciis*, vbi DD.communiter notant Io. Fileſacus *de origine Parœcorum*, *c.* 4. Barboſ. *de Parœco*, *cap.*1. *num.* 18. Trull. *de Parœco*, *c.*1. *num.* 3. ſed per antiquitatem arguitur prælatio, *cap.*5. *de maioritate*, *& obedient. l.* 1. *C. de conſulibus*, *lib.* 10. Ceuall. *pract. quæſt.* 606. Ricc. *part.* 1. *in dec.* 131. Valenzuela *conſ.* 34. vbi latiſſimè docet, igitur cum Parœcus ſit antiquior in ſua dignitate, quam ſint tales collitigantes
3 omninò debet præferri, quia ſi loquamur de Abbate nullus vnquam dixit, quod ſuam originem habuerit tam antiquam, ſi autem loquamur de Primicerio Confratrum, tunc per ſacros canones non fuit agnitus, ſed ſolum in hac Ciuitate Neapolitana, vt ſcilicet Presbyteri non omnes ſimul in aſſociádis cadaueribus defunctorum conuenirent fuerunt inſtitutæ Fratantiæ, qui deinde inter ſe ſe primum ipſorum Primicerium vocarunt, quod acceperunt ad ſimilitudinem Primicerij Cathedralis, ſed per ſacros canones nullam habet dignitatem, nullamque prærogatiuam, ſed eſt ad exemplum Confratrum ſecularium, qui in aliqua proceſſione interueniunt cum Priore, igitur nullo modo poſſint prætendere prælationem, quoad Parœcum, cum in præcedentiis dignitas attendi debeat illius, qui præcedere intendit per tex. *in l. prima*, *ff. de albo ſcribendo*, iuncta *l. maiorem*, *ff. de pactis*, *cap. illud* 8. *quæſt.* 1. *cap. miramur.* 61. *diſt. gloſ. in cap. cum dilectus*, *de elect.* vt habetur in *tit. C. vt ordo dignitatis ſeruetur*, *lib.* 12. quod autem antiquior dignitas det
4 præcedentiam, omnia iura mundi exclamant, teſte Iaſone *in conſ.* 192. vt pro Duce Ferrariæ conſuluerunt Geor. Natta *conſ.* 637. *cum ſeq. vol.* 3. Cephalus *conſ.* 615 *lib.*2. Federic. Scot. *in reſponſ.*28. *n.*10. *tom.*1. *lib.*6. Menoch. *conſ.*51. *num.* 39. *lib.* 1. Camillus de la Rata *conſ.*2. *n.* 11. cum qua regula plures caſus deciſos, dicit Taſſon. *in pragm. de antefato*, *in verſ.* 14. *obſerv. prima*, *num.* 37. quod fuit dictum in Rota Romana in Valentina iuris ſedendi inter recentiores *deciſ.* 252. *part.* 7. quod fuit nouiſſimè ponderatum inter Comeſtabilem Columnæ, & Ducem Bracciani in præcedentia inter ipſos, ſic fuit etiam probatum in præcedentia multarum religionum, teſte Tambur. *de iur. Abb. primo tom. diſput.* 22. *quæſt.* 1. *numer.* 291. Seraphin. *in deciſ.* 1223.

5 Probatur ſecundò, Parœcum debere præcedere, ex tex. *in cap. præcipimus* 93. *diſt.* vbi habetur, quod Diaconus non præfertur Sacerdoti, niſi tamen ſui metropolitani obtineat locum, igitur prærogatiua, quæ debetur principali, ſiue ille honor, & locus, debitus eſt locum tenenti ipſius, teſte Roman. per illum tex. *ſingularizando*, *in ſing.* 396. Caſſaneo *in catalogo gloriæ mundi part.* 4. *conſid.* 46. Bouadilla *in politica*, *lib.* 1. *cap.*12. *num.*56. Gratia. *cap.*111. *num.*29. *& ſeqq.* quare colligit Barboſ. *in d. cap. præcipimus*, *tom.*5.
6 *in collectaneis*, quod Vicarius Generalis Epiſcopi præfertur, tam Archidiacono, quam cæteris omnibus dignitatibus in ſeſſionibus, cæteriſque ſibi competentibus propter officium, quod dixerat Abb. *conſ.* 21. *part.* 1. (qui tamen Vicarius vtrum præcedat, ipſimet capitulo tradit Seraph. *in deciſ.* 437. Verall. *in deciſ.* 307. *part. prima*, Ricc. *in praxi de præcedentia*, *in deciſ.* 582. Michael Ferro Mantiquez *de præcedentia*, *quæſt.* 52. igitur ſi gerens vicem ipſius Epiſcopi, quamvis
7 fuit delegatus ab Epiſcopo in aliquo actu iuriſdictionis, puta excommunicationis faciendi Synodum, &c. debet habere honorem, vt Epiſcopus, multò magis Parœcus debet præferri cæteris beneficiatis, quia eſt à iure in locum Epiſcoporum poſitus, quia ſubrogatus ſapit naturam illius, cuius loco ſubrogatur quantum fieri poteſt, per tex. *in l. ſi eum*, §. *qui iniuria*, *ff. ſi quis cautionibus*, *l. vnica*, §. 1. *C. de rei vxoriæ actione*, §. *fuerat*, *inſtitutionibus de actionibus*, Barboſ. *in axiomate* 203.

Probatur tertiò, quia Parœcus in funeralibus 8
adminiſtrat, ſiue fungitur officio ſuo in habitu Sacerdotali, ſcilicet cum orario, ſiue ſtola *cap. Eccleſiaſtica* 23. *diſt.* ſicut illa vtitur in adminiſtratione Sacramentorum, quæ ſtola dicitur Orarium, quia in ſingulis orationibus presbyter illa vtitur frequentius, quam aliis ornamentis Concilium Moguntinum *canone* 28. Anton. Auguſt. *in epitome lib.* 6. *tit.* 37. *de veſtibus Sacerdotum*, *cap.*6. Silueſt. *in verbo Diaconus num.*9. Turrecremata *in d. canone Eccleſ. num.* 3. & 4. quod 9
Orarium iugum Domini ſignificat, quapropter dum Epiſcopus ordinat Sacerdotem præbens illi ſtolam dicit, accipe iugum Domini, ſcio multas alias habere ſtolam ſignificationes, quas ponit, Duran. *lib.* 3. *de diuinis officiis*, *cap.* 10. Baronius *in martyrologio*, *in die* 7. *Maij licet*, *C.* Caſſan. *in catalogo gloriæ mundi*, *part. prima*, *conſid.* 23. propter quam ſtolam omninò præferri debet Pa- 10
rœcus, quod patet in ſimili, quia licet Epiſcopus in ſeſſionibus, ſubſcriptionibus, cæteriſque aliis actibus, concurrens cum aliis Epiſcopis ſedere debeat iuxta tempus ſuæ ordinationis, vt in 74. *diſt. per totam*, *cap. Epiſcoporum*, *cap. Epiſcopus* 17. *diſt.* vbi Turrecremata tamen ſi Epiſco- 11
pus pallium habeat (vt ſunt multi, qui ex priuilegio illo gaudent, vt Oſtienſis, Papienſis, Lucenſis, & alij, teſte Barboſa *de iure Pontif. lib.*1. *cap.* 7. *num.*104.) tunc præcedit quoſcumque alios Epiſcopos, non ſeruato tempore ordinationis ipſorum, quia habet pallium quod eſt ſignum, & authoritas maxima, *cap. niſi de authoritate*, *& vſu pallij*, Caſſan. *conſid.* 26. *part.* 4. ſed quod facit pallium inter Epiſcopos, operatur 12
ſtola inter Sacerdotes, teſte Caſſaneo *vbi ſuprà* cum pallium ſit, quoddam ornamentum ad modum ſtolæ ſacerdotalis, igitur ſicut Epiſcopus pallium habens, præfertur cæteris Epiſcopis, qui pallio non vtuntur, ita Parœcus, qui ſolus vtitur ſtola in funeralibus præferri debet cæteris omnibus clericis, imò & Sacerdotibus, qui illa non vtuntur.

Probatur quartò, quia Sacerdos dicendo miſ- 13
ſam capitularem præcedit omnes, cum ſedeat ſupra canonicos capitulariter ibi conuenientes, imò ſuprà ipſum Epiſcopum, ſic primo loco incenſatur. Igitur ſi Sacerdos præfertur omnibus, dum ſtat in actu officij Sacerdotalis, videlicet ſacrificij diuini, cur non etiam præferri debeat ille Sacerdos, qui curam habet animarum quando ſtat in actu, ſiue in exercitio curæ animarum, quod vt patet officium Sacerdotale eſt? Vt bene Theodoſius, Rubeus, penes Grat. *cap.* 293. *num.* 70.

Probatur vltimò, quod talis Parœcus præce- 14
dere debeat in funeralibus, quibuſcunque beneficiatis, & clericis, tum quia ſic diſponitur in *Rituali Romano*, *in tit. de ordine exequiarum iuſſu Pauli V. editum pag.*130 vbi habetur, quod Parœcus præcedere debeat in omnibus funeribus clericis, ſiue quibuſcunque, qui quidem liber approbatus

batus semper fuit, imò in decisionibus causarum allegatur, sicut & Pontificale, teste Panuino *de potest. capituli sede vacante, in princ.* Grat. *c.*298.
15 *num.*83. imo sic decreuit Sacra Congregatio rituum pro Ecclesia Sancti Angeli Terræ Saxo Ferrato, vbi in fortioribus terminis petiit declarari Prior Ecclesiæ Sancti Angeli vtrum Canonici Ecclesiæ collegiatæ eiusdem Terræ quando associant mortuos sepeliendos in Ecclesia Parœciali ipsius Prioris, debeant ipso Priore, qui defert stolam præferri respondit Sacra rituum Congregatio, illum Presbyterum, seu Curatum, seu Priorem, qui defert stolam, præcedere debere cæteris: sicque declarauit die 14. Octobris 1609. teste Theodos. Rubeo penès Grat. *cap.*298. *n.*84. sic etiam declarauit in Prænestina Cauarum 13. Iulii 1619. Parœcum debere præcedere Canonicis collegiatæ Ecclesiæ in associandis funeribus defunctorum suæ Parœciæ. Tertiò sic declarauit Sacra rituum Congregatio in Firmana Terræ Sanctæ Victoriæ 31. Martij. 1618. quod Parœcus in processionibus, tàm Rectoribus, quàm Presbyteris quibuscunque, teste Sellio *select. canonic. cap.*59. *num.*40. Barbos. *in summa decis. Apostolicar. in verbo* Parœcus *collect.* 557. sic decidit Rota Romana, teste Penia *in Calaguritana præeminentiarum* Lun. 16. Nouembris 1592. quæ hodie in nouissimis decisionibus ipsius numeratur in *decis.*204. igitur tàm ex declarationibus Sacræ Rituum Congregationis, quàm ex decisione Rotæ Romanæ præferri debet Parœcus, quibuscunque beneficiatis existentibus in sua parœcia, imò in dicta Calaguritana Parœcus litigabat cum Decano suæ Collegiatæ, & fuit admissus, quod in casu nostro non est.

Quantum verò attinet ad possessorium, prætendunt tàm Abbas, quàm Primicerius pro se habere consuetudinem, quia sic dicunt ipsi quod steterunt in quasi possessione præcedendi pluribus annis, sed hoc non obstante contrarium dicendum est, scilicet Consuetudinem prædictam
16 nullo modo attendendam. Primò non est attendenda, quia cõstare debet præscriptam fuisse consuetudinem istam spatio 40. annorum, teste Purpurato *in l. prima, num.*200. *ff. de offic. eius.* Secundo, debet probari, quod tales actus fuerint facti, cum intentione introducendi consuetudinem, cum potuissent fieri per aliam causam, idque probari debet ne scilicet detur sui iuris renunciatio, quæ aliàs in dubio non præsumitur, Det. *in cap. cum accessissent, col. penult. de constitution. glos.*
17 *notabil. in cap. consuetudo, prima dist.* maximè, quia non amittitur ius prælationis illa non vtendo, siue patiendo præcedere, quia cum non possit expressè tali iuri renunciare in præiudicium Ecclesiæ, suorumque successorum, neque poterit tacitè, vt in puncto concludit Decian. *conf.*21. *num.*74. *vol.*1. quapropter considerari non debet, quod aliqui Parœci, siue ignoranter, siue propter aliquod interesse permiserint præcedere alios, cum ex hoc non inferatur præiudicium cæteris, non consentientibus, provt successoribus, qui etiam poterunt contrauenire facto inualido antecessoris Socin. *conf.*79. *num.*47. *lib.*4. Menoch. *conf.*1. *num.*102. quicquid alias successor in sola dignitate teneatur obseruare sui Prædecessoris feudum, teste Crauett. *conf.*241. *n.*16.
18 Probatur secundo, quia talis consuetudo nihil operatur, quia illa, quæ sunt facultatis, non inducunt consuetudinem restrictiuam liberæ potestatis: ita notant Abb. *in cap. ex parte, num.*7. *de*

concessione præben. Bart. *in l. cum de in rem verso, ff. de vsuris*, Iason *in l. quomodus, num.* 28. *ff. de fluminibus*, Crauetta *conf.*96. *num.*4. Paulus de Castro. *conf.*340. *lib.*2. quia requiritur prohibitio, 19
& interpellatio in actibus mere voluntariis, quia in illis non acquiritur quasi possessio, nisi postquam interpellatus, noluit adimplere: tunc enim à tempore prohibitionis nascitur præscriptio, siue consuetudo, quæ facit, vt tunc prohibitus gerat actum non gratuitum, sed iure seruitutis, vt notat Abb. *in cap. significante* 69. *in primo notab.* vbi Franch. *de appellationib.* ita Natta *conf.* 106. *num.*9. iuncto *conf.* 107. *lib.* 1. Grat. *cap.* 88. *numer.*15. *& cap.*89. *num.*18. Surd. *conf.*127. *num.*23. *lib.*1. quapropter poterunt Parœci recuperare ius suum, ipsamque possessionem præcedentiæ, si fortè sui maiores perdidissent: ita DD. cõmuniter citati, idque voluit dicere Sacra Rituum Congr. teste Michaële Ferro Marriquez *de præcedentiis, quæst.*18. *num.*8. vbi dixit, quod Canonicus Pres- 20
byter posterior, præferatur Priori Diacono, vel subdiacono, non obstante consuetudine Ecclesiæ; quæ tanquam abusiua, & improbata non debet admitti, quia licet in præcedentiis multum prosit consuetudo, vt dixit Rota Rom. penes Seraph. *in decis.*964. *Caremoniale Episcoporum, lib.*2. *cap.* 33. Farin. *in decis.*595. Ricc. *in praxi præcedentiarum, in decis.*579. Grat. *cap.*294. *num.*8. *& 99.* Genuens. *in praxi, cap.*52. Mastrill. *de Magistrat lib.*4. *cap.*14. Io. Solorzanus *in alleg. pro sua præced. num.* 31. *& seq.* Salgad. *de Regia protectione, part.*2. *cap.*9. tamen prodest consuetudo, si sumus inter æquales dignitate, maioritate, siue antianitate, siue si sumus inter maiorem, & minorem, puta, quia maior consuetudinem habet contra minorem, sed si sumus inter minorem, & maiorem, tunc nullo modo valet talis consuetudo, quæ potius corruptela dici debet, sicut si consuetudine induceretur, vt Archidiaconus præcederet Vicario, teste Abbate *in conf.* 21. *part.*1. Cassaneus *in catalogo part.*4. *consid.*15. Seraph. *in decis.* 716. ibi, *consuetudo est irrationabilis, quod non habens dignitatem præferatur illam habenti*, quod elegantissimè probat Michaël Ferro Marriquez *de præcedent. quæst.*18. *num.*8.

Immò non prodest tam Primicerio, quam Abbati, quod interdum præcesserint ipsimet Pa- 21
rœco in funerabilibus, quia repugnat iuris honestati, quod Parœcus in proprio officio Sacerdotali non præferatur omnibus, quia prælationes, teste Deciano *in conf.*21. *num.*70. *vol.*1. pertinent ad ius publicum propterea magistratum gerens, non potest suo facto illius statum mutare, ideoque dicit Decianus, quod licet in dignitate positus suo ipsius facto, possit sibi præiudicium afferre, non tamen præiudicare potest, quoad successores, atque cæteris Parœcis, teste Decian. *conf.*19. *vol.*3. Grat. *cap.*298. *num.* 99. igitur licet aliquis Parœcus, siue plures ignorantia, vel adulatione ducti tolerarunt, siue permiserunt talem Abbatem, vel Primicerium, ipsis præcedere, id iuxta supra tradita non debet nocere, neque præiudicare cæteris Parœcis successoribus, vt in propriis terminis præcedentiæ fundat Decian. *vbi suprà num.*44. *cum seqq.*

Vltra quod semper obseruandum est, quod tolerantia, si fuisset per prædecessores Parœ- 22
cos sic deducta, consuetudinis nomen non meretur, quia non tractatur de inducendo aliquo iure vniuersaliter in publico licet illud ius traheretur ex priuato, sed de iure partiD cular

culari quærendo, inter priuatos, quo caſu potius nomen præſcriptionis conuenire poſſet, vt declarant Canoniſtæ, præcipuè Butreus *in cap. fin. de conſuetudine, in 3. principali quæſito*, notatur per *DD. in l. de quibus, ff. de legibus*, & habetur per Geminian. *in conſ.* 123. Roland. à Vall. *conſ.* 5. *num.* 76. *lib.* 1. *in propria materia præcedentiæ*, Decian. *vbi ſup. num.* 67. quod autem neque vt præſcriptio obſtare poſſit, patet: quia cum contra ius
23 commune diſponat, quamvis legitimo temporis curſu ſit inducta. ſ. quadraginta, vel 60. annorum ſpatio, nullo modo valet, ſine exhibitione tituli, *cap.* 1. *de præſcript. in 6.* ita Alex. *conſ.* 106. *lib.* 2. Paulus *conſ.* 116. *num.* 2. *lib.* 2. Cuman. *conſ.* 149. *in princ.* ideò cum in præſenti non oſtendatur priuilegium tituli, præſcriptio iſta, ex quo habet contradictionem iuris communis, non poteſt allegari Bal. *conſ.* 311. *in princ. lib.* 3. Præterea licet titulus oſtenderetur non adeſt tempus legitimum præſcribendi, quod copulatiuè cum titulo requiritur, ita Gemin. *conſ.* 123. *num.* 3. Bellam. *conſ.* 10. *num.* 5. Alex. *conſ.* 106. *num.* 6. & 7. *lib.* 2. *DD.* omnes in *cap.* 1. *de præſcript. in 6.*

Quod adeò verum eſt, vt licet tempus concurreret, cuius initij memoria in contrarium non extet (quod vicem tituli ſuſtineret, *cap. ſuper quibuſdam, de verb. ſignif. cap.* 1. *de præſcrip. in 6.*)
24 neque huiuſmodi præſcriptio valeret per quam minor maiorem, ſiue inferior ſuperiorem præcederet *tex.* eſt in *cap. cum non liceat, de præſcript.* vbi inferior non præſcribit obedientiam contra ſuperiorem, qui *tex.* ſecundum Abbatem *ibi*, & Archid. & Io. Andr. *in cap. beneficio, de præbend. in 6.* intelligendus eſt de præſcriptione immemorabili, vt notat Ruin. *in conſ.* 155. *vol.* 4. igitur non poteſt ius præcedentiæ contra ſuperiorem præſcribere, quia per hoc illum iure reuerentiæ ſibi debito priuaret, vt latiſſimè probat Ruin. *in terminis terminantibus, in d. conſ.* 155.

25 Quod ſi dicas obſtare decretum illud Sacræ Congregationis de quo Barboſ. *de poteſt. Parœci, part. prima, cap.* 9. *num.* 7. vbi habetur fuiſſe declaratum Parœcum defuncti, vbi defunctus ſcilicet ſepelitur præcedere debere quoſcunque Presbyteros, non autem Eccleſiæ Cathedralis, niſi tamen conſuetudo immemorabilis allegaretur pro parte Parœcorum: igitur videtur approbari conſuetudinem immemorabilem infetioris, contra ſuperiorem.

Reſpondeo, quod in dicta petitione agebatur vtrum Parœcus præcedere deberet contra Canonicos Eccleſiæ Cathedralis, igitur agebatur de priuato contra Vniuerſitatem, ſ. contra capitulum, quo caſu conſuetudo dicitur, quia ius acquiritur in publico, ſed in caſu noſtro cum ſimus inter duos priuatos contendentes, non agitur de conſuetudine introducta, ſed potius de præſcriptione, vt ſup. dicebamus, quia in hoc differt conſuetudo à præſcriptione, quia per iſtam acquiritur ius priuato, vt diximus, igitur ſi tam Abbas, quam Primicerius fundant ſe ſuper præſcriptione, debent adducere illa omnia requiſita, quæ ſuprà dicebamus in præſcriptione requiri, quod nullo modo eſt in caſu noſtro.

Quare, &c.

Quia verò ſcripſit pro Primicerio doctus quidã Aduocatus, & ego cauſam pro meo cliente obtinui, nolui adducere in præſenti eiuſdem reſponſum.

DISCEPTATIO V.

SVMMARIVM.

1 *Facti ordo cum ſupplicatione exprimitur.*
2 *Poſſeſſor lite pendente an ſit in poſſeſſorio manutenendus?* & num. 8.
3 *Poſſeſſio præcedendi eſt facti, maximumque eſt commodum poſſeſſionis.*
4 *In materia præcedentiæ conſuetudo loci potiſſimum locum obtinet.*
5 *Conſuetudinis vis qualis, & quanta.*
6 *Ad articuli alicuius deciſionem quando procedi poſſit abſque impartitione termini.*
7 *Terminus ſi petetur, & minime impartiatur, de facto procedi dicitur, nulloque iuris ordine ſeruato.*
Prædo, ac iniuſtus poſſeſſor eſt in poſſeſſione manutenendus.
8 *Terminus eſt concedendus omnino vt lite pendente quis ſit in poſſeſſione manutenendus.*
A petitorio incipiendum non eſt, niſi poſſeſſorio terminato.
9 *Actus geſti cauſa terminandæ poſſeſſionis an excuſent accuſatum de vi turbatiua, ac de dolo.*
Et vtrum poſſeſſio dignitatis, ac præcedentiæ poſſit armata manu defendi.
Et turbatis in hac poſſeſſione vtrum competat remedium poſſeſſorium vti poſſidetis, & vnde vi?
10 *Verba* (non conoſco ſuperiori: chi ſuperiori) *qualiter intelligantur, & vtrum fiſci patronus tam in ciuilibus, quam in criminalibus aliqua potiatur iuriſdictione,* & num. ſequenti.
11 *Verba* Non conoſco ſuperiori: *ad deſignandam iniuriæ notam ſecundum ſubiectam materiam accipiuntur.*
12 *Verba ex inſania, & iracundiæ impetu prolata delictum an inducant, & lubricum linguæ an eſt ad pœnam inducendum.*
13 *Parœcus an ſit in dignitate conſtitutus.*
14 *Primicerius officio, & dignitate dicitur decoratus.*
15 *Primicerius cathedralis Eccleſiæ an præferatur Parœco eiuſdem.*
16 *Conſtituti in dignitate qui dicantur, & vtrum Parœcis per ſedem Apoſtolicam delegentur cauſæ.*
17 *Ex maiori ſtipendio maior dignitas, & honor arguitur.*
18 *Lex eſt adiecta rebus, non verbis.*
19 *Minor contra maiorem obedientiam non præſcribit.*
20 *Conſuetudo per actum priuatum an inducatur, & quid non dicatur publicum.*
21 *Quisnam priuate humatur.*
22 *Quæ ſunt meræ facultatis an poſſint præſcribi.*
23 *Conſuetudo ſemper eſt ſeruanda, maximè antiqua.*
24 *Mutanda minime ſunt, quæ ſemper certam habuerunt obſeruantiam.*
25 *Poſſeſſor & ſi prædo exiſtat adhuc de facto priuari non poteſt etiam à Papa, vel Imperatore, niſi in ſuis iuribus audiatur.*

ARGVMENTVM.

In materia Præcedentiæ quantum possessionis commodum? Quem verò obtineat locum consuetudo loci, quantáve sit eius vis, Pontificum Cæsarumque constitutionibus declaratur. Ad articuli alicuius decisionem quando absque impartitione termini procedatur, nullo iuris ordine seruato? Verba hæc no conosco Superiori *quî in subiecta materia intelligantur? Parœcos nulla in dignitate constitui; Primicerium verò secus, nullibi reperitur.*

PRO

Reuer. Abbate, & Primicerio S. Ioannis in Curtim,

CONTRA

Modernum Parœcum eiusdem Ecclesiæ.

1 ABBAS, & Primicerius S. Ioannis in Curtim, Reuerendissime Domine à die promotionis steterunt in pacifica possessione, seu quasi præcedendi Parœco eiusdem Ecclesiæ in funeralibus processionibus, nimirùm ante feretrum in medio Abbas, à dextris Primicerius, & à sinistris Parœcus cum stola, vt ex fide in actis producta clarè patet.

In qua possessione, seu quasi præcedendi non solum ipsi ad præsens Abbas, & Primicerius olim Parœco, ac moderno steterunt modo quo suprà, sed etiam anteceſſores in eadem dignitate, seu beneficio cum hac præeminentia præceſſerunt, vt ex dicta fide, adeoque in hac Ciuitate Neap. est inducta notoria consuetudo in multis Parœciis, & præsertim in Parœcia Diui Arcangeli Armeriorum, S. Eligij, S. Georgij, S. Thomæ à Capuana, & in aliis quamplurimis, vt notorium est, quod releuat ab onere probandi, *cap. ad nostram, il* 1. *de iureiur.* Capyc. *dec.* 54. Ioseph Ludou. *dec. Peruf.* 67. Guid. Pap. *dec.* 221. *numer.* 4.

Ad præsens prædicta pacifica possessione, seu quasi præcedendi non obstante qua iamdiu tam ipsi, quàm prædeceſſores eorum potiti sunt indebitè, & minus iustè cum reuer. tàm iudicialiter, quàm extra, à moderno Parœco turbantur, qui non solùm ciuiliter agendo, sed etiam agnoscens malam fouere causam curialibus fisci patrociniis suffultus procurauit in hac merè ciuili causa aërea vi turbatiua criminaliter agere notoriam, ac debitam Abbatis, & Primicerij iustitiam inturbidandi gratia.

Confisos igitur de tanta Reuerendissimi Domini mei prudentia, ac integritate, cognitis enim Oratorum bona fide, ac notoria eorum iustitia, iurium Partis ex aduerso allegationes non terent, nec fiscalis vrgentia, in qua modernus Parœcus innititur, præualebit.

In hac facti specie, & si inauditis Abbate, & Primicerio per Archiepiscopalem Curiam fuisset emanatum decretum circa præcedentiam in funeralibus functionibus ad fauorem moderni Parœci, attamen in calce ipsius, vt assolet, fuit addita clausula: *resoluitur decretum prædictum in vim simplicis citationis*, ob quod statim comparitum fuit, & instatum, ipsos Abbatem, & Primicerium esse conseruandos, & manutenendos in possessione, seu quasi præcedendi modo quo supra, quatenus de prædicta possessione, seu quasi præcedendi in beneficium ipsorum dubitaretur, insti- 2
terunt terminum summariissimum impartiri, vt quis lite pendente in possessorio plenario, vel petitorio intentando sit manutenendus, iuxta tradita per *tex. in §. sed hodie, §. retinenda, Institut. de interdict. & ibi* Faber Farinac. *decis.* 159. *num.* 1. *decis.* 179. *num.* 7. *decis.* 382. *&* 562. *in nouiss. ciuilibus, non vltimis,* Seraphin. *decis.* 1437. *num.* 1. *& decis.* 287. & in aliis quamplurimis locis Couarr. *practic. quæstion. cap.* 17. *num.* 3. Carroc. *de sequestr. par.* 1. *q.* 6. *num.* 2. Ioseph. Ludou. *decis. Peruf.* 20. *per tot.*

Pars ex aduerso prænoscens impartito termino prædicto iam petito omninò succumbere omnes suos contendit neruos, illum denegari altius exordiendo materiam circa merum Iuris articulum, an Parœcus stolam deferens in defuncti cadauere processionaliter associando ceteris Præsbyteris, & Clericis beneficiatis præcedere debeat, vt ex allegatis per Dominum meum, dignosci potest.

Verùm quia in huiusmodi hypothesi multa in facto occurrunt, nimirum immemorialis possessio, immemorialis Consuetudo, legitima præscriptione munitæ, quæ possessio, seu quasi præcedendi facti est, iuxta adducta per *DD.* omnes 3
in l. *stipulatio ista, §. hac quoque, ff. de verbor. obligation.* Menoch. *de retinend. possession. remed.* 3. *num.* 745. ideò ab hoc capite erit incipiendum, cum commodum possessionis maximum est, teste Iustiniano Imperatore *in §. commodum, Instit. de interdict.* Menoch. *in prælud retin. possess. num.* 2. *fol. mihi* 83.

Præterea cum in præcedentiæ materia potissi- 4
mum locum obtineat loci Consuetudo Bal. *in cap. cum olim, de consuetudin.* Medices *decis. Marchiæ* 21. Seraphin. *decis.* 964. Gratian. *discept. forens. cap.* 294. *num.* 8. & innumeros alios *DD.* quos lata manu congerit, & sequitur Ferret. Manriq. *de præcedentia, q.* 18 *fol. mihi* 87. & moderniſſimus Barbos. inter Ecclesiasticos Scriptores maximæ authoritatis in *tract. de potest. Episcopi, allegat.* 78. *num.* 27. quæ loci consuetudo attenditur etiam contra ius scriptum, vt fuit decisum in vna Milanens. præeminentiarum coram Seraphin. *decis.* 335. nec ab ea est recedendum in iudicando idem Seraph. *decis.* 716. *&* 964. & idem doctissimus Barbosa *in loco præcitat. num.* 27. Ludouis. *decis.* 124. *num.* 2. *& ibi* Beldram. Reg. Rouit. *decis.* 77. *num.* 7. Ricc. *practic. resolut. Ecclesiastic. resolution.* 555. *num.* 1. *&* 2. *vsque ad tertium, part.* 1.

Consuetudinis vis quanta sit Pontificum, Cæ- 5
sarumque Cõstitutiones multis in locis testantur, nam alij vim legis habere text. *in l. diuturna, ff. de legibus*, alij potestatem corrigendi legem sibi mendicare

mendicare text. *in l. de quibus ff. eod.* alij optimam legum interpretem eſſe tex. *in l. ſi de interpretatione ff. eod.* alij ambiguitatem dirimere, vt per text. *l. nam Imperator ff. eod. tit.* alij contra ius poſitiuum conſuetudinem induci poſſe exiſtimarunt, vt per tex. *in cap. fin.* & ibi Abb. *de Conſuet.* Petr. Aduenas *reſid.* 140. & quos effectus ſortita ſit conſuetudo videatur Ricc. *in Collect. deciſion. Neap. collect.* 147. vbi plures in materia conſuetudinis affert caſus deciſos. Accedat his Sulmonentis Poëtæ vulgatum, adagium nil Conſuetudine maius, cum nulla ſit lex poſitiua, quæ contraria conſuetudine non tollatur Decian. *conſ.* 124. *in princ. num.* 3. *lib.* 3.

6 Neſcio quo iure pars ex aduerſo conatur procedere ad deciſionem articuli, tàm poſſeſſorij ſummariiſſimi, quam plenarij, & petitorij abſque termino, cum in hac cauſa allegatur conſuetudo præſcripta tanto tempore cuius memoria non exiſtit incontrarium, quæ conſuetudo præcedendi cum facti ſit Bart. *in l. omnes Populi, & ibi plenè ff. de iuſt. & iur.* Cin. *in l. generaliter, C. de Epiſc. & Cleric.* Napod. *in proœm. Conſuet. Neap. num.* 22. *vſq. ad* 33 Gulielm. de Benedict. *in cap. Raynutius in verb. & vxorem num* 40 *de teſtam.* & ideò tunc poteſt procedi ad deciſionem articuli abſque termino quando in mero iuris puncto cauſa conſiſtit iuxta tradita per Præſ. de Franch. *deciſ.* 221. *num.* 12. at ſecus in caſu noſtro, quia tractatur de impartiendo breuiſſimo termino, quia lite pendente ſit manutenendus, in quo actus vltimus circa poſſeſſionem erit probandus, quæ in facto conſiſtit, de qua nunc eſt contentio, & facta non præſumuntur niſi probentur, vt per tex. *in l. in bello, §. facta, ff. de capti & poſt l. reuerſ.*

7 Vnde ſi terminus petitus non impartiretur eſſet procedere de facto in cauſa nullo iuris ordine ſeruato, quod omnia iura mundi abhorrent, quia Abbas, & Primicerius ſteterunt, & ſtant in pacifica poſſeſſione etiam cum moderno Paroeco dictæ Eccleſiæ circa præcedentiam, & vti tales non poſſunt de facto amoueri abſque cauſæ cognitione, etiam ſi nulliter haberent poſſidendi colorem Ludouiſ. *dec.* 105. *num.* 20. cum nemo priuandus ſit ſua poſſeſſione, nec ab ea à mouendus abſque citatione, & iudiciali cognitione *cap. licèt Epiſcopus de præbend. in* 6. & quam plures quos affert Menoch. *de recuper. poſſ. remed.* 1. *num.* 111. etiam ſi eſſet Prædo, & iniuſtus poſſeſſor qui adhuc in poſſeſſionem eſt manutenendus, *cap. In literis de reſtit. ſpoliator.* Alex. *conſ.* 6. *lib.* 3. Butricar. *in cap. ſæpè de reſtit. ſpoliator.* Socin. *l. rem, quæ nobis ff. de acquir. poſſeſſ.* quæ regula etiam in iuribus incorporalibus locum ſibi vendicat à quibus etiam intruſus poſſeſſor à poſſeſſione non eſt amouendus niſi terminato petitorio, Bald. *conſ.* 277. in quadam *deciſ. in principio* alioquin eſſet ſpolium, & Iudex ita procedendo vti priuatus dicitur ſpoliare text. clariſſimus in *l. meminerint C. vndè vi* Menoch. *de retin. poſſeſſ. remed.* 3. *num.* 642. *in fin.* & *in tract. de recuperan. poſſ. remed.* 8. *num.* 19.

8 Et ex his omninò eſt concedendus terminus, vt quis lite pendente ſit manutenendus, vel in poſſeſſorio plenario, vel in petitorio iuxtà deciſa per Ioſeph Ludouic. *dict. dec. Peruſ.* 20. *per tot.* & adducta, & allegata per partem ex aduerſo in hac facti ſpecie non militant, quia reſpiciunt petitorium à quo non eſt incipiendum niſi poſſeſſorio terminato Card. Tuſchus *lit. P, concluſ.* 446. in quo petitorio ſuo marte probabitur nullum ius Paroecum habere in prætenſa per eum præcedentia, quia Abbas eſt caput Eccleſiæ: nam annis præteritis ipſe conferebat Primiceriatum, & alios beneficiatos confratres, & Paroecum deputabat, qui Paroecus, tam eo tempore, quo promouebatur ab Abbate, ſeu Rectore, quam poſtea promotus ab ordinario nunquam habuit, nec ad præſens habet ius, nec vocem actiuam, nec paſſiuam in omnibus negotiis concernentibus Eccleſiam prædictam, vt notorium eſt.

Pro certo compertum erit, Reuerendiſſime Domine, quod ex probationibus in termino prædicto faciendis figurata cauſa criminalis ex vi turbatiua erit annihilanda, ex quo omnes actus geſti per Primicerium fuerunt facti cauſa tuendæ 9
ſuæ poſſeſſionis ad ius ſuum conſeruandum, qui actus de dolo, & vi turbatiua excuſant accuſatum de tali crimine, vt per Menoch. *in tract. de retinend. poſſeſſ. remedio* 3. *num.* 626. eo magis cum oſtendere intendit Primicerius ſuam priorem poſſeſſionem, vt *idem*, qui ſupra *in loco præcitato circa finem* numeri prædicti, quia omni iure licitum eſt defendere poſſeſſionem iuxta brocardicam vim vi repellere licet text. *in l.* 1. *§. vim ff. de vi & vi arma. l. idem eſt §. eum igitur, ff. eod.* & in materia honoris, dignitatis, & præcedentiæ etiam armata manu poſſeſſio, ſeu quaſi defendi poteſt, vt per Gulielm. de Benedict. *in cap. Raynutius in verb. duas habens filias num.* 21. *de teſtament.* Gratian. *diſceptat. foren. volum.* 2. *cap.* 210. *num.* 32. & turbatis in iſta poſſeſſione, ſeu quaſi honoris, dignitatis, & præcedentiæ aſſiſtit remedium poſſeſſorium vti poſſidetis, vel vndè vi, idem qui ſuprà *num.* 55. *in fin.* & quòd ſit lege permittente pœnam non meretur, *l. Grachus C. de adulter.* ſi denique armata manu, quis defendi poteſt, eo magis, & verbis, quia ſolum aliqua verba fuerunt inter Primicerium, & Paroecum in actu licito per Primicerium prolata.

Nec eſt faciendas vis, vt prætenditur, & datur 10
intelligi per fiſcum inquiri dictum Reuerendum Primicerium, ex quo in actu defenſionis poſſeſſionis dixit, *chi ſuperiori, non conoſco ſuperiori*, quia factum aliter ſe habet, ex quo in contentione inter dictum Primicerium, & Paroecum, Paroecus dicebat ipſe ſtare in poſſeſſione præcedendi, in qua fuit poſitus per ſuperiores replicauit Primicerius, qui ſuperior poſuit in poſſeſſione reſpondit Paroecus Reuerendus Fiſci Patronus dixit Primicerius, *l'Auocato Fiſcale non è mio Superiore, ne lo conoſco perſuperiore in quaſto atto*, ſpecialiter tantùm loquendo, & rectè dixit, quia Fiſci Patronus tam in ciuilibus, quam in criminalibus cauſis nulla potitur iuriſdictione, & ex hoc habuit fomentum aërea cauſa criminalis intentata, ex quo Reuerendus Fiſci Patronus inſtante dicto Paroeco dum tractabatur de functione funerali alicuius certi defuncti appenſate, vt credo perſonaliter acceſſit in loco vbi erat defunctus, & dixit Primicerio, *date il luogo tocca al Parochiano*, quo audito renuit Primicerius cauſa ſuæ poſſeſſionis tuendæ, verbi Fiſci Patroni obedire, & proteſtatus de ſuis iuribus, abijt, relicta functione prædicta.

Et quatenus fuiſſet dictum, quòd expreſsè ne- 11
gatur, *non conoſco ſuperiori*, adhuc ſecundum ſubiectam materiam non eſt intelligendum de ſuperioribus, veram, & actualem iuriſdictionem habentibus, quia tota vis Paroeci erat in illo actu, inualidè geſto per Reuerendum Fiſci Patronum, qui actus omnino excuſant Reuerendum Primi-

cerium

cerium accusatum indebitè à prætensa vi turbatiua tanquam gesti à persona nullam iurisdictionem habente, vt ex Menoch. *d. retinen. possess. numer.* 143. tantò magis, quia dictus Reuerendus Fisci Patronus non est Iudex nec competens, nec incompetens, sed penitus persona priuata.

Sed dato millies, & non concesso, citra veri præiudicium, quod Reuerendus Primicerius hæc protulisset verba in actu contentionis circa præcedentiam, adhuc non refragantur, ex quo fuerunt prolata ex impetu, & iracundia, tempore quo altercabatur cum dicto Parœco pro iure suo conseruando, quæ verba ex insania, & impetu furoris, & iracundiæ prolata non inducunt
12 delictum, quia difficillimum est, iustum iræ motum temperare text. *est in l. adulterium §. Imperatores, ff. de adulter.* nam lubricum linguæ non est ad pœnam inducendum tex. *in l. famosi ff. ad l. Iuliam Maiest.* & alia quæ doctè tradidit Franc. de Petris *in cons. 5. per tot. & cons. 22. num. 7. cum seq.* qui allegat Thesaur. *decis.* 278. Marsil. *singul.* 455.

His solidissimis iactis fundamentis restat solum respondere ad nonnulla per Dominum meum adducta pro moderno Parœco in suo eleganti responso iuris punctum tantum tangendo, vt scopulos huiusmodi hypothesis euitaret, fundando se in Parœci dignitate, & consuetudinem in fauorem Abbatis, & Primicerij esse corruptelam, quæ omnia facili negotio diluuntur.

13 Nam neuosè negatur, Parœcum esse in aliqua dignitate constitutum, quia nullibi ex Pontificum Constitutione, & Conciliis Generalibus reperitur Parœcis aliquid dignitatis esse attributum, sed solum pro animarum fidelium cura officium tantum habere dignoscitur, vt per doctissimum Barbos. *in tract. de offic. Parœci part.* 1. *cap. 9. num.* 11. *vsque ad fin.* qui in terminis terminantibus alloquitur, nimirum quando Parœcus incedit per viam associando defunctum cum aliis non dicitur officium gerere, sed sociare, tantum, nec in illo actu Episcopi vices gerere dicitur etiam, quod stolam deferat, vt *idem* qui suprà *loc.* præcitato.

14 Sed bene Pontificiali sanctione statutum est Primicerium officio, & dignitate fuisse decoratum, vt per text. *in cap. cum accessissent de constit.* ibi, *ne Primiceriatus dignitas, &c. cap. ad aures de rescript. cap. cum olim de consuetudine*, sic videtur annuere Hostien. *in sum. lib.* 1. *de offic. Primicer.* vbi Primiceriatum vocat dignitatem Boër. *tractat. de auctor. magn. cons. numer.* 75. Menoch. *cons.* 590. *num.* 5. *vol.* 2. Boteus *in tract. de synodo* 3. *part. num.* 26. Reg. Valenz. *cons.* 33. *n.* 89. Petr. de Gregor. *syntagm. iuris vniuers. part.* 2. *de personis lib.* 15. *à num.* 1. *vsque ad* 7. vbi ait, Primicerium post Archidiaconum, & Archipresbyterum omnibus præcedere in omnibus functionibus.

15 Propterea quemadmodum Primicerius Cathedralis Ecclesiæ, qui est de corpore capituli præfertur Parœco iuxta decretum latum per S.C. Rituum pro parte ex aduerso in actus productum, ita & Primicerius dictæ Ecclesiæ S. Ioannis in Curtim præcedere debet dicto Parœco eiusdem Ecclesiæ, quia secundum Consuetudinem dictæ Ecclesiæ in genere suo respectu Parœci, Primicerius est dignior, provt sic consuetudo longæua interpretata est, quæ est optima legum interpres iuxta text. *in d. l. de interpretatione, ff. de legib. l.* 2. *Cod. quæ sit long. consuet.* & hoc cum ratione procedit, quia si nomen Primiceriatus aliquid dignitatis, & prærogatiuæ non haberet, esset de vento ita vocari, & actus agentium non debent frustra operari vulgatis iuribus, sic etiam intelligendum est de Abbate eiusdem Ecclesiæ, qui debet omnibus anteferri, ex quo antiquitus ipse habebat ius conferendi Primiceriatum, & alios beneficiatos eiusdem Ecclesiæ, & curatum animarum fidelium deputabat, vt ex multis bullis, quæ in promptu afferuntur facile videri potest.

Ex alio Parœci non consideratur dignitas: nam 16
is dicitur in Ecclesiastica dignitate constitutus, cui causa terminanda per Sedem Apostolicam delegatur, Alex. *cons.* 77. *in causa, & lite num.* 4. *& seq. lib.* 2.

Sed Parœcis nunquam, nec vllo tempore visum fuit causam per Sedem Apostolicam delegari, quia nulla decoratur dignitate, sed officio tantum, provt ita dixit Barbos. qui fecit tractatum de officio Parœci, qui titulus non est clausus in corpore Iuris canonici, provt de Primicerio, vulgato text. *in cap.* 1. *de offic. Primicer.*

Et licèt Abbati, & Primicerio dictæ Ecclesiæ nequaquam Causæ Apostolicæ delegantur, & sic illis nequaquam aliquid dignitatis tribuitur, attamen sunt in officio à iure cognito, quo isti semper potiti sunt, cum hac præeminentia præcedendi Parœcis dictæ Ecclesiæ: vnde ex hoc iuris assumpto succedit clara iuris regula, quod in pari causa melior est conditio possidentis.

Accedat his alia ponderatio in facto, & est, quod stipendium, quod Abbati pro funeralibus tribuitur, quando ad illa interuenit habet triplum, quando vero non accedit, habet duplum; Primicerius vero habet duplum, & Parœco solum portio simplex tribuitur, quando in funerali functione interuenit: at si nullo impedimento fuerit præpeditus circa fidelium curam animarum pars illi non conceditur, ex hac itaque facti ponderatione circa maius stipendium maior dignitas, 17
& honor in Abbate, & Primicerio conspicitur, vt in terminis terminantibus solemniter docet Bald. *cons.* 387. *circa med. vers. stipendia etiam, lib.* 1.

Nec parti ex aduerso suffragari potest decretum S. R. Congregationis in vna Viterbiensi emanatum, provt est in actis, quia ratiocinatur extra casum, de quo nunc agitur, tanto magis pro nobis facere dicitur, quia non destruit consuetudinem, quinimmò eam admittit, provt est in casu nostro, nec fundamentum partis aliquid facit, dicens decretum dictæ S. C. Rituum admittere consuetudinem inter Parœcos, & Capitulum Cathedralis Ecclesiæ tantum, quia hoc as- 18
serere falsissimum est, cum lex est adiecta rebus, & non verbis, vulgato text. *in l.* 2. *in fin. Cod. comm. delegat. l. vt nullo in ver. hoc certe, Cod. de vsur. cap. fin. extra de offic. deleg. cap. commissa, §. porro, cum glos. super verb. faciendum, de elect. lib.* 6. & vbi lex non distinguit neque & nos distinguere debemus, *l. de pretio, ff. de publ. in rem act.* & ex his iuris assistentia facit pro Abbate, & Primicerio duplici ex capite, tum ex priuilegio in corpore iuris clauso, iuxta text. *in d. cap. cum accessissent de constit. in d. verb. ne Primiceriatus dignitas, & cap.* 1. *de offic. Primicer.* & ex aliis, vt suprà allegatis, tum etiam ex consuetudine diuturna, per quam ipsi Abbas, & Primicerius antelationis prærogatiua semper gauisi sunt, cui consuetudini ad ita seruandum

Pontificales, ac Imperiales aſſiſtunt iuſſiones, etiam contra ius ſcriptum, provt ſuprà fundatum eſt.

Nec poteſt dici allegata conſuetudo eſſe irrationabilis, ac potiùs corruptela conſuetudo, quia nimis fallitur ex aduerſo pars aſſerendo, ſe maiorem eſſe Abbate, & Primicerio, cum hæc maioritas nullo iure poteſt fundari, quinimò totum contrarium in iure pro Primicerio, & Abbate cautum reperitur, provt ſuprà dictum eſt, & exemplum datum, quod nunquam minor præſcribit obedientiam contrà maiorem, allegando tex. *in cap. cum non liceat de præſcript.* & aliis per eum allegatis, nam iura illa loquuntur de ſuperiore, dignitate, & iuriſdictione munito, nam incongruum, & abſurdum eſſet, quod Princeps ſeruiret, & obediret ſubditis, & quod ſubditi præcederent Principi, vt ibi in iuribus allegatis aduertunt DD. at in caſu noſtro nulla adeſt inæqualitas, nec maioritas, immò Abbas, & Primicerius in eorum genere maiores ſunt Parœco, & rationabilis eſt præſcriptio, & conſuetudo, quod maior præcedat minori, Mareſcot. *var. reſol. lib. 2. c. 100. num. 23.* 19

Aliud aſſumptum à contraria parte ponderatum, nimirum quod potius præſcriptio circa præcedentiam per Abbatem, & Primicerium prætendi poteſt, & non conſuetudo, quia conſuetudo inducitur de actu publico, non autem in hac cauſa, quæ eſt inter priuatos, inter quos conſuetudo induci non poteſt. 20

Sed parcat mihi, quia partis fundamentum toto cœlo aberrat: nam funeralia, quæ fiunt à perſonis Eccleſiaſticis; priuatim non fiunt, ſed publicè, & palam coram Populo, & publicum illud fieri dicitur, quod palam fit, Calepin. *in dict. in verb. publicum.*

Et funeralis functio, quæ fit per Clerum nullo modo priuatim fieri dici poteſt, ſed publicè, quia ſignum eſt malum, quando quis priuatè humatur, quod illi ſolet, hoc infortunium accidere, qui aliqua Eccleſiaſtica excommunicatione, vel cenſura fuerit inuolutus, iuxtà text. *in 24. quæſt. 2. cap. ſanè, & ibi gloſ. de reſtitut. ſpol.* & aliis adductis per Summ. Sylueſtr. *in verbo* ſepoltura, *numer. 9.* 21

Quapropter reſoluta remenet difficultas, quod hæc præcedentia fuit inducta iure publico per conſuetudinem in beneficium Abbatis, & Primicerij, non autem ex actu priuato, vt pars ex aduerſo fingit, & alioquin eſſet deſtruere, quod ſuprà fundatum eſt, nimirum conſuetudinem loci circa præcedentiam optimum locum ſibi vendicare, provt ſuprà fundatum eſt.

Nec facit ad caſum noſtrum, id quod dicitur; quod ea, quæ ſunt meræ facultatis præſcribi non poſſunt iuxta adducta per Abb. *in cap. ea parte, de conceſſ. præb. num. 7.* quia ibi Abb. loquitur in actu mere priuato, ſcilicet quando quis per plures annos ſolitus erat ire ad molendum ad aliquod molendinum alicuius priuatæ perſonæ, provt ipſe Abbas fingit, vel ad coquendum panem in aliquo furno alicuius perſonæ tunc per iſtum actum frequentatum per plures annos, etiam tempore longiſſimo, ſi non intendit vlterius ire ad molendum, nec panem coquendum, non poteſt amplius aſtringi, qui actus priuate fieri dicuntur, & non publicè, at ſecus in caſu noſtro, in quo tractatur de longiſſima conſuetudine præſcripta, quæ præſcriptio quando immemorabilis eſt, poſſunt præſcribi ea, quæ in mera facultate conſiſtunt, Bal. *conſ. 201. per tot. in fin. lib. 2.* 22

Hæc itaque breuiter, vt ſuprà iam dicta reaſſumendo iuxta *gloſ.* præceptum aduocatis traditum in §. *fin. verſ. dictum Auth. de defenſoribus Ciuit.* ex pluribus ſatis, ſuperque fundatum eſt Abbatem, & Primicerium meritiſſimè Parœco dictæ Eccleſiæ S. Ioan. in Curtim in omnibus fidelium exequiis antecedere.

Primò, ratione conſuetudinis iam diu inueteratæ in beneficium Abbatis, & Primicerij non ſolum in dicta Eccleſia Parœciali S. Ioannis in Curtim, ſed in quamplurimis Parœciis ità ſeruatur circa dictam præcedentiam, quod notorium releuat ab onere probandi, vt fundatum eſt, quæ practicabilis Conſuetudo ſemper ſeruanda eſt, iuxta doctrinam Bald. *conſ. 136. præmiſſis duobus ſtatutis, num. 3. lib. 1.* à qua antiqua conſuetudine non eſt recedendum Bal. *in l. illud, ff. de excuſ. tutor.* Alciat. *de præſumpt. reg. 2. n. 2.* Dec. 358. *num. 3.* Crauett. *conſ. 91. num. 7.* nam conſuetudo eſt maximæ authoritatis, adeo quod vincit legem Tuſch. *litt. Cod. concl. 806.* & ſtante hac antiqua obſeruantia exultare penitus debet nouitas, & innouatio, quia minimè ſunt mutanda, quæ certam obſeruationem, & conſuetudinem habuerunt, iuxta tex. *in l. minime, ff. de legib.* quia omne decretum, quod ex hac orietur cauſa facit plenarium præiudicium omnibus aliis Abbatibus, & Primiceriis aliarum Eccleſiarum Parœcialium, qui hac præcedendi prærogatiua potiuntur, cùm negotium iſtud dignitatis, & honoris reſpiciat, & omnibus in eodem genere ſtatus etiam inauditis plenariè fit præiudicium, vt aduertit tex. *in l. 1. §. idem Pomponius, ff. de eo, quod falſò tutor.* author geſtum eſt, quem adducit Reg. Merlin. *in 2. cent. controu. for. cap. 32. num. 8.* 23 24

Secundò, ratione poſſeſſionis, quia maximum eſt commodum poſſeſſionis, text. *in §. commodum, Inſtit de interdict.*

Tertiò ratione maioritatis, & dignitatis, quia Abbas, & Primicerius habent dignitatem de iure communi, & Abbas, & Primicerius ſunt de capite dictæ Eccleſiæ, & Parœcus in dicta Congregatione non habet nec vocem actiuam, nec paſſiuam.

Quarto ratione maioris ſtipendij, quod Abbas & Primicerius habent in funerali functione, etiam quod non interueniant, quod ſecus eſt in Parœco.

Quinto ratione iuriſdictionis, quia antiquitus Abbas dictæ Eccleſiæ S. Ioannis in Curtim habebat ius conferendi Primiceriatum, & fratres dictæ Eccleſiæ, & Cappellanum deputabat pro fidelium animarum cura.

Sextò, quod prius poſſeſſorium eſt terminandum, & poſtea petitorium: nam prætenſa per Parœcum reſpiciunt petitorium.

Septimò, denique & vltimo Abbas, & Primicerius non poſſunt ab eorum pacifica, ſeu quaſi præcedendi Parœco amoueri, etiam ſi poſſeſſor eſſet prædo, & iniuſtus poſſeſſor, à qua nec etiam à Papa, ſeu Imperatore de facto priuari poteſt, niſi poſſeſſor audiatur iuris ordine ſeruato, Anchar. *conſ. 270. num. 3. & ſeq.* omni prætenſa per Reuerendum Fiſci Patronum ex vi turbatiua criminalitate penitus abolita. 25

Cætera ſuppleant Dominorum votantium Prudentia, & Religio.

DISCEPTA

DISCEPTATIO VI.

SVMMARIVM.

1 *Facti species proponitur.*
2 *Testium depositiones de auditu non admittuntur, & qualiter.*
3 *Vana voces populi in criminalibus non admittuntur, sed probationes luce meridiana clariores esse debent.*
4 *Testes in facto, de quo agitur suggestiuè fuerunt interrogati.*
5 *Coniectura, & argumenta pro reo defendendo sufficiunt, non ad condemnandum.*
6 *Condemnatio innocentis est contra omnes mundi leges.*
7 *Processu nulliter fabricato, testes non sunt repetendi, sed denuo inchoandus.*
8 *Testes saltem duo, & contestes requiruntur, vt condemnetur aliquis.*
9 *Suggestio duplex, & qualiter explicetur.*
10 *Suggestio non admittitur etiamsi procedatur ex abrupto, & non seruatis iuris apicibus.*
11 *Regulares modum habent procedendi de plano; iuris solemnitatibus non seruatis, & qualiter hoc procedat.*
12 *Indicia pro delicto sunt in duplici differentia.*
13 *Infamarunt Visitatores in praesenti, vnde ad famam tenentur restituendam.*
14 *Regulares Praelati per inquisitionem non procedunt, nisi supposita delicti infamia, & probata.*
15 *Semiplena probatio requiritur, vt contra reum procedatur; erit autem probatio per vnum testem omni exceptione maiorem.*
16 *Fama bona qualiter praesumatur in facto de quo agitur.*
17 *Confessio spontanea arguit carentiam doli.*
18 *Leuia delicta, qua sint apud Regulares.*
19 *Superiores Regularium subditos punire non possunt sine causa probatione.*
20 *Votum obedientiae erga Superiores à Regularibus qualiter interpretetur.*
21 *Poena non datur vbi non est culpa ciuilis.*
22 *Modus procedendi à Regularibus contra subditos, esse debet Canonicus, non arbitrarius.*
23 *Culpa non existente, reus non vocandus.*
24 *Textus* in cap. qualiter, & quando de accusationibus *declaratur circa Regulares.*
25 *Visitatores in praesenti facto non excusantur à peccato mortali, infamantes proximum, & puniri poterunt arbitraria poena.*
26 *Fides adducitur, & testis depositio.*
27 *Pecunia de qua fuit formatus processus, demonstratur inuenta.*
28 *Coniectura, & argumenta nihil probant in criminalibus.*
29 *Officiales ignorantes officia sua exercere, culpa non carent.*
30 *Visitatores Regulares quid facere debuissent in praesenti facto.*
31 *Testis vnus probat pro reo plenè si sit adductus à Fisco.*
32 *Libros facere rationum non ad Priorem spectat, sed ad sindicum Cellarium, &c.*
33 *Fides contra fidem non admittitur, & si sint contraria, standum pro reo est.*

ARGVMENTVM.

Testium probationes de auditu in criminalibus, quale faciant indicium, ostenditur: Saltem duos, & contestes probare, vnus tantùm pro reo probat plenè, si sit adductus à fisco. Regularium Iudices, Visitatores, & cæteri qualiter procedere debeant cum eorum subditis. Fama apud eosdem quomodo probanda? Text. in c. qualiter, & quando de accusationibus, *declaratur, circa Regulares.*

PRO

Patre N. Religionis N.

SVPER

Nullitate Processus, eiusque sententiæ.

An Visitatores in progressu visitationis, habentes aliquas denunciationes cum quibus delictum probare non possunt, ad puniendum delinquentem, possint formare processum absque nota infamiæ Religiosi sic denunciati, & aliorum cum quibus denunciantes dicunt esse commissum delictum.

SVPPONITVR in facto per Patres 1
Visitatores Religionis N. fuisse processum ad visitandum Conuentum quendam Religionis suæ, & in specie ad inquirendum de quadam prætensa pecunia in eodem Conuentu reperta, tempore finitæ administrationis cuiusdam Administratoris, & non ad vsum Monasterij applicata; factusque fuit processus vsque ad sententiam, qua supponunt priuasse Superiorem domus suo officio: viso tamen per me modo procedendi facto per Visitatores prædictos reperio nullum fuisse, nullaque acta contra prædictum Superiorem; ac proinde ex talibus actis nulliter fabricatis non potuisse sortiri sententiam, & si secuta iam fuit, cum iniuria prædicti, & cum iactura famæ proximi sustineri non posse: rogo proinde Superiores declarare debere, vt in præsenti probabo, famam, & honorem vnà cum suis prærogatiuis restituendam.

Probo igitur primo, quia ex depositionibus 2
testium nihil probatum fuit, cum eorum dicta de rebus præsentibus fieri debeant, *cap. testes 3. q. 9. cap. licet 47. de testibus*, vbi ad solam consanguineitatem probandam, testes de auditu admittuntur, eo tamen modo, quo ibi declaratur, scilicet si sint viri graues, & deponant à maioribus audiuisse ante litem motam; in aliis verò etiam causis matrimonialibus de auditu nihil probant testes; nullamque fidem faciunt, vt latè Mascar-

dus

dus *de probat. concluſ.* 410. & *concluſ.* 511. & *concluſ.* 104. & 395. *n.* 10. Sanchez *de matrim. lib.* 1. *diſput.* 71. *num.* 11. Guttierez *de matrim. cap.* 36. *num.* 11. Pacianus *de probation. lib.* 1. *c.* 9. *num.* 43. latè Farinaceus *quæſt.* 69. *num.* 103. Gabedus *part.* 2. *dec. Luſitana* 73. *num.* 13. Perez Lara *de Cappellaniis lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 12. ergo ſi teſtes de auditu nihil probant in cauſa matrimoniali; nec multo magis in cauſa criminali probabunt; quippe quæ ſunt inter ſe æquiparatæ in Trident. ſeſſ. 24. de reformat. *matrim cap.* 20. quia potuit eſſe, quod ab inimicis audierint, atque ſuſpectis, vel quod malè perceperint, vel quod vnus tantummodo dixerit, & de auditu
3 auditus deponant: & ſic ob vanas voces, & forſitan ortas à temerario iudicio, & non à rationabili cauſa veniret condemnatus reus contra quem actum iudicandi exclamat Gloſ. *in l. decurionum filij*, *C. de pœnis*, reprehendendo Pilatum, qui ob vanas voces populi condemnauit Chriſtum Redemptorem ad mortem: nam teſtes etiam non interrogati, debent deponere qualiter ſciant, non ſimpliciter de auditu, Bart. *in l. de minore*, §. *tormenta*, *verſ. qualiter probetur*, *ff. de quæſtionibus*, & debent deponere ſuper facto per probationes luce meridiana clariores, *l. fin. Cod. de probat.* & non eſt teſtium iudicare, vel coniecturare, idem Bart. *in l. ſolum*, *Cod. de teſtibus*, & *in l. quod tamen*, §. *ſi arbiter*, *ff. de arbitris*, Caualcanus *de Brachio Regio*, *in verb. indicare per apparentiam*, Curtius iunior *conſ.* 165. *numer.* 17. Decius *conſ.* 459. *num.* 10. & 469. *num.* 9. hic autem proceſſus, iudicium, & ſententia con-
4 iecturalis totus eſt: nam agitur de inuenienda pecunia ducatorum centum, reperta in cella fratris N. adminiſtratoris Conuentus, Syndici, vel Cellarij pro tempore, & non poſita in libro rationum eiuſdem Conuentus, & de hac pecunia inuenienda formatur proceſſus; ſed circa modum inquirendi audiamus teſtes fol. 2. Frater N. interrogatur, qua ex occaſione, & vbi, & in qua ſpecie monetæ inuenti fuerint centum ducati, & de auditu deponit primus inuenta in cella: & de auditu, quod non fuerit expenſa quantitas ad Monaſterij vtilitatem: alius teſtis eodem fol. 2. ater. interrogatus, qua occaſione, & à quo, & vbi, & in qua ſpecie monetæ inuenti fuerint centum ducati; & de auditu deponit de pecunia inuenta, alius teſtis fol. 3. in qua ſpecie monetæ inuenti fuerint ducati centum &c. & alius eodem fol. 3. ater. in qua ſpecie, qua occaſione, & à quo fuerint &c. quapropter interrogantur omnes teſtes, quæ coniectura haberi potuerit, talem pecuniam fuiſſe expenſam extrà Monaſterium; & de auditu deponunt, nihilque de viſu, quod idem eſt in alio teſte fol. 4. in fine. Principalis, qui pecuniam inuenit dicit ſe duxiſſe eam Superiori; ſed an expenderit ad vſum Monaſterij ſe neſcire, ergo ne coniecturalis hæc probatio ſufficiet ad formandam ſententiam; non enim probatum eſt corpus delicti, & fit ſententia contra omnia iura
5 mundi, vt benè per Guazzinum *ad defenſam reorum*, *defenſ.* 4. *cap.* 7. *per totum*, ſufficiunt ſanè coniecturæ, veriſimilitudines, & argumenta ad defenſionem rei, non ad vindictam eiuſdem, vt benè Marius Salamonius *in l. vt vim num.* 26. *ff. de iuſt. & iur.* Grammaticus *conſ.* 29. *num.* 38. Maſtrillus *dec.* 297. *num.* 7. Guazzinus *defenſ.* 29. *c.* 3. *num.* 3. Farinac. *tom.* 4. *q.* 125. *num.* 42 3. Helfricus, Vlricus *diſp.* 8. *criminali num.* 101. Hieronymus de Palma *conſ.* 36. *num.* 24. teſtes enim de auditu non demonſtrant, probantque rem concludenter ſed haberi debet originale dicti, cui creditur, & non copiæ, Authent. *ſi quis in aliquo*, *C. de fid. inſtrum. l.* 2 *ff. de fide inſtrumentorum*, Seraphinus *deciſ.* 244. *num.* 3. Farinaceus *poſt primum volumen Conſiliorum dec.* 111. Marta *voto* 138. *num.* 14. Rota apud Caualerium *dec.* 107. & 523. Guazzinus *defenſ.* 33. *cap.* 14. Errarunt ergo Patres Viſitatores contra Fratrem N. ſententiam proferentes, priuationis, &c. cum ex teſtium depoſitionibus de auditu ad nihilum tendentibus condemnauerint.

Probatur ſecundo, quia condemnare non reum, 6
non conuictum, non confeſſum, eſt lædere omnes leges, naturalem ſcilicet, Diuinam, & Canonicam, ac contra propriam famam proximi agere eam vituperando, denigrando, & auferendo, vt bene F. Sanctorius *in praxi criminali canonica in c. de reo fol.* 35. & Iudices aliter facientes ſunt puniendi, vt bene idem Sanctorius *de correctione pœnali fol.* 24. ergo cum non fuerit probatum corpus delicti, ſcilicet pecuniam fuiſſe expenſam extrà vſum Monaſterij, non potuit ſequi ſententia Viſitatorum, qui non ad condemnandum procedere debebant, ſed ad abſoluendum. Erit ergo nulla ſententia, & nullus proceſſus ex defe- 7
ctu modi procedendi: nec ſunt repetendi teſtes, vt bene Cartaharius *de interrogandis reis lib.* 3. *c.* 3. *num.* 63. P. Sanctorius *in practica regularium fol.* 38. §. *penul.* Ambroſinus *de modo formandi proceſſum criminalem lib.* 3. *c.* 1. *num.* 43. Corolianus *par.* 2. *caſu* 50. §. 6. idem P. Sanctorius *cap.* 1. *de correctione pœnali fol.* 35. ergo quomodo proceſserunt Viſitatores ad denigrandam famam proximi, non probato delicto ſaltem per duos teſtes conteſtes, 8
ac integros vt iura noſtra diſponunt, *l. vbi numerus*, *ff. de teſtibus l.* 1. *ff. de operis libert.* Gomeſius *de dilictis cap.* 12. *num.* 9. & ſunt conteſtes quando deponunt de eodem facto, cum eiſdem circumſtantiis, loci, & temporis, & perſonarum ſaltem in ſubſtantialibus, *cap. quod verò* 2. *q.* 5. *cap. in omni negotio de teſtibus*, Farinaceus *de teſtibus q.* 63. Rodriquez *de modo formandi proceſſum cap.* 7. Aldrete *de Religioſa diſciplina tuenda lib.* 2. *cap.* 3. Rota *dec.* 345. apud Farinaceum *par.* 1. *recentiorum & dec.* 251. *eadem par.* 1. & 677. *par.* 2. & 691. *n.* 4. *par.* 2. *recentiorum*. Velaſcus *conſult.* 73. Miranda *de ordine iudiciario q.* 23. *ar.* 1. Quod iure etiam Diuino præcipitur Deuter. 17. & 19. Matth. 8. Paulus 1. ad Timot. *cap.* 5. In ore duorum, vel trium ſtat omne verbum. Hinc Daniel presbyteros conuicit de falſo ex variatione loci, *Daniel.* 13. 9
quod etiam in cauſa hæreſis ſeruandum dicit Coriolanus *p.* 2. *caſu* 50. *num.* 29. Leſſius *de accuſatore & teſte dub.* 4. dicitur etiam reus non conuictus, quia teſtes examinantur non in genere, ſed in ſpecie, ſcilicet, qua occaſione, & à quo, & vbi, & in qua moneta inuenti fuerint centum ducati: talis vero interrogatio, vtpote ſuggeſtiua non valet, *l.* 1. §. *qui quæſtionem*, *ff. de quæſtionibus*, duplex autem eſt ſuggeſtio, vna aperta & altera palliata. Aperta dicitur, quando de ea apertè patet ex interrogatione, nempè, quia fuit teſtis interrogatus, an Caius occiderit pugione Sempronium tali die, & in tali loco, *dicta l.* 1. §. *qui quæſtionem*, Scaccia *de Iudiciis criminalibus*, *lib.* 1. *cap.* 56. Farinacius de *teſtibus*, *quæſt.* 76. *num.* 78. Perſonalis *de Indiciis*, & *Tortura*, *num.* 43. Secunda palliata dicitur quando indicatur à Iudice modus reſpondendi teſtibus, quæ omnes, vtpotè prohibitæ ſunt ab Aduocatis conſiderandæ pro defendendis reis, vt

benè

benè Ambrosinus *de modo formandi processum informatiuum lib. 2. c. 5. n. 18. & lib. 4. c. 2. n. 8.* Cartharius *in practica Interrogandorum reorum lib. 2. cap. 1. num. 54.* Farinatius *q. 43. n. 130.* Maurus Burgos *de modo procedendi ex abrupto cent. 1. q. 100 num. 83.* Intrigliolus *singul. 177. n. 20. lib. 2.* Guazzinus *defens. 19. cap. 12.* & addit Burgos *vbi*
10 *supra*, quod licet concedatur modus procedendi, ex abrupto, & sine strepitu Iudiciario, non per hoc censetur permissus modus suggestiuus, quia modus ille procedendi non seruatis apicibus iuris, solum remouet sollemnia ordinis iudiciarij, inter quæ non includitur suggestio, vt bene Cartharius *vbi supra lib. 4. cap. 1. num. 95.*

11 Probatur tertio, quia licet regulares habeant priuilegium, vt in eorum sententiis, & decisionibus causarum inter se non teneantur seruare ordinem, *cap. qualiter, & quando de accusat.* & procedere possint sine strepitu iudiciario, sola facti veritate inspecta, simpliciter & de plano, & ex priuilegio etiam Bonifaciij Octaui, incipiente *ad augumentum* fratribus minoribus facto, vt in punitionibus fratrum procedatur postpositis rimulis, & apicibus iuris, non tamen essentialia censentur reiecta, vt benè P. Santorius *fol. 50. de correctione pœnali*; & semper requiritur, vt constet de delicto contra aliquam personam per viam specialis inquisitionis, & indicia probantia delictum, debent esse infallibilia, & facere clamorosam insinuationem *cap. Inquisitionis, de accusat.* non verò ex suspicione, & leuibus indiciis, quæ nihil probant, vt latè Sanchez *lib. 6. consiliorum*
12 *cap. 3 dub. 17.* Suarez, & alij apud Pellizzarium *tom. 2. tract. 9. cap. 4. sect. 2. num. 55.* duplex enim est indicium aliud suppositititium, quo semper cogitamus id, quod est deterius, vt sic securius, & efficacius remedium applicemus, & aliud definitiuum, quo aliena facta interpretamur in meliorem partem, S. Thomas *2. 2. q. 60. art. 4. ad 3.* Peyrinus *in formulario lit. P. cap. 16. num. 21.* ergo si Prælato regulari significetur aliquod delictum fuisse commissum ab aliquo subdito, potest supponere illud esse verum, non tamen credere debet illud esse verum aut malam opinionem concipiendo de subdito, sed solum applicando opportuna remedia, ac si delictum esset verum, cum debita tamen circumspectione, & cautela, ne alias appositio remediorum cedat in dedecus, ac infamiam subditi, quod est facere iudicium suppositititium, non autem definitiuum, vt bene Pellizzarius *in manuali Prælatorum tract. 9. cap. 4. sect. 2. num. 58. in fine.* Ergo tales Visitatores cum extorserint à testibus depositiones per iniustas interrogationes, nullum est, quod agitur, actumque fuit argumento *non dubium, C. de legibus, & l. fin.*
13 *ff. de constituta pecunia*, & tanquam iniuriam facientes reo tenentur eam corrigere, & læso satisfacere; non autem iniuriam continuare, vt benè cum Caietano, Soto & aliis, docet Sanchez *vbi supra dub. 29. &* Pellizzarius *tract. 9. cap. 4. n. 61.* semper ergo supponere debent Prælati regulares
14 non posse eos procedere per viam inquisitionis, nisi suppositа sufficienti infamia delicti, de quo inquirendum; & notitia ipsius infamiæ, vt procedere valeant ad inquisitionem specialem de subdito, quæ debet esse sufficienter iuridica, ita vt faciat publicam fidem. Et licet non requirantur omnes subtilitates, vt sunt citatio de non feriata, libelli porrectio in scriptis, longæ dilationes, receptio testium post publicatas attestationes: prolatio sententiæ sedendo, &c. & alia si-

milia; requirunt tamen illa, quæ de iure diuino, & naturali sunt necessaria, vt sunt congruæ dilationes, legitimæ exceptiones, traditio repertorum, citatio testium, & partis; formarique debent capita, seu articuli pro interrogandis testibus, &c. si verò nullus testis condemnet reum de delicto, ita vt neque semiplena probatio haberi possit, non potest reus interrogari: sed vlterius inquirendum est ab aliis testibus, vel certe non vltra procedendum est, vt benè post alios Pellizzarius *dicto tract. 9. cap. 4. sect. 2. num. 63.* 15
Erit autem semiplena probatio, vt per viam inquisitionis contra Reum procedatur testimonium vnius testis omni exceptione maioris; seu quod idem est, nulla exceptione repellibilis; qui testis debet esse oculatus; seu de visu: nam qui solùm est de auditu, etiam si sint plures, nec plenam, nec semiplenam possunt efficere probationem; iuxta notata per DD. in *l. etiam mortis ff. de probationibus &* Bart. *in l. admonendi ff. de iure iurando.* Miranda *in praxi quæst. 7. num. 51.* malè ergo Visitatores processerunt, famam lædendo eius quem condemnarunt nullo legitimo processu: ergo ex læsione famæ ad eam restituendam tenentur, vt latè Card. Lugo *disp. 14. de iustitia sect. 1. cum sequentibus num. 1.* semper enim, quòd fama proximi læditur vel ex contractu, vel ratione rei acceptæ, quæ perseueret in sui substantia, vel in effectu sui, vel ex delicto, & damnificatione iniusta, intrat obligatio restituendi, vt bene S. Thomas *2. 2. quæst. 62. art. 2. ad 2.* vbi Caietanus, Sotus, & alij apud de Castillo *lib. 2. tract. 2. disp. 12. part. 3. dub. 1. num. 162.* Addo quod in præsenti 16
habemus bonam famam Rei, quia frater Marcellinus, qui pecuniam inuenit, detulit eam ad Patrem Priorem (qualis erat hic, de quo agimus) & Pater Prior confitetur se accepisse, ergo colligitur bona fama, & intentio ipsius; nam si malam habuisset mentem, negasset sanè negotium, quod inter se, & fratrem illum processit, gestumque fuit: sed Prior sponte fatetur accepisse pecuniam, & positam fuisse pro vsu communi, ad quem expendit; quod factum arguit simplicitatem, & bonam fidem Prioris; ex confessione enim spontanea præsumitur aliquem deliquisse sine dolo Ioseph Ludouicus *concl. 15.* Beccius, Imola, Bertandus, & alij apud Guazzinum *defens. 32. cap. 36.* Adducunt iura in *l. competens C. ne* Tutor, *vel* Curator. *& cap. fin. de furtis, & cap. fin. 56. distin. & can. præsentium 1. quæst. 5.* Farinacius *vol. 2. consiliorum resol. 48.* Barbosa *in d. cap. fin. de furtis.* Ergo ex confessione spontanea colligitur non deliquisse; vel si deliquit, fuit sine dolo; videamus nunc an hoc delictum sit 17
graue, an leue. Dicit enim Abbas Panormitanus *in cap. tuæ discretionis num. 3. de pœnis*; delicta leuia esse, in quibus licet culpa interuenerit, dolus tamen non interuenerit: vt quando aliquid contingit per imperitiam, vel culpam sine dolo; vel quando dolus interuenit, sed circa rem modicam. sequitur Diaz *in practica Canonica cap. 11.* Magala *in praxi Canonica cap. 3. num. 6.* & apud 18
Regulares sunt leuia delicta, quæ culpam mortalem saltem euidentem annexam non habent, vt bene Ghislerius *in sua praxi criminali pro Regularibus cap. 10. num. 3.* Marcellus Megalius *in praxi criminali canonica cap. 3. num. 50.* & tanquam leue hoc, quod prætenderetur delictum, sine dolo commissum, sed per imperitiam, & simplicitatem (si esset commissum, quod non probatur) non debebat puniri per Visitatores

tali pœna: ſed verificata bona fama Prioris debebat abſolui: adnotata per Guazzinum *lib. 2. defenſ. 28. num. 18.*

19 Probatur quarto quia ſine cauſa, cognita & probata, ſubditum à ſuperiore puniri; mortificari &c. eſt omninò à ratione alienum: quia ſubditus promiſit Prælato obedientiam cæcam quidem ex parte ſui, ſed oculatam ex parte Prælati; nam rationabile debet eſſe obſequium noſtrum Paulus *ad Roman. capite 72.* & ſicuti Prælatus eſt ad ædificationem, non ad deſtructionem. Paulus. *2. Corinth. capite 13.* ita ſubditus debet eſſe paratus ad ſuſcipiendas rationabiles pœnitentias, licet enim ad perfectionem obedientiæ etiam irrationabilia arripere bonum ſit; ad neceſſitatem tamen voti, ea ſolùm præſtare tenemur, quæ vel in regulis, vel concernentibus ad regulas continentur; quia cum præceptum, & obedientia ſint correlatiua, eadem eſt obediendi neceſſitas, quæ præcipiendi poteſtas.

20 Et ita votum obedientiæ declarauerunt. S. Thomas *2. 2. quæſt. 104. art. 5.* S. Bonauent. *in 2. ſententiarum diſt. 44. art. 3. quæſt. 2.* Sylueſter *in verb. Religio il ſeſto, quæſt. 6.* Sanchez *in ſumma libr. 6. cap. 2. num. 2. & 15.* Alphonſus Rodriquez *in Exercitio ſpirituali part. 3. tract. 6. cap. 3.* Vaſquez *tom. 2. cap. 2. diſp. 158. cap. 3. num. 24.* Miranda *tom. 1. quæſt. 26. art. 9.* ſed in caſu noſtro proceſſum fuit à Viſitatoribus contra omne Iuris debitum, ergo nullus erit proceſſus, & punitus innocens. Probatur minor, quia pœna non debet dari vbi culpa ciuilis, & politica non datur: nec ſufficit Theologica S. Thomas *2. 2. quæſt. 108. art. 4.* nam pœna ex *l. 131. ff. de verb.* eſt peccati vltio noxæ iniuncta, & ideo ex menſuræ delicto plagarum datur modus. Deuteronom. *cap. 25.* Hinc nullæ ſunt pœnæ, quæ culpam non reſpiciunt. *cap. ſatis perueſum 56. diſtin. l. ſi putator, ff. ad l. Aquiliam. cap. felicis de pœnis in 6. cap. quæſiuit de his, quæ fiunt à maiori parte capituli.* Nec poſſunt Prælati ſententias facere, ac delinquentem ſententiare, non præcedente iuridico proceſſu, vt bene P. Sanctorius *de correctione pœnali regularium fol. 22. col. 2.* & tunc dicitur legitima cauſa, quando ſecundum legis præſcriptum concepta eſt *l. 3. §. 1. ff. de accuſat.* nam legitimè id factum dicitur, quod factum eſt ſecundum leges Cicero *de Officiis.* ſicuti illegitimi dicuntur, qui non ſecundum leges nati ſunt *l. filium diffinimus, ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris.*

22 Probatur quinto quia modus procedendi in cauſis criminalibus regularium, vbi è foro paterno exire, & punitionem aliquam infligere oporteat, non eſt arbitrarius, ſed canonicus; nimirum iuxta textum *in cap. qualiter, & quando, de accuſat.* Nouarius *conſ. 4. de accuſat.* Toletus *lib. 5. cap. 56. Directorium Inquiſitorum part. 3. de recuſat.* vbi Pegna *in Scolio 30. & 31.* Zacharias Bouerius *in Directorio fori iudicialis part. 1. cap. 7.* Longus *de caſibus reſeruatis part. 2. de iuramento falſo in iudicio in fine*, Rodriguez *tom. 1. quæſtionum regularium quæſt. 3. art. 1.* Miranda *de ordine iudiciario tom. 1. quæſt. 3. 6. 7. & 8. & in practica canonica quæſt. 3. art. 1.* Hieronymus Rodriguez *reſol. 37. per totam*, & alij plures laudati à Fratre Laurentio de Peyrinis *in formulario cap. 16.* Villagut. *in practica criminali canonica lib. 6. concluſ. 5.* Auerſa *de modo procedendi in cauſis regularium c. 7. num. 8.* Ergo ſupponit talis modus procedendi culpam grauem cum dolo: ex *regula 23. de regulis iuris in 6.* vbi ſine culpa, niſi adſit cauſa, non eſt aliquis puniendus: quia ex S. Gregorio *lib. 7. Regiſtri, epiſtola 35.* relato *in cap. 12. conſtit.* rem quæ culpa caret, in damnum vocari non conuenit, nam voluntate, & propoſito maleficia diſtinguuntur, *cap. cum voluntate de ſentent. excom. gloſſa in l. ſi putator, ff. ad legem Aquiliam.* in qua ſola culpa mortalis puniri mandatur, & ratio à priori eſt quia pœna eſt menſura culpæ, *cap. ſine de offic. delegati, cap. fin. de tranſact. cap. ſicut dignum de homicidio, cap. diſciplina 45. diſtin.* & de iure naturæ dictante medicinam non eſſe adhibendam ſano Matth. 9. nec pœnam innoxio *l. ſancimus Cod. de pœnis.* Hæc autem mortalem culpam cum dolo expoſcunt, quia leuia potius veniam in externo iudicio, quam pœnam ſolemniter exigendam expoſcunt. 23

Opponi poteſt pro parte viſitatorum, & validitate proceſſus; habere pro ſe *textum in capit. qualiter & quando il 2. de accuſat.* ibi *hunc tamen ordinem circa regulares perſonas non credimus vſquequaque ſeruandum, quæ cum cauſa requirit facilius, & liberius poſſunt adminiſtrationibus remoueri* vbi textus requirit cauſam; excludit tamen ſolemnia in modo procedendi Regularium. 24

Reſpondeo tamen excludi per textum accidentalia Iudicij, non eſſentialia. Vnde male P. Leon Zambellus *in ſuo repertorio morali, in verb. Prælatus num. 24.* ait, quod Prælatus Regularis, Generalis, vel Prouincialis poterit Guardianum, vel Priorem ſuo officio priuare etiam ſine cauſa ex ſuo beneplacito: quem ſequutus fuit Lauorius var. lucubrationum *cap. 23. num. 22. ex* Sigiſmundo à Bononia *de electione part. 1. cap. 7. n. 1.* & frater Ioſeph à S. Maria, *in Tribunali Religioſorum tract. 5. cap. 6. §. 1.* quam ſententiam improbant ferè omnes apud Barboſam *in d. cap. qualiter, & quando*, & apud Follerium *in praxi criminali canonica cap. 36. à num. 30.* & apud P. Santorium *de correctione pœnali ſol. 3.* Quia ſi ſententia prædicta eſſet vera væ væ ſuperioribus inferioribus, quia ad libitum, & ſine cauſa remouerentur; & priuarentur officiis, quia textus *in d. cap. qualiter, & quando* eſt fundatus in auctoritate tum diuini, tum naturalis iuris, quia probat ex auctoritatibus veteris, & noui teſtamenti, ex Geneſi 18. & Lucæ 16. adducens clamorem Sodomorum, & infamiam, ac clamoroſam inſinuationem contra Villicum; & ait textus, *debet coram Eccleſia ſenioribus veritatem diligentius perſcrutari*, vt ſi rei popoſcerit qualitas, canonica diſtrictio culpam feriat delinquentis; ne tanquam idem ſit Accuſator, & Iudex, &c. Ergo non eſt veriſimile, Concilium Generale, de quo ibi, priuare voluiſſe Religioſos illis auxiliis, quibus peſſimi homines gaudent, & Superiores reddere ſuſpectos, vt malignitatibus oſtium aperiant: quo etiam ſenſu procedit tex. *in cap. per tuas de ſimonia.* ergo non poterunt Regularium Superiores priuare, & ſententiam ferre contra ſubditos, niſi proceſſu legitimè facto.

Tenebantur ergo Viſitatores ſub pœna peccati mortalis, ac reſtitutione damni illati, non minus, ac Iudex quicumque noſſe merita cauſæ, quam iudicabant, argum. *cap. fin. de iniuriis*, Nauarrus *in cap. inter verba ij quæſt. 3. coll. 1. n. 18.* S. Thomas *2. 2. quæſt. 76. art. 2.* S. Antonius *par. 2. tit. 3. cap. 6. §. 4.* & ſi taliter periti non erant, conſulere debebant potiores; quia erant Iudices, & Collegæ: & Iudici incumbit diligere iuſtitiam, Sap. *cap. 1.* nihil ex arbitrio facere, ſed iuxta leges, *cap. iudicet 3. quæſt. 7.* ergo ſi ignorarunt mo- 25

dum

dum processus faciendi, & sententiandi peccarunt mortaliter, & pœna arbitraria sunt ipsi puniendi, vtpote ex imperitia procedentes vt bene Ghisserius *de Iudice Regularium cap. 7. num. 15.* Rodriguez *tom.2. quæst.40. art.2.& 3. ex l. fin.ff. de extraordin. cognitionibus.*

26 Supereſt, vt Fratris Marcellini depositio euacuetur, qui pecuniam inuenit. Interrogatus fuit à Visitatoribus suggestiue ibi.

Se l'haueui presentati, & consignati al P. Gio. Tomaso all'hora Priore li denari ritrouati. Respondit Marcellinus. *Subito hauendo io trouati quelli denari, li presentai, e consignai à detto Padre, e li contò in presenza mia, e disse, che erano cento docati giusti.*

Interrogatur deinde *Se de nouo furono portati alla dispensa questi denari da esso Padre Priore?*

Respondit. *A me non hauea riportati questi denari, questa cosa è certa, ne anco sò hauergli portati alla dispensa esso Padre Priore.*

Interrogatus deinde idem Marcellinus. *Se potesse conietturare in che maniera sono spesi?* Respondit, & bene Marcellinus, dixit se nescire, quia conuictus, & confessus se pecuniam inuenisse; si fassus fuisset contrarium, debebat ipse de pecunia reddere rationem, cum ipse certè inuenerat, sed suggestiue interrogatur in indiuiduo de Patre Priore: debebat autem interrogari in genere, vt suprà dicebamus ex Chartario *lib. 3. de interrogandis reis cap. 3.*

Quod autem pecunia prædicta, quam Frater Marcellinus inuenit, ad dispensam relata fuerit, & cum aliis pecuniis mixta sit, & postmodum expensa in emptionem frumenti, patet ex fide, quam in eodem processu Patres Visitatores habuerunt, præsentata ex mandato eorumdem Visitatorum, atque sub præcepto obedientiæ Pater Honorius fecit, qui per quatuor menses Cellararij officio functus fuit post P. Ianuarium; & fides est hæc.

FO fede comme essendosi partito di fameglia il P. D. Gennaro da Felitto, Cellarario del luoco N.di Napol. Volendo il P.D.Gio.Tomaso Priore del detto luoco, andare à stanziare nella Cella del detto Cellarario, facendola polizare, Frà Marcellino trouò nella mandesa docati cento in oro, e li portò in dispensa, con altri denari, che teneua, lasciati dal detto Cellarario; de quali denari, comme sò io, non se ne fece mai introito, poiche hauendo io in quelli quattro mesi tenuti li conti, e scritti, lasciai solo quelli denari, che auanzorno delli lasciati passati, & altri prouenuti in quello tempo, delli quali feci fedelmente introito, & esito, ma mai mai si posero detti docati cento, & post nonnulla sic infert, *& benche di detti docati cento in oro, hauesse io spesi in grano, tutta volta ne feci esito, non come trouati in Cella; ma da altri lasciati dal detto Cellarario, che fu appunto, come se fussero cambiati d'altra moneta, non che spendessero di più quelli, anzi mai comparsero, come hò detto diso sopra in introito. Il tutto nefò fede, e giuro, che così è verità.*

27 Ex hac fide Patris Honorij sunt consideranda quatuor. Primum Fratrem Marcellinum inuenisse pecuniam ducatorum centum. Secundum duxisse in dispensam communem Monasterij cum aliis pecuniis, quas ibi tenebat ad publicos vsus. Tertium dicit nunquam de pecunia prædicta introitum fuisse à Priore factum. Quartum, & licet expenderit pecuniam ducatorum centum in auri moneta pro emptione frumenti; tamen expendit non vt inuentos in Cella, sed vt relictos à Cellarario prædicto, tanquam in aliam pecuniam conuersos.

Quibus positis, ex fide Honorij prædicti apparet, pecuniam inuentam (quam quærunt Visitatores à Fratre Marcellino) delatam fuisse ab eodem in dispensam, miscuisse cum aliis pecuniis à Cellarario relictis, & eandem numero expensam in emendo frumento pro vsu Monasterij, per Patrem Honorium, non fuisse verò redactam pecuniam illam in libros rationum, fuit error eiusdem Honorij, qui talem pecuniam vt inuentã in dispensa, & à Marcellino relicta referre debebat in libros rationum, nec fuit error, & culpa Prioris, cuius non erat conficere libros rationum, sed Cellararij, & pecuniam non apud Patrem Priorem remansisse; sed in eodem numero, & qualitate auri repositam in ærario publico à Marcellino, miscendo cum aliis Pecuniis relictis à præterito Cellarario, & inuentam à Patre Honorio expensam in emptione frumenti: ergo euidenter concluditur non eam accepisse Patrem Priorem, nec parentibus dedisse, vt ex coniecturis quibusdam aliqui Fratres contra Fratrem deponentes coniecturarunt; quasi quod essemus 28
in vltimis voluntatibus; vbi coniecturis licitum est venari vltimum testatoris elogium; ignorantes miseri, in criminalibus luce meridiana clariores debere esse probationes, *l. fin. C. de probation.* Sperellus *dec. 178. num. 9.* quia essent testes de credulitate, qui nihil probant, *cap. quoties de testibus*, vbi Barbosa, Gratianus *cap.474. num.23.* & alij apud Sperellum *vbi sup.*

Culpabiles ergo sunt Visitatores, dignique arbitraria pœna, vt supra dicebamus, quia si vidissent Patris Honorij fidem, inuenissent pecuniam, nec proximum infamantes processissent nulliter sententiando, quod si Sæcularibus est indecens, & Regularibus indecentissimum iudicari debet, nec excusabuntur ignorantia, quia culpa non ca- 29
ret, qui officium assumit, cuius vires non habet sufficientes, *cap. cum non deceat de elect. in 6. l. idem Iuris, ff. ad legem Aquiliam, l. nemo, C. de assessoribus, §. impetu quoque institut. ad legem Aquiliam, cap. nisi cum pridem, §. porro, de renuntiatione*, S. Thom. *2.2. quæst.21. art.4. & quæst.13. art.2.* Lessius *de iustitia lib.3. cap.2. dub.3. num.18. & seq.* Iudex enim Sapiens iudicabit populum suum, *Eccles. cap.* 10. Debet enim habere Iudex notitiam boni, & æqui, *l.1. ff. de institia, & iure:* non ergo poterant Visitatores iustitiam reddere sine legali scientia, & modi formandi processum ignari, vt in *Authent. de Iudiciis, §. illi autem*; quomodo enim ait S. Gregorius *lib.27. moralium*, *Iudex rectè iudicabit, si legem, per quam iudicaturus est, ignorat:* Iudicum enim insciția, maximum est Reipublicæ detrimentum, vt exclamat Michaël Vlcurrunus *de regimine Mund. part.4. quæst. 1. num.16.* Miranda *de ordine Iudiciorum quæst.4. artic.* 10. Bouadilla *in politica tom. 1. lib. 1. cap. 6. num.* 29. Plato *lib. 9. de Republica*, contra quos tam pessimè iudicantes plura dicunt Dionysius Curthusianus *super caput 7. Euangelij* S. Io. super illis verbis. *Nolite iudicare secundum faciem*, Flaminius Chartarius *de executione sententiæ in præfatione num.100.* Auiles *in cap.2. Prætorum*, Neuizzanus in Sylua *nuptiali lib. 5. num. 90.* Ioannes Matthiensis *in Dialogo relatorum 3. part. cap. 6.* P. Fragosius *de Republica Christiana tom.1. in princip.* P. Rodriquez *tom.3. quæstion. regular. quæst 34. art.2.*

ar.2.& 3. Xamar *de officio Iudicis q.1.* Peguera *in praxi crim.cap.7.& 8.*

30 Viſitatores ergo in præſenti cauſa malè ſe geſſerunt, condemnantes Fratrem eorum ob rem nulla veritate fundatam, famam lædentes proximi ſui, viri religioſi, in eiuſdem Religionis infamiam, pœna eum afficientes, & ab officio Cellararij amouentes, illo in audito, eique nullis datis defenſionibus, nec lectis illis, viſiſque quæ P. Honorius pro veritate dixit, contra *tex. in l.de vnoquoque 77. ff. de re iud.* vbi præſentibus partibus, ipſiſque defenſis formatur iudicium. Quod ſi fuiſſent dubij, & ancipites, teſtibus auditis, aliiſque veritatis veſtigiis ab eiſdem ſuppoſitis debebant deſiſtere, & Superiorem conſulere, *l.1. vbi* Bart.& alij; *l.2.& 3.C. de relationibus, cap. intimaſti de appellat. l. fin.C.de legibus, gloſſa in l. Diuus, ff. de officio Præſidis*, Speculator *par.2. tit.de relationibus. §.4.* Maranta *par.3.6. par. principalis, q.2. n.7 ex* Baronio *anno Chriſti 385. num.21.* Bouadilla *in politica tom.1.lib.2.cap.21.n.202.*

31 Conſiderare debebant etiam Viſitatores P. Honorium non ab inquiſito fuiſſe adductum, vt teſtem; dixiſſe tamen pecuniam in diſpenſam per Fratrem Marcellinum relatam fuiſſe, & ab ipſo Honorio in emptione frumenti expenſam. Ceſſat ergo ſuſpicio contra Inquiſitum, quia teſtis fuit adductus Honorius, & fidem cum iuramento facit, vocatus ab eiſdem Viſitatoribus contra Reum; ergo benè probat innocentiam eiuſdem, quamvis vnus, quamvis de auditu, quamuis nulliter productus, & contra Fiſcum producentem plene probat, vt omnes DD. fatentur, etiamſi eſſet ſocius criminis, Rota *dec.291. num.7. in fine, & num.11. vol. 2. Conſiliorum* Farinacei Merlinus *deciſ.* Lucenſi 12. *num.12.* Hieronymus de Federicis *Reſolutionum criminalium ref.9. num.1.& 2. in fine 2. volum. Conſiliorum* Farinacei Maranta *conſ.47.n.50.& 48.n.4.* Romanus *cõſ.104.* Maceratenſis *li.3.reſol.5.* Viuius *dec.172.n.9.* Viſconte *in ſuis concluſionibus in verb.teſtes.* Rota apud Marcheſanum *par.1.fol.1341.* Quomodo ergo à Viſitatoribus fuit condemnatus, priuatuſque officio Cellararij: vtpote ergo malè iudicantes, non ſolùm ipſi, ſed etiam, qui eos Iudices conſtituerunt, peccarunt mortaliter, vt poſt Eſcobar *de ratiociniis cap.27. num.7.* & alios docet Xamar *de officio Iudicis q.13. num.19.*

32 Poſſet ergo contra inquiſitum agi quod ſcilicet talia centum non fuerunt in libris deſcripta: ſed hoc non erat eius officium; ſed tunc temporis Cellararij, & aliorum; ergo eſſet eum punire ex alterius culpa; & demus culpam fuiſſe propriã, non adeſt dolus, qui tantùm dignus eſt pœna priuationis, &c. vt ſupra dicebamus: culpa verò puniri non debet, niſi ſalutaribus pœnitentiis, vt ex Regularium præceptis Doctoribus, & Magiſtris ſupra probauimus.

33 Inſurgat aliquis pro viſitatoribus, tu fundas, quod dixiſti in fide Patris Honorij; & quis ſcit ſi Pater Honorius nunc in Iudicio deponeret hoc idem? & quis ſcit ſi illud fecerit ad inſtigationem inquiſiti? nunc verò ſe ipſum corrigendo dicat oppoſitum? & euacuabitur fides Honorij pro inquiſito?

Motiuo propoſito Reſpondeo ego, non me fundare ſolum in fide Patris Honorij, quia hoc eſt circa Iuſtitiam: ſed nullitas proceſſus, & ſententiæ Patrum viſitatorum fundatur aliunde à me, vt ſupra dicebamus. At demus Honorium aliam facere fidem, aliudque deponere in iudicio (ſi opus fuerit, quod non credo) Aduertant Domini Iudicantes quòd quando ſunt duæ ſcripturæ in iudicio adductæ, duæque fides, vel duo Inſtrumenta, attenditur prior ſcriptura, non poſterior *l. ſcripturæ Cod. de fide Inſtrumentorum cap. imputari extra eodem*; non enim amplius prima ſcriptura poterit impugnari, cùm omninò ſit approbata, & eſt confeſſio facta in iudicio cùm ſcriptura, & iuramento, quæ reuocari non poterit, ſi fiat coram iudice competente, Canoniſtæ *in cap. At ſi Clerici de Iudiciis* Cardin. Tuſchus *litt.P.conſil.872.* Scaccia *de Iudiciis lib.2. cap.11. num.410.* producens enim teſtes in Iudicio, non poteſt eorum perſonas, vel dicta reprobare, vel quicquam addere etiam ſi nec iuramentum tempore examinis præſtiterint. Menoch. *lib.2. præſump.45.* Pereyra *de Inſtrum. editione tit.1. reſol.2. num.11.* Farinaceus *de teſtibus q.45. num.36.& quæſt.54. num.126.& quæſt.62. à num.211.* Non ergo poterunt viſitatores aliter recipere; nec ipſe Honorius aliter deponere. Addo quod ſi ſint duæ ſcripturæ contrariæ, ſemper pro illa præſumitur, quæ continet fauorem pietatis, dotis, libertatis, vel inquiſitionis Rei inquiſiti; *ex cap. litteris in fine de probation.* vbi gloſſa *in verb. liberari, cap. fin. de re iudicata l.1. Cod. de iure Fiſci lib.10.* Vincentius *num.50.* Ripa *num.6.* Alicatus *num.22.* Soccinus Iunior *n.61. in l.1. ff. ſol. matrim.* Tiraquellus *de pia cauſa priuil.35.* Couarru. *lib.1. variar. cap.16.* Barb. *in l.1. 2.part.ff. ſolut. matrim. num.3.* Pereyra *lib.3. de Inſtru. editione tit.7.reſol.50. num.49.* Quare abſoluendum eſſe N. inquiſitum de aerea quantitate ſubtracta, & Patres Viſitatores eſſe puniendos pro fama ſubtracta ſuo Fratri, &c. Et ſic cenſeo, &c.

DISCEPTATIO VII.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies proponitur diſputanda.*
2 *Sententia tranſitum facit in rem iudicatam ſi non fuerit ab ea appellatum.*
3 *Sententia facta omiſſis dilationibus quando ſit nulla.*
4 *Iudex delegatus ſeruare debet formam reſcripti, & qualiter.*
5 *Iudex delegatus quomodo poſſit ſibi aliquid reſeruare.*
6 *Iudex delegatus poteſt committere nudum miniſterium.*
7 *Subhaſtatio quando poſſit fieri ſine pecunia numerata.*
8 *Beneficia Eccleſiaſtica ſunt conferenda ſine diminutione.*
9 *Sententia vltra petita quando valeat.*
10 *Sententia non conformis libello quando valeat.*
11 *Libellus propriè, & legaliter qualis ſit.*
12 *Sententia quando excedit petitum an valeat.*
13 *Sententia non eſt vltra petita, ſi contineat acceſſoria.*
14 *Afflicti* deciſio 32. *declaratur.*
15 *Iudex delegatus non poteſt pronunciare niſi ſuper deductis in prima inſtantia, & quando.*
16 *Iudex delegatus in cauſa appellationis an poſſit condemnare ad fructus.*
17 *Clauſula [vna cum annexis, & connexis] quid operetur.*

ARGVMEN

ARGVMENTVM.

Sententia iudicis delegati quando sit vltra petita, & qualiter debeat esse conformis libello, & an iudex delegatus possit sibi aliquid reseruare, & an possit committere nudum ministerium. Afflicti decisio 32. *adducitur, & declaratur.*

CONTRA

D. Cæsarium Parrellam, & D. Cæsarem Vigilantium,

CORAM

Illustrissimo Episcopo Sorano Sanctæ Sedis Apostolicæ delegato in causa appellationis.

1 SVPPONITVR in facto, quod D. Donatus Ronca, modernus Rector Parœcialis Ecclesiæ S. Iuliani terræ Solofræ Salernitanæ Diœcesis, tam proprio nomine, quam vti Procurator D. Horatij Marini olim Rectoris eiusdem Ecclesiæ, die 16. mensis Maij 1645. comparendo coram Vicario generali Salernitano, asseruit dictam Rectoriam esse in possessione decimandi pro medietate, omnes fructus, redditus, & prouentus ad dictam Ecclesiam spectantes, & ius mortuorum: & quia tam D. Cæsarius Parrella olim Curator, quàm D. Cæsar Vigilantius modernus Parœcus dictæ Ecclesiæ illos exegerunt, & debent maximam pecuniarum summam dicto D. Horatio de Marino, & ipsi D. Donato moderno Rectori; petiit mandari eisdem Cæsario, & Cæsari, quod soluerent quantitates præteritas, debitas pro medietate decimarum dictorum fructuum, & iuris mortuorum, & quòd ab illorum exactione se abstineant in futurum, vt *in processu fol.* 10. & 28.

Qua comparitione prædicto Cæsario intimata, replicauit, ipsum per spatium annorum 32. quibus fuit Parœcus, & per alios 44. quibus fuit Parœcus D. Cortesius Parella eius prædecessor, fuisse in possessione exigendi integras decimas, & ius mortuorum, nec aliquid ipsi, aut aliis Rectoribus, eius prædecessoribus fuisse solutum; ideo petiit non molestari, sed manuteneri in possessione exigendi integras decimas, & Ius mortuorum, nec aliquid ipsi, aut aliis Rectoribus, eius prædecessoribus fuisse solutum, ideo petiit non molestari, sed manuteneri in possessione exigendi integras decimas, & Ius mortuorum, & alias *fol.* 14. & 30.

Stante hac replicatione dictus Vicarius die 19. Iunij 1645. statuit terminum vtrique parti dierum decem ad probandum incumbentia, & mandauit debitoribus dictæ Ecclesiæ, quod interim correspondeant dicto Rectori pro medietate *fol.* 15. *à* 3. Quod decretum fuit inde per eundem vicarium declaratum non esse intelligendum contra antiquum solitum, sed tantum contra reddentes ipsius parœcialis Ecclesiæ, qui olim soliti fuerint correspondere dictæ Rectoriæ, salua prouisione facienda emolumentorum funeralium. *fol.* 17. *in fine.*

Appellauit dictus D. Donatus Rector à dicto decreto, & de nullitate dixit prima Iulij 1645. *fol.* 17. *à* 3. & causa appellationis per Breue Apostolicum Reuerendissimo Episcopo Nuscano Commissa *fol.* 18. Idem Episcopus seruata forma Breuis inhibuit; & transportantis actis, statuit terminum dierum quindecim vt riqueparti ad non posita ponendum, & non probata probandum *fol.* 29.

In quo termino Donatus vti principalis, & Procurator D. Horatij olim Rectoris ad fundandam suam intentionem produxit copiam inuentarij exactionis decimarum à diuersis debitoribus factæ, per dictum Cæsareum, qui illam exhibuit in visitatione 1607. in qua asseruit illarum medietatem spectare ad Rectorem *fol.* 31. & 64. Et quod Rector occasione seruitiorum sui Archiepiscopi Salernitani, cum fuisset absens non potuit decimas prædictas exigere.

Datis ex vtraque parte articulis *fol.* 34. *à* 3. obtinuit subdelegari testium examen Dom. Nicolao Pandolfello Primicerio Collegiatæ Ecclesiæ terræ Solofræ *fol.* 34. qui die 7. Februarij 1646. examinauit non nullos testes, vt in *fol.* 38. *vsque ad* 45. qui testes aliud non deponunt, nisi quod Cardinalis Sanseuerinus Archiepiscopus Salernitanus de anno 1623. mandauit in visitatione Ecclesiæ sancti Iuliani, quòd eligeretur coadiutor ad curam animarum, provt fuit electus, eique pro mercede laboris assignauit annuos ducatos decem, soluendos per Rectorem dictæ Ecclesiæ, pro quibus assignauit certos redditus suæ Rectoriæ, & ducatos quatuor eidem Coadiutori promisit soluere dictus Cæsareus *fol.* 64. & 65.

Cæsareus, & Cæsar ex aduerso articulos dederunt *fol.* 45. in quibus fuit articulatum, quod ipse Cæsareus per spatium 32. annorum in quibus extitit Parœcus, semper exegit integras decimas, & ius mortuorum, provt etiam exegit Don Cortesius Parrella eius prædecessor per spatium 43. annorum, in quibus fuit Parœcus; quod idem seruari in aliis Ecclesiis Salernitanæ Diœcesis probarunt *fol.* 48. *vsque ad* 54. 57. & 58.

Quibus probationibus visis pronunciauit Episcopus Nuscanus ad fauorem Don Donati Roncha, & Horatij Marini Rectorum, scilicet decimas spectantes ad dictam Ecclesiam Parœcialem, esse æqualiter diuidendas inter Parœcum, & Rectorem pro tempore, & proinde D. Cæsareum, & Cæsarem alioſque futuros Parœcos esse condemnandos ad soluendum dictis Horatio, & Donato Rectoribus medietatem decimarum per ipsos Parœcos hactenus exactarum; quarum liquidationem sibi reseruauit, provt sibi reseruauit ius agendi pro medietate iurium mortuorum, siue aliorum reddituum, emolumentorum, obuentionum, & iurium Parœcialium, per eosdem Rectores prætensorum, ad meliorem probationem, & alias, vt ex sententia *fol.* 68. & 69.

Comparuit Donatus Roncha, stante, quod non fuit appellatum infrà legitima tempora, declarari, petens sententiam fecisse transitum in rem iudicatam *fol.* 70. à tergo; & 8. Martij 1647. fuit decretum interpositum *fol.* 71. & in calce fuit petita liquidatio decimarum, quæ commissa D. Nicolao Pandolfello Primicerio dictæ Collegia-

giatæ terræ Solofræ *fol.* 74. *&* 75. citauit teſtes Pandolfellus ad deponendum teſtimonium veritatis; & dictos Cæſareum, & Cæſarem ad videndum illorum iuramenta *fol.* 77. à 3. & executa citatione die 27. Martij *fol.* 78. die 28. eiuſdem mentis fuerunt liquidatæ ad rationem duodecim circiter ſingulis, annis, & quod exacta quantitas à D. Cæſareo Parrella olim Parœco aſcendebat ad ſummam ducatorum 96. quem ad illam reſtituendam condemnauit, ſimulque Cæſarem Vigilantem modernum Parœcum condemnauit ad ducatos octo, vnà cum aliis 30. pro expenſis factis in dicta lite ab eodem Rectore, vt ex taxa *fol.* 81. *vſque ad fol.* 83. Ex quibus quantitatibus liquidis debendis, fuerunt expeditæ literæ exequutoriales realiter tantum *fol.* 88. quarum literarum virtute fuerunt executa aliqua bona ſtabilia *fol.* 95. à tergo, & expeditum mandatum reluendum *fol.* 96. accuſatis contumaciis *fol.* 96. accenſaque candela conſignata fuerunt tanquam plus offerenti Clerico Agnello Roncha pro ducatis 130. *fol.* 98. à tergo pro quibus fuit tradita poſſeſſio *fol.* 99.

A qua ſententia in beneficium prædicti Rectoris prolata per Epiſcopum Nuſcanum fuit appellatum, ſed non infrà legitima tempora per Parœcos prædictos, & obtento Breui commiſſionis Vicario Neapolitano *fol.* 100. & fuerunt expeditæ literæ inhibitoriales per eundem Donatum, qui ſuſpectum dixit Vicarium prædictum, obtinendo aliud Breue Epiſcopo Caſertano *fol.* 104. à tergo, ac facta inſtantia pro tranſportatione actorum *fol.* 109. & tranſportatis actis ſine alio termino in cauſa appellationis, nec viſa cauſa cur non erat appellatum infrà legitima tempora, nec factus iudex ſed ex abrupto per Vicarium Caſertanum delegatum reuocata fuit ſententia Epiſcopi Nuſcani, dicentem partes eſſe manutenendas in poſſeſſione, & terminus in petitorio.

Fuit per Domnum Donatum appellatum, & cauſa commiſſa vno ex iudicibus ſynodalibus Eccleſiæ Cathedralis Neapolitanæ de conſenſu ambarum partium fuit conſenſum in Agnellum Stincam Canonicum Neapolitanum, & fuit de communi conſenſu petita expeditio *fol.* 125. Et facta inſtantia per eundem pro confirmatione ſententiæ Nuſcanæ ad ſui beneficium prolatæ, vel non eſſe obligatum ad ducatos decem in futurum, cum obligatione reſtituendi quantitates perceptas, dum ipſe decimas non habuit, neque ſententia Epiſcopi Caſertani ſibi nocet, quia non fuit petitum poſſeſſorium, ſed petitorium per eundem Domnum Donatum.

Per Agnellum Stinca fuit confirmata ſententia Epiſcopi Caſertani, & nihil dictum ſuper quantitate ducatorum decem, ſolutorum per Rectorem, vnde appellauit à ſententia prædicta Domnus Donatus Roncha, & cauſa Commiſſa Illuſtriſſimo Epiſcopo Sorano: petiit de iure vt ſententia Epiſcopi Nuſcani confirmaretur. Vel vt abſoluatur Domnus Donatus Roncha à ſolutione ducatorum decem in futurum, cum obligatione ſoluendi ea, quæ in præteritum percepit prout ſperat.

2 Quod iure fundatur, quia ſententia lata per Epiſcopum Nuſcanum tranſiuit in rem iudicatam, cùm ab ea non fuerit appellatum infrà legitima tempora, ex *l.* 1 *ff. de re iudicata l. litigatoribus* 14. *C. de appellation.* latè Scaccia *de ſententia, & re iudicata gloſſa* 14. *q.* 2.

3 Opponitur circa ordinem Iudicij primò quod ſententia prædicta Epiſcopi Nuſcani fuerit nulliter lata, quia cadebat alia dilatio facta ad proponendum. Sed contra dico quod illa citatio fuit ad exuberantiam facta, cum fuerit ſufficienter pars in alia citatione certiorata, & termini dati in aliquo iudicio: poſſunt à Iudice ex alia cauſa abbreuiari, ex notatis per Scacciam de Iudiciis *tom.* 1. *cap.* 53. *à num.* 39.

Secundò opponitur, quod Donatus Roncha petierit medietatem decimarum, & iurium mortuorum, vt ex decreto, à quo fuit appellatum *fol.* 17. & Epiſcopus Nuſcanus in ſententia tantum condemnauerit Cæſarium, & Cæſarem quo ad medietatem decimarum, reſeruando Ius agendi coram ipſo quoad medietatem iurium mortuorum, & iurium Parœcialium: vnde nulliter pronunciauit quia Iudex delegatus debet ſeruare formam reſcripti, & definire totum negotium ſibi commiſſum, non autem partem illius Cardinalis Tuſchus *in verbo* Iudex *concluſ.* 399. *numer.* 1. *&* 12. *&* 15. Coccinus *deciſ.* 336. Gregorius 15. *dec.* 488. *n.* 4. 4

Sed contra pro Roncha dicitur, quod pro ſe habet ſententiam, ex qua dicitur eſſe ſoluendas decimas, & poteſt Iudex ſibi reſeruare aliquod, quod mox declaret, vel ad ſuum prudens arbitrium, vt ex pluribus fundat Cardin. Tuſchus *dicta concl.* 399. *num.* 2. *&* 16. quod poſſe fieri dicit, quando quod reſeruatur eſt incertum, & non declaratum, & hoc dicit procedere etiam in Iudice delegato. 5

Tertiò oppoſuit, quod commiſit Epiſcopus Nuſcanus ſubhaſtationem Primicerio Collegiatæ Eccleſiæ Solofræ *fol.* 74. *&* 75. 6

Sed contra, quia hoc, quod commiſit eſt nudum miniſterium facti, & quando delegatus eſt à Principe, vt erat Epiſcopus Nuſcanus Pontificis delegatus, poterat committi. Poſtius *de ſubhaſt. inſpect.* 16.

Quartò oppoſuit nullitatem, quia fuit facta ſubhaſtatio ſine pecunia numerata de præſenti, contra *l. à Diuo Pio, §. ſed ſi emptor ff. de re iudicata.* 7

Sed contra, quia hæc regula plures habet limitationes: Primò niſi conſuetudo ſit in contrarium, quæ multis in locis eſt. Secundò quando creditores conſentiunt quod ſic vendatur habita fide de pretio. Tertio quando ſubhaſtatio fit ipſi creditori: Quartò quando eſſet periculum euictionis, de quibus latè Poſtius *de ſubhaſtat. inſpectione* 37. *per totam.* In caſu noſtro, quia erat ſententia appellabilis, currebat periculum euictionis; quid mirum ergo quod fuerit facta ſubhaſtatio pecunia credita, & habita fide de pretio.

Videns pars contraria quod nullitates non obſtarent, cumulauit pro nullitate ordinis ſententiæ iniuſtitiam eiuſdem, dicens, quod Parœcus habet pro ſe iuris aſſiſtentiam, cùm decimæ ſibi debeantur.

Sed contra, quia ſicut Parœcus habet pro ſe aſſiſtentiam iuris, ſic Rector habet pro ſe eandem, cum in iure cautum ſit beneficia Eccleſiaſtica ſine diminutione eſſe conferenda, nec onera imponi poſſe, vt in toto titulo extra, vt Eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferantur, & eſt declaratio Concilij, de qua in actis, non poſſe Epiſcopum beneficio imponere onus; ergo cum Rectoria ſit beneficium Eccleſiaſticum, conſequenter ſi ex parte contraria adeſt aſſiſtentia iuris, etiam pro nobis ea adeſt: qua- 8

re

re omnino iudicandum ſpero ſententiam Epiſcopi Nuſcani confirmandam eſſe, ac decimas Rectori ſoluendas; vel ad minus non eſſe obligatum ſoluere annuos decem Coadiutori Parœci.

9 Audiui partem aduerſam voce pluries dixiſſe cum aduocatis, quod ſi iudex delegatus proferret hanc ſententiam abſolutoriam illorum decem per Rectorem ſoluendorum, & cum obligatione reſtituendi præterita exacta per eundem Coadiutorem, eſſet ſententia vltra petita contra, *l. fin. Cod. de fideicommiſſ. libert.* vbi fatuus eſt iudex, qui profert ſententiam vltra petita: & plura cumulat Riccius *part. 1. deciſ. 5.* cum ſententia debeat eſſe conformis libello, *l. vt fundus 18. ff. com. diuidi.* Afflictus *deciſ. 3.* vnde dixit Menochius *conſ. 345. lib. 4.* quod ſententia lata ſuper eo, quod non fuit petitum in libello, & ſuper quo lis non fuit conteſtata, eſt ipſo iure nulla: quam regulam exornat Iaſon *in §. curare n. 28. Inſtitut. de actionibus.* Surdus *conſ. 237. lib. 2.* Saccia *de ſententia, & re iudicata gloſſ. 14. q. 16.*

10 Sed miror de tali dicto, quia licet verũ ſit tamen multas habet limitationes Brochardicum iſtud: etenim in cauſis ſummariis poteſt ferri ſententia, ex probatis, licet non conformis libello; quia poteſt ex officio ſupplere iudex ad vtilitatẽ partis in his, quæ ſibi cõſtant ex actis; quia quod conſtat ex actis iudicij eſt notorium iuris, & in omni notorio iudex procedit ordine non ſeruato, & ſupplet de facto, & libellus vel non eſt neceſſarius, vel iudex illum declarat, & ideo ſententia eſt proferenda ſecundum probata, & profecuta, & petitio non eſt conſideranda, & conſequenter ſententia licet non eſſet conformis libello, tamen valet, ſi ex profecutis, & probatis iuſtificaretur: hinc eſt quòd ſententia criminalis ſuſtinetur, quando iudex condemnando reum ad pœnam, poſtea ſine partis inſtantia condemnat ad intereſſe ciuile, debitum parti, ſi de illo intereſſe cõſtet ei ex actis, Crauet. *conſ. 14.* Scaccia *de ſententia, & re iudicata gloſſ. 14. q. 19. n. 53.* qui *in eadem gloſſa 14. q. 16. n. 2.*

11 dicit pro noſtro propoſito, quod nullus eſt melior libellus, quam contentio, quam partes habent in profecutione cauſæ; & nulla certior litis conteſtatio, quàm ea, in qua actor nititur probare, & deductum in iudicio, vt loquitur textus *in dicta l. vt fundus 18. ff. comm. diuid.* dicitur illud quod eſt in diſcuſſione cauſæ agitatum, & petitum in iudicio, vt loquitur textus *in l. fin. C. de fideicommiſſis.* dicitur illud, de quo copioſius in actis, & geſtis apparet in proceſſu, & iſta ſunt, quæ iudex excedere non debet, & excedendo eſſet ſtultus; quam doctrinam proſequitur latè Scaccia *vbi ſuprà dicta quæſt. 16. num. 27.* quia hodie litium materia, & opinionum, ac cauillationum numerus adeò creuit, vt attendi debeat ne lites fiant immortales.

12 Neque iudex dicitur excedere ſuam poteſtatem, & id, quod eſt in iudicio petitum, ſiue deductum, quoties ſententia, quam fert non excedit id, quod eſt inter partes contentiosè probatum in proceſſu: & quando dicitur quod ſententia debet eſſe conformis libello, intelligitur ſanè ſuppoſito, quod probationes non diſcrepent à libello, quia ſi diſcrepent, tunc ſententia debet iuſtificari non ex libello, ſed ex actis, & probatis, vt bene Scaccia *vbi ſuprà num. 27. & 28.* ſicut petitorium intentatum dicitur, licet in libello non appareat dummodo ex actis iuſtificetur. Imola *in cap. ex tenore in fine de reſcriptis.* Berous *conſ. 43. num. 8. lib. 3.* Afflictus *deciſ. 95. num. 8.* Rota coram Vbaldo in Romana reſtitutionis in integrum 26. Ianuarij 1629. apud Rubeum 5. *tom.* quia de æquitate apud iudices ſeruanda non inſpicitur quid ſit petitum, ſed quid ſit debitum: Iaſon *in l. ſi ſtipulatus §. Chryſogonus num. 33. ff. de verb. oblig.* Rota in Tudeſtina damnorum datorum 31. Maij 1604. coram Ludouiſio, & in Romana legati apud Burattum *deciſ. 368.* & fuit dictum *in vna Vicentina Augmenti coram Penia*, & *in Papienſi Bonorum 477. coram eodem.*

Accedit, quia ſententia non dicitur facta extra 13
petita, ſi id, ſuper quo pronunciatur, veniat acceſſorie, aut virtualiter ex natura actionis. Oſaſchus *dec. 1. num. 24.* Arnoldus Reygerius *in Theſauro Iuris in verbo* ſententia *num. 225. fol. 764.* & ex hoc dici ſolet quod ſententia conformis debet eſſe libello ſaltem virtualiter, Rota apud Poſtium *obſerv. 102. num. 54.* & apud Cencium *deciſ. 187.* Poſtius *in dec. 249. in Romana Reſtitutionis in integrum*, quia actori ſufficit vincere, per nõ ius rei, vel econtra. Poſtius *dec. 239. n. 7. & 8.* & tandem de iure canonico ſatis dicitur petitum ex libello non concludenti, ſi ex narratis poteſt illud colligi. Ioannes Andreas *in c. dudum de decimis.* Card. Tuſchus *litt. I, concluſ. 135. num. 75. in fine.*

Quodquidẽ etiã procedere dicunt in Iudice de- 14
legato, vt decidit Sacrum Conſilium apud Afflictum *in dec. 32.* vbi cum quidam Florentinus egiſſet coram Iudice Iudæorum deputato per Regem in cauſis Hebræorum contra quendam Iudæum, petendo ab eodem debitum, quia ex proceſſu apparebat quod Florentinus pro debito habuit certas petias panni in pignus, condemnauit Iudex Iudæum ad ſoluendum dicto Florentino debitum petitum, & Florentinus fuit condemnatus ad reſtituendum pignora, ex notatis *in l. poſtquam ff. de pactis. l. Item. §. qui paratus*, vbi Bart. *ff. qui potior. in pign.* ex quo appellauit Florẽtinus, quia erat ſententia vltra petita, & ſic non debuiſſet valere *ex l. 2. C. comm. diuid. l. vinum ff. ſi cert. petatur, cap. licet Heli de ſimonia*, & ſacrum conſilium decidit non eſſe vltra petita ſententiatum, quia agenti petendo debitum, huic de natura ſua ineſt exceptio vt reſtituat pignus ſoluto, vt dicit textus *in l. debitor. §. 2. ff. de pignor. act.* & ſic Iudex condemnans ad ſoluendum potuit condemnare ex officio ad pignus reſtituendum ex doctrina Baldi *in l. eum, qui §. qui ita ff. de verb.* ex quo dicebat Ioannes de Anania, quod Iudex poteſt pronunciare ſuper ſucceſſiuo eius, quod principaliter petitur, vt eſt textus *in cap. conſtitutus de Religioſ. domib.* & decidit Sacrum Conſilium apud Afflictum *deciſ. 32.* quam deciſionem commendat Cardin. Tuſchus *litt. S, concluſ. 135. num. 41.* ergo ex omni capite apparet Illuſtriſſimum Dominum Epiſcopum Soranum iuridice poſſe ſententiam Epiſcopi Nuſcani confirmare, vel ſaltem abſoluere Domnum Donatum Roncham à ſolutione ducatorum decem annuorum, vna cum reſtitutione præteritarum annatarum ſolutarum, vt ſperat.

Quod ſi dicant aduerſarij Iudicem delegatum 15
non poſſe pronunciare, niſi ſuper deductis in prima inſtantia: etenim poteſt Iudex appellationis ſententiam primi Iudicis reformare; ſed quando quod reformat eſt deductum in prima inſtantia, ſecundùm textum ſic intelligendum *in l. Ampliorem C. de appellat.* vbi Gloſſa, Bart. & Salycetus; aliàs enim ſi ſecus fecerit nulla erit eius ſententia nullitate inſanabili, nempè ex iuriſdi-

ctionis

ctionis defectu Farinatius *de pœnis temperandis quæſt.97. num.* 94. Menochius *de retinenda poſſeſſione remedio 3. num.* 360. Bernardus Greueus *in addit. ad* Gaillum, *pract. obſerv. cap.*115. ex quo pluries Rota decidit nullam eſſe ſententiam latam ſuper petitorio per Iudicem appellationis, dum in prima inſtantia non erat deductum niſi poſſeſſorium, vt refert Vantius, *de nullitatibus cap.9.ex defectu iuriſdictionis num.*86.

16 Reſpondeo quod Iudex delegatus in cauſa appellationis poteſt procedere condemnando ad fructus non petitos in prima inſtantia; quia ſufficit ſi virtualiter ſint petiti, per illam clauſulam: *ſuper quibus omnibus, & eorum ſingulis peto mihi ius, & iuſtitiam miniſtrari, &c.* per quam clauſulam (quæ licet non ſit appoſita, cenſetur tamen appoſita, ad notata *in cap.cum* Marcus Ferrarienſis *de conſtitut.& in l.fin. C.de fideiuſſor.* Merlinus *cap.*17.) Fructus cenſentur petiti, Giurba *dec.* 65. *num.*15. ſicut operatur hunc eundem effectum illa clauſula, *vna cum annexis, & connexis,* vt notat 17 Gratianus *cap.*857.*num.*2. Merlinus *cap.96.tom.*2. qui in propria ſpecie, dicit quod Iudex appellationis delegatus poteſt pronunciare ſuper illis, quæ licet formaliter non fuerint petita in primo iudicio, tamen petita ſunt virtualiter. Sic in caſu noſtro, cum tales clauſulæ ſint appoſitæ, poterit Iudex appellationis pronuciare ſuper illa parte ſolutionis ducatorum decem per Rectorem non facienda &c. quia per eundem fuit petitum hoc in iudicio, per clauſulas conſuetas &c. Hæc occurrunt ſub die 13. Septembris 1649.

Hæc cauſa fuit deciſa contra noſtrum clientem.

DISCEPTATIO VIII.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies enarratur.*
2 *Explicatur* textus in cap. exhibita de homicidio.
3 *Homicidium duplex eſt, aliud ſimplex, aliud deliberatum.*
4 *Iudicis arbitrio remittuntur coniecturæ, quibus animus occidendi probatur.*
5 *Amorum qualitas præſumptionem facit, quòd non fuerit animus occidendi.*
6 *Percuſſio cum leui ligno non facit, vt præſumatur animus occidendi.*
7 Textus in cap. ſtudeat 50. diſt. declaratur.
8 *Vulnus mortale qualiter iudicetur,* & num. 12.
9 *Irregularitas non ex omni mortis cauſa incurritur.*
10 *Vulneratus ſi poſtquam ſanus ſit, infrà aliquod tempus ex alia cauſa moriatur, non ab vulnere mortuus præſumitur, vbi plures referuntur ſententiæ.*
11 *Iudex ex medicorum Iudicio iudicare debet vulnus lethale, necne?*
12 *Vulnus à principio mortale cauſat irregularitatem ſecuta morte: ſecus ſi leue ſit à principio, & ſequitur mors.*
13 *Exempla proponuntur, quibus vulneratus non ex vulnere mortuus iudicatum fuit.*
14 *Vulnus mortale iudicatur ex Inſtrumento percutiente.*
15 *Gloſſa* in cap. Presbyterum de homicid. declaratur.
16 *Medicorum relationi ſtandum eſt, an vulnus mortale ſit.*
17 *Medicis creditur, & quando vni tantum.*
18 *Peritis in arte non creditur ſine iuramento.*
19 *Vulnus non fuiſſe mortale in propoſita facti ſpecie ex Hippocrate, & Galeno probatur.*
20 *Dubium Iuris, & facti duplex, in dubio iuris nullus eſt irregularis, neque in dubio facti præter homicidij cauſam.*
21 Textus in cap. ad audientiam, cap. ſignificaſti *il ſecondo de homicidio, & alij concordantes ab aliquibus declarantur pro interdicto perſonali tantum.*
22 *Iura citata ab aliquibus declarantur ſolum pro foro conſcientiæ tantum, non externo, & quare.*
23 *Obiectio proponitur contra hanc explicationem, & reſoluitur.*
24 *Iura ſupradicta procedere tum in foro externo, tum conſcientiæ probabilius eſt.*
25 *Irregularitas non eſt de Iure diuino, vel naturali, ſed ſolum iure poſitiuo.*
26 *Irregularitas non ſupponit peccatum ex ſui natura.*
27 *Iura citata non procedere in aliis dubiis delictis probatur.*
28 *In dubio homicidij iuſti quis non tenetur gerere ſe pro irregulari.*
29 *Germanus, & verus ſenſus Sacrorum Canonum citatorum traditur.*
30 *Pluribus percutientibus aliquem ſi ille moriatur, quis ſit irregularis.*
31 *Irregularitas magis præſumitur in eo, qui non eſt adhuc ordinatus, quam in Sacerdote.*
32 *Irregularitas ex homicidio caſuali quando incurratur.*
33 *Irregularitas ex homicidio dubio non eſt totalis.*
34 *Epiſcopus diſpenſare poteſt in irregularitate ex homicidio caſuali.*

ARGVMENTVM.

Homicidij plures explicantur ſpecies, deliberatum homicidium qualiter præſumatur. Irregularitas ex vulnere quando contrahatur, & morte ſequuta, & quid ſi vulnus à principio ſit mortale, & quid ſi non ex vulnere mortuus ſit, vulnus mortale fuiſſe qualiter iudicatur. Textus in cap. Ad audientiam, & in capit. Significaſti, il 2. de Homicid. *explicatur, & an procedant in aliis dubiis. Irregularitas ex homicidio caſuali, quando incurratur, ex homicidio dubio non eſt totalis & poſſe Epiſcopum diſpenſare in Irregularitate ex homicidio caſuali.*

P R O

Reuer. D. Sebaſtiano Mallardo,

CONTRA

CONTRA
Promotorem Fiſcalem eiuſdem Curiæ.

1 SVPPONITVR in facto, prima die Auguſti præteriti anni 1652. in terra Iuliani Auerſanæ Diœceſis, rumorem quendam fuiſſe inter Marinam Tartarone ex vna, & Hieronymam Tartarone ex alia parte; quas cùm inter ſe ſe pugnantes vidiſſet Reuerendus D. Sebaſtianus Mallardus Sacerdos bonæ vitæ, & famæ eiuſdem terræ, charitatis impulſu diuidere voluit, ne amplius rumorem inceptum ſequerentur; ſed ad charitatis concordiam, vt Sacerdotis cuiuſcumque boni Chriſtiani officium eſt, reduceret. At illæ è contra diabolico ſpiritu ductæ, contra eundem Sacerdotem inuehentes capillos abſciderunt, veſtes lacerarunt; adeò vt liuorem ſanguinis, & percuſſionis in facie cauſauerint, vt in proceſſu fol. 1. & ſequentibus.

Hic autem Reuerendus D. Sebaſtianus ſic male habitus à fœminis illis excommunicatis in domum ſuam ingreſſus, ſtetit per horam circiter poſtquam plus, vel minus exiuit, & caſualiter inuenit aliam mulierem eodem ſpiritu diabolico eum prouocantem, nomine vt in actis Seluaggia Torca, quæ dixit eidem ſe malè feciſſe, dum rixam vt componeret inter illas duas, eas in terram proiecit, modo vnam, modo alteram verberando; immò addidit fœminas illas ad Curiam profecturas contra eundem D. Sebaſtianum, qui vt bene ageret incommodum reportauit, Seluaggiam taliter loquentem reprehendit, iniuriando eandem verbis, quæ regulariter dici ſolent (*puttana, &c.*) & reſpondendo Seluaggia ad conſonantiam; accepit iratus Sebaſtianus baculum paruum, quem clerici, & Sacerdotes præ manibus geſtare ſolent ſine pallio, percuſſit Seluaggiam, vt in proceſſu fol. 1. vbi depoſitio Victoriæ Tartarone, quæ de auditu deponit de percuſſione Seluaggiæ; vocat in conteſtes clericum Alexandrum, alias Santillum Ciccarello, Clericum Matthæum de Alterio, alioſque. Deponit Ciccarellus fol. 2. quod Sebaſtianus vt ſe eximeret à manibus rixantium, verberauit eaſdem rixantes, & deponit de percuſſione Seluaggiæ vulneratæ fol. 2. hoc idem deponit Portia Scaleſe fol. 3. Iſtæ duæ fœminæ cùm Clerico Alexandro deponunt pro facti veritate; fit citatio ad informandum fol. 4. intimatio citationis eodem fol. Depoſitio Seluaggiæ fol. 5. conformis ſupradictis depoſitio Nardellæ Torca fol. 6. de vulnere Seluaggiæ, & de viſu, quod medicus Ioannes Baptiſta Buglionus medicabat, eam cum vulnere in digito, vulneris in ore, & vertice fol. 6. hoc idem factum deponit Marta de Flore, quæ tamen vltrà exceſſit, dicendo, quod erat vulnus periculoſum vitæ, talibus temporibus, quod ad eam non pertinebat deponere: Ad quod accedit depoſitio Hippolytæ Ferrillo conteſtis fol. 6. & 7. & Matthæi Alterij conformis fol. 7. Denuò citatur ad informandum fol. 8. & intimatur eodem folio. Præſentatur D. Sebaſtianus fol. 9. habilitatur per Palatium cum fideiuſſione ducatorum trecentorum fol. 9. conſtitutum eiuſdem D. Sebaſtiani fol. 10. conteſtatio litis fol. 11. Terminus, & eius intimatio fol. 12. Depoſitio Iacobi de Meſſere medici annorũ 60. fol. 13. Depoſitio Franciſci Fraſagna fol. 13. Portiæ Fragliolę fol. 14. repetitur conſtitutum D. Sebaſtiani fol. 15. Defenſiones fol. 17. copia repertorum fol. 19. citatio teſtium pro defenſione fol. 20. fides Ioannis Baptiſtæ Bulglionis, quod vulnus erat periculoſum 1. die Auguſti 1652. quia in capite: Prorogatio termini pro defenſionibus fol. 22. liſta ſuſpectorum fol. 22. electio examinatoris fol. 23. citatio ad videndum iuramenta teſtium fol. 24. excarceratio ob febrem eiuſdem, ad relationem medici fol. 26. cum obligatione tenendi domum loco carceris fol. 27. articuli fol. 28. fuiſſe, & eſſe virum bonæ vitæ, & famæ ſolitum geſtare virgam quandam, ſeu leuem baculum in manibus, vt cæteri Clerici, & Sacerdotes eiuſdem terræ: Seluaggiam à ſe percuſſam fuiſſe, non tamen ex ea percuſſione mortuam fides medici Buglionis fol. 30. annorum ſuæ ætatis 58. teſtes ad defenſam fol. 31. Laurentius Pirotus fol. 33. Reuerendus D. Ioſeph de Roſa fol. 35. Cæſar de Alterio fol. 37. Leandra Tartarone fol. 40. Franciſci Borzacchelli fol. 41. depoſitio Medici Chirurgi fol. 47. Fiſcus inſtat ad impinguandum. Monitio vt redeat ad carceres ſtante valetudine fol. 47. Publicatio fol. 48. ad ſententiam fol. 51.

Fuit ergo vulnerata cum baculo Seluaggia Torca à Reuerendo D. Sebaſtiano Mallardo 1. die Auguſti 1652. concordant omnes: ſtetit infirma ex vulnere poſt ſeptem dies circiter, deinde per omnes alios eiuſdem menſis Auguſti laborauit in cãpo ſuo, fecitque omnes actus vt ſana, & ruſticalia geſſit facta, canapum colligendo, conſeruando, &c. Laurẽtius Pirotus deponit fuiſſe ex vulnere curatam, & pluſquam per quindecim dies laboraſſe in campeſtribus, & de auditu medici, quod Eriſipelate mortua ſit fol. 33. D. Ioſeph de Roſa deponit eandem vidiſſe laborantem in campeſtribus, & ex auditu medici fuiſſe mortuã ex eriſipelate fol. 35. de Alterio deponit de publica voce, & fama mortuam fuiſſe ex eriſipelate ſuperueniente fol. 37. Leandra Tartarone fol. 41. deponit Seluaggiam ſæpe ſæpius vidiſſe dum medicabatur, & poſt tres dies ab vulnere, & vulnus fuiſſe leuis momenti, in qua medicus non ponebat niſi paruas filatias: & de auditu à Medico Buglione deponit, quod vulnus iam curatum erat perfectè, & de auditu à Seluaggia, quod iam erat ſana fol. 40. & deponit ſe vidiſſe eandem ambulantem, laborantem, & omnia vt prius facientem in campeſtribus, & valde mane, & in ſpecie deponit (quod rogo obſeruari) quod in fine menſis Auguſti Seluaggia tenebat canapum ſuum ligatum in ſuo curtili ad eum dirumpendum (vulgo *maciullare*) & contingit aqua è Cælo grandis, & ipſa cum tota illa aqua canapum in domum repoſuit, & tota eius perſona aqua madefacta eſt: poſt verò duas, vel tres dies, cœpit Seluaggia dicere ſe male habere, & facies eius tumefacta eſt: & accedente Ioanne Iacobo de Meſſere dixit Eriſipelate laborare, & febri; & poſt ſeptem, vel octo dies mortua eſt; & deponit etiam, quod accedente medico prædicto, volens videre vulnus, dixit curatum eſſe, ſed ſuam infirmitatem conſiſtere in Eriſipelate.

Depoſitio D. Franciſci Borzacchelli fol. 41. quod vidit Seluaggiam ſæpe ſæpius valdè mane euntem ad campum, & de ſero venientem, & poſt multos dies infirmaſſe eriſipelate.

Depoſitio Medici chirurgi Io. Baptiſtæ Buglionis fol. 44. & 45. Interrogatus an ex cauſa dicti vulneris Seluaggia ſit mortua Reſpondit. *La verita è, che detta Seluagia per cauſa di detta ferita non poteua morire, perche come hò detto già era ſanata, come anco di queſto à richieſta di detto D. Sebaſtiano*

beſtiano feci fede, e pero à quella mi rimitto, & fol. 46. *è vero come hò detto di ſopra; perche io medicai detta ferita à detta Seluaggia, quale ſi ſanò, e già per detta ferita non era poſſibile pericolare più della vita: & ſe bene feci la fede prima che detta ferita era pericoloſa di vita; fu perche tutte le ferite di teſta ſe giudicano pericoloſe: mà poiche fu detta Seluagia medicata, e che ci poſe l'empiaſtro, & era vſcita di ogni pericolo, fui anco richieſto della fede, come era ſanata, e la feci, & però à quella me ne rimetto.*

Si fà fede per me infraſcritto medico, come li giorni paſſati medicai Seluagia Torca, ſicome appare per altra fede fatta da me, la quale ſanò, & è ſana, & libera ſenza leſione neſſuna; & anco per la detta ferita non può pericolare, nè morire in modo neſſuno; & in fede del vero hò ſcritta la preſente firmata di mia propria mano.

Gio. Battiſta di Buglione.

Facti ſpecie propoſita, & à me bene perpenſis illis, quæ ſunt in proceſſu, cum quæratur an irregularis ſit D. Sebaſtianus ex vulnere illato in caput Seluaggiæ prima die Auguſti, ſecuta morte eiuſdem 7. Septembris præteriti anni. Reſpondetur non poſſe vt irregularem condemnari, eique non poſſe præcipi, vt abſtineat à celebratione, ſed vt conſulat conſcientiam propriam.

2 Probatur primò, ex *cap. exhibita, de homicidio*, vbi ab irregularitate excuſatur inſequens alium, ex cuius inſecutione, inſecutus cecidit, & capite vulneratus propter imperitiam medicorum, & propter patris incuriam, illum laboribus, & ſudoribus exponentis mortuus eſt. Neque eſt certum excuſari ibi puerum ratione ætatis: ſupponitur enim doli capax, & lapidem proieciſſe, non intentione vulnerandi, ſed timorem incutiendi: excutur tamen ibi, quia mortis cauſa proxima non fuit; licet occaſionem præbuiſſet, quem *textum* declarat Molina *tom. 4. tract. 3. diſp. 77. num. 8.* Farinac. *in fragmentis par. 2. lit. I, num. 539.* Bonacina *diſput. 7. q. 4. par. 7. num. 19.* Belletus *in diſquiſit. cleric. par. 1. in tit. de diſciplina clericali*, §. 5. *num. 31.* Caſtrus Palaus *tom. 6. diſp. 6. de cenſuris, p. 15. §. 5. num. 50. poſt.* Suarium, Leſſium, & Hurtadum, quos allegat Barb. *in d. cap. exhibita*, Du-

3 plex enim eſt homicidium, aliud ſimplex, aliud deliberatum, ſeu præmeditatum. Homicidium ſimplex eſt illud, in quo occidendi animus concurrit tempore rixæ: præmeditatum verò, in quo occidendi animus, & deliberatio ante rixam præcedit. In caſu noſtro non eſt præmeditatum, vt patet, neque ſimplex homicidium, quia animus occidendi ex coniecturis, & ſignis colligitur, ex Marſilio *in l. 1. §.* Diuus, *num. 36. ff. ad legem Corn. de ſicariis*, *gloſſa in l. 1. in verb. non occidendi*, *C. ad legem Cornel. de ſicariis*, Menoch. *lib. 5. de præſumpt. præſumpt. 40.*

4 Maſcard. *concl. 864.* Iulius Clarus *in §. homicidium num. 6.* & arbitrio Iudicis remittuntur coniecturæ, Menoch. *caſu 361. & I. C. in l. 1. §.* Diuus, *ff. ad legem Cornel. de ſicariis*, facit differentiam inter percuſſionem factam cum claui cucuma, &c. nam qualitas armorum facit præſumptionem homicidij in percuſſore, & etiam eſt *tex. in l. 1. C. de emendatione ſeruorum*: vbi ſi videre volumus, an dominus occiderit animo occidendi, conſiderat I. C. qualitatem inſtrumenti, cum quo

5 percuſſus fuit, nam ſi virgis percuſſerit, excluditur occidendi animus, ſecus ſi telo, & hoc idem probatur ex *l. omne delictum, §. ſi quis commilitonem, ff. de re militari*, eſt *tex in c. ſignific. 18. in fine, de homicidio, ibi (non videtur idē Sacerdos à pœna homicidij penitus excuſari, tum ratione inſtrumenti, cum quo ipſe percuſſit)* vbi Ioannes de Anania *num. 44.* Felin. *in num. 11.* Grammat. *vot. 23. num. 6. & 7.* Maſcard. *concl. 97. num. 20. & 19.* Menoch. *lib. 5. præſumpt. 40. num. 4.* Iulius Clar. *loco cit. num. 4.* Barboſa *in d. cap. ſignificaſti, n. 17.* Farinac. *in praxi criminali par. 5. q. 126. num. 117. & q. 127. num. 57.* Sed in caſu noſtro percuſſio Seluaggiæ à D. Sebaſtiano facta fuit cum paruo baculo, prout nos vulgariter dicimus (*bacchetta*) ergo non cum animo occidendi facta fuit, *d. l. 1. C. de emendat. ſeruorum*, Fulgoſius *in d. l. 1. §.* Diuus *num. 1. ff. ad legem Cornel. de ſicariis*, vbi loquitur de leui fuſte, 6 & de percuſſione cum leui ligno Maſcard. *concl. 97. num. 29.* & in puncto, quod ex percuſſione facta cum baculo in capite non præſumatur animus occidendi, & quod non poſſit imponi pœna homicidij iudicatum fuiſſe Romæ teſtatur Farinac. *de homicidio, d. q. 126. num. 132.* Grammaticus *voto 23. Idem.* Maſcard. *concl. 864. num. 9. & 14.* ergo non ex homicidio voluntario præmeditato, nec ex homicidio ſimplici poterit dici irregularis, nec ex homicidio caſuali, vt infra probabo, ergo non eſt irregularis.

Probatur ſecundò ex *cap. ſtudeat, 50. diſt.* vbi 7 presbytero percutiente Diaconum equitantem, qui Diaconus ex equo cecidit ex ceruicis fractione interijt, mandatur examinari, an Diaconus fuerit percuſſus ad mortem, & ex illa percuſſione mortuus ſit: nam eo caſu deciditur irregularem fore: at ſi reperiatur Diaconum non fuiſſe percuſſum ad mortem, iniungitur presbytero pœnitentia ad tempus, ergo ex vulnere non lethali, occaſionem tamen mortis præbente, non incurritur irregularitas; ſed in caſu noſtro Seluaggia Torca non fuit percuſſa ad mortem à D. Sebaſtiano, er- 8 go nullam incurrit irregularitatem. Probatur minor, quia ad videndum an vulnus fuerit, vel ſit lethale, Iudex ſe ex medicorum inſtruet iudicio: illud lethale eſt, cuius curatio vel omninò impoſſibilis, vel difficillima eſt. Caſſan. *ad Conſuet. Burgundiæ, rubrica 1. §. 6. num. 4.* Hyppolitus *conſ. 7. num. 29. & in l. 1. num. 54. C. ad legem, Corn. de ſicariis*, Menoch. *de arbitr. caſu 275.* Baiard. *ad Clarum in §. homicidium, n. 135.* Maſcard. *concl. 1077.* Farinatius *d. q. 227. à num. 49. & conſ. 100. nu. 32.* Sed in caſu noſtro ex depoſitione Medici Buglionis, qui eam curauit in vulnere contrarium habetur, & experientia probata, quod omnia geſſit vt ſana, ſignum euidens colligitur, vulnus non fuiſſe lethale, ergo non eſt irregularis.

Probatur tertio, quia ad incurrendam irregu- 9 laritatem non ſufficit quomodocumque occaſionem mortis præbere, ſed oportet occaſionem mortis proximam eſſe, ex qua mors ſequatur, vt benè Caſtrus Palaus *vbi ſupra, §. 5. num. 50. in fine.* Sed quando vulneratus non ex vulnere, ſed ex malo regimine, vel ex alia cauſa ſuperueniente mortuus eſt, non eſt vulneranti imputanda mors: ſecus ſi ex eo vulnere excitetur febris, quæ vulneratum occidat: ad quod maxime confert conſiderare tempus, eiuſque diſtantiam inter vnum, & aliud, quia finito triduo, ſi vulneratus ambulauit; & poſtea ſuperuenit aliquid, ob quod moritur, non ex vulnere mortuus præſumitur, gloſſa *in d. l. 1. in verb. depulſa*, *C. de emendat. ſeruorum*, & regula eſt in iure, quod vulneratus præſumitur mortuus ex vulnere, ſi obijt poſt paucos dies; *c. presbyterum 7. de homicidio*, ibi (*cum poſt paucos dies*) Farinatius *par. 5. qu. 127. num. 29.* & Iulius 10 Clarus *in §. homicidium*, *num. 44.* qui dixit, quod ſi vulneratus poſt illatum vulnus ambulauit per triduum,

triduum, eo casu etiam si postea moriatur, non præsumitur ex vulnere decessisse, ex *glossa in d. l. vnica* : Marsilius *in l. si in rixa, num. 59. ff. ad legem Cornel. de sicariis, & in practica criminali, §. & quia num. 16. & conf. 7. num. 26.* Padilla *in l. transigere num. 3. Cod. de transact.* Ioannes Arnonus *soliloquio 39.* Boër. *decisione 323. numero 19.* Gomes. *tom. 3. cap. 3. num. 29.* Farinac. *d. quæst. 127. num. 77.* Andreas Alcacer *in sua Chirurgia lib. 1. cap. 29. in respons. ad tertium*, Boërius *vbi suprà*, Caldas Pereyra *de emptione, & vendit. cap. 7. num. 11.* Barb. *in cap. 2. num. 3. de clerico percussore*, ex quo dicit Bart. *in l. fin. num. 13. ff. ad legem Cornel. de sicariis cum* Boerio *d. decis. 323. num. 18.* mortuum post sanum ab vulnere, non ab eo esse mortuum, difficultas tamen est de tempore. Prima sententia docet si post sanum factum decedat, sed post triduum, tunc non præsumitur ex vulnere : secus si ante, ex *cap. si qua fœmina, 50. distin. glossa in d. l. 1. Cod. de emendat seruorum*. Afflictus *in Constit. Regni terminum vitæ, num. 17.* Secunda opinio docet, quod si moriatur infrà quinque dies, præsumitur mortuus ex vulnere, secus si postea, quam refert Menoch. *casu 275. num. 20.* & alij apud Boer. *vbi suprà num. 11.* Tertia opinio dicit, quod si decedat post octo dies præsumitur etiam ex vulnere, ex *cap. continebatur, de homicidio*, Socc. *verò conf. 198. col. 1. vol. 2. &* Cepolla *conf. 40. num. 10.* putant, quod si post octo dies moriatur non præsumitur ex vulnere decessisse, secus si infrà octo. Quarta opinio dicit, quod si moriatur post octo menses à die illati vulneris, dicitur mortuus, etiam ex vulnere; secus si infrà octo menses, ex *cap. 2. de clerico percussore*, vbi Abbas, & alij Canonistæ, sed text. *in d. cap. 2.* nihil tale probat, quia per duos menses à missarum celebratione suspenditur Episcopus, qui crudeliter fustigare fecit quandam fœminam, si enim ex vulnere præsumeretur decessisse, non per octo menses, sed in perpetuum suspensus fuisset Episcopus, ergo talis tex. nihil probat, ad quod deducitur, vt benè Barb. *in d. cap. 2. de clerico percussore.* Quinta opinio dicit, quod si moriatur infrà annum præsumitur ex vulnere, secus si post annum. Sed hæc opinio licet aliquibus placuerit, est tamen contra communem, & contra text. *in d. cap. 20.* refertur tamen à Farinac. *d. quæst. 127. num. 42.* Sexta opinio dicit præsumi vulneratum mortuum ex vulnere si moriatur infrà triennium, quam docet Glossa *in d. l. 1. Cod. de emendat. seruorum.* Septima opinio dicit vulneratum præsumi mortuum ex vulnere, si infrà 60. dies decesserit, secus postea, quam refert Petrus Plaza *in epitome delictorum lib. 1. c. 13. num. 32.* Octaua opinio dicit, quod si obiit vulneratus infrà 40. dies post illatum vulnus præsumitur ex vulnere decessisse, secus si moriatur post 40. dies; ita multi apud Boër. *decis. 323. num. 11.* Nona opinio dicit, hoc remitti in arbitrium Iudicis apud Menochium *de arb. casu 275.*

11 Mascardum *concluf. 1024. num. 6.* Debet tamen Iudex requirere Medicorum Iudicium, & iuxta illud arbitrari, vt seruari docet Farinac. *d. q. 127. num. 52.* ergo cum à principio vulnus fuerit leue, vt ex facto per medici depositionem habetur, licet iniustè illatum fuerit, non præsupponitur mortuus ex eo, sed ex alia causa superueniente, ergo non est irregularis, vt post alios Magister Candidus *disquisitionum moralium de ordine disquisit. 4. art. 15. dub. 56. per totam*, quia deficit voluntas etiam indirectè, Hieronymus Venerus *in examine Episcoporum lib. 2. cap. 23. num. 18.* sicut ex homicidio casuali non adest obligatio restituendi. Diana *part. 5. tract. 4. resol. 46.*

Probatur quartò, quia ad incurrendam irregu- 12
laritatem ex homicidio casuali, necesse est, quod vulnus illatum sit mortale, scilicet mortis causa: est autem vulnus mortale, quo quis affectus secundum regulas artis medicinæ non potest euadere, nisi cum magna difficultate, Bald. *in cap. 1. num. 3. qui mod. feud. amittit.* Corn. *conf. 283. col. 2. vol. 3.* & non mortale dicitur illud, quod bene curatum secundum regulas artis medicinæ mortem minime afferebat, Corn. *vbi suprà num. 4.* vel vt alij dicunt, vulnus non mortale est illud, quod de leui curari potest, & sine difficultate vulneratus mortem euadit, Cepolla *conf. 28. n. 20. & conf. 61. num 15.* Quando vero constat ex peritis vulnus non esse mortale, tunc vulneratus non præsumitur ex vulnere decessisse, sed ex alia causa, putà culpa medici, mala cura, aut alio malo regimine, quæ præsumitur etiam quod non sit probata, & hanc præsumptionem inducit sola qualitas vulneris non mortalis, vt bene Farinac. *in praxi tom. 5. quæst. 127. num. 13. ex l. qui occidit, §. fin. ff. ad legem Aquiliam*; vbi licet aliqui dicant ad incurrendam irregularitatem, sufficere si vulnus sit illatum, nec oportet probare fuisse mortale, nec ne; cum sufficiat dedisse causam morti, hoc tamen intelligitur, vt non procedat quando vulnus à clerico illatum esset adeo tenue, & leue, quod modico medicamento posset percussus euadere; quia tunc si ex alio malo regimine mors succedat, nulla incurritur irregularitas, Plaza *in epitome delictorum lib. 1. cap. 12. num. 12.* Hippolyt. Riminald. *conf. 121. num. 27. lib. 2.* Farinac. *d. quæst. 127. num. 26.* Guazzinus *ad defensam reorum defensione 4. cap. 10. & 11.* & vltrà depositionem Medici Buglionis, & famam publicam, quod non sit mortua ex vulnere (quod totum sufficit probari ad hoc, vt vulnus sit mortale necne? secundum Afflict. *in Constitut. terminum vitæ, num. 17.* Plaza *lib. 1. in epitome cap. 13. num. 10.*) probabitur ex noua causa superueniente, ex qua, & non ex vulnere decessisse quis præsumitur Cepolla *conf. 40. num 19.* Gomesius *de homicidio num. 29.* vbi si vulneratus sanus euadat, & laboret vt sanus, si deinde superueniat infirmitas, facit præsumere mortem successisse non ex vulnere, sed ex illa infirmitate, & singulariter Riminald. *conf. 121. num. 21. lib. 2.* ait, quod quando sumus in dubio, an vulnus fuerit mortale, tunc si alia superueniat causa, vel infirmitas, præsumitur ex noua causa decessisse, non ex vulnere Boër. *d. dec. 323. num. 14.* sequitur Farinac. *quæst. 127. num. 72.* qui *num. 73.* ait suffi- 13
cientem coniecturam sumi, quod vulneratus non decesserit ex vulnere, sed ex alia causa, quando reconualuit, & ambulauit, faciendo sua negotia, ex Ancharran. *conf. 283.* Corneo *conf. 194. vol. 2.* vbi agit de vulnerato, qui reconualuit, & per octo, decem, vel duodecim dies ambulauit sine baculo audiendo missam, & faciendo alia sua negotia, & *conf. 273. lib. 3.* agit de eo, qui surrexit, & ambulauit per sex, vel octo dies extra domum, Cepolla *conf. 61. num. 4.* Marsil. *singul. 7. num. 27.* vbi agit de vulnerato, qui nunquam stetit in lecto, sed semper fuit per Ciuitatem, faciendo negotia sua Grammat. *conf. 2. num. 50.* etiam dicunt DD. citati, quando vulneratus præsertim in capite ambulat per Ciuitatem dicitur ipsemet da-

re cauſam morti, & eſſe in culpa cum deberet ſtare domi recluſus, & clauſis feneſtris non intueri aërem, Gramm. *vot.* 24. *num.* 7. ergò ſi vulneratus conualuit, & ambulauit, ſi poſtea moriatur, non ex vulnere, ſed ex alia cauſa mortuus præſumitur, Maſcard. *concluſ.* 1073. *n.* 50. & ſic ex inordinata vita, vel malo regimine præſumitur mortuus; ſcilicet parui pendendo vulnus de lecto ſurrexit, & de die, ac nocte ad Solem, & ad ſerenum, ad ventum ambulauerit, ſi enim ex hoc decedat, non ex vulnere, ſed ex ſua culpa deceſſiſſe præſumitur; & ideo vulnerans de vulnere, non de occiſo tenetur, Gandin. *de homicidio num.* 24. vbi ponit exemplum de ruſtico (vt in caſu noſtro) qui in capite valneratus in æſtate iuit ad laborandum cum bobus ad Solem, & iratus cum bobus, & calefactus mortuus fuit, Signorol. *conſ.* 163. qui dicit fuiſſe practicatum Mediolani, Soccin. *conſ.* 178. *vol.* 2. Afflict. *in dicta Conſtit. terminum vitæ, num.* 17. vbi agit de vulnerato exponente ſe vento *d. deciſ.* 323. *n.* 20. vbi de vulnerato in capite, non ſtante in domo, ſed exëunte, & proficiſcente ad aërem, Grammat. *conſ.* 20. *& voto* 24. *num.* 7. Farinac. *quæſt.* 127. *num.* 98. Quare concludunt iſti DD. quod ſi vulneratus poſt illatum vulnus ambulauit per Ciuitatem, euidens ſignum eſt, vel quod vulnus non erat mortale, vel ſi erat mortale, quod de eo iam conualuit, vel ſi non conualuit, eſt in culpa ipſe vulneratus exeundo domo.

Quare ſi dubitetur, an ſi quis vulneratus, nec ſtatim poſt illatum vulnus moritur, ſi poſtea decedat, & dubitetur, an ex vulnere ſibi illato finem vitæ ſuæ quæſierit: diſtingui ſolent tres caſus. Primus quando certum eſt vulnus illatum fuiſſe mortale, tunc ſi mors ſuperueniat, ſiue vllo dubio ex vulnere mortuus præſumitur, ex *l. ait lex, §. quod ſi mortifero, ff. ad legem Aquiliam*, Iulius Clarus *in §. homicidium, num.* 42. Secundus caſus eſt, quando certo conſtat, vulnus illatum non fuiſſe mortale, & huic accedat quod vulneratus ex alia cauſa ſuperuenienti mortuus ſit, & non ex ipſo vulnere; & tunc vulnerans non tenetur de homicidio, Clarus *vbi ſupr.* Tertius caſus eſt, quando verſamur in dubio vtrum nimirum vulneratus ex vulnere, an verò ex negligentia, vel ſui ipſius, vel medici, ſiue chirurgi deceſſerit, vel ex alio malo ſuperueniente, & tunc non tenetur vulnerans pœna ordinaria homicidij: ſi verò poſt vulnus illatum moriatur poſt aliquod tempus, tunc ex vulnere non præſumitur mortuus, ſi quævis cauſa poterit aſſignari, vt poſt multos, quos allegat, fundat Ludouicus Gilhauſen *in arbore iudiciaria criminali cap.* 2. *tit.* 12. *à num.* 56. ergo vulnerans non tenebitur Giazzi. *diſcept. for. cap.* 26. *num.* 338.

14 Probatur quintò, quia ad videndum vtrum vulnus fuerit mortale, necne attenditur inſtrumentum, quo vſus fuit percutiens, vt patet ex *cap. ſignificaſti* 18. *de homicidio*, ibi, (*ratione inſtrumenti*) Hippolytus de Marſiliis *conſ.* 7. *n.* 44. *cum ſequenti, & conſ.* 67. *num.* 18. *& in l.* 1. *Cod. de ſicariis, num.* 23. *cum ſequenti*, Crauet. *conſ.* 205. *num.* 50. Couarru. *in clem. ſi furioſus*, 2. *part.* §. 1. Boer. *deciſ.* 323. Bernardus *regul.* 33. Iulius Clarus *in §. homicidium, num.* 4. Gomeſ. *tom.* 3. *var. cap.* 3. *num.* 17. Menoch. *d caſu* 275. *num.* 7. *&* 8. *& de præſumpt. lib.* 5. *præſ.* 40. Iacobus Ayer. *de homicidio part.* 2. *num.* 61. Maſcard. *concluſ.* 97. *&* 864. *&* 1042. *&* 1073. *num.* 9. Farinac. *q.* 126. *num.* 117. *& quæſt.* 127. *num.* 57. & ſemper in dubio debere Iudicem iudicare non fuiſſe mortuum ex vulnere, Bald. *conſ.* 328. *in fin. lib.* 2. quem ſequutus eſt Decius *conſ.* 415. Gramm. *conſ.* 2. *num.* 9. Menoch. *caſu* 275. Maſcard. *concluſ.* 1034. *num.* 44. *& ſequenti, & concluſ.* 1073. *num.* 8. Farinac. *d. quæſt.* 127. *num.* 20. *& conſ.* 150. *n.* 14. Alexander Raudenſis, *de Analogis cap.* 31. *n.* 32.

Ex quo intelligitur *gloſſa in cap. preſbyterum, in fine de homicidio*, vbi quærit, an ſi percuſſus poſtquam conualuit, recidit, an teneatur percutiens, & reſpondet Gloſſa quod ſic; quia cauſa ſemel data ſufficit; *cap. ſi quis ſemel, de pœnit. diſt.* 2. *cap. ad audientiam de homic.* ſaltem propter dubium, quam *gloſſam* dicunt DD. procedere quando certum eſt vulnus non fuiſſe lethale, tunc non præſumitur ex illo vulnere deceſſiſſe, ſed ex negligentia, aut imperitia medicorum, aut ex ſuperueniente morbo, & vulnerans ſolum de vulnere tenetur, vt bene Boërius *deciſ.* 323. *n.* 7. Surdus *tit.* 8. *de alimentis, priuil.* 69. Gratianus *deciſ.* 185. *num.* 8. Farinac. *dicta quæſt.* 127. *numer.* 25. Barboſa *in dicto capit. Presbyterum, de homicid. num.* 7. 15

Probatur ſextò, quia relationi medicorum ſtandum eſt ſuper mortalitate vulneris, & an vulneratus obierit ex vulnere illato, Bart. *de percuſſore num.* 1. *& in proœmio, ff. in prima conſtit. cap. ſignificaſti, il ſecundo, §. & quidem de homicidio, argumento l.* 7. *menſe, ff. de ſtatu hominum*; quibus etiam credendum eſt aſſerentibus, non ex vulnere, ſed ex alia cauſa, ſiue ex malo regimine mortuum eſſe, & ſufficit eſſe peritos, licet non ſint Doctores, ſemper tamen magis credendum eſt Doctoribus: quam non Doctoratis Barbitonſoribus, &c. Paccianus *lib.* 1. *cap.* 47. *num.* 148. *& num.* 159. *&* 161. & medicis diſcordantibus creditur illi, qui curæ vulnerati interfuit, Bologninus *conſ.* 50. *num.* 10. Aretin. *inter conſilia criminalia diuerſorum, conſ.* 58. *num.* 47. *tom.* 2. & potius illi, qui aſſerit vulnus non fuiſſe lethale, Angelus *de maleficiis in verb. Cicatrix, num.* 4. Marſil. *ſingul.* 218. Plaza *lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 10. Pacian. *lib.* 2. *de probat. concluſ.* 47. *n.* 172. Maſcard. *concluſ.* 1034. *num.* 44. Baiard. *ad Clarum, in §. homicidium, num.* 152. 16

Et licet dicant DD. non eſſe medicis credendum, niſi ſint ſaltem duo, nec vnus ſufficiat, Canoniſtæ *in cap. ſignificaſti, de homicidio, vbi* Anania *num.* 14. Abbas *numer.* 3. Felyn. *num.* 4. Bald. *conſ.* 137. *lib.* 2. Cepolla *conſ.* 51. *num.* 50. *&* 21. Boer. *deciſ.* 323. Afflict. *in Conſtit. terminum vitæ, num.* 42. Carthar. *in pract. crim. in tract. de homicidio, num.* 28. Plaza *lib.* 1. *de delictis cap.* 13. *num.* 10. *& cap.* 18. Iulius Clarus *in §. homicidium, num.* 34. Gaillus *lib.* 2. *obſeru. cap.* 111. *num.* 3. Maſcard. *concluſ.* 1034. *num.* 22. & hoc in omnibus peritis procedit, qui debent eſſe duo, nec vnus ſufficit, ſecundum Bart. *in proœmio, ff. in prima Conſtitut. num.* 9. vbi Alex. *in addit. lit. I, d. cap. ſignificaſti, de homicidio*, ibi (*ſi peritorum iudicio medicorum talis percuſſio aſſeratur non fuiſſe lethalis*) ex quibus verbis apparet non eſſe irregularem eum, quem medici dixerint lethaliter non vulneratum, quibus credendum omninò eſt, ex Maſcard. *de probat. concl.* 1034. *cum ſequenti*, Paciano *probat. lib.* 1. *cap.* 47. Farinac. *praxi crim. part.* 5. *quæſt.* 127. *num.* 102. Azeuedo *conſ.* 30. *num.* 63. Seraphino *dec.* 665. *num.* 2. Rota *in Peruſina pecuniaria* 1. *Iulij* 1622. *coram* Merlino *tom.* 1. *deciſ.* 53. *coram* Caualerio *dec.* 114. *num.* 20. Rota Ianuenſis *dec.* 199. *num.* 4. 17

Hoc

Hoc tamen procedit, nisi in loco, vbi quis vulneratus non esset, nisi vnus medicus, quia tunc ille solus sufficit. Iulius Clarus *in §. homicidium num.* 34. Gomesius *tom.* 3. *var. de homicidio num.* 28. Mascardus *concl.* 615. *num.* 7. & 1034. *numer.* 24. Pacianus *lib.* 1. *de prob. concl.* 47. *num.* 34. Farinatius *quæst.* 127. *num.* 153. Cherianus *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit.* 9. *n.* 191. secus dicit, si causa ardua; quia tunc mittendum esset ad loca viciniora. Creditur autem medicis ad iudicandum, & referendum, an vulnus sit mortale, nec ne, & an vulneratus decesserit ex vulnere, vel ex alia causa secundum. Bart. *in l. fin. num.* 15. *ff. ad legem* Cornel. *de Sicariis:* vbi Marsilius *num.* 56. Farinatius *quæst.* 127. *num.* 133. immò si cum assertione vnius medici concurrant alia adminicula, putà longitudo vitæ infirmi incuria, vel quid simile, tunc vnico credendum esset. Ancharran. *conf.* 283. *num.* 3. vbi loquitur de assertione vnius medici, sed erat adminiculum, quod vulneratus reconualuit, nec obiit infrà breue tempus. Mascardus *concl.* 1034. *num.* 31. Pacianus *lib.* 1. *de prob. c.* 47. *num.* 46. Addo quòd quando agitur de probando, quòd vulnus fuerit mortale, & quod vulneratus obierit ex vulnere, ad effectum condemnandi vulnerantem de occiso, duo medici requiruntur; sed quando agitur de absolutione rei vnus solus medicus videtur sufficere, ex Ancharran. *conf.* 283. Corneo *conf.* 194. *num.* 16. *vol.* 2. Angelo *de maleficiis in verb. ex interuallo num.* 4. Croto *conf.* 132. *lib.* 1. Cardinale Albano *conf.* 12. *num.* 5. Mascardo *concl.* 1034. *num.* 33. Guazzino *ad defensas reorum defensione* 4. *capit.* 12. Tandem addo, quod quicquid sit de Iure, tamen de consuetudine vnus medicus sufficit secundum Iulium Clarum *in §. homicidium numer.* 34. Farinatium *de homicidio quæst.* 127. *in fine* Guazzinum *vbi suprà num.* 21.

Ergo cum in casu nostro fides medici cantet vulnus non fuisse mortale, & deponit hoc idem cum iuramento, & publica vox, & fama probationibus constat; & ex facto ipso probatum sufficienter est non teneri ex morte, sed ex vulnere, nullam incurrisse irregularitatem, & quando medicus iudicat vulnus non esse mortale, vel ex illo vulneratum mortuum non fuisse, talis non est coniectura, sed vera probatio, vt benè Menoch. *de arbitr. casu* 275. *num.* 11. Auila *in cap. prætorum fol.* 50. *num.* 28. Mascardus *concluf.* 1034. *num.* 11. & 22. & *concl.* 1169. *num.* 20. Menoch. *de adipisc. possess. remed.* 50. *num.* 16. Caldas Pereyra *in verb. si curatorem in verb. minoribus num.* 18.

18 Farinacius *d. quæst.* 127. *num.* 151. Et debent iurare, quia peritis in arte non creditur sine iuramento. Follerius *in addit. ad* Marantam *part.* 6. *membr.* 6. *num.* 69. *pag.* 327. & si non conueniunt, standum est dicto senioris, Tiraquell. *de primogenit. in præfat. num.* 155. Cassaneus *ad consuetud. Burgundiæ fol.* 70. *num.* 4. Gregorius Lopez *in l.* 6. *tit.* 8. *part.* 5. sed si contentio sit inter chirurgos, & Medicos, legatur Mascardus *vbi suprà num.* 40. *cùm sequentibus.* Bernardus Greue. *ad Cameram Imperialem lib.* 1. *concl.* 111. *num.* 10.

19 Probatur vltimo, quia iudicio medicorum tale vulnus, quo mortua fuit Seluaggia, non fuit mortale; dum Hippocrates *in prædictionibus numer.* 22. ait vulnera circa cutamen sunt periculosa, cum cutis capitis valde sensibilis sit, & periculosiora sunt illa, quæ attingunt pericranium; Vellesius 5. *epidem.* 95. ex Hippocrate *vbi suprà textu* 4. non tamen per se talia vulnera interimunt, sed ferè semper per accidens, quatenus licet grauissima Symptomata, & acutissimos morbos mouent, præsertim verò inflammationes, apoplexiam, febrem, conuulsiones, &c. ab eo tempore, quo talia mala superueniunt, poterit auspicari, & cum hæc sint acutissimæ affectiones, & istæ citius terminentur v. s. 3. 5. 7. vndecima, 14. &c. erit expectanda mors in vna ex his diebus in tertia quidem quando Symptomata sunt vehementissima, vt obseruarunt multi. Sic 7. *epidem.* quidam lapide percussus fuit in capite tertia die voce destitutus est, & quinta mortuus est, vt refert Hippocrates *vbi suprà filius etiam* Phædoni *die* 10. *febri correptus* 25. *obiit* Hippocrates *vbi suprà: & 5. epidem.* refert de quadam famula percussa, cui 8. febris aduenit, & 14. mortua est. Cuidam 12. febris superuenit, & 23. mortuus est; solent autem adiuuare determinationem temporis, consideratio ætatis, anni, temporis, regionis, aëris: quia multum differt curatio à curatione, ætas ab ætate, tempus à tempore &c. & consideratio partis affectæ facit ad casū; quia vt notauit Hippocrates *lib. de capitis vulneribus*, pereunt citius vulnerati in syncipite, quàm in quauis alia parte Capitis: tempore quoque æstiuo citius intereunt, quàm hyeme, & pueri citius liberantur, quàm adulti. Hippocrates *vbi suprà textu* 26. & Ioannes Baptista Carcanus *de vulneribus capitis sermone* 1. *cum sequentibus.* Sed in casu nostro Seluaggia iam sana facta est septima die ab vulnere nullis Symptomatibus superuenientibus lethalibus, deinde ob suum nimium laborem, & malum regimen, superueniente Erisipelate mortua est; non ergo vulneri, sed alteri causæ mors tribui debet. Solent autem Erisipelatis causæ esse omnes illæ, quæ succum bilioſum generare solent, vt cibus, & potus ad bilem gignendam aptus, aër calidus, æstiuus, nimius motus, immoderatæ vigiliæ, vehemens ira. Galenus *lib.* 14. *methodi cap.* 20. & 21. *ad Glauc. cap.* 1. & *lib.* 3. *enarr. medic. cap.* 4.

Obiic. pro parte fisci, Dubium duplex est iu- 20
ris, & facti. Primum est, quando in iure dubito, an sit imposita irregularitas. Secundum dubium, quod facti est; dicitur, quando certum est irregularitatem esse inductam in Iure; sed dubium est, an quis occiderit cum causam dederit? In primo dubio Iuris non est quis irregularis. Secus in 2. dubio facti, *dicto cap. ad audientiam* 12. *de homicidio.* Couarru. *in clem. si furiosus part. prima in principio num.* 3. Azorius *part.* 1. *moralium lib.* 2. *cap.* 19. Coninchus *de censuris tom.* 2. *disput.* 18. *dub.* 2. *num.* 23. Sanchez *lib.* 2. *de matrim. disp.* 41. *num.* 9. Valentia *part.* 4. *disq.* 7. *quæst.* 19. *part.* 2. Vgolinus *de Censuris cap.* 4. §. 2. *num.* 4. Suarez *de censuris disp.* 40. *sect.* 5. *num.* 18. & *sect.* 16. *num.* 1. qui fundant nulla opus esse sententia Iudicis, aut declaratione, vt in dubio facti quis sit irregularis. Sequitur Salas *part.* 2. *quæst.* 21. *tract.* 8. *disp. vnica sect.* 10. *à num.* 170. Rebellius *de obligat. Iustitiæ part.* 2. *lib.* 1. *quæst.* 3. *sect.* 2. *num.* 13. Bonacina *de censuris quæst.* 1. *part.* 4. *num.* 3. Filliucius *tom.* 2. *tract.* 21. *num.* 166. Ioannes Sancius *disp.* 42. *numer.* 14. & textus *in dicto cap. ad audientiam habet intra concordantia in cap. significasti, & cap. presbyterum de homicidio;* quæ explicat Iosephus Giballinus Iesuita *de irregular. cap.* 4. *consectario* 1. *fol.* 173. Valerus in differentiis *vtriusque fori in verb. Irregularitas differentia* 5. Nauarrus *in summa cap.* 27. *num.* 193. Ledesma *de Irregularitate part.* 4. *quæst.* 26. *art.* 2. *regula* 2. Maiolus *de irregularitate lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 3. & *lib.* 5. *cap.* 51. *numer.* 10. Philiarch. *de officio Sacerdotis tom.* 1. *par-*

te 1. lib. 4. cap. 51. num. 10. Perſicus *de officio Sacerdotis.* Sanchez *in ſumma lib. 1. cap. 10. num. 39.* Garſia *part. 7. de beneficiis cap. 1.* Farinatius *2. par. fragmentorum litt. I, num. 449.* Geſualdus *part. 2. Theologiæ moralis tract. 23. cap. 1. num. 37.* ergo cum in caſu noſtro dubium ſit, an Seluaggia mortua ſit ex vulnere, an ex Eriſipelate, debet cenſeri irregularis iuxta ſupradicta iura. Probatur conſequentia, quia in dubio, quod tutius eſt fieri debet *d. cap. ad audientiam, cap. illud de clerico excommunicato miniſtrante §. licet c. Iuuenis de Sponſalibus.* Tiraquell. *de pia cauſa, priuil. 165.* De Caſtillo *de Iuſtit. & iure tract. 20. diſp. 1. dub. 9. à numer. 217.* Didacus Antonius Frances *in Paſtorali interno tract. vnico quæſt. 7. à num. 11. cum ſequentibus.* P. Bardi *par. 3. in bullam Cruciatæ tract. 2. ſect. 4. per totam.*

21 Reſpondent multi DD. quod Iura illa intelliguntur, non de irregularitate propriè accepta, quæ ipſo iure incurratur; ſed ſolùm de interdicto, quo tempore interdicti perſonalis prohibetur Sacerdoti Sacrum dicere, quod ſemper fit poſt ſententiam Iudicis; ſi præſertim perſonale ſit, vt bene Stephanus Baunius *tom. 2. tract. 11. de irregular. q. 4. in fine.*

22 Secundò reſpondent alij differentiam eſſe faciendam inter forum externum, & conſcientiæ, & iura illa loqui pro foro conſcientiæ, non pro foro externo; ita plures, quos refert Illuſtriſſimus Sperellus *deciſ. 175. à numer. 1. vſque ad num. 10.* & dant diſparitatem, quia in foro conſcientiæ tutior pars eſt eligenda, ſecus in foro externo, quia in hoc mitior eligi debet. Abbas Panormitanus *in dicto cap. ad audientiam num. 3. & in cap. ſignificaſti num. 4. quem ſequitur* Ananias cum Felino *num. 1. & in dicto cap. ad audientiam.* Marianus Soccinus *ibidem num. 46.* Angelus *in ſumma in verb. dubium num. 2.* Sylueſter *in eodem verbo quæſt. 4.* Armilla *in eodem verb. num. 3.* Roſella *eodem verb.* Nauarrus *in manual. cap. 27. num. 393. & in cap. ſi quis autem num. 38. & 39. de pœnitent. diſt. 7.* Valerus *in differentiis vtriuſque fori in verb. irregularitas differentia 5. & alij*, quo refert Garſia *de beneficiis part. 7. cap. 2. num. 18.* Sanchez *in ſumma lib. 1. cap. 10. num. 10. & 39.* qui omnes dicunt in dubio homicidij commiſſi hominem debere iudicari irregularem, vt à miniſterio celebrandi abſtineat, aut ab alio, in quo ſubeſſet peccandi periculum; in foro verò contentioſo in tali dubio non eſſe iudicandum irregularem. Et aſſignat Nauarrus rationem diuerſitatis, quia ſcilicet nemo poteſt facere ſine peccato id, de quo dubitat ſit peccatum necne? cùm nemo ſe peccandi periculo exponere debeat. Neque alteri conſulere, vt illi ſe exponat, at vero Iudici conuenit potius abſoluere nocentem, quàm condemnare innocentem; *l. abſentem ff. de pœnis*, & in dubiis non fertur ſententia condemnatoria in foro contentioſo, ſed immò abſolutoria ab inſtantia iudicij, *cap. habuiſſe 33. diſtin. l. duo ſunt Titij ff. de teſtam. tutela, cap. graue 11. quæſt. 3.* cum enim irregularitas ſit grauiſſima pœna, quippè quæ priuat beneficiatum omnibus beneficiis. *cap. fraternitati, de clerico excommunicato miniſtrante*, etiam ſi eſſet Epiſcopus, qui ratione irregularitatis ab Epiſcopatu deponi debet *cap. veritatis de dolo, & contumacia* Iulius Carthaginus *dec. crim. 30. à num. 36. cum ſequentibus.* Portellius *in verb. Irregularitas fol. 535.* Carolus de Baucio *in caſibus ſingularibus caſu 38.* Hieronymus Rodriquez *reſol. moral. reſol. 81.* & quæ non debet induci, niſi in caſibus à Iure expreſſis. *cap. 15. qui de ſentent. excommun. in 6.* quem *textum* ad caſum explicauit Hieronymus Themudo à Fonſeca *in deciſionibus* Portugalliæ 115. & nouiſſimè amiciſſimus P. Angelus Verticelli *quæſt. moral. & legalium tract. 1. quæſt. 19.* induci debet in foro externo talis irregularitas.

In foro verò animæ tutior, & ſecurior pars eſt eligenda, vt colligi videtur expreſsè ex dicto *cap. ad audientiam, & cap. ſignificaſti. il. 2. de homicidio*, quæ nouum Ius non inducunt, ſed ſupponunt illam regulam generalem, in dubiis eſſe tutiorem partem eligendam, tanquam de iure diuino, & hoc eſt, quod Canoniſtæ, & Ciuiliſtæ, relati per Menochium *lib. 5. de præſumpt. præſ. 2. num. 40.* dicere ſolent delictum in dubio præſumi pro foro conſcientiæ, cum de ſalute animæ agitur, quod ſequitur Franciſcus Molinus *de ritu nuptiar. lib. 1. comparatione 9. num. 13.* & idem Menoch. *vbi ſup. num. 41.* infert, quod in dubio præſumitur contractus ſimulatus, & fæneratitius in foro conſcientiæ pro ſalute animæ.

Quod ſi quis dicat contra hanc opinionem non 23
eſſe faciendam differentiam inter forum externum, & conſcientiæ, tum quia Summus Pontifex loquitur *in d. c. ad audientiam* de foro etiam externo, vt patet, ibi (*ad audientiam Apoſtolatus noſtri peruenit*) & poſtea ſubdit eodem *tex.* (*te conuenit iniungere presbytero memorato*) & illis verbis in *d. cap. ſignificaſti* (*à Sacerdotali officio abſtinere debet*) tum quia regulariter forum externum, & conſcientiæ parificantur, *c. vt animarum, de conſtit. in 6. c. non quidem, de iureiurando.* & de vtroque idem iudicari debet, quando forum externum non nititur falſæ præſumptioni, vt latè Boſſius *de conſcientia dubia. par. 2. tit. 1. §. 38. num. 1178.* ergo quod ſufficit in foro conſcientiæ, vt quis à Sacramentis ſe abſtineat, id ipſum in foro iudiciario ſufficit, ſi conſtet de eo, vt ait Nauarr. *in cap. ſi quis autem, num. 36. in fine, de pœnit. diſt. 7.* & poſt eum Rebellius *de oblig. iuſtitiæ par. 2. lib. 1. qu. 2. num. 13.* qui reprobant talem differentiam inter forum externum, & conſcientiæ, ideò Nauarrus *d. num. 36.* videtur ſibi contrarius (quem tamen conciliare nititur, Molina *de iuſtit. tract. 3. diſp. 67. num. 6.*) ergo in vtroque foro cenſeri debet quis in dubio facti homicidij, vt ait Sanchez, Garſia, & alij apud Boſſium, *vbi ſupra, num. 1178.* Si, inquam, aliquis ita dicat. Reſpondet Doctiſſimus Valerus *d. differ. 5.* non poſſe negari, quod in foro iudiciali, etiamſi agatur de aliquo facto, v. g. homicidio contra aliquem, vel ad pœnam imponendam pro irregularitate contracta, & ſit dubium, an commiſerit homicidium, vel incurrerit irregularitatem, necne? non poterit iudex condemnare reum de homicidio, nec eum irregularem iudicare: ſecus ſi agatur de foro pœnitentiali pro ſecuritate animæ, quia tutior pars eſt eligenda, etiam ſi durior ſit. Quod verò in iuribus citatis Summus Pontifex locutus non ſit de foro iudiciali, ſeu contentioſo, ſed ſolum fuiſſe conſultum pro ſecuritate animæ pœnitentium extra iudicium, patet ex *text.* ibi) *iniuncta pœnitentia congruēti*) & ex *c. ſignificaſti*, ibi (*cum de cæteris credendum ſit ipſi, qui non accuſatur, ſeu denunciatur ab aliquo, ſed per ſe ipſum conſilium appetit ſalutare*) & in *cap. 3. de clerico percuſſore*, ibi (*præſentium lator in quodam conflictu aſſerit ſe fuiſſe, &c.* & etiam ex *cap. 2. de clerico pugnante in duello*, ibi)

Henricus

Henricus presbyter *nobis humiliter intimauit, &c.*) ergo in foro externo non sufficit dubium ad proferendam sententiam super irregularitate cum de veritate non constat. Posset etiam dici vtrumque forum parificari, (vbi forum externum non fundatur in præsumtione) quo ad hoc scilicet, vt quoties forus externus obligat, ita etiam in conscientia obligatio consurgit, seu adsit non è contra vbi agitur de periculo peccandi, quia hoc casu fauore animæ attendendum est, quod securius, & certius est ad euitandum peccatum, licet rigidius: quod vbi non constat de veritate non conuenit in foro iudiciali, & in foro contentioso, in quo semper est fauendum reo, & mitior pars attenditur.

24 Hæc opinio & si probabilis sit iura citata solum procedere in foro conscientiæ, non in foro externo; improbatur tamen ab aliis, sunt Blasius Flores de Mena *lib.1. var.q.9.num.18.* Sanchez *in summa tom.1.c.10. num.42.* Sayrus *de censuris lib.6.c.2.n.16.* Suarez *de censuris disp.40. sect.6.* Valentia *tom.4.disp.7.q.19.p.2.* Filliuccius *tract.19.c.2.q.7. num.49.* Auila *de censuris, 7.par. disp.2.dub.5.* Bonacina *de irregullaritate, q.1.p.5.* Barbosa *in d. cap. ad audientiam, n.2.* Diana *p.3. tract.5. miscell. resol.72.* Escobar *de vtroque foro, art.1.§.5. fol.37.* Franciscus Lugo *de conscientia q.26.* Iosephus Roccaful *par.3. lib.4. de conscientia dubia cap.50.* vbi latè de materia probans nullum esse discrimen inter vtrumque forum.

25 Hæc autem opinio probabilior sic fundatur, quia iure naturæ, & diuino sicque etiam in foro conscientiæ nulla fuit inducta irregularitas, nec in casu certo, nec dubio, sed tamen iure positiuo, ergo cum hoc iure positiuo deficiat irregularitas, deficit etiam in foro conscientiæ, vt benè DD. citati, benè Episcop. Marant. *p.5. resp.64.à n.24. & seqq.*

26 Probatur secundò, quia licet in conscientia debeamus tutiorem partem sequi, & periculum peccandi fugere, aliàs lethaliter peccabimus, non tamen incurremus irregularitatem, quæ iure positiuo deficit cum irregularitas ex diuersis oriatur causis, irregularitas enim potest esse sine peccato, & peccatum sine irregularitate, *cap. petitio 24. de homicidio.* De irregularitate verò, prouenient ex delicto aliter dicitur DD. penes Dianam *p.2. tract.16. resolu.20. & par.4. tract.4. miscell. resol.41. & 3. par. tract.5. miscell. resol.72.* Farinac *vbi supra num.449. vsque ad num.456.* Thomas Hurt. *resol. moral. tom.2. tract. 8. cap.5. resol.51. nume.541.*

27 Tertiò respondent alij totum oppositum dicentes scilicet, iura citata procedere tum in foro externo, tum in foro conscientiæ, tum in materia irregularitatis: tum in quacunque alia, quia ratio Pontificis in *d. cap. ad audientiam*, locum habet in quocumque dubio, cuiuscumque scilicet censuræ.

Sed probabilius docent alij iura citata loqui solum in dubio facti homicidij, quia versamur in materia odiosa, Suarez *tom.5. disp.40. sect.6. num.8.* Salas *disp. vnica, sect.18. num.168.* Auila *de censuris p.7. disp.2. dub.5. concl.5.* Henriquez *in summa lib.14. cap.3. num.4.* Sanchez *in summa lib.1. cap.10. num.48.* Bonacina *vbi supra par.4. num.3. &* idem Sanchez *lib.1. de matr. disp.9.n.42.* & explicat intellectum dicti *text. in cap. ad audientiam*, Filliucius *tom.2. moralium tract.21. num.166.* Sancius *disp.42. num.14.* Diana *par.4. tract.2. resol.52.* Sperellus *dec.77. num.31.* Ciarlinus *tom. 2. cap.203. num.26.* Hoc tamen verum est iura 28
prædicta procedere in dubio homicidij iniusti, non verò iusti, vt in casu, in quo consuluit R.P. Angelus Verricelli *tract.8. moral.q.29.* de quodam Sacerdote, qui absque vlla protestatione obtulit Proregi libellum, petens suum inimicum foriudicari, qui postea occisus fuit, consuluit inquam non fuisse irregularem, quia dubitabatur, an libellus fuisset efficax ad foriudicationem, & eramus in homicidio iusto.

Quarta ergo, & vera responsio est ad citata 29
iura, quod procedant quando homicidium est ita dubium, vt verosimilius sit fuisse perpetratum, & hoc sic declaratum videtur ab Innocentio III. *in d. cap. Significasti, il 2. in fine*, & hanc esse probabiliorem sententiam docet Suarez *de censuris, disp.40. sect.6. num.70.* Salas *part.2. tom.1. quæst.21. tract.8. disp.1. sect.6. n.70.* Alphonsus de Leone *de potest. Confessarij, tom.1. recol. 17. num.47.* Rebell. *par.2. lib.1. q.3. sect.2. n.13.* In homicidio enim est speciale, vt in dubio quis teneatur credere se irregularem manente illo dubio, ob maximam indecentiam, quam habet dictum crimen cruentum cum incruento sacrificio, vt *in d. cap. ad audientiam 12.* extrà verò dictum casum nullus cogi, nec obligari potest ad credendum se irregularem sub prætextu, quod hoc sit tutius, Suarez, Salas, Sanchez, & alij apud Dianam *par.3. tract.5. resol. 72.* hæc tamen regula procedit in dubio propriè sumpto, nempè quando excludit omnem assensum, quia tunc exponeret se periculo errandi, secus in dubio large sumpto, quod admittit consensum opinatiuum, quamuis cum formidine alterius partis, tunc enim non tenetur homo sequi tutiorem partem, sed potest sequi minus tutam, conformando se rationi probabili, ita Nauar. & alij, quos sequutus fuit Illust. Sperellus *dec. 175. n. 102.*

Sed in casu nostro adest probabilior modus dicendi, vt probauimus fuisse mortuam Seluaggiam ex Erisipelate, ergo non sumus, in dubio, sed in expressa contraria determinatione: & dato, quod essemus in dubio: non esset proprium dubium, sicuti si plures aliquem percusserint, & non constet, ex cuius vulnere percussus obierit, 30
omnes censeri debent irregulares, *d. cap. significasti 18.* Rota apud Farinacium *part.2. decis. 44.* Si tamen non sit æquale dubium; sed ex parte vnius aliqualis probabilitas, maior, quàm in altero, non erit, nisi vnus irregularis, vbi propriè dubium est; Thomas Hurtadus *tom.1. tract.3. cap.1. resol.6.* ergo quando probabiliter opinatur alteram partem minus tutam, tunc poterit amplecti aliam tuta conscientia, quia in dubio censendus est quis irregularis, quando verè dubium est, vt benè post Nauarrum, & alios consuluit R.P. Iosephus de Ianuario *part.1. resol.4. propriè num.21.* at in casu nostro sunt infinitæ probabilitates pro D. Sebastiano non fuisse Seluaggiam mortuam ex vulnere, ergo dubium non est, nec etiam suspicio, vt patet ex facto: semper enim, quod vulneratus vulneratur non lethaliter, si moriatur deinde vulneratus propria negligentia, vel medici imperitia nullam irregularitatem incurrit vulnerans Diana *part.4. tract.2. resol.10.* quia licet vulnus fuerit aliqua occasio, tamen reuera non est causa mortis, sed negligentia vulnerati, &c. *vt bene* Diana, *vbi supra.* Geptius *in Thesauro animæ tom.3. litt.I, in verb. Irregularitas* contra Squillantem *part.6. de obligat. clericorum nur.85.* qui loquitur contra communem

nem Canoniſtarum, vt bene Diana examinator Epiſcoporum Romæ.

31 Reſpondetur ſecundo, Regulam non procedere, quando ei, qui tutiorem partem amplectitur, ſequeretur graue damnum, & detrimentum, vt ſi propter dubium abſtineret à celebratione, vt bene Auila *de cenſuris part. 7. diſp. 2. dub. 5.* Illuſtriſſ. Sperellus *d. deciſ. 175. num. 103.* quia quando quis optimè ſe geſſit in præteritum, benigniorem interpretationem meretur; argumento textus *in cap. niſi cum pridem 10. §. perſonæ vero de renunciatione*, benè Sperellus *à num. 100.* Illuſtriſſ. Epiſcopus Maranta *part. 3. reſponſorum, reſponſo 9. num. 1.* quia iam agitur non de promouendo, ſed de promoto, iuxta textum *in c. 2. de corpore vitiatis can. præterea 55. diſt.* Sed D. Sebaſtianus ſemper bene ſe geſſit in præteritum, vt in proceſſu: ergo Reuerendiſſimus Vicarius Auerſanus non poterit, vt irregularem condemnare, ſed ad ſummum conſulat conſcientiam propriam.

32 Quam conſcientiam ei conſulendo, dico nullam incurriſſe irregularitatem, quia ad hoc, vt quis fiat irregularis ex homicidio caſuali, ſequuta morte ex opere illicito, plura concurrere debent. Primo quod ſui natura ſit cauſa periculoſa homicidij. Secundo, quod frequentius ex eo ſequatur mors. Tertiò, quod periculum mortis præuideatur, & non adhibeatur ſufficiens diligentia ad illud cauendum, vt benè Nauarrus *cap. 27. num. 238. & lib. 5. conſilior. de homicid. conſ. 3.* Diana *part. 4. tract. 2. reſol. 2.* Verrecell. *tract. 8. miſcell. reſol. 60.* Sed in caſu noſtro nihil tale eſt, ergo nullam incurrit in foro conſcientiæ irregularitatem: quia in foro conſcientiæ nunquam homicidium caſuale inducit irregularitatem, niſi fuerit præuiſum, ſiue opus fuerit licitum, ſiue illicitum, ſiue erat periculoſum, ſiue non, Suarez *de cenſuris diſp. 45. ſect. 5. num. 3. cap. lator de homicidio, cap.* Ioannes vbi DD. *de homicidio.* Auila, Henriquez, *& alij, de quibus* Verrecell. *tract. 8. quæſt. 60. num. 8.*

Duo tamen prætermittenda non eſſe putaui:

33 Primo, quod quando dicitur in dubio facti homicidij cenſeri aliquem irregularem, intelligitur quoad priuationem ſuſcipiendi ordines, ac in illis miniſtrandis, non verò quoad alias pœnas, quæ à Iudice imponi ſolent pro irregularitate contracta, qualis eſt priuatio beneficiorum, & aliæ ſimiles; quia pœna ordinaria ſtatuta delicto certo, non habet locum in delicto dubio: ſed extraordinaria, pro dubij qualitate, vt bene Rodriguez *in ſumma tom. 1. cap. 157. num. 3.* Sayrus *in Claui Regia lib. 1. cap. 13. num. 24.* Vaſquez *part. 2. quæſt. 19. art. 6. diſp. 66. cap. 1. num. 30.* Salas *diſp. vnica ſect. 19. num. 176.* vnde ex *gloſſa in d. cap. ad audientiam, in verbo (ſibi poteritis concedere)* colligitur, quod quando irregularitas naſcitur ex homicidio caſuali, etiam ſi publica ſit, poterit in vtroque foro Epiſcopus diſpenſare ad minores ordines. Couarru. *in clem. ſi furioſus par. 2. §. 3. num. 50.* Henriquez *lib. 4. ſummæ cap. 19. lit. S, & T,* Valerius Reginaldus *in praxi fori pœnit. lib. 3. num. 28.*

Secundo, quod ſi publice, & euidentiſſime conſtaret Sacerdotem eſſe irregularem propter homicidium caſuale, ſeu voluntarium in cauſa; adhuc ea irregularitas poteſt diſpenſari ab Epiſcopo. Auila *part. 7. de cenſuris diſp. 6. ſect. 5. dub. 2. concluſ. 3.* Henriquez, & alij apud Dianam *par. 7. tract. 2. reſol. 31.* Verricell. *tract. 8. quæſt. 60. n. 13.* Ciarlinus *tom. 2. cap. 203. num. 23.* Barb. *ad Triden. ſeſſ. 24. cap. 6.* Riccius *in praxi fori Eccleſiaſt. reſol. 446. & 448.* Ratio eſt, quia quoad homi- 34
cidium caſuale, ſeu voluntarium in cauſa nihil innouauit Tridentinum: ſed ante Tridentinum poterat Epiſcopus diſpenſare, quamvis eſſet publicum, vt in *cap. continebatur de homicidio, cap. ad audientiam eodem titulo*, ergo etiam poſt Tridentinum diſpenſare poteſt, eamque facultatem Commiſſario committere poterit: Suar. Filliucius, Duardus, Gauantus, & alij quos citat, & ſequitur Diana *p. 7. tract. 2. reſol. 12.* Verricell. *d. quæſt. 60. num. 14.*

Quod ſi dicas obſtare locum Tridentini *ſeſſ. 14. de reformat. cap. 7.* vbi caſuale homicidium commiſſum, diſpenſandum à Papa, committitur Ordinario, ergo, &c.

Reſpondetur textum hunc multos habere Intellectus apud Barb. *part. 2. alleg. 39. num. 54. &* Bonacinam *diſp. 7. de cenſuris, quæſt. 4. punct. vlt. num. 9.* dicunt Concilium loqui de homicidio caſuali in re, non in cauſa tantum, quod ſequitur Antonel. *lib. 2. de regimin. Eccleſ. cap. 8. num. 9.* Quod ſecus eſt in caſu noſtro.

Quare, &c.

Sic fuit practicatum vti conſuluimus.

DISCEPTATIO IX.

SVMMARIVM.

1 *Prænarratur factum, atque proponitur.*
2 *Beneficij ius, ſiue Cappellania quadraginta annis præſcribitur.*
3 *Quaſi poſſeſſio in omni materia, pro manutentione ſufficit.*
4 *Patrono, ſicut cuiuis poſſeſſori iuris incorporalis an competat manutentio in quaſi poſſeſſione.*
5 *Patroni Cappellarum, in Maiori Eccleſia, vel Parœciali conſtructarum non coguntur ad dotandam Cappellam, & quid in aliis Cappellis; Sed ſolum ad paranda paramenta cultui Diuino neceſſaria. Eccleſia non poſſunt conſtrui abſque Ordinarij conſenſu, ſimulque dote.*
6 *Reuerendiſſimus Dominus Gregorius Peccerillus laudatur, duoſque Reuerendiſſimos Vicarios Archiepiſcopalis Curiæ Neapolitanæ ad purpuram fuiſſe eleuatos commendatur.*
7 *Patroni ad effectum acquirendi ius patronatus poſſunt ſemper dotare Cappellam, etiam contradicente plebano.*
8 *Nemo tenetur oſtendere titulum poſſeſſionis, vel rei, quam poſſidet.*
9 *Et tam in profanis, quam in Eccleſiaſticis illud procedit, maximè ſi factum ſit antiquum, & Clericus titulum ſui beneficij tenetur oſtendere.*
10 *Et vtrum ſi per decem annos in beneficij poſſeſſione ſteterit, concurratque bona fama, an teneatur oſtendere titulum?*
11 *Poſſidens beneficium ſi doceat de conſenſu ſuperioris ſaltem implicito, titulum oſtendere non tenetur.*
12 Quaſi poſſeſſio *Clericatus facit, vt quis non teneatur titulum oſtendere Clericatus.*
13 *In Emphyteuſi Dominus recipiens ſolutionem*

per

per decennium titulum ostendere non tenetur, sed sat est probare solutionem per decem annos esse factam.

14 *Legatum factum Cappellæ, quæ posita est in aliqua Ecclesia, debetur ipsi Cappellæ, & non Ecclesiæ, in qua est Cappella posita.*

15 *Legatum factum promissis celebrandis Cappellæ habenti proprium Cappellanum, existenti tamen in Peræcia, Cappellano debetur non Paræco.*

16 *Testator legans Cappellæ suæ possessionem, si Cappella erat dotata, an videatur, legasse animo augendi dotem.*

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus, si non constet de fundatione, dotatione, vel constructione, præsumitur in dubio hæreditarium. Ius Patronatus sui natura transit ad hæredes extraneos, licet sit fundatum pro familia, dummodo non sit cum dictione taxatiua. Fœmina, quæ renunciauit hæreditati, non admittitur ad præsentationem Iurispatronatus hæreditarij: Pater potest filium præsentare in Iure patronatus. Donatarius Iurispatronatus qualiter præsentet, & alia ad materiam enucleantur.

PRO

Hæredibus Stephani Peccerilli,

CONTRA

Parœcum Ecclesiæ Parœcialis S. Petri, & Pauli loci Portici.

1 FActi series proponitur, quod de anno 1600. & sic à quinquaginta annis, & vltra Ecclesia Parœcialis Sancti Petri, & Pauli, loci Portici Capuanæ Diœcesis, erat à fundamentis diruta. Itavt eo tempore cum esset eiusdem Ecclesiæ Robertus Paschalis Rector, & Ioannes Angelus Salzilli Parœcus, & ex tenuitate reddituum, non poterant viuere, tanto minùs Ecclesiam reædificare, Ordinarius Capuanus, & Visitator, Rectoriam præfatam Cappellaniæ vniuit, quæ habuit effectum de anno 1612. & eo tempore reædificationis præfatus Rector, & Parœcus rogauerunt homines dicti loci, & diuites particulares, vt eandem Ecclesiam propriis sumptibus reædificarent, eique concesserunt facultatem, vt Cappellam propriam cum omnibus iuribus in dicta Ecclesia Parœciali haberent, illamque tenerentur paramentis necessariis munire, quod fecerunt Stephanus, & Andreas Peccerilli fratres germani, Cappellam, seu Altare sub titulo Sanctissimæ Annunciatæ in eadem Ecclesia ædificantes, & Iconam, ac alia paramenta necessaria ad cultum diuinum parauerunt, & ab eo tempore, vsque ad præsentem diem, præfati Andreas, & Stephanus, eorumque hæredes, & successores sunt in possessione etiam deputandi Cappellanum amouibilem in præfata Cappellania, & etiam celebrari faciunt in die Festiuitatis Sanctissimæ Annunciatæ missam cantatam, illamque munire luminibus, nec non paramenta ad cultum diuinum, &c.

Nunc verò sub prætextu, quod Stephanus Peccerillus in suo vltimo, quod condidit testamentum, legauit petium quoddam territorij Cappellæ præfatæ, prætendit Parœcus præfatam Cappellam ad se spectare vna cum legato territorij, dantur verba legati.

Item, lascia alla sua Cappella sotto il nome della Santissima Annunciata sita dentro la Chiesa Parrochiale di S. Pietro di Portico vno moio, e mezo di territorio arbustato, in luogo doue si dice à Pratola iuxtà li suoi confini, con patto però di fare celebrare vna messa in detta Cappella la settimana in giorno di Sabbato, & si debbia celebrare per il Parrochiano.

Sed quam vana sit Parœci prætensio, tum quoad Cappellam, tum quoad legatum satis euidenter probabitur, & quidem quoad Cappellam non habere ius Parœcum prædictum.

Probatur primo, quia ius beneficij præscri- 2
bitur 40. annis, *cap. cum de beneficio, de prab. in 6.* Balbus *de præscription. part. prima, quintæ partis principalis, quæst. 6. num. 1.* & in puncto, quod Cappellania præscribatur spatio 40. annorum, fundat Lara de Cappellaniis, *lib. 2. cap. 1. num. 50. cum seqq.* sed Domini de Peccerillis sunt in quasi possessione Cappellaniæ prædictæ, ex tempore de quo in facto, ergo ex hac temporis longæua possessione sunt manutenendi in quasi possessione illius cum quasi possessio in omni materia 3
sufficiat pro manutentione, *cap. cum Ecclesia, de causa possessionis, & proprietatis*, vbi Abbas *numer. 23.* Ripa *num. 52.* Rota *decis. 267.* apud Postium coram Ghislerio, & in puncto, quod patrono competat manutentio in quasi possessione Cappellæ, sicut in quocumque Rectore, aut possessore iuris in corporalis dicit Rota apud Postium *obseruat. 10. per tot.* ergo præsumitur talis Cappellania ex fundatione, constructione, vel dotatione quæsita, quia non sumus in illis in quibus præsumitur vsurpatio, Rota *decis. 795. num. 7. part. prima, & dec. 331. part. 2.* Postius *decis. 267.* 4

Probatur secundo, quia in visitatione facta asseritur esse Cappellam prædictam quondam Stephani, & Andreæ Peccerilli, & de anno 1612. mandauit Ordinarius Capuanus in visitatione præfatæ Cappellæ illam deberi ab eisdem Stephano, & Andrea dotari: nam verissima est sententia Doctorum pluries seruata, ex Ananiæ *consilio 24.* ex doctrina Lambertini *de iure patr. lib. 1. quæst. 3. principali, num. 50. fol. 44. & fol. 112. prope finem.* patronos Cappellarum prædictarum in 5
Ecclesia maiori, vel Parœciali cogi non posse ad dotandum, sed tantum ad paramenta necessaria ad cultum diuinum paranda, quod secus esset dicendum de Ecclesiis, quia Ecclesiæ non possunt constitui, vel ædificari absque consensu Ordinarij, & dote, ex *cap. nemo, de consecr. dist. 1.* Barbosa *de potest. Episcopi, part. 3. alleg 64. & de iure Eccles. lib. 2. cap. 2.* Bellett. *in disquisit. clerical. part. prima, in tit. de clerico debitore, §. 15.* Azor. *part. 2. moralium, lib. 9. cap. 3. quæst. 3.* qui etiam

diſputant, quam dotem teneatur aſſignare conſtruens Eccleſiam, Eccleſia ergo debet habere manſum ſiue dotem, quod ſecus eſt in Cappella, ideò dicunt DD. quod fundans Eccleſiam dotare tenetur, ſed Cappellam intra Eccleſiam fundans ſufficit, ſi tantum præſtet paramenta neceſſaria, & ad hoc cogi poteſt, vt doctiſſimè fundauit meus Dominus, & Præceptor Reuerendiſſimus
6 Gregorius Peccerillus, Eccleſiæ Neapolitanæ Vicarius meritiſſimus (quem ſpero vti duos alios Vicarios eiuſdem Eccleſiæ vidit ſeculum præteritum ad purpuram exaltatos, ſcilicet Rebibam, & Sanctorium, ſic eundem ad Sanctæ Sedis Apoſtolicæ tuitionem) in informatione manuſcripta pro hac eadem re, non ergo dotauerunt Domini de Peccerillis, quia non erant obligati ad hoc cum eſſemus in Cappella, & ex viſitatione apparet pro abſoluto fuiſſe habitam pro Cappella ipſorum, quantam verò faciant fidem, & probationem decreta viſitationum patet intuentibus Rotæ Romanæ deciſiones, quia firmiter aſſeritur viſitationes fundare ſtatum Eccleſiæ, & Viſitatoribus aſſerentibus, quoad ſtatum Eccleſiæ multum deferri debet, Rota *deciſ.* 371. *numer.* 2. *part. prima*, & *in Mediolanenſi decimarum* 15. *Decembris* 1618. & eſt in puncto deciſio Rotæ coram Buratto in Ianuenſi Parœcialis reportata per Poſtium *dec.*200.

7 Addo quod poſſunt hodie præfati patroni, ſi vellent dotare eandem Cappellam in vita, & contradicente Plebano ad effectum acquirendi ius patronatus, ſicuti alias Vicarius Generalis Capuanus decreuit ad fauorem Stephani Stellati, ſeu Laurentij eius filij in Eccleſia Parœciali Sancti Marcelli loci Caturani Capuanæ Diœceſis, qui poſſidebat quandam Cappellam in Eccleſia Parœciali præfata, illamque dotauit, & licet pro parte Parœci dicti loci fuiſſet appellatum ad Sedem Apoſtolicam, & introducta cauſa appellationis coram Aud. C. Bighio fuit confirmata ſententia Vicarij Capuani, vt à ſenioribus habuimus: & credo, quod proceſſus conſeruatur in Curia Capuana; ergo tunc temporis quando Stephanus Peccerillus reliquit petium Terræ, de quo ſupra voluit dotare Cappellam prædictam, quæ dos debet deſeruire pro neceſſariis ornamentis Cappellæ, & pro Miſſa celebranda in Hebdomada, &c. vt bene Lambertinus *in quæſt.* 5. *principali*, *part. prima*, *art.* 22. *in verſ. extende præd. ampliationem*, *fol.*112. *propè finem.*

Neque dicere poteſt Parœcus Eccleſiæ vbi ſtat Cappella prædicta ſe velle, vt Domini de Peccerillis oſtendant titulum dictæ Cappellaniæ.

8 Nam reſpondetur, quod nullus tenetur oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis ſiue rei, quam poſſidet, *l. cogi*, *C. de petitione hæreditatis*, Socinus *regula* 525. Nouellus *regula* 217. Garſia *regula* 465. Bernardus *regula* 136. & apud Hiſpanos eſt *l. prima*, *tit.*10. *part.*3. vbi doctiſſimus Gregorius Lopez Boërius *deciſ.*313. Maſcard. *conſ.*590. & 1373. Peregrin. *de iure Fiſci*, *lib.*7. *tit.*3. *à numer.*17. Pacian. *de probatio. lib.*1. *cap.*7. *à num.*82. & *cap.*61. *num.*7. Antonius Faber *in tit. C. de petitione hæreditatis*, *defin.* 8. Card. Tuſchus, *litt. P*, *concl.*539. Card. Mantica *lib.* 23. *de tacitis*, *tit.*6. Riccius *collect.* 192. Bernardus Greue *ad practicam* Gailli, *lib.* 2. *col.* 69. Maſtrill. *de Magiſtratibus*, *lib.*3. *cap.*2. *num.*12. Caſtillus *tom.*7. *cap.*161.
9 *num.* 3. & dicunt DD. quod tam in profanis, quàm in Eccleſiaſticis procedit, immò & in omni actu, ſi præſertim ſit factum antiquum, latè Barboſa *in d. l. cogi*, *C. de petitione hæreditatis*, immò licet clericus teneatur oſtendere titulum ſui beneficij, *cap. ordinarij* 3. *de offic. ordinarij*, *in* 6. vbi *gloſſ. in verbo obtineri*, Riccius *collect.*889. Rota apud Coccinum *dec.* 191. Lotterius *de beneficiis*, *lib.*3. *quæſt.*46. *num.*36. & *lib.*3. *quæſt.*24. *numer.*10. Barb. *in d. cap. ordinariis*, Dom. Præſ. Merlinus *cap.* 13. *primo tomo*, tamen ſi per longum 10
tempus ſtetiſſet in poſſeſſione beneficij, ſcilicet per decem annos, & concurrit bona fama non cogitur titulum oſtendere, Gomeſius *quæſt.*26. *de triennali poſſeſſione*, vbi ait, quod tali tempore poſſidens, titulum habet coloratum, in tantum, quod non poſſunt moleſtari, quia hoc videtur inducere tolerantiam Ordinarij, vt ait Ancharan. *conſ.*117. Gomeſius *quæſt.* 24. latè Zerola *in verbo* Bullæ, §. *ad quintum*, quia præſumptio eſt pro titulo, ex quo fuit toleratus per prædeceſſorem, vel factum eſt antiquum, nam imputandum eſt Epiſcopo, vel Parœco, quod diu tacuit, & tolerauit, *cap. primo*, *de frigidis*, & *maleficiatis*, & de Cappellaniis tradit Perez de Lara *lib.* 2. *cap.* 10. *in fin.* & in materia tituli, quod detur præſumptio, latè tradit Gratianus *cap.*208. Barboſa *in l. nullo* 24. *C. de rei vendic.* imò dicebat Lotterius
*d. lib.*3. *quæſt.*24. *num.*34. quod ſi poſſidens bene- 11
ficium, Cappellam, &c. doceat de conſenſu ſaltem implicito ſui ſuperioris, tunc non tenetur titulum oſtendere, ex *cap. dilecto*, *de præbendis*, quem ſequitur Pereyra *de inſtrumentorum editione*, *primo tomo*, *tit.*50. *reſol.*7. *num.* 40. ſicut qua- 12
ſi poſſeſſio clericatus, inducit vt non teneatur oſtendere titulum clericatus, vt poſt omnes Perez de Lara *de cappellaniis*, *lib.* 2. *cap.* 50. *num.*8. *cum ſeqq.* ergo Domini de Peccerillis ſunt manutenendi in quaſi poſſeſſione Cappellaniæ prædictæ, & Cappellanus in eadem, vt bene Rota coram Virili, de qua Poſtius *deciſ.*523. *num.*9. abſque eo, quod teneantur titulum oſtendere, ſicut in ſimili in emphyteuſi facta ſolutione cano- 13
nis, ſiue laudemij cogi non poteſt, qui iura Dominicalia exercuit titulum oſtendere, ſed ſufficit ſoluiſſe per decennium, vt probat Maſcardus *concluſ.*603. Verallus *deciſ.* 292. *part. prima*, & *deciſ.*271. *part.*2. & poſt Ricc. fundat latè ampliando Doctor Ioannes Baptiſta Ventriglia *meritiſſimus Eccleſiæ Capuanæ Vicarius in prax. Eccleſiaſtica*, *annotatione* 39. §. 2. *num.* 29. *cum ſeqq.* quem ad maiora ſpero ſuis meritis extollendum, & licet Cappellanus tanquam ad nutum amouibilis non habeat titulum, nihilominus poſſeſſio recipiendi ſeruitium à Cappellanis eſt penes patronos, quibus competit manutentio; vel altari, cui manutentio competit, ſi auferatur Rector patrono defendente, vt dixit Rota coram Cardinali Lancellotto *in deciſ.*96. apud Poſtium.

Quoad legatum verò petij territorij relictum per Stephanum Peccerillo Cappellæ præfatæ, nullum ius competere Parœco Eccleſiæ, intra quam, ſtat Cappella.

Probatur primo, quia legatum factum Cap- 14
pellæ poſitæ in aliqua Eccleſia debetur Cappellæ, non Eccleſiæ, vbi poſita eſt, quando teſtator expreſſit ſe relinquere Cappellæ, vt in caſu noſtro apparet, & adducitur *tex. in l. ſtatua*, *ff. de vſufructu*, vbi Florianus de Sancto Petro, Ioannes Andreas *in cap. ſupra de cauſa poſſeſſionis*, & *proprietatis*, & in puncto doctiſſimus Petrus Riccardus Piſtorienſis *in* §. *non ſolum*, *in tit. de legatis*, *num.*33. ergo nihil poteſt Parœcus prætendere. Confir-

matur

matur in simili ex *decisione Rotæ Romanæ in Beneuentana legati 9. Decembris 1615. coram Caualerio inter eius impressas* 369. vbi disputabatur cui deberetur legatum factum Cappellæ pro Missis, quando in dicta Cappella est titularis, & Confraternitas ibi erecta, & Rota dixit spectare ad Rectorem Cappellæ, cui legatum relictum fuit, &
15 idem de oblationibus dicit Genuensis *cap.58.n.4.* si verò legatum sit factum pro Missis celebrandis Cappellæ habenti proprium Cappellanum, existenti tamen intra Ecclesiam Parœcialem deberi Cappellano prædicto non Parœco, probatur ex dicta *decisione* 369. apud *Caualerium*, vbi supponebatur Cappellam Sancti Antonij existere in Ecclesia Metropolitana, & tamen non dubitatur ibi, an debeatur Archiepiscopo, Canonicis, vel Archipresbytero, vel alteri, qui est Parœcus dictæ Ecclesiæ, sed an debeatur Cappellano Cappellæ an Confraternitati erectæ in dicta Cappella, vt bene plura ponderando ad propositum dicit Alphonsus de Leone *de officio Cappellani, q. 5. sect.3. num.47.*

Sed audiamus doctissimum Lambertinum *de iure patronatus, in sexta quæstione principali, part. prima, lib. 1. art. 8. fol. 123. num. 31.* vbi quærit
16 quid si testator legat Cappellæ suæ possessionem (hic est casus noster) dicit ipse, quod aut Cappella erat indotata, & testator fecit legatum, censetur causa dotis factum, vt exoneret se à debito dotis, & sic erit patronus, nec requiritur nouus consensus Ordinarij, quia satis fuit habuisse consensum in ædificando, aut Cappella erat dotata, & iste patronus voluit addere dotem, & sicut in eo forsan viuebat vnus Presbyter, nunc vult quod viuerent duo, & ideo semper erit Cappellæ legatum non alterius, cur ergo Parœcus prætendit in legato aliquid? Accedit quod de anno 1617. cum Ordinarius Capuanus visitaret Diœcesim in visitatione præfatæ Cappellæ deputauit pro Cappellano amouibili D. Gregorium Peccerillo, quæ decreta visitationis, licet videantur occupata tamen affertur copia authentica extracta de dicto libro visitationis à Notario Laurentio Vecchio, qui extraxit, sed non ex integra visitatione: nam alia plura decreta existerent, quæ non exhibentur, exhibeantur, ergo acta visitationis prædictæ, nam ex illis apparebit veritas. Parœcus tamen ad summum potest prætendere prælationem in celebratione vnius missæ in Hebdomoda, non autem nec legatum, nec Cappellaniam: nam cum reperiatur in possessione dicti territorij, & dictæ Cappellaniæ Dominus Gregorius Peccerillo, locando dictum territorium, & exigendo fructus, illosque expendendo in ornamentis, luminibus, aliisque necessariis dictæ Cappellaniæ, & soluendi eleemosynas pro Missa celebranda non potest molestari, & turbari in tali possessione, vt ex dictis patet.

Quare, &c.

Ita fuit decisum, vt scripsimus.

DISCEPTATIO X.

SVMMARIVM.

1 *Status controuersiæ proponitur.*
2 *Promotus ad Episcopatum qualiter amittat beneficia.*
3 *Beneficia promoti ad Episcopatum, vacant capta possessione.*
4 *Papa statim quod aliquem promouet ad Episcopatum decernit beneficia vacare.*
5 *Episcopus factus, si non est adeptus possessionem debet restitui suis prioribus beneficiis.*
6 *Beneficia vacantia per promotionem, non vacant si Episcopatus sit in terris infidelium.*
7 *Beneficia per promotionem tantum non vacant, sed decernuntur vacare.*
8 *Beneficia non vacant per promotionem quando dat Papa retentionem.*
9 *Retentio beneficiorum concessa à Papa est reseruatio iuris antiqui, nec est noua prouisio.*
10 *Beneficia, quæ per promotionem debebant vacare, dicuntur vacare postea per obitum.*
11 *Beneficia Iurispatronatus non vacant per promotionem ad Episcopatum.*
12 *Cardinales non subiiciuntur regulis Cancellariæ, nec extrauagantibus.*
13 *Indultum Cardinalibus concessum remouet ordinarias constitutiones.*
14 *Cardinales vigore indulti, possunt conferre omnia beneficia, etiam affecta multiplici reseruatione.*
15 *Cardinales vigore indulti non conferunt beneficia vacantia apud Sedem Apostolicam.*
16 *Indultum Cardinalium duplex est, odiosum scilicet & fauorabile.*
17 *Indultum concessum Episcopo limitatum non extenditur.*
18 *Beneficia vacantia in Curia qualiter sint reseruata.*
19 *Papa non confert beneficia vacantia in Curia, nisi de consensu Cardinalis habentis indultum.*
20 *Beneficia quando dicantur vacare in Curia, & quando apud Sedem.*
21 *Beneficia vacare per obitum, vel per alios modos, quanam sit differentia.*
22 *Beneficia vacantia in Diœcesi, quæ vigore indulti spectant ad Cardinalem, Papa qualiter conferat.*
23 *Cardinalis habens indultum conferendi quæcumque beneficia, non potest conferre, quæ vacant per resignationem ad fauorem certæ personæ.*
24 *Affectio, & reseruatio in beneficiis quid significent, & in quo differant.*
25 *Affectio, & reseruatio producunt effectum, licet gratia sit subreptitia, dummodo non sit falsa.*
26 *Affectio per appositionem manus Papæ non habet locum quando resultaret præiudicium indulti Cardinalitij.*
27 *Affectio, & reseruatio non cadunt in beneficiis iurispatronatus.*
28 *Affectio cessat quando est diuersum vocandi genus.*
29 *Affectio per manus appositionem Papæ, statim cessat gratia perfecta, nec extenditur ad futuras vacationes.*
30 *Beneficia vacant per promotionem, etiamsi quis habuerit deinde promotionem alterius Episcopatus.*
31 *Beneficiorum retentio qualiter intelligatur.*
32 *Pensiones non vacant per promotionem ad Episcopatum, Cardinalatum, & Papatum.*
33 *Retentio pensionis non specificatæ, si plures sint, de qua intelligatur.*
34 *Retentio pensionis comprehendit Cathedrales etiam.*

35 *Retentio penſionis conceſſa Epiſcopo an intelligatur cum eadem facultate transferendi, vt per prius.*
36 *Collatores ordinarij vigore indulti an teneantur conferre intra ſex menſes.*
37 *Tempus ſex menſium currit à die ſcientiæ vacationis vel qualitatis beneficij.*
38 *Patronis tempus conceſſum currit à die ſcientiæ.*
39 *Tempus ſemeſtre currit Epiſcopis à die deuolutionis.*
40 *Tempus confirmationis, vel inſtitutionis non eſt præfixum in iure collatoribus.*

ARGVMENTVM.

Promotus ad Epiſcopatum qualiter amittat beneficia, & an ſi ſit Epiſcopus titularis non vacant per promotionem, quando Papa dat retentionem, quæ non eſt noua prouiſio, ſed reſeruatio Iuris antiqui, & dicuntur vacare poſtea per obitum: Beneficia Iuriſpatronatus non vacant per promotionem ad Epiſcopatum. Cardinales non ſubiiciuntur Regulis Cancellariæ eorumque indultum duplex eſt odioſum, & fauorabile: Beneficia quando dicantur vacare in Curia. Affectio in beneficiis qualiter conſideretur, & quos producat effectus? Penſiones non vacant per promotionem ad Epiſcopatum, & plura ad materiam adducuntur.

CANONICA CONTROVERSIA,

An ſi Eminentiſſimus aliquis Cardinalis Epiſcopus conferat beneficia ſimplici Clerico: & hic fiat deinde Epiſcopus, & moriatur talis, beneficia poſſint ab eodem conferri;

Ad intelligentiam

Textus in cap. cùm in cunctis, §. cum verò de electione, & Extrauagantis ad Regimen de præbendis, ac Regulæ 1. Cancellariæ Apoſtolicæ.

1 DVBIVM maximum fuit inter Canoniſtas celebres excitatum, an ſi Cardinalis Archiepiſcopus Neapolitanus V. G. contulerit N. beneficia ſimplicia, & deinde N. factus ſit Epiſcopus, moriatur poſtea in dignitate Epiſcopali conſtitutus, an inquam beneficia, quæ habet Epiſcopus N. poſſint conferri per eundem Cardinalem Archiepiſcopum, an potius ſint Sanctæ Sedi Apoſtolicæ reſeruata: Collegio habito inter Patres Canonum profeſſores, reſeruata eſſe Sanctæ Sedi Apoſtolicæ dicebant communiter, neſcio quo nixi fundamento: ego tamen partes Archiepiſcopi ſuſtinendo mordicùs tenui ſpectare horum beneficiorum collationem ad Cardinalem Archiepiſcopum: &

2 Probatur primò, quia prius per promotionem ad Cathedralem Eccleſiam de iure beneficia, quæ quis obtinebat non erant reſeruata, ſed poterant ordinarij collatores illa conferre, *cap. cum cunctis §. cum verò de electione, gloſſa in Clementina 1. in verbo collato, vt lite pendente*, Simonetta *de reſeruatione q. 15.* Quintilianus Mandoſius *ad Regulam 1. Cancellariæ q. 15.* ex vſu tamen, deberent vacare in Curia, & præter conſuetudinem ſuperuenit extrauagans *ad regimen de præbendis*, confirmata per Regulam primam Cancellariæ, vbi ſunt reſeruata Sedi Apoſtolicæ, & putant aliqui vacare poſt conſecrationem, Abbas *in d. §. cum verò, notab. 3.* Romanus *conſ. 335.* Mandoſius *ad Regulam 1. Cancellariæ d. q. 15.* Verallus *d. 401. p. 2.* Cardinalis Aldobrandinus, poſtea Clemens VIII. *in vna Pharen penſionis*, quæ eſt hodie impreſſa *p. 1. deciſionum diuerſorum dec. 233.* Granucius *in appendice ad Simonettam q. 25. in* verbo *Promotionem.* Stylus tamen Curiæ eſt, vt ſtatim vacarent, ſtatimque conferrentur per S. P. Rota apud Caſſadorum *dec. 21. de conſtit.* Mandoſius *d. q. 5.* tamen alias Rota tenuit, contra talem ſtylum, vt ait Caputaquenſis *deciſ. 401.* qui quidem ſtylus non videtur contrarius iuris diſpoſitioni, neque Interpetrum opinioni, quia vt bene Mandoſius *d. q. 4.* deciſum referens in Rota *die 9. Ianuarij. 1548.* licet beneficia promoti ad Epiſcopatū ſtatim conferantur, verè tamen & effectualiter, 3
non præſumuntur vacare, niſi adepta poſſeſſione, vel niſi promotus fuerit in mora, & per eum ſteterit quominus eam adipiſceretur, qui ſtylus eſt, vt in quibuſcumque cedulis conſiſtorialibus diſpenſationem continentibus, de retinendo priora beneficia dicatur, vt quæcumque beneficia, vel talia beneficia, &c. quæ obtines, poſtquam poſſeſſionem dictæ Eccleſiæ, & illius bonorum adeptus fueris, &c. vna cum Eccleſia, &c. retinere poſſis, ergo dicit Mandoſius *vbi ſupra*, quod ante adeptam poſſeſſionem nulla diſpenſatio retentionis eſt neceſſaria: Et ratio rationis eſt; quia beneficia prius obtenta, non vacant ante adeptam poſſeſſionem Eccleſiæ ad quam quis promotus fuerit: alioquin fruſtra diceret, poſtquam poſſeſſionem adeptus fuerit, & per talem diſpoſitionem non eſſet cautum promoto, ſi interim beneficia vacaſſent, vt bene Caputaquenſis *d. dec. 401. num. 4.* quia datur à lege tempus trium menſium promoto ad faciendum ſe conſecrari, quod ſi intra dictum tempus non faciat ſe conſecrari, debet ei imputari, & pari modo ei imputabitur, ſi non docet de impedimento, quare poſſeſſionem Epiſcopatus non fuerit aſſequutus, ita vt beneficia dicantur vacare, quia poſt aſſequutam Epiſcopatus poſſeſſionem beneficia vacant, vt bene Verallus *d. dec. 401.* Aldobrandinus *d. dec. 233.*

4 Quare licet ſit introductum beneficia vacare per promotionem id tamen eſt quia ſtatim, quod Papa aliquem promouet ad Epiſcopatum, decernit beneficia vacare, & illa illico confert, & hoc ſolum caſu Cancellaria tenet beneficia vacare, ſtatim poſt promotionem, hoc eſt ſi Papa in eodem conſiſtorio facta promotione alicuius ad Epiſcopatum, illco conferat beneficia, quæ prius obtinebat promotus.

Et

Et propterea Cancellaria obseruat, vt vna cum bullis Episcopatus, expeditiones faciat, pro retentione beneficiorum, cuius si expressa mentio facta non fuerit, non potest amplius fieri, & ideo formatur argumentum priora beneficia per promotionem non vacare, sed tantum per apprehensionem possessionis, quæ opinio est verissima, vnde duo inferunt DD. primum quod si promotus ad Episcopatum non adeptus est possessionem, debet restitui suis prioribus beneficiis, quia per ipsum non stetit, quo minus adipisceretur possessionem suæ Ecclesiæ, nam esset durum, & planè inauditum, debere aliquem luere pœnas cum crimen non commiserit, secundo dicunt DD. cum Mandosio *vbi. sup. q.41. num.50.* Regulam illam de beneficiis vacantibus per promotionem, non pertinere; adeoque qui ad Episcopatus apud infideles existentes promouentur cum eorum possessionem ex quavis diligentia assequi minus possint, quod etiam tradit Gigans *de pensionibus q.56.*&ideò solebat dicere Ioseph Ferrerius Referendarius vtriusque signaturæ vir insignis, & abbreuiator de parco maiori, quod de stilo beneficia per promotionem tantum, non dicuntur vacare, sed de stylo decernuntur vacare, quem sequitur Germonius *de indultu Cardinalium*, §. *si verò illa num.25. in fin.*

Vnde quando per *tex.in d.cap. cum in cunctis*, §. *cum verò de elect.* dicitur vacare beneficia electi in Episcopatum intelligitur, nisi Papa de retentionem, concessa verò retentione, tam de iure, quã de facto, cessat vacatio, & sic vigore gratiæ retentionis titulus beneficij non innouatur, sed prorogatur, *l. sed etsi manente, ff. de precario l.2.§.etsi. Index, ff. de Indicijs.* Retentio enim nihil aliud est, quam reseruatio quædam iuris antiqui, *c. dudum il.2. in fine.*vbi Abbas *n.16.de elect.*Puteus *d.430. lib.20.* cuius indicium est, quia in retentione, nec promoto noua fit collatio, nec ei traditur noua possessio; vnde adueniente morte Episcopi, beneficia dicuntur vacare per obitum: & quamvis Rota in vna Fauentina Perusina & Cremonensis coram Penia de qua idem Marchesan. *de Commiss. super Eugeniana, part. 2. §. vnico, vers. Rursus, fol. 866.* decidere videatur contrarium, tamen nihil ad nos: quia expressè dicit quod licet per promotionem ad Episcopatum de iure vacatura essent beneficia, tamen per retentionem cessauit vacatio, quia per retentionem cessat vacatio: & adueniente morte Episcopi beneficia dicentis vacare per obitum, quod & ego notaui ex Marchesano *sup. num.10.* si ergo vacant per obitum clarè colligitur non vacasse apud Sedem, nec esse affecta, ac proinde esse sub collatione Ordinarij.

Secundò, Offredus de Offredis Episcopus Massetanus, & Nuntius Apostolicus Venetiarum, erat familiaris Cardinalis Aldobrandini, & obtinuerat prius beneficia Ecclesiastica, & difficultas fuerat in Rota, an teneretur exprimere nomen, & titulum Cardinalis, cuius etiam, si præsens in Curia foret, ad id accederet consensus quod non facit ad nos, quia Cardinalis Aldobrandinus petebat vacationem spectare ad se ob indultum quoad familiares, quod indultum est peioris conditionis, quam indultum Em. Card. Filamarini prius fundatum in scriptura *num.17.*

Tertiò, decisio loquentis de pluribus affectionibus concurrentibus in Offredo de Offredis vnde non video qualiter possit applicari casui nostro, erat enim Protonotarius Apostolicus familiaris Clementis VIII. & familiaris Cardinalis Aldobrandini, & disputabatur non quidem an esset collatio Papæ, an Ordinarij, sed an requireretur consensus Cardinalis Aldobrandini, quod nihil ad nos: quia sumus in ordinario collatore & non in simplice consensu requisito, latè Marchesanus *de commissionibus super Eugeniana §. vnico num.12.fol.mihi 465.*& ideo insignis Couarr. *practicarum quæstionum cap.36. num.12.* & Lotterius *lib.3.quæst.26.de beneficijs num.58. cum seq.* dicunt quod per retentionem Episcopo concessam de beneficiis, non confertur de nouo beneficium, sed impeditur vacatio, prout in simili nullum damnum facit patronis retentio, quam dat S. P. de beneficiis Iurispatronatus, electo in Episcopatum, quia Papa impedit ne vacent, non autem affert nouam prouisionem, quia si esset noua prouisio deberet derogare Papa iuri præsentandi pro ea vice, at non facit, quia non est noua prouisio, sed impedimentum ne vacent, vt bene insignis Couarr. *vbi supra* & sequitur in puncto de iure patronatus laicali, Lambertinus *p.3. lib.2. q.principali art.19.* quia Papa dispensat, vt retineat nihil de nouo conferendo, sed quod habebat in titulum voluit, vt haberet in commendam, & durante commenda adhuc durat beneficium Lambertinus *vbi sup.* qui se remittit ad *q.6. principalem* 14. ergo vacant talia beneficia: deinde per obitum, non verò per promotionem: ergo conferri possunt ab Eminentissimo Cardinali, non verò à Sede Apostolica, quidquid dicat Cokier *in regula 25. alias 24.n.26.*

Probatur secundò, quia Cardinales non subiiciuntur regulis Cancellariæ, quia regulariter regulæ Cancellariæ, & aliæ constitutiones generales non includunt Cardinales, vt post Iasonem *conf.115. lib.4.* & alios docet Gonzalez *supra Regulam 8. Cancellariæ glossa 24.à num.11. cum sequentibus*, vbi ait, quod nullæ Regulæ includunt ipsos, & in specie quod neque Regula prima, cum qua conformatur textus in extrauaganti iniunctæ de electione, vbi beneficium Sede vacante, quousque non fuerit capta actualis possessio vacauerint, ad successorem non pertinent in conferendo, sed à S. P. conferri debent, quæ quidem regula non comprehendit Cardinales, vnde Eminentissimus Filamarinus cum non adhuc possessionem Archiepiscopatus cepisset beneficia quondam D. Ioannis Baptistæ Guerræ liberè prouidit, & à Datario fuit tunc temporis approbata collatio ex eo quod Cardinales non subiiciuntur Regulis, nec extrauagantibus, & decisio Cassadori 3. *sub. tit. de constitutionib.* quæ dicit, quod sunt reseruata per retentionem procedit in Episcopis, non in Cardinalibus habentibus indultum, quia posita retentione ex Bulla 8. Iulij 3. quæ incipit Sanctissimus in Christo Pater, retineri non possunt in conscientia talia beneficia, nondum expeditis litteris dispensationis, quam Bullam exornat Nouarius *tom.1. sup. Bullis fol.82.*

Quod indultum Cardinalibus à Papa concessum nihil aliud operatur, quàm remouere constitutiones ordinarias, & sic tollit impedimentum per Regulas Cancellariæ, aliasque Pontificias constitutiones ordinarias, quibus impeditur, quo minus singulis mensibus, & quæcumque beneficia conferat, vt latè Germonius *de indultu Cardinalium*, §. *tibi quoad vixeris num.42. fol.433.* sic videmus quod per text. *in extrauaganti ad Re-*

gimen. de præb. confirmatum per Regulam Cancellariæ primam, ſunt reſeruata beneficia familiarium Papæ, & Sedis Apoſtolicæ officialium, ſed tamen vtraque non obſtante, voluit Pontifex à Cardinalibus ea conferri poſſe vt latè Quintilianus Mandoſius *ad Regulam Cancellariæ* 1. *q.* 5. 6. *& vlt.* Anaſtaſius Germonius *de indultu Cardinalium*, §. *etiam ex eo n.* 44. *fol.* 452. *col.* 1.

14 Probatur tertiò, quia Cardinalis vigore indulti poteſt beneficia omnia conferre, etiam duplici, & triplici ac multiplici reſeruatione affecta, niſi ea Papa ſibi expreſsè reſeruauerit, vti ſunt poſt Pontificales in Cathedralibus maiores, & in collegiatis principales, item ea quæ dicuntur conſiſtorialia, quæ conuentum habent, vel quorum fructus in libris cameræ taxati reperiuntur, de quibus plura Germonius *de indultu Cardinalium*, §. *etiamſi*, vel ea quæ fuerunt familiarium, & continuorum commenſalium eiuſdem Roman. Pontificis indultum concedentis, eorum inquami qui verè, & actualiter familiares, & commenſales ſunt, aut dum Cardinalatus fungebatur honore, fuerunt, vt in *d.* §. *etiam*, qua in re duo ſunt conſideranda, primum quod Cardinalis ille qui poteſt conferre virtute indulti, omnia beneficia reſeruata, exceptis illis, quæ ſuperius enumerauimus, eſt ordinarius collator, ita vt ordinarium, non extraordinarium habeat indultum, & dummodo talia beneficia vacent extra Curiam.

15 Quare Cardinalis, cui conceſſum eſt indultum ordinarium poteſt conferre omnia beneficia, illis dumtaxat exceptis, ſi vacent in Curia, prout bene Germonius *de indultu Cardinalium*, §. *commendare num.* 34. quia Indultum nihil aliud eſt, quam remotio impedimenti, quo impediuntur ordinarij collatores per Regulas Cancellariæ, & extrauagantes, quominus poſſint omnia, & ſingula conferre beneficia, quod ante promulgationem regularum, & extrauagantium, ordinarij conferebant, beneficia omnia, per mortem cuiuſcumque; indultu vero conceſſo ſublatum eſt omne impedimentum, & ordinarius collator reſtituitur in priſtinum eius ſtatum, ſi verò indultum fuerit extraordinarium, non ita ratio diſpa-

16 ritatis eſt, quia indultum ordinarium eſt fauorabile, ſed extraordinarium eſt odioſum, & quia odioſum debet reſtringi, itavt non extendatur ad beneficia duplici reſeruatione affecta, de quibus intelligi debent ea quæ diximus ſuprà: nam quando Papa concedit Cardinalibus, vt poſſint conferre beneficia per obitum ſuorum familiarium vacantia, dat quod ipſi non habent, ſed dum concedit Cardinalibus collationem habentibus indultum, nihil dat, ſed remouet obſtacula, quibus impediebantur quominus conferrent, ergo eſt differentia manifeſtiſſima.

17 Dices: ſi Cardinalis habens indultum eſt melioris conditionis, quam ſit Cardinalis habens indultum quoad familiaritatem, quia Papa concedendo indultum, nihil confert ei qui habet ordinariam collationem: ergo ſequeretur idem eſſe dicendum de quolibet ordinario, etiam non Cardinali habente indultum: ſed hoc eſt falſum, quia aliter à Rota fuit deciſum *in deciſ.* 85. apud Verallum *vbi* Rota dicit, quod indultum conceſſum Epiſcopo conferendi beneficia vacantia apud Sedem Apoſtolicam non operatur, vt poſſit conferre beneficia reſeruata duplici reſeruatione, ergo mala concluſio.

Reſpondetur cum eadem Rotæ deciſione, quod ibi Papa reſtrinxit ſe ad vnicam reſeruationem: non enim dubium eſt, quin inter alias reſeruationes adſit vacatio apud Sedem, & ex eo quod Papa conceſſit indultum, vt poſſit conferre beneficia vacantia apud Sedem, ex ſpecificatione facta in indultu, clarè patet Papam noluiſſe dare prouiſionem de beneficiis reſeruatis aliomodo, quam ex vacatione apud Sedem, *arg. in l. cum Prætor, ff. de iudiciis*, & quia in indultu fuit facta ſpecialis mentio de vacantibus apud Sedem, non videtur quod in ea comprehendatur alia reſeruatio diuerſa, & diſſimilis Rota *in deciſ.* 1. *de offic. deleg. in antiquis*, Cruetta *conſ.* 6. *num.* 11. *lib.* 1. tum quia ſumus dicit Verallus *in d. dec.* 87. *num.* 3. in illis, in quibus Papa ſolet ſe difficilem præbere, vnde verba quantumcumque generalia non comprehendunt caſum non expreſſum, vt per Ioannem Monachum *in cap.* 1. *in verbo Natalium de filiis presbyterorum in* 6. Baldus *in cap. naturalis ſi de feudo fuerit controuerſia*, ſed in indultu Cardinalibus conceſſo Papa non ſe reſtringit ad vnicam vacationem, ergo neque nos debemus eam reſtringere, cum ſit cauſa fauorabilis, vt bene Anaſtaſius Germonius *de indultu Cardinalium, fol.* 401. *num.* 39.

Quando tamen beneficia vacant in Curia tunc 18
ſunt reſeruata etiam poſito dicto indultu Cardinalium, vt in *d.* §. *ſi verò*, & talis reſeruatio beneficiorum, quæ vacant in Curia, eſt maior reliquis omnibus reſeruationibus, *cap.* 2. *de præb. in* 6. Rota *dec.* 4. *de præb. in nouis*, quia talis reſeruatio non ſolum eſt inducta de iure communi, ſed etiam confirmatur per Regulas, verùm Papa non con- 19
fert beneficia vacantia in Curia ſpectantia ad Cardinalem vigore indulti, niſi accedat expreſſus conſenſus Cardinalis habentis indultum, ſi eſt Romæ, vel ſi eſt abſens requirit conſenſum eius procuratoris, Cardinalis Puteus *deciſ.* 31. *libro* 20.

Vacare verò dicuntur in Curia, vel apud Se- 20
dem (quæ paria ſunt ex *gloſſa in cap. ſtatutum de præb. in* 6. Iacobus Simonetta *de reſeruat. beneficiorum quæſt.* 3. *num.* 20.) Primò ſi vacant per obitum 20. ſi vacant per alterius beneficij aſſecutionem, promotionem, priuationem, per decretum, ſi in bullis dicatur quod prouiſus teneatur expedire nouam prouiſionem, aliter beneficium vacet, vel ſi fuerint reſignata in Curia, licet procuratoris conſtitutio alibi facta ſit; ſic in Curia vacant reſeruata per extrauagantem ad Regimen *de præb.* Ioannes Caldarinus *conſ.* 9. *de præb.*

Rectius tamen dicunt alij cum Rota *deciſ.* 4. 21
in nouis de præb. quod eſt maxima differentia quando beneficia vacant in Curia per obitum, vel per alios ſupradictos modos, ſi ſint deuoluta, & ſpecialiter reſeruata, nam aliud eſt dicere beneficium vacans apud Sedem Apoſtolicam conferre, & aliud reſeruatæ Sedi Apoſtolicæ conferre, quia habens facultatem conferendi reſeruata, poteſt etiam conferre generaliter reſeruata (exceptis tamen vacantibus per obitum apud Sedem) & ſic beneficia vacantia in Curia dicuntur ſpecialius cæteris affecta, *d. cap.* 20. Mandoſius *in Regulis Cancellariæ in præfatione quintæ regulæ.* Neque veniunt ſub generali facultate conferendi, *gloſſa in cap.* 1. *de off. legat.* Gambarus *de legationibus lib.* 3. *num.* 122. Mandoſius *in additionibus ad* Lappum *alleg.* 84. *lit. D*, *in* verbo *non includuntur*, Paulus Granutius *in additionibus ad Simonettam d. quæſt.* 26. Æneas de Falconibus *de reſeruationibus quæſt.* 4. *effectu* 43.

Vnde de vacantibus in Curia Cardinalis ne- 22
quit

quit prouidere DD. *in cap.2.de prab.in 6.* Gabriel *de clausulis concl.20. effectu 8. num. 90.* Verùm S. P. prouidet, sed cum consensu Cardinalis, vt bene Cardinalis Puteus *dec. 31. lib. 2.* & sic de vacantibus in Curia, eorum collatio spectat ad Papam, habito consensu Cardinalis, vt benè Germonius *de indultu, §. si verò illa num.11. fol. 494. col.2.* & sic Papa in canonicatibus, qui vacarunt in Curia diuersorum Canonicorum ad Episcopatus promotorum semper consensum requisiuit ab Eminentissimo Filamarino, quod fieri solet de honestate; beneficia verò quæ sunt de iure patronatus, non conferuntur à Papa, etiamsi vacent in Curia, vt latè Germonius *vbi supr. à num.12. cum sequentibus:* Nec defuerunt alij DD. dicentes, quod quomodocumque vacauerint beneficia in Curia, non erit valida collatio facta per Papam, nisi accesserit consensus Cardinalis habentis indultum, si præsens fuerit; vel si absens, eius procuratoris, sed ab hac regula excipiuntur beneficia, quæ vacant per resignationem factam in manibus Papæ, vt in dicto indultu habetur.

23 Imò si Cardinalis habeat indultum, vt possit conferre beneficia vacantia in Curia per promotionem, amissionem, vel quamcumque aliam dimissionem, etiam in manibus Papæ simpliciter factam, non autem si cessio, seu renunciatio esset facta in fauorem certæ personæ, Cardinalis Puteus *dec.423. lib.20.* nam eo casu nisi in fauorem illius admitteretur beneficium, non diceretur vacare.

Nec omittendum est scire, quod si Papa confert beneficium, quod spectat ad Cardinalem vigore indultus, tenetur Papa dicere non obstante indultu, tum propter clausulam decreti irritantis, tum ob reuerentiam, quæ S.R.C. Cardinalibus haberi solet, quippè qui non subiiciuntur regulis Cancellariæ, aliisque extrauagantibus constitutionibus, nisi nominatim illis includantur Gomesius *in proœmio ad Regulam quæst. 4. & ad regulam de impetrandis beneficiis vacantibus per obitum fam.* Card. Germonius *in §. alioqnin à num. 20. cum sequentibus*, ergo opus est indulti mentione, Parisius *cons.79. lib. 4.* Puteus *d.141. lib.20.* Caputaquensis *decis.82. p.2.* & idem Puteus *dec. 190. lib. 3.* dicit sufficere si nominetur Cardinalis puta (non obstante indultu Archiepiscopi Cardinalis Neapolitani) cum vnus sit Cardinalis Neapoli, & neque requiritur specificatio nominis indiuidualis, vel tituli Cardinalis, vt in *decis.88. diuers.part.3. lib.20.* Sola fuit difficultas in coadiutoria cum spe futuræ successionis, an sit necessaria derogatio indulti, in qua difficultate Rotæ Auditores varij fuerunt: verùm in vna Tolosana Canonicatus fuit resolutum esse necessariam *decis.82.& 84. lib.20.* quod alij impugnarunt.

Dices talia beneficia sunt affecta, ergo non poterit Eminentissimus Cardinalis ea conferre.

24 Pro solutione difficultatis suppono primo, quod affectio, & reseruatio differunt inter se, quia affectio respicit actum realem, reseruatio verò actum verbalem, idest reseruatio fit per expressam dispositionem Summi Pontificis reseruantis: affectio verò inducitur ipso facto, putà quando Papa apponit manum super prouisione alicuius beneficij, tunc enim beneficium illud dicitur affectum, absque alia declaratione verbali. Sed quando Papa expressis verbis, veluti per constitutionem, aut ordinationem declarat, se velle beneficium reseruare, tunc non dicitur affectio, sed reseruatio, vt benè Mohedanus *decis. 9. de prabendis*, & sic inter affectionem, & reseruationem ea est differentia, quæ inter causam, & causatum, & inter expressum, & tacitum, Gonzalez *in Regula 8. Cancellariæ, glossa 52. num.5.* & licet inter se differant affectio, & reseruatio, tamen affectio est eiusdem saltem efficaciæ, cuius est reseruatio, vt benè Lotterius *de beneficiis lib.2. quæst.26. num.29.* quia affectio per impositionem manus Papæ semper implicat specialem reseruationem per tex. *in extrauaganti ad Romani Pontificis, §. Romani quoque de prabend.*

Suppono secundo, quod affectio beneficij per 25
appositionem manus Papæ, locum habet, & producit effectum reseruationis, quamvis prouisio, seu gratia esset subreptitia, vel nulla, Rota *dec.550. num. 4. p.1. Recentiorum ex d. §. Romani quoque* Ænea de Falconibus *de Reseruatione beneficiorum q.4. principali effectu num.16.* quod si fieret prouisio à Papa cum falsa causa vertente circa pertinentiam collationis non induceretur reseruatio, puta si Papa conferret beneficium tanquam reseruatum, cum tamen verè non esset reseruatum, Romanus *cons.335. num.11.* hoc ipsum dico si falsitas causæ versaretur circa vacationem ipsam principaliter narratam, cum tamen beneficium verè non vacaret, Geminianus *in cap. si tibi n.18.* & ibi Francus *num.14. de prab. in 6.* His suppositis.

Respondetur ad argumentum, quod affectio 26
non habet locum, quando ex tali manus appositione resultaret derogatio indulti concessi alicui Cardinali, nisi expressè Papa concedendo retentionem illi indulto derogasset, vt notat Riccius *collect.1452. vers. Limitatur tertiò*, qui idem testatur ibidem *in 5. limitat.* si agatur de beneficio iurispatronatus laicalis, vel mixti: quia sicuti 27
in eo non cadit expressa reseruatio in præiudicium patroni, ita nec tacita ex appositione manus Summi Pontificis, dicens ita fuisse iudicatum in Rota, quod tamen intelligit Gonzalez *d. glossa 52. num.54.* nisi constaret de mente Papæ veluti quod expressè, & sufficienter derogasset iuri patronatus pro illa vice: ergo cum in præsenti non constet de tali indultus derogatione potest dici beneficia prædicta fuisse affecta: sicuti manus appositio non inducit reseruationem, in beneficiis Galliæ in quibus Ordinarius potest conferre; perinde ac si non essent affecta, aut reseruata, Rebuffus *in praxi in tit. forma signaturæ, in verbo affectum, vers. quam reseruationem*, quam declarat Tondutus *lib.1.cap.26.n.24.*

Respondetur secundo, quod affectio cessat 28
quando est diuersum vacationis genus, veluti Summus Pontifex contulerit beneficium ex causa permutationis principaliter narrata, & deinde diuersa vacatio contingat, veluti per obitum, aut alio diuerso modo ab illo, super quo manum apposuit: nam tunc manus appositio Papæ, non obstabit quoad illam diuersam vacationem, vt bene Geminianus *cons.136.* Lancellotus *2.p.de attentatis cap. 10.num.9.* ergo in præsenti cum Papa manus appositerit per promotionem concedendo retentionem, non habebit locum affectio quando est alio modo vacatio, prout in præsenti, vbi est per obitum: hinc dixit Gonzalez *in Regula 8. Cancellariæ, glossa 52. num.9.& glossa 15.§.2.n.31.* quod cessat affectio, & beneficium amplius reser- 29
uatum non est per appositionem manus Papæ,

quando

quando gratia eſt perfecta, & collatio Papæ fuit ſortita effectum per prouiſionem ſubſequutam, nam affectio locum non habet quoad futuras vacationes, & ſubdit Gonzalez, quod gratia dicitur perfecta ad finem excludendi reſeruationem tacitam, quamvis poſſeſſio beneficij capta non fuerit, neque litteræ expeditæ, imò per ſolam ſupplicationem ſignatam, dummodo fuerit regiſtrata, & parti tradita, quamvis poſſeſſio nondum capta fuerit, neque litteræ expeditæ, ceſſat affectio beneficij, & per conſquens reſeruatio, & ideò ſi prouiſus à Sede Apoſtolica de beneficio reſeruato poſt ſignatam, & regiſtratam ſupplicationem decedit extra Curiam in menſe ordinario poterit ordinarius de tali beneficio diſponere, quia affectio, & reſeruatio beneficij eſt finita, Gonzalez *d.gloſ.* 15.§.2.*num.*34.

30 Ampliatur ergo concluſio generalis, vt vacent beneficia per promotionem ad Epiſcopatum, etiamſi quis habuerit prouiſionem alterius Epiſcopatus, cum eodem Epiſcopatu, *arg.tex.in cap.niſi cum pridem de renunciatione*, vel ſi promoueatur ad Cardinalatum Collectatius *in cap.fin.de conceſſ. præb.* vel quando quis ad Summum Pontificatum eligitur, vt in ſpecie conſuluit Hieronymus Gabrielius *conſ.*200. quando Ioannes Angelus Medices in Pontificem Maximum fuit aſſumptus, & fuit vocatus Pius Quartus, quod etiam contigit tempore Clementis Sexti, vt ait Collectarius *vbi ſup.*

31 Limitatur tamen cõcluſio quando promotus ad Epiſcopatum impetrauerit diſpenſationem ſuper retentione beneficiorum, de qua retentione plura Mandoſius *in praxi ſignaturæ gratiæ, verſ. Diſpenſatio ſuper retentione propter promotionem:* verum litteras expedire debet, Cardinalis Puteus *deciſ.* 327. quod tamen limitatur, vt non procedat in permutatione Epiſcopatus, quia quoties ex cauſa permutationis, aliquis accipit alium Epiſcopatum, toties habet retentionem beneficiorum, nec obligatur ad expeditionem litterarum ſuper ea retentione; ideò non cadit in pœnam motus proprij, verum tamen eſt, quod retentio beneficiorum conceſſa extenditur ad obtenta tam de iure, quàm de facto, & è contra Verallus *deciſ.* 251. *lib.*1. Granucius ad Simonettam *q.* 25. vbi etiam quærit an in hac retentione beneficiorum, ſi promotus, qui beneficia iuris patronatus habebat illa non expreſſit, cenſeatur ſubreptitia, & beneficia vacent ad commodum patronorum, & dicit quod ſic, latè Gambarus *de legationibus lib.* 3.*n.*499.

32 De penſionibus tamen eſt difficultas, an vacent per promotionẽ ad Epiſcopatum: & reſp. communis eſt vacare, Rota apud Verallum *deciſ.* 303. 304. 313. 319. *&* 100. *part.*2. Aldobrandinus *deciſ.* 203. & licet aliqui dicant vacare ſtatim per promotionem, tamen veritas eſt non vacare ante adeptam poſſeſſionem, quia data fuit penſio pro ſuſtentatione, Gigans *de penſionibus quæſt.* 51. Caccialupus *de penſionibus quæſt.*8. idem Gigans *quæſt.* 96. Gomeſius *in regula de infirmis quæſt.* 16. Verallus *d. dec.* 100. Barboſa *in tract. de exigenda penſione in princ.* ergo amittit penſionem, qui Epiſcopatum conſequitur, niſi ei fuerit conceſſa retentio.

33 Difficultas tamen eſt, quod ſi fuerit data retentio, ſed non conſtet de qua penſione intelligatur, v.g. quis habebat plures penſiones ſuper pluribus, & diuerſis Eccleſiis, & in gratia retentionis expreſſa, & indiuidua mentio de Eccleſiis Cathedralibus facta non ſit, an penſio quam habet promotus ſuper Cathedralibus intelligatur reſeruata, cum in generali conceſſione non comprehendantur Eccleſiæ Cathedrales, *cap.* 2. *cap. dilectus de conceſſione præbendæ, cap. quamvis de præb.in* 6. & dato quod comprehendantur an talis retentio intelligenda ſit, de duabus tantum, an verò poſſit intelligi de tribus, aut quatuor, cum enim materia ſit odioſa videtur, quod debeat reſtringi ad duas, non autem tres comprehendat, Collectatius *in cap. dudum de electione*, tum quia ſufficit, quod diſpenſatio in aliquo operetur Cardinalis Puteus *deciſ.* 446. *lib.*1.

In qua difficultate ambigui fuerunt Auditores 34
Sacræ Rotæ, teſte Aldobrandino *deciſ.* 233. videntur tamen concordes, vt gratia illa comprehendat Eccleſias Cathedrales, cum in gratia adſint verba geminata, omnibus, & ſingulis, quæ reddunt gratiam ita amplam, vt Cathedrales comprehendantur, Oldradus *conſ.* 215. *num.* 6. Felinus *in cap. noſtra coroll.* 39. *de reſcriptis*, & non debet extendi ad vnas, vel duas Eccleſias, ſed ad plures, quia ſi ad duas tantum gratia eſſet redigenda, ſuperflua redderentur illa verba vniuerſalia, & geminata, ex quo pluralis loquutio ex ſui natura, etiam ſine ſigno vniuerſali duo comprehendit, & ideo licet talia verba infinitatem, non debeant importare, debent tamen plura, quam duo ſignificare, hæc ſigna vniuerſalia, Crauetta *conſ.* 190. *num.* 4. *&* 294. *lib.*1. Tiraquell. *in l. boues*, §. *hoc ſermone limit.* 25. *ff. de verb. ſign.* Gomeſius *in Regula de annali q.*3. *& de triennali quæſt.* 2. & eſt videnda *deciſ.* 233. *&* 240.

Sed eſt difficultas an retentio penſionis con- 35
ceſſa promoto ad aliquam Eccleſiam, quæ penſio erat eidem à principio conceſſa cum facultate transferendi, dicatur conceſſa cum eadem facultate transferendi, Verallus *deciſ.* 303. *p.*2.*&* 99. *ac* 100.*p.*3. dicit quod in Rota fuit deciſum, non eſſe conceſſam, niſi in retentione detur etiam facultas transferendi, & quidem expreſsè, quia facultas transferendi non eſt quid acceſſorium ad penſionem, ſed eſt quid extrinſecum, nec eſt de eſſentia, & natura penſionis, *&* *deciſ.*92.*&* 319. *p.* 2. ergo ſicuti in aſſignatione penſionis ſi quis vul facultatem transferendi, debet expreſsè illam petere, & obtinere ita in retentione, & debet exprimi ipſa retentio tranſlationis in diſpenſatione, Rota *deciſ.* 65. *de reſcriptis*, tum quia prorogatio cum reſpiciat præiudicium tertij, dicitur nouus actus etiam in odioſis, vt in facultate transferendi, Dec. *in cap. de cauſis de off. deleg.* & in nouo actu requiritur expreſſa mentio illius qualitatis, poteſtatis transferendi, Verallus *deciſ.* 100. *num.* 14. nam natura penſionis eſt, ad tempus, & morte penſionarij extinguitur ſicut vſus fructus, *cap. fin. de pignorib.* §. *finitur, Inſtit. de vſufr.* Caccialupus *de penſionibus quæſt.*1.*n.*50. Gigans *de penſionibus quæſt.*1.*num.*50. & facultas transferendi operatur perpetuitatem penſionarij primi, & ſic contra penſionis naturam. 36

Difficultas tamen eſt, an ordinarius collator, qui habet indultum conferendi etiam reſeruata beneficia, debeat ea conferre intra tempus à Iure communi definitum quod eſt ſex menſium, *cap. nulla de conceſſ. præb. cap. licet, & fere per totum de ſupplenda negligentia prælatorum*, Clement. 1. *eod.tit. de ſupplenda neglig. Prælatorum*, & ſi non contulerit, an collatio deuoluatur, & pertineat ad Sedem Apoſtolicam.

Reſp.

Resp. pertinere ad Sedem Apostolicam, ita Cassadorus *decis.* 8. *de præb.* Rota *in nouis dec.* 14
37 *de rescriptis*, Ægidius *decis.* 735. Crescentius *decis.* 15. *de præb.* verùm tempus illud sex mensium non currit, nisi à die habitæ notitiæ vacationis, *cap. quia diuersitatem de conces. præb. cap. licet* vbi Innocentius *de supplen. negligentia Prælatorum*, Romanus *cons.* 228. Tiraquellus *de retract. lignag.* §. 35. *glossa* 4. *num.* 5. Serafinus *in vna* Tolosana *beneficij* 18. *Nouembris* 1578. quæ hodie est *p.* 1. *decisionum diuersorum*, *decis.* 481. Ignorantia tamen debet esse verisimilis, & probabilis, vt in simili decidit Rota *d. decis.* 481. verisimilis autem existimatur ignorantia ex longitudine temporis, & ex qualitate beneficij, Abbas *in d. cap. quia diuersitatem num.* 5. Romanus *cons.* 481. Achilles de Grassis *de supplenda neglig. Prælatorum decis. vnica*, maximè si adest fumus scientiæ, Seraphinus *d. decis.* 481. semestre ergo non currit, nisi à die scientiæ, non ignorantiæ: alioquin quis puniretur sine culpa sui, quod nec naturalis, nec ciuilis ratio suadet, vel si collator fuerit legitimè impeditus, & ideo in illo semestri concesso *in d. cap. quia diuersitatem*, non contineri tempus suspensionis respexit Innocentius *in d. cap. quia diuersitatem*, quod etiam procedit si suspensus sciat beneficium vacare, nisi sit negligens in petenda absolutione, *arg. text. in cap. vlt. de elect.* vbi DD. Abbas *in d. c. quia diuersitatem.*

Provt in simili de præsentatione, dicunt DD.
38 nam patroni Ecclesiastici habent semestre tempus, laici vero quatrimestre, *cap.* 1. *de iure patron. in* 6. & hoc tempus non currit eis à tempore vacationis beneficij, sed à tempore notitiæ, siue iure proprio, siue deuoluto, *d. cap. quia diuersitatem*, vbi Abbas *num.* 8. *& d. cap. licet de supplenda neglig. Prælat.* quod si patronus laicus est negligens, vt infrà quatrimestre non præsenter, ad superiorem deuoluitur potestas conferendi, & hic habebit semestre, *d. cap. vnico de iurepatronatus in* 6. quia mutata conditio personæ, statim mutatur conditio rei, *arg. in l. cum quis sibi* §. 1. *ff. de solutio. l.* 1. §. *is quoque ff. de coll. bonorum. cap. dilectus l.* 3. *de præb. cap. translato de constitutionib.* Federicus de Senis *cons.* 124. Abbas *in d. cap. quia diuersitatem num.* 8.

Sed quæstio est an illud semestre, quod com-
39 petit Episcopo ex deuolutione, vel alteri superiori, incipiat currere à die notitiæ, quam patronus laicus habuit, an verò à die deuolutionis, putant communiter competere à die deuolutionis, ita Ioannes de Selua *de beneficiis part.* 3. *quæst.* 59. *num.* 3. *&* Paulus de Citadinis *de iurepatronatus part.* 6. *art.* 3. *num.* 44. scribit non solum ex iure deuoluto dari sex menses integros Episcopo, ob negligentiam patroni, sed etiam alios integros sex menses Metropolitano ob negligentiam Episcopi, & alios sex integros menses Summo Pontifici ob negligentiam Metropolitani, itavt ius eligendi gradatim devoluatur, & cuilibet detur integer terminus, *cap.* 2. *de conces. præb. d. cap. licet de suppl. neglig. Prælatorum.*

Quoad confirmationem verò, & institutionem
40 non est determinatum infrà quod tempus fieri debeat, sed si fuerit negligens superior, ad quem spectat, poterit præfigi terminus ad confirmandum, vel instituendum, quo elapso ipse supplebit, Ioannes Andreas *in cap. cum Ecclesia de electione*, Abbas *in cap.* 2. *num.* 12. *de conces. præb.* Rota *decis.* 4. *de iurepatronatus in nouis*, Selua *de beneficiis p.* 3. *quæst.* 64. vnde ait ibi *num.* 3. Semestrem non currere superiori in cuius manibus sunt beneficia resignata causa permutationis, quia tempus ad cõfirmandum nullum à iure præfixum reperitur, *cap. cum in te de iurepatronatus* nec aliquid obstat text. *in cap. nulla de conces. præb.* quia loquitur in habente liberam potestatem conferendi, vbi non adstringitur renunciantibus conferre, Clement. 1. *de rer. permutat.* & re beneficia remaneant in suspenso idem remedium poterit adhiberi, quod suprà, videlicet, vt collator ordinarius compellatur à superiore, ad talia beneficia conferenda, aut ab eo præscribatur tempus ad hoc perficiendum, quo decurso prouidebit, *arg.* text. *in cap. nullus, & cap. Irrefragabilis de offic. ordinarij*, vel si ordinarius conferre noluerit, & liquido constabit de refutatione, liberè poterunt permutantes ad sua priora redire beneficia, sub illa conditione resignata, *arg. text. in cap. si de beneficio de præb. in* 6. *& cap. potuit de locato, & cap. super eo de appell. &* Clement. *quamvis de appell.* Textus in Extrauag. ad regimen de præb. fuit temporalis, & in vita conditoris tantum duratura: præterea renouatur per S. Pontifices in Regula 1. Cancellariæ & comprehendit beneficia tum sæcularia tum Regularia, & beneficia Religionis S. Ioānis: verum Rex Hispaniarum habet ex antiquissima consuetudine priuilegium vt promotus ad Episcopatum sui Regij patronatus, renunciet beneficia quæ ante promotionem obtinebat in fauorem personæ à se assignatæ, & huic, & non alteri Pontifex confert: latè Barbosam 20. *tom. voto* 83.

Hoc iuris Canonici responsum scripsi pro veritate, hodie 10. Februarij. 1657.

Quia nonnulli verò Aduocati Romani scripserunt contrarium, ideo damus eorum scripta & in fine respondemus ad vtraque.

DEcisio Cassadori 2. *de constit. in fine*, tollit dubium quod alias maximum habebatur circa intellectum Extrau. *Ad regimen de præbend.* in quo fundatur Dataria pro sustinenda vacatione apud sedem beneficiorum quæ vacant per obitum Episcoporum quando per ipsos de tempore promotionis obtinebantur, & indultum retinendi habuerunt; In ea namque dicitur quod visa originali d. Extrau. extracta ex quinterno Cancellariæ Apostolicæ leguntur nonnulla verba, quæ in quibusdam impressis deficiunt, provt deficiunt in meo Volumine nempè, quovis modo in posterum vacatura: in quibus d. Decisio merito constituit totum fundamentum quod siue talia beneficia per promotos obtenta vacent ex tunc siue vacent in posterum, eo quod per gratiam retentionis fuit vacatio suspensa; nihilominus intret reseruatio, de qua in eadem Extrau. cum eius verba sint nimis clara & inhærendo part. eiusdem Extrau. dispositioni *in verbis præfatis*, fuit idem concluſum in vna Elbernienſis Archidiaconatus de anno 1519. coram Simonet. relata per eundem Cassad. *d.* 3. *eod. tit. de constit.* & latius comprobat de Simonet. *in suo tract. reseru. q.* 27. *num.* 5. vbi punctualiter hanc quæstionem excitat, si Papa promouet aliquem cum retentione beneficiorum, isque deinde moriatur, in parte, an eius beneficia censeantur taliter reseruata, vt nemo præter Papam de ipsis disponere possit, & affirmatiuè resoluit per d. Extrau. ad Regimen quia

cum ad certum tempus ſe non reſtringat generaliter debet intelligi, quocumque tempore ſint vacatura, & Mandoſ. *in reg. 2. quæſt. 15. numer. 6. & 7.* idem comprobat per eadem fundamenta ſequendo DD. deciſiones Caſſadori, ſcil. & hoc tenent Garc. *de benef. par. 11. cap. 6. num. 30.* & Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſc. allegat. 57. numer. 76.*

Neque obſtat deciſio in Peruſina, Fauentina, & Cremonenſi reſeruationis beneficiorum coram Peña impreſſa penes Marcheſ. *de Commiſſ. part. 2. pag. 465. vbi num. 11. in fine*, excitatur obiectum quod ſtante retentione beneficiorum conceſſa in promotione ad Epiſcopatum: beneficia videantur vacare vt priùs, & ſic per promotionem: cui reſpondetur *num. 12.* quod licet per talem promotionem de Iure beneficia eſſent vacatura, quia tamen Papa retentionē conceſſit, ceſſauit vacatio, cuius gratiæ vigore titulus non fuit innouatus, ſeu prorogatus; non tamen in ea excluditur reſeruatio vigore dict. Extrau. Sed potius bene proſpecta, licet ſatis obſcure loquatur excludit vacationem per obitum *ibi:* retentio enim nihil aliud eſt quàm reſeruatio quædam Iuris antiqui nihil de nouo tribuens & infrà *ibi:* Quia in retentione, nec noua fit collatio, nec traditur noua poſſeſſio: vnde adueniente morte Epiſcopi beneficia dicuntur vacare per obitum; & dubietas, ſi qua remaneret in percipiendo, quid ſenſerit Rota in præfatis verbis ſatis remouetur ex ſubſequentibus ibi: Et hoc voluiſſe Rotam apud Caſſad. *dec. 3. de conſtit.* affirmat Anton. Auguſt. in Epitome ſuper 1. *reg.* §. 6. dicens conſtitutionem, *Ad regimen* habere locum, vbi datur retentio, vel diſpenſatio licet beneficia per obitum poſt conſecrationem vacent.

Petam quoque confirmationē ex voto bo.me. Bemboldi in vna Treuerenſi Præpoſ. cum quo dicitur concordare deciſionem in eadem Cauſa emanatam coram bo.me. Cocen. 12. Freb. 1624. quam cum non ſit impreſſa, reperire non potui. In eo enim dicitur quod (etiam circumſcripto decreto quod apponi ſolet in gratiam retētionis, & quo ſtante nemo eſt, qui neget vacationem apud Sedem) quandocumque talia beneficia vacare contigerit, apud Sedem vacare dicantur, tam ex diſpoſitione dict. Extrauag. *Ad regimen* quàm extrau. *Ex debito de elect.*

Et ita ex punctis de Iure reſpondendum ēenſeo: ſaluo ſemper, &c.

Proſper Boctinius Aduocatus.

NEAPOLITANA BENEFICII.

CVm Indultum conferendi beneficia conceſſum Eminentiſſimo Cardinali Archiepiſcopo non comprehendat beneficia vacantia apud Sedem ſummoque Pontifici reſeruata *cap. 2. de prabend. in 6.* Extrau. ad regimen *eod. tit.* & firmat Gonz. *ſuper regula 8. quæſt. 13. num. 37.* Æneas de Falcon. *in tract. de reſeruat. quæſt. 4. effect. 6. num. 9. & effect. 43.* Simonet. *de reſeruat. quæſt. 26. num. 6. & 7.* & ita firmauit Rota in Treueren. Præpoſituræ 12. Februarij 1624. coram bo.me. Coccino iuxta votum adiunctum b. m. Remboldi, cum quo alia vota tranſierunt, & priùs in adiuncta Salisburgenſi 7. Iulij 1621. coram bon. m. Cardinali Fabritio Veroſpio *col. 2. verſ. quia reſpondetur*, in qua etiam firmatur procedere non obſtante clauſula *dommodò nos*, &c.

Neceſſario ſequitur non comprehendi beneficia prius obtenta, & per promotionem ad Epiſcopatum vacantia, pro quibus Papa conceſſit retentionem, cum illa vacare dicantur apud Sedem, vt habetur in *Extrauag. ad regimen verſ. rurſus monaſteria de prabend. Iuncta extrauag. ex debito de elect.* & firmat Caſſad. *dec. 3. de conſtit.* Franch. *in cap. præſenti §. ſanè ſub num. 4. verſ. ſexto adde, de præben.* Simonet. *de reſeruat. quæſt. 27. num. 1. cum ſeqq.* Gambar. *de offic. leg. lib. 3. numer. 226.* Barboſ. *de offic. Epiſcopi, alleg. 57. n. 26. verſ. ſed quid ſi* Gonzal. *dict. gloſ. 13. num. 29. & 37.* Cocchier. *ſuper reg. Cancell. pag. 256. num. 28.* Mandoſ. *ſuper reg. 1. p. quæſt. 15. per totam.* Anton. Auguſtin. *in Epitom. ſuper regula Canc. §. 6.* Nauar. *conſ. 9. n. 1. & 5. de elect.*

Idque eò magis precedit ſi in promotione, vti ſolet, fuerit appoſitum ſolitum decretum, &c. vt firmatur in dicto voto Remboldi, & in dicta Salisburgenſi præpoſituræ coram Cardinali Veroſpio.

Et ita in ſimili beneficio reſignato in manibus Papæ vacare dicitur apud Sedem ad effectum excludendi iudultum conferendi firmat Archid. *in cap. 2. ſub num. 1. in fine, in verbo ſuper Sedem, de prabend. in 6.* Garz. *de benefic. part. 5. cap. 1. num. 69. & 73.* Caputaq. *dec. 322. part. 3.* Pariſ. *de reſign. lib. 1. quæſt. 4. num. 5. & 53.* Lotter. *de re benefic. lib. 3. quæſt. 14. num. 28. & 62.* Idque Practici ſemper fuerunt atteſtati & ſignanter Nicolaus Vrſinus.

His addo, quòd in omni caſu Papa præuenire poteſt conferendo tanquam reſeruata, Rota Coram Ludouiſio *deciſ. 291. n. 11. & in dicta Saliſburgenſi verſ. additur.* coram Cardinali Veroſpio.

Et ita ſæpius practicatum.

TREVERENSIS PRÆPOSITVRÆ

Votum R. P. D. Remboldi cum quo concordarunt aliorum vota, & facta deciſio coram R. P. D. Coccino die 12. feb. 1624.

QVæritur an prouiſio Præpoſituræ ſit facienda pro hac vice per Sedem Apoſtolicā, & in facto præſupponitur quòd dicta Præpoſitura poſſideretur à D. Philippo ante promotionem ad Epiſcopatum Spirenſ. quòdque ei, fuerit ex promotione conceſſa dictæ præpoſituræ retentio, & quod modo idemmet D. Philippus fuerit electus in Archiepiſcopum Treuerenſ. quodque poſt electionem renunciauerit dictæ Præpoſituræ in manibus Capituli.

Ex quibus præſuppoſitis reſultat, meo iudicio abſque difficultate affutura reſolutio dicti dubij, nam de vacatione dictæ Præpoſituræ conſtat eo ipſo quod ſupponitur illam fuiſſe in manibus Capituli demiſſam ex allegatis poſt alios per Pariſ. *de reſign. benefic. l. 7. part. 1. n. 12. & ſeqq.* quod etiam eò magis de plano procedit, quia non agitur contra ipſum reſignantem, ſed contra electum ab eodemmet Capitulo, qui non poteſt prætendere dictam præpoſituram non vacaſſe, cùm ipſemet habeat eam pro vacante, & fuerit ad dictam Præpoſituram tanquam ad præpoſituram vacantem electus ad deducta in Calag. Beneficij 17. Martij 1603. coram reuerendiſſimo Attrebaten.

Conſtat etiam ex iiſdem primo præpoſitis de dictæ Præpoſituræ reſeruatione; quia certum eſt beneficia promoti eſſe reſeruata etiam quod promoto fuit conceſſa retentio Caſſad. *deciſ. 3. de conſtit. cum allegat.*

Non

Non obſtat quod licet dicta Præpoſitura non ſit reſeruata ex cauſa vacationis apud Sedē, ideoque intrare videtur indultum conceſſum Capitulo Treuerenſi, cuius copia datur; quia immò beneficia Promotorum dicuntur vacare apud Sedem, vt fuit dictum in Saliburgenſi Præpoſitur. 7. Iunij 1621. coram R. P. D. Veroſpio, idque proceditur etiamſi Promoto fuit data retētio, & poſtea quandocumque vacet beneficium iuxta diſpoſitionem *Extrauag. ad regimen*, quæ emanauit ad declarationem *cap. 2. de præb. in 6.* vt tradit Gonzal. *ad reg. 8. gloſſ. 13. numer. 29.* Et quidquid ſubtiliter diſputando hunc articulum dici poſſet de ſtylo Curiæ, & Cancellariæ huiuſmodi beneficia ſemper dicuntur vacare apud Sedem, & de iis prouideri ſolet tanquam de reſeruatis ex vacatione apud Sedem.

Non poteſt deduci in controuerſiam ſtante auctoritate Rotæ quod beneficia Promoti non vacent ſtatim per promotionem, quando in promotione Papa non appoſuit decretum quod ſtatim vacet per promotionem, vt bene deducitur per Reuerendiſſimum D. meum in ſuo diſcurſu.

Verùm nihilominus crederem reſolutionem iam factam poſſe ſuſtineri. Nam ſiue attendatur vacatio Præpoſituræ, de qua agitur in partibus poſt retentionem conceſſam Epiſcopo Spiren. in promotione ad D. Epiſcopatum Spiren. ſiue potius attendatur vacatio prope diem inducenda per tranſactionem dicti Epiſcopi ad Archiepiſcopatum Treuerenſ. vtroque caſu crederem prouiſionem, ſeu diſpoſitionem de dicta Præpoſitura ſpectare ad Sedem Apoſtolicam.

Et incipiendo ab iſta vltima vacatione in primis eſt aduertendum, quod ſi in promotione dicti Epiſcopi ad dictā Archiepiſcopatum placuerit S. D. M. apponere ſolitum decretum tunc res caret difficultate: quia nemo eſt qui neget, quod eo caſu non cenſeatur vacare dictam Præpoſituram apud Sedem, idque fuit in puncto reſolutum in Salisburgenſi Præpoſitura coram D. meo Veroſpio. Cæterum etiamſi non apponeretur dictum Decretum, adhuc crederem quod quandocumque dictam Præpoſituram vacare cōtigerit, dicatur vacare apud Sedem ex diſpoſitione Extrauag. *ex debito*: in ea enim expreſſe Papa decreuit quod beneficia Promotorum ad Epiſcopatus, ſiue per promotionem, ſiue vbicumque aut quouis alio modo vacare contigerit, apud Sedem præfatam vacare intelligantur.

Nec obſtat quod dicta Extrauag. eſt temporalis ad vitam *fol. 22.* quia illa fuit innouata per Extrauag. *ad regimen* in qua licet adeo clarè non exprimatur, quod huiuſmodi beneficia cenſeantur vacare apud Sedem: ſed ſimpliciter reſeruantur dicta beneficia Sedi Apoſtolicæ: nihilominus videtur hæc Extrauag. *ad regimen*, per dict. Extrau. *ex debito* declaranda; maxime verò, quia Papa exprimit, quod dū reſeruationē facit, veſtigiis Anteceſſorum ſuorum in hærendo, etſi reſeruat dicta beneficia iuxta reſeruationē ſuorum anteceſſorum, qui declararunt dicta beneficia vacare apud Sedem, idque optima ratione quàm bene deducunt Scribētes pro Dataria in vltimo memoriali, itavt omnino videatur iſta interpretatio amplectenda, & præſertim quia opinor ita ſemper fuiſſe practicatum: & certè ſi emanaret deciſio quæ firmaret huiuſmodi beneficia non vacare, niſi per Decretum Germaniæ, quod deducere non valeo propter nimiam temporis anguſtiam.

Dato autem quod dicantur beneficia promoti vacare apud Sedem, quandocumque vacent apud Sedem, ſequitur dicendum illa vacare apud Sedem etiam ſi poſt retentionem vacant: quia etiam tunc remanent Sedi Apoſtolicæ reſeruata per dict. Extrau. *ad regim.* quidquid dicat Gonz. continet vacationes apud Sedem, vt ſuprà dixi, neque eſt inconueniens ſumere hanc interpretationem.

SALISBVRGENSIS PRÆPOſitura Lunæ 7. Iunij 1621.

VAcante metropolitana Eccleſia Salisburgenſi fuit ad eam electus Reuerendiſſimus D. Princeps Comes Zolorenſis, eiuſdem Eccleſiæ præpoſitus cui Paulus V. Fel. rec. donec admitteretur & confirmaretur electio, conceſſit in ſpiritualibus & temporalibus iſtius Eccleſiæ adminiſtrationem, & ſucceſſiue contulit Illuſtriſſimo Cardinali Zollerano dictam Præpoſituram, cum decreto quod illa per iſtam electionem & adminiſtrationis conceſſionem apud Sedem vacare cenſeretur, nec non litterarum eidem D. Cardinali gratioſæ ſubrogationis ad ius, & poſſeſſionem ipſius Archiepiſcopi electi fuit impartitus.

Quo non obſtante Capitulum rurſus in præpoſitum elegerunt Ioannem dictæ Eccleſiæ Decanum: vnde commiſſa mihi cauſa in Rota dubitaui ſuper Illuſtriſſimi Cardinalis Immiſſionem quam ei dandam eſſe Domini cenſuerunt, cū omnia hic requiſita cōcurrant, nimirum clericatus prædeceſſoris, poſſeſſio, & reſeruatio, quibus partibus datur in vim gratioſæ ſubrogationis immiſſio Put. *deciſ. 495. lib. 2.* & fuit dictum in Bracharenſi Cañ. 9. Martij 1598. coram Illuſtriſſimo Mellino, & in Mirandenſi Parolis 17. Maij 1600. coram Penia.

De reſeruatione autem cum alia non controuertantur apparet, ex quo in prouiſionis Bulla Summus Pontifex diſponit hanc præpoſituram apud ſedem vacare, quæ vacatio ſub reſeruatione comprehenditur *in corpore iuriſ. clauſa cap. 2. de pærben. in 6.* & bene declaratur in Extrau. *ex debito de elect.* Æneas de Falcon. *de reſeruat. in princ. prelud. 4.* Sarnen. *ſuper reg. de trien. quæſt. 31. in princ. & verſ. eſt aduertendum* Rota *dec. 17. de præb. in antiq.*

Vlterius ex teſtibus examinatis, & iuribus productis dictæ præpoſituræ prima poſt Pontificalem dignitas probatur; vnde tam in vim regulæ 111. Cancellariæ, quam Germaniæ concordatis eſt reſeruata etiam quod ſit dignitas electiua Caputaq. *deciſ. 219. num. 2. part. 1.* Rota *dec. 518. part. 1.* diu. Garc. *de benefic. 5. part. cap. 1. num. 117.* Gonz. *ſuper reg. 8. gloſ. 51. num. 15.* Rota *deciſ. 4. de elect. num. 1. in nou.*

Non obſtat à Pio II. fuiſſe indultū Capitulo, vt conferre poſſet huiuſmodi præpoſituram in caſu vacationis per ceſſum, vel deceſſum, aut aliam quamcumque dimiſſionem, vel promotionem Burcardi, qui tunc temporis eam obtinebat, nec non quoties illa deinceps quovis modo, aut ex alterius cuiuſcumque perſona vacaret, & ſic iſtam probatur vacatione includi.

Quia reſpondetur indultum beneficia non comprehendere in curia, vel apud ſedem vacantia cum nulla in eo de hac vacatione mentio habeatur, Gemin. *in cap. 2. vltim. num. ad med. verſ.* ſed quid ſi Papa vbi Franc. *in vltim. notab. de præbend. in 6.* Rota *deciſ. 4. de præbend. in nou.* Gamb.

de offic. leg. lib. 3. num. 122. Simonett. *de reſeruat. quæſt. 73. num. 1. & quæſt. 83. num. 4.* Mandoſ. *ad Lap. alleg. 96. litt. D,* Æneas de Falcon. *de reſeruat. quæſt. 4. princ. eff. 2. & 4. num. 2.* Rota *deciſ. 17. de præbend. in antiq.*

Non obſtat contra Ioannem vti prouiſum à Capitulo in poſſeſſionem extemporalem non competere viam executiuam. Non enim id procedit in ſubrogatione gratioſa de beneficio notoriè reſeruato cum iſto caſu etiam contra prouiſos ab Ordinario via datur executiua. Rota in Calaguritana dimidiarum portionum 20. Decem. 1595. coram illuſtriſſimo Millino, & in Vrgellenſ. Archidiaconatus 15. Iunij 1592. coram Pociua, nec non in Montis Faliſci Cappellaniæ 30. Ianuarij 1606. coram Card. Lancellotto & alibi ſæpius.

Nec releuat hic non probari notoriam huiuſmodi reſeruationem. Quia ex verbis è Bulla prouiſionis Domini cenſuerunt ſatis de illa conſtare, & ad eam propterea reddendã obſcuram concludenter eſſet dicendum ſub dicto indulto reſeruationem ob vacationem apud Sedem comprehendi quod cum factum non appareat, ſemper erit verum dicere ex Bullæ verbis claram eſſe reſeruationem, nec per exceptionem non claram poſſe immiſſionem retardari, Put. *deciſ. 7. de cauſ. poſſ.* & propterea fuit dictum in Tiburtina Iuris ſc. 5. Iulij 1599. coram Peña, & in Tiraſon. Cappellaniæ 5. Martij & Aprilis 1608. coram R. P. D. meo Pamphilio.

Additur non tolli per indultum reſeruationem, ſed conferendi facultatem erogari, perinde ac ſi nulla eſſet reſeruatio; quo caſu habens indultum ſi eo non vtatur, ligata non dicitur manus Papæ, qui præueniendo valeat tanquam de ſeruato conferre. Caſſad. *deciſ. 8. num. 10. de præbend.* Garz. *de benefic. 5. part. cap. 1. num. 68.* Gonz. *ad reg. 28. gloſſ. 53. num. 39. & ſeq.* & fuit dictum in Papienſi Beny 10. Aprilis 1617. coram bon. m. Andrea.

Non obſtat clauſula, *dummodo ad nos collatio hac vice pertineat,* in litteris prouiſionis appoſita, quæ tollere videtur præueuiendi facultatem, & per eam dicatur noluiſſe Papam huic indulto præiudicare. Nam iſta clauſula non fuit adiecta ad coarctandam reſeruationem in litteris prouiſionis expreſſam, ſed ad eam tantummodo clauſulam, ſeu alio quovis modo vacet limitandam, Seraph. *deciſ. 755. n. 2. & 764. n. 2.* & fuit dictum *in Salamantina portionis* 1588. coram Gipſio, nec non in Rom. Clericatus 29. Nouembris 1602. coram Card. Pamph.

NEAPOLITANA BENEFICII.

COllationem ab Eminentiſſimo Philamarino factam, omni iure eſſe ſuſtinendam arbitror; Primò ex adductis in alia informatione. Secundò ex non iure actoris, allegato in quatuor ſcripturis; etenim DD. qui allegantur, vel non dicunt, vel in alia loquuntur materia; Franch. enim *in c. præſenti, §. ſane, num. 4. verſ. 1. addo, de præbend.* dicit, quid de beneficiis confirmatis in Curia, & quid de beneficiis, quæ antea obtinebant illi promoti in Curia, & ſe remiſit ad Gloſſam notabilem *in Clem. 1. vt lite pendente in verbo, collatio.*

Quæ quidem Gloſſ. *in dict. Clem. 1.* vt lite pendente, expreſsè dicit, Beneficia data Clerico, & deinde aſſumpto in Epiſcopum, non eſſe reſeruata Sedi Apoſtolicæ, dicit tamen poſt fundatam ſuam opinionem, quod hoc Curia non reciperet, ſed ſua ſententia eſt ad fauorem collationis Ordinarij, provt ibi.

Verba Petri Antonij Gambari *de auctor. Legati à latere, lib. 3. num. 126. tom. 13. part. 2. tractatuum, fol. mihi 168. col. 2.* ſunt hæc: (*Item reſeruantur beneficia eorum, qui ad Epiſcopatus promouentur, vel quæ per aſſequutionem beneficiorum à Sede Apoſtolica vacant, &c.* Et nihil dicit de retentione, neque de Indultu, vnde neſcio quomodo poſſit allegare ad deciſionem cauſæ.

Barboſa, qui allegatur, *alleg. 57. num. 26. verſ. ſed quid,* nihil tale dicit, ſed *num. 66.* dicit, quod reſeruantur beneficia, quæ vacant per aſſumptionem ad Epiſcopatum, niſi retentio obtenta fuerit, qua data retentione poſſet Epiſcopus permutare beneficia, quo caſu non vacant: ergo, &c.

Conſilium Nauarri 14. & 15. *de elect.* (non verò allegatum in informatione) nihil tale dicit, ſed ſolùm fundat, Epiſcopum non poſſe obtinere poſt Epiſcopatum, beneficium, niſi ſit Epiſcopus titularis: ergo nihil ad nos.

Mandoſius verò *in reg. 1. quæſt. 15.* allegatus, fundatur in eo, quod regula reſeruat beneficia promotorum, vel promouendorum nunc vacantia, & in anteà vacatura: quæ verba cum ſint legis, referuntur ad diſpoſitionem iuris, non ad certam perſonam, lex enim prædicta reſeruat tum beneficia vacantia tempore, quo condita fuit, tum tempore, quo erant vacantia in futurum per promotionem, quia lex generaliter loquitur, non ad caſus particulares ſe reſtringens, quod eſt dicere, beneficia omnia vacantia nunc temporis, quo fuit facta, tum in futurum vacatura, eſſe Sedi Apoſtolicæ reſeruata, vnde dixit vacatura, quia erat lex, cuius proprium eſt reſpicere futura, *c. 2. de conſtit. 69.* Salas *de legib. tract. 14. quæſt. 7. & diſput. 21. ſect. 7.* Barboſa *in dict. cap. 2. de conſtitut.*

Ad aliud verò, quod dicitur de beneficiis reſignatis in manibus Papæ, nihil ad nos, quia illa verè vacant apud Sedem, quod non eſt in noſtris, ob retentionem, de qua in facto, per quam vacant beneficia, vt ex nunc, non verò vt ex tunc, vt fundauimus in informatione.

Ad id, quod dicitur, poſſe Papam præuenire in conferendo, tanquam reſeruata, ex Ludouiſio *deciſ. 291. num. 11.* Reſpondetur non eſſe in caſu, quia Ordinarius ſuam fecit collationem: ergo non datur præuentio.

Neque obſtat votum Domini Remboldi, quia reſpondetur loqui in præpoſitura renunciata poſt aſſumptum Epiſcopatum in manibus Capituli, quod nihil ad nos, neque conſtat de retentione, neque adeſt indultum Cardinalium.

Vnde poteſt concludi cum Rota apud Seraph. *dec. 91.* quæ dicit quod penſio, & beneficia expirant per promotionem ad Epiſcopatum, niſi data fuiſſet retentio, ſequitur Riccius *collect. 866.*

Et tandem ponendo falcem ad radicem, dico ex omni capite, collationem Ordinarij eſſe validam, & ſuſtinendam, quia Beneficia vacantia apud Sedem, debet S. P. intra menſem à die vacationis prouidere, alioquin dicto tempore elapſo valebunt collationes ab Ordinariis factæ poteſtate ordinaria, proinde ac ſi nulla reſeruatio nunquam extitiſſet, ex text. celebri *in cap. ſtatutum, de præbend. in 6.* Anton. Faber *lib. 1. tit. 2. defin. 32.* quod procedit in vacationibus apud Sedem, nam in cæteris nullum eſt præfinitum tempus ad conferendum, Æneas de Falconibus

quæſt. 4.

quæst. 4. principali, effect. 2. Gaspar. Perusinus *in tract. de reseruat. 69. quæst. 5.* Mensis autem, de quo suprà incipit currere à die vacationis, non à die scientiæ, Gloss. *in d. cap. statutum, in verbo numerandum*, Anton. Faber *dict. tit. 2. defin. 35.* & talis restrictio ad mensem non operatur, vt post mensem omni modo excludatur Pontifex, vt conferre non possit, sed hoc tantum, vt post mensem manus Ordinarij vlterius non censeantur ligatæ, vt bene Barbosa *allegat. 57. num. 24.*

Textus enim *in d. cap. statutum, il 3. de præb. in 6.* dicit Episcopos per se, vel, si in remotis degunt, per suos Vicarios Generales existentes, in diœcesibus, posse post mensem conferre dignitates, & beneficia vacantia in Curia, si non fuerint prius per Papam collata, numerando mensem à die vacationis, & licet aliqui text. hunc dicant abrogatum esse, per Extrauag. 1. *de præb.* quæ incipit, *Pia sollicitudinis*, tamen Æneas de Falconibus *quæst. 4. principali effect. num. 6.* ait non esse textum prædictum derogatum, quia Bonifacius VIII. voluit inseri textum illum in libro 6. Decretalium, & si esset abrogatus, non insereretur, vt idem Bonifacius dicit in proœmio libri sexti, præsertim, quia tex. *in d. Extrau. 1.* est ciusdē Bonifacij facta in anno primo sui Pontificatus, & longè postea fuit compilatus liber sextus, videlicet anno quarto nonis Martij, & ideo, cum in hoc libro non reperiatur inserta dicta Extrauagans, sed hic textus, propterea dicendum est, quod ipse Bonifacius ex aliqua causa motus, voluit textum hunc obseruari, vt latè Barbosa *dict. cap. statutum, de præbend. in 6.* Et ideo si Papa non conferat post lapsum mensem, potest Ordinarius conferre beneficia vacantia in Curia, vt bene Glossa, Archaman; Dominicus, & alij in dicto cap. statutum Gorresius *de expectatiuis num. 21. & in regul. de triennali, quæst. 31.* Simonetta *de reseruat. quæst. 30.* Rebuffus *in praxi beneficiaria in tit. de reseruat. num. 2.* Staphileus *de litteris gratiæ in præludiis, num. 20.* Massobrius *in praxi habendi concursum requis. 7. num. 48.* Riccius *part. 2. decis. 37. n. 3.* Ioannes à Cochito. *sup. regula 1. Cancellariæ, num. 22.* Garsia *part. 5. de benefic. cap. 1. num. 96.* verum talis restrictio ad mensem non operatur, vt post mensem omnino excludatur Papa, sed hoc tantum, vt post hunc mensem manus Ordinarij vlterius non censeantur ligatæ, & ideo potest Papa moram purgare in conferendo beneficia vacantia in Curia, quæ intra mensem non contulerat, si tamen res sit integra, ita Massobrius *in praxi habendi concursum, requis. 7. dub. 49.* Barb. *de potestate Episcopi alleg. 57 n. 24.* & hoc procedit tantùm in reseruatis propter vacationem in Curia, in cæteris autem nullum tempus est Papæ præfixum ad conferendum, vt latè Barbosa *vbi suprà num. 7.*

Qui quidem mensis non currit à die scientiæ, sed vacationis, Gloss. *in dict. cap. statutum, in verbo, numerandum*, Zerola *in praxi part. 2. in verbo, reseruatio, vers. decimo.* licet autem tempus præfixum in odium negligentium, non currat ignoranti, vel impedito, tamen secus est quando non est in odium negligentis, sed in alterius fauorem præscribitur, vt bene Sanchez *de matrim. lib. 7. disp. 37. num. 19.* & materia dicti textus *in cap statutum*, est fauorabilis, quia agitur de redeundo ad ius commune, siue primæuum, etiamsi materia correctoria sit: nam semper est fauorabilis, & extendenda, Nicolaus Euerardus *in loco à ratione legis, num. 29.* Curtius Iun. *cons. 99.* Osascus *decis. 147.* Farinac. *in fragmentis part. 1. litt. F, num. 16.*

Quare, &c.

DISCEPTATIO XI.

SVMMARIVM.

1 *Facti species proponitur.*
2 *Depositum ad impediendum cursum vsurarum, debet esse purum, non conditionale conditione extrinseca.*
3 *Depositum ad impediendum cursum vsurarum, debet esse integrum, nec sufficit protestatio cum iure reintegrandi.*
4 *Depositum ad impediendum cursum vsurarum, debet personis legitimis intimari.*
5 *Depositum ad impediendum cursum vsurarum, si non sit integrum, an mulieribus minoribus, & rusticis competat restitutio in integrum.*
6 *Sportulæ, & merces pro Notario in retro venditione solui debent per debitorem.*
7 *Solutione mercedis Notarij non deposita, currunt vsuræ, quia depositum non est integrum.*
8 *Adiudicatio plus debito, si excessus est in parua summa, de æquitate est valida, soluto excessu.*
9 *Depositum factum ad impediendum cursum vsurarum, non possit reuocari.*
10 *Notificatio actus debet fieri, etiamsi actus fieri possit parte non citata.*
11 *Notificatio non requiritur in concessione gratiæ, & priuilegij.*
12 *Depositum debet esse de moneta currenti, non de proximo reprobanda, vel minuenda.*
13 *Depositum debet fieri coram persona legitima, non coram Iudice incompetente.*
14 *Depositum ad impediendum cursum vsurarum, debet fieri coram iudice debitoris.*
15 *Minor creditor census, potest facere retrouenditionem, sine vllo decreto iudicis.*
16 *Creditore decedente pluribus hæredibus relictis, an possit vnus cogi ad suam partem vendendam.*
17 *Debitore mortuo pluribus relictis hæredibus, an si vnus vellet totum redimere, sit audiendus.*
18 *Depositum debet intimari pro luitione census, & an intimatio debeat esse iudicialis.*
19 *Intimatio an possit fieri pupillo, & quando, & si habeat plures tutores, an sufficiat, si vni tutori fiat.*
20 *Depositum an sit intimandum hæredibus creditoris.*
21 *Depositum si intimandum sit furioso, vel hæreditati iacenti, Collegio, vniuersitati, &c. quid agendum.*
22 *Depositum ad impediendum cursum vsurarum, an sit intimandum proprietario census, an vsufructuario, an vtrisque.*
23 *Denunciatio est facienda Domino census, regulariter loquendo.*
24 *Denunciatio non potest fieri procuratori ad lites ipsius creditoris census.*
25 *Pactum cum instrumento adiectum citandi in Curia non valet secundùm aliquos.*
26 *Pactum citationis in Curia valet secundùm praxim.*

27 *Notarius destinatus pro citatione quid facere possit?*
28 *Pactum citationis in Curia non operatur quando conuenitur in alieno territorio.*
29 *Pactum de citando in Curia, licet non existat Curia quando valeat.*
30 *Notarij doctrina, & periti quomodo vtatur hoc pacto, & quid faciant in retrouenditionibus.*
31 *Intimatio, & citatio fieri debet in loco tuto, vt comparere teneatur.*
32 *Nobilis citatus tempore Solis in leone, in loginquis, non tenetur comparere, secus si sit rusticus.*
33 *Citatio ad locum non tutum, est adeo nulla, vt necesse non sit appellare.*
34 *Locus, vbi est pestis non est tutus, nec est tutus ob mortalitatem.*
35 *Citatus ad locum non tutum, non tenetur comparere.*
36 *Locum non esse tutum qualiter probetur, & quid si locus non sit tutus culpa citati.*
37 *Protestatio non requiritur quando impedimentum est notorium.*
38 *Relatio Nuncij qualiter fieri debeat in Ciuitate, & in Regno.*
39 *Relatio Nunty continere debet nomen intimati, alias non valet.*
40 *Refertur hic casus in terminis decisus.*

ARGVMENTVM.

Dispositio text. in l. acceptam, C. de vsuris: *circa depositi materiam quomodo & qualiter sit faciendum ad impediendum cursum vsurarum, latissime explicatur. Depositum factum cum conditionibus extrinsecis non appositis in pacto de retrouendendo non liberat debitorem à solutione tertiarum, & quot requisita requirantur in deposito vt liberet depositarium.*

PRO

Hæredibus qu. Nicardi S. Barbaræ, & Annæ Saldarellæ,

CVM

Fabio Petronsio Barone Galli.

1 IN anno 1649. sexto Aprilis Nicandrus S. Barbara emit à Fabio Petronsio Terræ Cerretri, Barone Terræ Galli annuos ducatos centum septuaginta pro capitali ducatorum duorum millium: Pacto adiecto de retrouendendo ad fauorem Petronsij, seruata forma Bullæ, nec non cum alio pacto adiecto in casu retrouenditionis, (quod facto deposito dictorum ducatorum 2000. capitalis cum dicta alia quantitate tertiarum, &c. penes Bancum publicum hic Neapoli, & illo intimato in supradicta nostri Curia ex tunc in antea dicta retrouenditio habeatur pro facto, &c. fol. 20.) hoc capitale fuit postea, præuio decreto magnæ Curiæ Vicariæ, mortuo, Nicandro, cessum ab eius filiis Annæ Saltarellæ matri eorundem filiorum, & vxori quondam Nicandri patris in computum suarum dotium, & hoc in anno 1655. die 4. Iunij, & ordinatum per M. C. vt recognosceret Petronsius eandem Annam in dominam, & patronam fol. 8.

In anno deinde 1656. in feruore contagij sub die 11. Iunij, Fabius Petronsius volens exercere pactum de retrouendendo, & eximere se ab obligatione soluendi annuos duc. centum septuaginta apocham bancalem per medium Banci Montis Pauperum prædicti capitalis, & tertiarum fecit notificari in Curia ad hoc, ne amplius currerent vsuræ, quæ notificatio fuit facta tali modo.

A dì 12. di Giugno 1656. In Neapoli, Io Andrea Infernuso Portiero della Gran Corte della Vicaria, refero hauer notificato la presente polisa di docati due milia, e ducento, vna con altra polisa di docati quatro, e mezzo nella Curia di notare Gio. Carlo Piscopo, doue resideua Not. Carlo Martuccio, al presente Pannettario del Monte de poueri, sita detta Curia all'incontro la Chiesa di Santo Paolo, designata nell'instrumento modo, & forma, vt supra Io Andrea Infernuso, & sequitur alia apocha.

Banco del Monte de Poueri pagate al Sig. Lutio, Giacomo Vincenzo, Raimondo Santa Barbara, & Anna Saldarella docati quattro, e mezzo correnti, à conto di terze, deuo per li ann. doc. 170. per capitale di doc. due mila restituitoli per lo medesimo vostro Banco. Casa li 12. di Giugno 1656.

Fabio Petronsi Barone dello Gallo.

Quia verò pro parte filiorum Nicandri, & Annæ Saldarellæ non fuit facta cessio cum quietatione, &c. comparuit Baro Galli in S. C. die 14. Iunij 1658. petens cogi, & compelli ad id faciendum, & causa commissa fuit D. Boliaga fol. 1. & intimata controsupplicatio Annæ Saldarellæ, & Iacobo S. Barbaræ sub die 19. Nouembris 1658. fol. 1. à ter. & fol. 6. constitutio procuratoris pro parte Baronis & pro parte Annæ Saldarellæ constitutio procuratoris fol. 7. Annæ prætendit prout in supplicatione dicitur fol. 11. illud pactũ notificãdi in Curia nõ abesse sibi, quia cessionaria illius quãtitatis, &c. Et dico ad fauorẽ Annæ Saldarellæ, & illorum de S. Barbara esse decidẽdum.

Primò quidem, quia ad impediendum cursum vsurarum, debitor annuorum introituum debet depositum facere pluribus cautelis seruatis, scilicet debet esse purum, non conditionale conditione extrinseca, licet valeat si fiat cum conditione intrinseca, quæ veniret ex natura contractus, Mastrill. *ad Petr. de Greg. de censib. quæst. 5. num. 291.* Postius *de subhastation. inspect. 17. num. 88.* Cyriacus *cap. 267. num. 5.* Rota Romana *decis. 71. in nouissimis part. 2.* Giurba *decis. 87. & deci. 98. num 4.* Merlin. *de pignor. lib. 4. tit. 1. quæst. 24. & tit. 2. quæst. 83. num. 68.* Ludouis. *d. 505. num. 9.* Castill. *decis. 515. num. 8.* Scaccia *de camb. §. 2. gloss. 5. num. 172.* Riccius *decis. 256. part. 3. & decis. 273. part. 3.* Cencius *quæst. 111.* Duardus *§. 6. de censib. quæst. 7. num. 9.* Rota *d. 173. nu. 7. & dec. 297. num. 8.* Intrigliol. *quæst. 78. num. 13. & 14.* Burattus *d. 429.* Barbos. *in l. acceptam num. 9. C. de vsu.*

Secundo debet esse integrum *d. l. acceptam*, Duard. *§. 6. quæst. 7. num. 7.* qui ait, *quod non prodest protestatio, quod sit sibi saluum ius reintegrandi illud, quatenus defectiuum reperiretur*, Rota

post

post Duard. *dec.* 84. *&* *dec.* 215. Merlin. *lib.* 4. *tit.* 2. *quæst.* 83. *de pignor. num.* 79. Mastrill. *q.* 5. *num.* 287. Muta *d.* 19. *num.* 15. Riccius *dec.* 256. *p.* 3. Gratian. *cap.* 8. *n.* 32. Giurba *d.* 77. *&* *d.* 98. vbi de aliis requisitis, Nouarius *q.* 65 *lib.* 1. Ludouis. *dict. dec.* 505. *num.* 7. Mastrill. *dec.* 148. *num.* 16. *&* Castill. *decis.* 115. Gaspard Hermosilla *ad* Gregor. Lopez Glos. 3. *&* 4. *l.* 2. *tit.* 3. *num.* 50. vbi alia requisita declarat Barbosa *vbi suprà*, qui ait, *quod parte citata fiat restitutio depositi, & personis legitimis, quæ liberè possunt recipere solutionem, idemque ad citationem partis, seu eius notificationem dicunt*, Merlin. *de pignor. lib.* 4. *tit.* 2. *quæst.* 83. *num.* 114. *&* 126. Gratian. *cap.* 541. *num.* 25. Rota apud Duard. *de censib. d.* 77. Riccius *d.* 216. *num.* 4. *p.* 3. vbi etiam quod debet fieri in loco congruo, Costa *cons.* 99. *&* *cons.* 94. *n.* 15. Scaccia *vbi suprà n.* 171. Ludou. *decis.* 480. Gusman *de enict. quæst.* 18. *num.* 26. imò deficiente vno nummo non erit legitimum, Fontanella *claus.* 7. *glos.* 3. *part.* 6. *num.* 16. Rota *post* Duard. *d.* 84. *n.* 14. *&* *dec.* 205. *num.* 5. Giurba *d.* 77. *num.* 2. *&* *dec.* 98. *num.* 16. Intrigliol. *de censib. quæst.* 75. Merlin. *quæst.* 83. *num.* 79. *&* 111. Duard. *quæst.* 7. *num.* 7. vbi disputant etiam, an isto casu mulieres, minores, & rustici habeant restitutionem in integrum, Hermosill. *vbi suprà num.* 5. Barbosa *loc. cit. num.* 10. *&* 14. Ricc. *dec.* 256. Ludouis. *dec* 480. & ibi additio, Salgad. *p.* 1. *laberint. cap.* 1. *num.* 15. Donadie *de renunciat. cap.* 35. *num.* 267. Nouar. *d. quæst.* 165.

6 Imò cum dubitatum fuerit in M.C.V. an expensæ, siue sportulæ, aut mercedes soluendæ essent per creditorem Notario, facto deposito voluntariè per debitorem pro capitali, & tertiis cum clausula facta quietatione, & cautelis de recepto priùs in beneficium ipsius, an verò tales expensæ essent faciendæ per debitorem ipsum, ad hoc, vt pendente quietatione, & receptione debiti currat interesse in causa Iulij Rumbo cum Francisco Antonio Purpura M.C.V. fuit decisum contra debitorem, has expensas esse soluendas, & depositandas per debitorem annuorum introituum, vt est videre apud Thorum *tom.* 1. *in verb. expensa fol.* 201. *col.* 1.

7 Et cum in eadem causa dubitatum fuisset, an non facto sportularum deposito pro Notario currant vsuræ, & interesse, tanquam deposito non integro, & M.C. Vic. decidisset contra creditorem, fuit per S.C. oppositum decisum ad fauorem creditoris vsuras currere, tanquam deposito non integro, vt decisum refert idem Thorus *d. part.* 1. *in verbo interesse fol.* 288. *col.* 1.

Ergo cum in casu nostro nihil pro sportulis, & mercede Notarij sit depositatum pro parte Baronis Galli, per consequens currunt vsuræ ad fauorem hæredum de S. Barbara, & succesiuè ad fauorem Annæ Saldarellæ cessionariæ.

8 Provt in simili dicunt DD. apud Marchesanum *de commiss. part.* 3. *fol.* 114. *&* *fol.* 1246. Capyc. *d.* 151. *num.* 7. Ricc. *collect.* 3935. Caluin. *de æquitate lib.* 1. *cap.* 26. quod adiudicatio facta plus debito, si excessus est in parua summa de æquitate est valida, soluto excessu, licet de rigore iuris, aliter sit dicendum, Vespesianus Spuccies *inter consilia sicula* Petri de Luna *cons.* 28. *num.* 13. Giurba *d.* 89. *num.* 3. Castill. *d.* 7. *num.* 23. Ricc. *d. colle.* 3933. Mastrill. *d.* 286. *num.* 76. *&* 91. Andriolus *controu.* 160. *num.* 6. *&* 8. Si verò depositum, an possit liberè depositum reuocare, & voluntatem mutare, quæstio est, putat Barbosa *in d.l. acceptam num.* 38. regulariter quod possit, *&* *numer.* 40. idem dicit Duard. *d.* §. 6. *quæst.* 10 Gratian. *cap.* 8. *num.* 29. Intrigliol. *de censib. quæst.* 8. *per totam.* Galgiareus *pratrocin.* 15. *num.* 7. Roman. *consil.* 287. Foller. *de censib. in verb. gratia num.* 54. Merlin. *d. quæst.* 83. *num.* 118. Salgad. *part.* 3. *labor. cap.* 16. *num.* 34. & an in integrum possit lite pendente reintegrari, affirmant Riccius *d.* 272. *pa.* 3. Giurba *d.* 77. *num.* 3. Nouar. *quæst.* 65. *num.* 4. latè D. Franc. Guonca *de depositio claus.* 13. ideò Marsil. *in l. de vnoquoque ff. de re indicata num.* 60. dicit, quod quando actus potest fieri sine citatione partis, tunc factus debet parti notificari, & quandocumque termini assignatio facta parte non citata, potest aliquem lædere, debet ei terminus solemniter notificari, & data potestate arbitris prorogandi compromissum absentibus, & ignorantibus partibus, si fiat prorogatio, debet notificari, idem dicit Marcabrunus ab Anguillis *cons.* 13. *num.* 218. *&* *seq.* qui ait, quod vbi pars nihil contradicere potest, non requiritur citatio, nec notificatio, provt est in concessione gratiæ, & priuilegij, *&* *cons.* 32. *à num.* 253. ait, quod licet actus non notificatus non noceat; tamen hoc intelligitur in actu, qui potest fieri parte absente, & non citata, sed si actus est factus parte citata valet, & non requiritur alia notificatio ad eius validitatem, Baronius *tom.* 2. *in additio. ad quæst.* 3. *fol.* 175. *col.* 2. Pelliccionus *quæst.* 31. Menoch. *cons.* 58. *num.* 50. Ioseph Ludouic. *concl.* 7. *fallentia* 2. Crauetta *de indemnitate mulieris, numer.* 38. *post tract. de antiquit. tempor.* Merenda *lib.* 22. *cap.* 45.

Tertiò, depositum, vt sit validum debet esse in moneta currente, quod si de proximo veniat reprobanda vel minuenda, depositum non valet, quando debitor id sciebat, Hermosilla *ad* Gregor. Lopez *glos.* 3. *&* 4. *l.* 2. *tit.* 3. *num.* 40. Barbosa *in d.l. acceptam num.* 18. *&* *seq. C. de vsuris*, Scaccia *de camb.* §. 2. *glossa* 3. *num.* 117. Thorus *in compend. in verbo moneta mala*, *&* *part.* 3. *sect.* 1. *in verbo depositum*, Larrea *decis.* 12. *&* 13. Anton. Niger *de laudemio quæst.* 39. *art.* 4. Escobar *de vtroque foro casu* 2. *de læsione num.* 149. quando ergo est recusandum, tunc debet expressè recusari, Carocius *de depositio part.* 2. *quæst.* 115. Rota Romana *d.* 71. *num.* 11. *part.* 2. Giurba *verò decis.* 87. *num.* 19. ait, *quod debet expressè acceptari, vt acceptatio præiudicet*, Gratian. *cap.* 795. *num.* 3. 4. *&* 5. expressa verò acceptatio ex receptione pecuniæ, præiudicat recipienti, Crauett. *cons.* 106. *per tot.*

Quartò debet depositum fieri coram persona legitima, aliàs si fiat coram persona illegitima, vel Iudice incompetente habetur pro non facto, ac nullum erit depositum, & remanebit obligatus debitor, vt post alios Giurba *obseruat.* 48. Hermosilla *glossa* 3. *&* 4. *l.* 2. *tit.* 3. *num.* 40.

Sed quæstio est, coram quo Iudice fieri debeat depositum, vt sit legitimum coram Iudice creditoris census, an verò coram iudice debitoris, dico coram iudice debitoris, Cencius *quæst.* 111. *num.* 6. *&* 7. Duard. §. 6. *quæst.* 4. *&* *quæst.* 7. Hermosilla *vbi supra*, Ciarlin. *cap.* 34. *num.* 12. *tom.* 1. *&* *cap.* 200. *num.* 19. *tom.* 2. Barbosa *in l. acceptam à num.* 29. *C. de vsur.* Giurba *vbi suprà*, Daumad. *in praxi ciuili cap.* 16. Caroc. *de oblat. part.* 1. *q.* 1. Baron. *tom.* 2. *de citat. in add. ad q.* 3. *fol.* 173. *&* *tom.* 3. *fol.* 190. *col.* 2.

Quod si sit minor, qui est creditor census tunc tenetur facere retrouenditionem sine vllo decreto

decreto Iudicis, Duard. *in proœmio quæſt.* 10. *n.* 32. 33. *&* §. 3. *quæſt.* 17. Giurba *dec.* 79. *n.* 29. *&* 30. Perez de Lara *de vita hominis cap.* 23. *num.* 22. *&* 23. Intrigliol. *de cenſib. quæſt.* 69. idem in Eccleſia firmat Pelliccion. *quæſt.* 41. *cap.* 4. Ventriglia *in praxi de alienat. bonorum Eccleſiæ annot.* 1. *fol.* 2. *num.* 24. & quid in marito diſputat olim compater meus, & diſcipulus, Anton. Moccia *in ſylua forenſ. cap.* 22.

16 Si verò creditor decedat pluribus relictis hæredibus, vt in caſu, de quo in præſenti, eſt quæſtio, an debitor cenſus cogere poſſit, vnum ex eis ad ſuam partem, & portionem reuendendam, an integrum capitale teneatur depoſitare, prima opinio ait, quod poſſit, ita Rodrig. *lib.* 1. *de ann. introitib. quæſt.* 18. *num.* 36. Cenc. *quæſt.* 104. ſecunda opinio, quod non, ita Cenc. *quæſt.* 109. *num.* 36. Duard. §. 6. *quæſt.* 17. *concl.* 2. Anton. Merenda *lib.* 12. *controu. cap.* 16. vbi idem tenet, ſi cenſus fuerit pluribus emptoribus venditus, declaratis, vel non declaratis partibus contra Cencium *q.* 109. *n.* 40. Debitor verò cenſus non poteſt illum pro parte redimere creditore inuito, Merenda *lib.* 11. *cap.* 11. Cutellus *tract.* 2. *diſcurſ.* 1. *ſpec.* 7. *num.* 25.

17 Si verò vnus ex pluribus hæredibus debitoris cenſus, vellet totum cenſum redimere quæſtio eſt, putant aliqui, quod ſic, & quod dominus cenſus compelli poſſit ad illum reuendendum, ita Cenc. *quæſt.* 104. *num.* 9. Fontanella *d.* 86. Facchineus *lib.* 2. *cap.* 2. Carena *reſol.* 26. *num.* 3. Petrus de Lara *in compend. vita hominis cap.* 23. *num.* 30. Caſanate *conſ.* 10. *num.* 258. Coſta *de portione rata quæſt.* 131. Giurb. *ad conſuet.* Meſſanæ *gloſſ.* 9. *num.* 18. *&* *d.* 52. *num.* 22. Mangilius *de euict. quæſt.* 166. Merenda *lib.* 24. *cap.* 30.

18 Quintò debet depoſitum intimari pro luitione cenſus, Duard. §. 6. *q.* 2. vbi quærit, an intimatio debeat eſſe iudicialis, Ludouiſ. *d.* 480. & ibi Addentes; Hermoſilla Gloſſa 4. *l.* 2. *tit.* 3. *num.* 87. & perſonis legitimis debet fieri intimatio, quæ liberè poſſint recipere ſolutionem; Rota *poſt* Duard. *de cenſib. quæſt.* 278. *num.* 7. *&* 8. Duardus

19 §. 6. *quæſt.* 5. *num.* 5. *&* 6. vbi quærit quid ſi pupillus non habet tutorem, vel curatorem, & ait, quod ſi pupillus eſt infans cum notificari non poſſit, erunt citandi conſanguinei, & affines illius, vt veniant ad defendendum eum in iudicio, vel à iudice, prouidendum eſt de tutore, ſeu curatore ad lites in tali actu particulari, ſi nullus compareat conſanguineus, dandus eſt curator ad litem, &c. ſi verò plures ſint tutores, tunc omnibus eſt facienda notificatio, Abruzzus *in* §. *nunc admonendi num.* 106. *inſtit. quibus alienare licet, vel non, & in* §. *fin. num.* 21. *eod. tit.* pupillo tantum fieri non poteſt Abruzzus *d. num.* 106. 108. *&* 109. D. Ioſeph de Ninno *in commentar. ad Albaranum* §. 7. *& ſeq.* vbi Cuenca *in add. litt. K.*

Quapropter quando fit depoſitum pro luitio-

20 ne cenſus, & repetitur mortuus Dominus creditor cenſus, tunc debet depoſitum notificari illius hæredibus, aliàs depoſitio facta citato eorum auctore, illis non nocet Boninſignius *de cenſib. art.* 97. *num.* 130. *per* text. *in l. ſi quis inficiatus,* vbi Bart. *ff. depoſiti.* Quibus etiam hæredibus eſt ſignificandum ius competens debitori cenſus ad illum redimendum, Foller. *de cenſib. in verbo inſtrumentum gratia num.* 47. qui negat id eſſe neceſſarium ea ratione, quia reuenditio iſta debet fieri ex iuris neceſſitate, quæ omnibus innoteſcit, imò cum neceſſitas reuendendi ſit de ſubſtantia contractus cenſualis ex bulla Pij V. ſuper cenſibus, eo ipſo, quod hæredes præfati ſcirent fuiſſe factum depoſitum pro dicti cenſus redemptione, ſcire etiam debent ſe teneri ad illius reuenditionem, vnde nulla neceſſitas cogere poteſt volentem redimere, vt notificet dictis hæredibus ius, quod habet redimendi; vt bene Intrigliol. *de cenſib. quæſt.* 72. *num.* 6. Cenc. *q.* 111. *n.* 57. *cum ſeq.*

Sed quid ſi dominus cenſus ſit furioſus, vel deceſſerit, & illius hæreditas iaceat, cui eſt de- 21
poſitum notificandum, reſpondet Duard. *vbi ſuprà quæſt.* 5. *num.* 4. quod dandus eſt curator furioſo, vel hæreditati iacenti, cui facienda eſt denunciatio, & *numer.* 7. dicit, quod ſi cenſus ſit alicuius collegij, monaſterij, ſocietatis, aut alterius communitatis, denunciatio debet fieri illis, qui talem vniuerſitatem, ſeu communitatem repræſentant, in congregatione facta in loco ſolito, & *n.* 8. dicit, quod ſi agatur de extinguendo cenſum, cuius vſusfructus ad aliquem pertineat de- 22
nunciatio debet fieri non proprietario, ſed vſufructuario, de cuius intereſſe principaliter tractatur, ſed quia reluitio cenſus non poteſt fieri, neque à ſolo proprietario, ſed ab vtroque ſecundùm veriorem opinionem de qua Amatus *reſolut.* 81. *num.* 11. Cencius *de cenſib. quæſt.* 109. *n.* 65. Duard. §. 5. *quæſt.* 18. *numer.* 4. *&* 6. Rota poſt Cenc. *d.* 381. ideò exiſtimo denunciationem debere fieri vſufructuario, & proprietario, prout firmauit Duar. *quæſt.* 18. *num.* 6. Cenc. *d. num.* 65. Salg. *in ſuo laber. cap.* 27. *num.* 50. Moccia *in ſylua cap.* 22. *num.* 6. *&* 14. An verò cenſus luitio poſſit fieri ab hærede grauato, diſputant Amatus *reſol.* 81. *à num.* 17. Cencius *quæſt.* 109. *à num.* 57. Duardus §. 5. *quæſt.* 25. Hodierna *ad* Surdum *d.* 321. *numer.* 3. Merenda *lib.* 11. *controu. cap.* 6. Salgad. *part.* 1. *laber. cap.* 27. *à num.* 37. & ſi creditor ſit abſens legatur Hermoſilla *ad* Gregor. Lopez *gloſſ.* 4. *l.* 2. *tit.* 3. *num.* 90.

Quia verò dominus cenſus eſt, qui tenetur re- 23
uendere, ideò domino eſt denuncianda retrouenditio regulariter loquendo, Duard. §. 5. *quæſt.* 5. & hoc eſt adeò verum, vt non poſſit fieri eiuſdem procuratoris, niſi in ſubſidium, nempè quando dominus cenſus haberi non poteſt, Cenc. *part.* 3. *cap.* 1. *quæſt.* 3. *art.* 1. *num.* 22. Rota *deciſ.* 258. *numer.* 17. poſt *tractatum* Duardi, nec poteſt fieri
procuratori, ad lites conſtituto, ſed fieri debet 24
procuratori facultatem habenti ad vendendum, ſeu reuedendum cenſum, Rota *deciſ.* 184. apud Cencium, qualiter verò fiat citatio ad extinguendum cenſum, quando dominus eſt abſens, & procurator conſtitutus, latè diſputat Duard. §. 6. *q.* 5.

Quia verò in inſtrumento, de quo agitur eſt 25
factum pactum de citando in Curia Not. Martucci, ideò intrat quæſtio de validitate pacti, Ioannes Iacobus Annecchinus *de præuentione capit.* 2. *dub.* 2. *num.* 9. hoc pactum reprobandum eſſe dicit, & multò magis illud, quod fieri ſolet in praxi, vt citetur creditor, vel debitor in Curia Notarij talis, etiamſi dictus Notarius non ibi habitet; eſſet enim tale pactum nullum, & contra bonum publicum, nec vigore talis pacti poſſet aliquis dici contumax, quia eſſet ianuam, aut parietes adhibere pro teſtibus, quo nihil abſurdius.

In praxi verò eſſet totam legalem machinam 26
peruertere, ſi diceremus cũ Annecchino pactũ non non valere, nam diſputant noſtri, an pactum valeat, per quod dicitur, ſi Titius debitor non ſol-

uerit

uerit tempore limitato, quod citetur pro eo tabellio, & dicunt valere, quia tabellio videtur tali casu constitutus procurator illius debitoris; qui indubitanter potest citari tali casu, ex Bart. *in l. solent ff. de aliment. & cib.legat.* & Alex. *in l. qui res C. de proc. col.* 1. & sic praxis admittit valere pactum, Velasch. *tom.2. consult.* 114. talis ve-
27 rò Notarius non potest ad totam causam declinare forum, & allegare omnia, quæ principalis poterat allegare, quia videtur constitutus procurator solum ad illum actum citationis, & non ad reliqua iudicij *l.si procurator ad vnam speciem, C. de procur.* & talis citatio proficit, vt ille possit domino negotij denunciare, vt veniat ad defendendam causam, vel ad accipiendam pecuniam, vt in casu nostro, vt bene Velasch.*d.consult.* 144. *num.* 6. Verum idem Velasch. *vbi sup. dub.5. nu-*
28 *mer.*11.ait, *quod tale pactum non operatur, quando conuenitur in alieno territorio*; ergo cum hæredes Nicandri sc. Barbara, & Anna Saldarella sint intimatæ, (si intimati dici possunt, quod non est, vt infrà) & sint in alieno territorio nihil iuuat tale pactum Baroni Galli, nec ipsis quatenus intimatis nocet, quia mandatum Nicandri morte fuit extinctum, *l. mandatum, C. mandati.*

29 Vnde pro concordia harum opinionum, & praxis, dico, quod si agatur de citando debitore; vigore instrumenti obligato, apochæ bancalis, &c. tunc quia sciebat debitor se esse obligatum, & adueniente tempore debere; & si non soluit, quia tunc est in mora voluntaria cum dies interpellet pro homine, *l. magnam C. de contrah. stipulat. cum concordant.* nil mirum est, si pactum vt posset citari in Curia, etiam si non existat in valuis, &c. sed si sumus in debitore capitali, & annuorum introituum,tùc quia pactum de retrouendendo est ad fauorem debitoris, & ignorat creditor, quando exercere illud velit debitor, nõ est validum pactum, quod possit citari in Curia, etiamsi ibi non existat, &c. quia non potest illius exercitij haberi notitia tali citatione facta
30 per ipsum creditorem, & sic esset pactum iniquum, vndè cauti, & docti notarij hoc pactum non apponunt in talibus instrumentis pro retrouenditionibus faciendis, vt mihi dixit ore tenus Notariorum Magister, & nostræ Iuris prudentiæ non ignarus Notarius Franciscus Amenta vir insignis, qui ait se practicasse, & vidisse practicatum à suis maioribus, quod in casu retrouenditionis fit apocha bancalis, & fit comparitio in M. C. V. vt ordinetur porterio eiusdem (alias non posset porterius eam notificare, quod fecit in casu nostro,) vt notificet eam domi; vel in Curia, vbi residet Notarius, qui stipulatus fuit instrumentum, vel alio modo habeat notitiam creditor, & hic est verus modus practicandi hanc retrouenditionem, &c.

31 Addo, quod quis citari, & notificari debet in loco tuto, ad hoc, vt comparere teneatur, *cap. cum R.* vbi Barbosa *num. 2. de offic. & potest. Idu. deleg.* vbi nullus tenetur comparere in loco, vbi potentes inimicos habet, vel ad quem non habet tutum accessum, vt post alios Scialoya *in prax. fortud. cap.*8. *num.*48. & 57. qui ait, quod si per-
32 sona nobilis sit citata in longinquis partibus,tempore Solis in Leone, quod non tenetur comparere, sed potest comparere per Procuratorẽ,& allegare de temporibus æstiuis, quod fallit, quando citatus sit persona rustica, vel robusta, idem Scialoya *vbi* Sanfel. *in prax. indic. sect. 6. num.2. & decis.*3. Daumad. *select. sentent. litt. C, in verb.*

*citatio, & in prax. rer. ciuil. cap.*75. *num.*4. Ludou. Gilhausen. *in arb. iudic. cap.* 4. Ramo *p. de citatione num.*22. qui etiam dicit, quod citatio ad 33
locum non tutum est adeò nulla, vt necesse non sit appellare, & procedit etiam in illo, qui vbique locorum ex contractu se obligauit, vt possit conueniri, nam si locus non erit tutus, obligatio nullius erit momenti, Marsil. *in d. l.de vnoquoque num.*179. *ff.de re iud.* vbi etiam dicit,quod banna sunt nulla, & inualida, quando banniti sunt citati ad comparendum ad locum notoriè non tutum, vel coram iudice iniustè procedente, Imola *in cap.ex parte de appellat.* Bouaccius *ad Constit.* Marchiæ *gloss.*3. *num.*123.

Locus verò vbi est pestis, tutus non est Imola 34
in cap.querelam num. 7. *de procur.* Gilhausen *vbi sup.* Barbos.*in c. ad supplic. de renunc. & in c. cum R. de off. & potest ind. deleg.* Bald. *in c. ex parte n.* 3. *de appel.* vbi locus non dicitur tutus propter moltalitatem, quia quis non debet tentare Deum, sed timere, cum sit terribilis plusquam Leo rugiens.

Imò citatus ad locum non tutum, non tene- 35
tur comparere, Scialoya *d. c.* 8. *n.* 55. Barbosa *in d. c. cum R. n.* 3. & quis dicatur locus non tutus, tractant Horat. Persic. *inter consil. crimin. cons.*7. *n.* 17. Cala *de modo articulandi gl.vnic.*§.2.*n.*795. & 796. Gilhausen *in arb. iud. cap.* 4. Ramo *p. de cit. num.* 22. Alphons. de Leone *de cens. recoll.*5. *num.* 498. Ricc. *collect.*3291. & quomodo probetur locum non esse tutum, tractat Riccius *col-* 36
lect. 3291. & procedit etiam si locus non sit tutus culpa ipsius citati, quia neque tenetur comparere, Scialoya *vbi sup.c.*8. *num.*59. & citatus ad locum non tutum neque debet mittere excusatorem ad allegandam excusationem loci non tuti, Scialoya *d.c.*8.*num.*57. Imola *in c. praterea num.*9. *de dilat.* vbi ait, quod non tenetur mittere excusatorem; nec obstat, ait Imola, quod notorium non releuat proponendo, quia fallit quando concernit ipsam citationem, nec requiritur protestatio ma- 37
xime quando impedimentum est notorium, & est in persona eius, qui tenetur facere, Affl. *d.*50. Gratian.*c.*19.*num.*14.& 15. ergo cum in facto, de quo agimus hæredes qu. Nicandri, & Anna Saldarella fuerint notificati sub die 12. Iunij, quo tempore, vt ex banno emanato sub die 23. Maij 1656. Ciuitas Neapolis erat publicata peste infecta, non erant obligati ad comparendum, nec literas missiuas notitiæ citationis poterant recipere in loco, vbi erant ob commercium prohibitum causa pestis, ergo depositum non fuit legitimè notificatum, ergo currant vsuræ ad eorum vtile.

Nec in præsenti fuit valida notificatio, primò 38
quia in relatione quæ fit per Nuncium ex *constit. quæ incipit citationis literæ, & ex pragm. 2. de ord. iudic.* debent saltem interuenire duo testes, qui se subscribant relationi, vel saltem Nuncius de eorum nominibus mentionem faciat in relatione, quando fit in loco, vbi copia literatorum testium haberi non potest, & sic inter quindecim requisita intimationis, de quibus Affl. *in Const. Regni pœnam eorum*, dicitur vnum esse, vt scilicet dicatur præsentibus habitantibus in domo, Laganar. *in prag. 2. de citat.* & licet in eis notificationibus factis per porterios S.C. id non procedit, quibus sufficit, vt in relatione exprimant nomen personæ, cui fuerit facta citatio, vt in *prag. 1. de off.* S. R. C. vbi habetur teneri porterios referre non solùm intimationem factam cum certa die, sed etiam horam ipsius citationis factæ, quod, malè

ſeruari teſtatur Rouit. *in prag. 2. de citat. n. 16. & 17.* quare in citatione, quæ fit per Nuncium, vt habetur per *Conſtit. Regni, quæ incipit citationis literæ, & in prag. quæ incipit quilibet agere de ord. iudic.* debet fieri relatio cum ſubſcriptione duorum teſtium, vel quod Nuncius referat citaſſe, præſentibus duobus exprimendo illos per nomina, & cognomina; vnde licet Nuncio ſimpliciter credatur citaſſe ex *gloſ. in c. quoniam contra de prob.* tamen requiritur illa ſolemnitas rerum. In citationibus, quæ fiunt intra Ciuitatem Neapolitanam, creditur non obſtante *d. prag.* præter illam citationem, quæ fit contra inquiſitum ad capitula, Franch. *d. 560.* Gallupp. *in praxi part. 2. cap. 2. num. 12.* omnes tamen concludunt, quod debet fieri in relatione mentio illius, qui fuit illius intimatus, notificatus, &c. latè Sanfelis. *in praxi iudic. ſect. 35. ex ritu 114. cum ſeq.* ſed in præſenti non fuit in relatione per Nuncium dictum, cui ſit facta intimatio, dicit tantùm intimaſſe in Curia Caroli Piſcopi, vbi reſidebat per prius Notarius Carolus Martuccius ad præſens Pannettarius, &c. ergo non dicit cui notificauit, quia inſtrumento dictum fuit intimandum eſſe depoſitum in Curia Notarij Caroli, neque dictum fuit etiam ſi ibi non fuiſſet Curia, ergo, dato, quod eſſet intimatio facta in Curia Notarij Piſcopi, non potuit habere notitiam Not. Carolus tunc pannettarius, neque potuit certificare illos de S. Barbara, neque dicitur fuiſſe notificatum Not. Piſcopum, quem non ſufficiebat notificare, quia non erat in inſtrumento deſignatus, ergo notificatio non fuit legitimè facta, ergo omni iure ſperat condemnari Baronem Galli ad tertias decurſas vſque ad præſentem diem, provt per M. C. ad relationem Domini Conſ. Aſcanij Raetani, tunc illius Iudex, nunc meritiſſimus Conſil. fuit iudicatum in hoc eodem caſu contra Principiſſam Macchiæ ad fauorem Reg. Conſ. Pauli Staibani, eo, quod Io. Baptiſta filius Pauli dederat Principiſſæ duc. mille, & quingentos ad cenſum, & cum vellet Principiſſa exercere pactum de retrouendendo, fecit depoſitum de capitali, & tertiis intimato poſt mortem qu. Ioann. Baptiſtæ, depoſito in Curia deſtinata, vt patet ex proceſſu in Banca olim Palmæ, nunc Anzalonis, ſcriba eſt Camillus Ruſſus, & fuit dictum, vt ſolueret tertias, &c.

Hæc cauſa fuit, vt conſuluimus, inter partes accommodata.

DISCEPTATIO XII.

SVMMARIVM.

1 *Fiſci encomia, qui DD. tractent, & facti ſeries proponitur.*
2 *Articuli proponuntur diſcutiendi.*
3 *Iuſpatronatus ex ſui natura tranſit ad hæredes extraneos.*
4 *Prouiſio hominis facit ceſſare diſpoſitionem legis.*
5 *Prouiſio hominis derogatoria quando faciat ceſſare diſpoſitionem legis.*
6 *Hypotheca tacita dotis quando concurrat cum expreſſa.*
7 *Iuſpatronatus pro primogenitis tranſit ad hæredes extraneos.*
8 *Gratia in corpore Iuris clauſa difficilius tollitur, quàm ius commune.*
9 *Diſpoſitio hominis non facit ceſſare prouiſionem legis ſpecialis.*
10 *Diſpoſitio quando cumulatiuè cenſeatur conceſſa.*
11 *Patronus donando Iuſpatronatus intelligitur donaſſe cumulatiuè, non priuatiuè.*
12 *Iuriſdictio conceſſa, cenſetur cumulatiuè, & non priuatiuè ad ordinarios Iudices.*
13 *Iuspatronatus an poſſit à fundatore remitti in totum, vel in partem.*
14 *Iuſpatronatus taxatiuè pro familia non tranſit ad extraneos.*
15 *Dictio* videlicet *qualiter ſit taxatiua.*
16 *Dictio* videlicet *regulatur ſecundum ſubiectam materiam.*
17 *Determinatio reſpiciens plura determinabilia, æqualiter determinat.*
18 *Iuſpatronatus quando tranſit ad hæredes extraneos.*
19 *Iuſpatronatus regulatur ſecundum naturam feudi, & emphyteuſis.*
20 *Iuriſpatronatus pro filiis, & deſcendentibus, quando tranſit ad hæredes extraneos.*
21 *Iuſpatronatus pro familia fundatum, illa extincta, quando tranſeat ad alios.*
22 *Iuſpatronatus durante familia poteſt alienari in præiudicium alienantis.*
23 *Iuſpatronatus fundatum per ſe, & ſucceſſoribus ſuis qualiter intelligatur.*
24 *Dictio* ſuis *comprehendit etiam extraneum hæredem.*
25 *Fœmina de familia quatenus in ea conſideretur.*
26 *Ordinarij conſenſus quando requiratur in tranſlatione Iuriſpatronatus.*
27 *Epiſcopi conſenſus in donatione Iuriſpatronatus quando, & quare requiratur.*
28 *Vicarij conſenſus quando ſufficiat, & quando non, in donatione Iuriſpatronatus.*
29 *Ordinarij conſenſus, & licentia qualiter differant.*
30 *Iuſpatronatus ſi donetur Epiſcopo loci non requirit conſenſum.*
31 *Iuriſpatronatus tranſlatio, vt fiat, requiritur expreſſus conſenſus Ordinarij.*
32 *Donatio Iuriſpatronatus facta cum patrono non eſt propriè donatio.*
33 *Iuſpatronatus ex priuilegio poteſt duplititer competere.*
34 *Priuilegium ex mera liberalitate ſtrictè debet interpretari.*
35 *Patronus manuteneri debet in quaſi poſſeſſione præſentandi.*
36 *Iuſpatronatus ex readificatione quæ requirat.*
37 *Iuſpatronatus conceſſum ex augumento dotis non poteſt dici acquiſitum niſi probetur augumentum dotis.*
38 *Pontificis gratia Iuſtificata habet exequutionem paratam.*
39 *Trid. Decretum* ſeſſ. 25. cap. 9. de reformatione *adducitur.*
40 *Iuſpatronatus ex augumento dotis qualiter dicatur conceſſum, & fundatum.*
41 *Iuſpatronatus per readificationem qualiter acquiratur.*
42 *Trid. concilium, de quo ſuprà dum ait poſſe reuideri Iuſpatronatus, qualiter intelligat.*
43 *Iuſpatronatus ex augumento dotis fundatum, ſi fructus ſint aucti, an augeatur.*

44 *Pontì*

44 *Pontificis factum inuiolabile esse debet in Iure-patronatus.*

45 *Iuris patronatus fundatio quando sit irreuocabilis.*

ARGVMENTVM.

Jus patronatus, an, & quando transeat in hæredes extraneos, quando est fundatum pro familia. Tacita dispositio legis quando cesset per illam hominis. Juris patronatus donatio qualiter fiat, & quomodo compatrono, & an possit donari si sit familiare? Ius patronatus ex priuilegio, vel augumento dotis qualiter fundetur. Trid. dispositio sess. 25. cap. 9. de reform. *adducitur & explicatur.*

PRO

Domino Clerico Ioanne Coppola,

CONTRA

Promotorem Fiscalem Curiæ Archiepisc. Neapolitanæ.

1 EIsci encomia, prærogatiuas, & infinita propemodum priuilegia, non autem infimas, vilesque æquiparationes meum foret recensere, quæ tamen remitto videnda apud Franch. Amaiam *in rub. C. de iure fisci, lib.* 10. vbi Valenzuela *num.* 45. D. Franciscum Alfarum *de offic. fisci, gloss.* 9. Peregr. *per integrum volumen de iure fisci*, Gutter. *de offic. Domus Augustæ, lib.* 3. *capit.* 18. Bouad. *lib.* 50. *Politicæ, cap.* 6. Angel. Steph. Garonium *de iure fisci per tot. vol.* Solum tamen munus assumo defendendi clientem Clericum Ioannem Coppulam pro quo defendendo Reuerend. Dom.

Supponitur pro facti specie, quod in anno Incarnationis Domini 1580. Kalendas Decembris Pontificatus Gregorij XIII. anno eius quinto, per Apostolica scripta idem Sanctissimus Dominus, quæ Archiepiscopo Neapolitano tunc temporis existenti exequenda commisit, Ioanni Baptistæ Berlingerio laico Neapolitano concessit, vt quandocunque Ecclesiam Sancti Basilij de Pausilippo nuncupatam in Monte Pausilippi Neapolitanæ Diœcesis, sine cura, quæ sic diruta erat, vt eius vestigia vix apparerent (quam in titulum simplicis beneficij Iulius Cæsar Berlingerius clericus Neapolitanus eiusdem Ioannis Baptistæ filius tunc obtinebat, cuius redditus ducatos triginta monetæ Regni Neapolitani solum modo erant, super quodam territorio Capitello nuncupato) ita denuò erigeret, & reædificaret, vt in ea celebrari posset, eiusque in reædificatione ducatos ducentos impenderet, atque ornamentis necessariis ad sacra in illa facienda instrueret, & dotem in aliis ducatis viginti augeret, ius patronatus, & præsentandi ex donatione, & fundatione obtineret pro se, suis hæredibus, & successoribus, videlicet primogenitis, & in defectum primogenitorum alij succedere deberent, & cessantibus masculis, proximior, seu propinguior de domo, seu familia Berlingeriorum, Archiepiscopus Neapolitanus tunc temporis Illustrissimus Annibal de Capua supplicata recognoscens, eaque veritate niti agnoscens, exequtus fuit, reseruato iure patronatus, & præsentandi dicto Ioanni Baptistæ Berlingerio, suisque hæredibus, & successoribus, vt in proc. fol. 6. seruata forma suæ petitionis.

In anno tandem 1638. vacante beneficio prædicto per mortem Clerici Petri Iacobi Coppola, fuit ad illud præsentatus per Emiliam, & Isabellam Berlingerias hæredes quondam Doctoris Iulij Berlingerij eorum fratris Clericus Ioannes Coppola, qui præuio decreto Vicarij Eminentissimi Cardinalis Boncompagni institutus, nouissimè elapsis diebus Isabella Berlingeria, quæ sola remansit donauit irreuocabiliter inter viuos dicto Clerico Ioanni Coppola eius ex sorore nepoti hoc ius patronatus, & præsentandi publico de tali donatione confecto instrumento. Clericus Coppola coram Eminentissimo Cardinale Filamarino comparens petit eius assensum, & beneplacitum impartiri. Fiscus ex aduerso opposuit hoc ius patronatus extinctum esse, ac per consequens Ecclesiam libertatem acquisiuisse, factumque esse liberæ collationis. Secundò opponit Bullas Apostolicas concessas olim Ioanni Baptistæ fuisse subreptitias. Tertiò opponit spectare nunc ad Ordinarium de veritate tunc temporis supplicatorum cognoscere, ac de validitate reseruationis iuris patronatus vigore Trid. *sess.* 25. *cap.* 9. *de reform. in fin.*

Duo igitur sunt in præsenti videnda. Primò, 2
vtrum hoc ius patronatus sit extinctum extincta familia Berlingeriorum, vel potius, vtpotè hæreditarium transitorium sit ad hæredes extraneos.

Secundò, vtrum possit nunc Archiepiscopus Neapolitanus videre de veritate supplicatorum, atque de validitate reseruationis ius patronatus cognoscere, an potius fisci obiecta reiicere vti inutilia.

Quoad primum hoc ius patronatus non esse extinctum, licet extincta sit linea, sed vt transitorium ad hæredes extraneos potuisse donari Clerico Ioanni Coppolæ.

Probatur primò, quia ius patronatus ex sua 3
natura transit ad hæredes extraneos, vt notatur *in cap. considerandum* 16. *quæst.* 7. *cap. si plures, cap. cùm seculum, de iure patronatu*, vbi generaliter probatur ius patronatus transire ad hæredes quoscumque vniuersales, tam suos, & sanguinis, quàm extraneos, & tam ex testamento, quàm ab intestato, in quos quidem transit: quia hæredes, Couarr. *var. resolut. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 6. Spino. *in speculo testamentorum, gloss.* 4. *num.* 45. Riccius *collect.* 1025. Vgolin. *de potest. Episcopi, part.* 2. *cap.* 51. Spino *in speculo testamentorum, gloss.* 4. *num.* 45. Card. Tuschus *pract. conclus. lit. I, conclus.* 610. *& seq.* Lambertinus *de iure patronatus, part.* 2. *lib.* 1. *quæst.* 1. *art.* 15. Abbas *in cap. cùm seculum, & ibi gloss. de iure patronatus*, Barb. *de potest. Episcopi alleg.* 71. *& in collect. in d. cap. cùm seculum*, Viuianus *lib.* 4. *de iure patronatus, cap.* 2. quod dicit Rota Romana *in Cremonensi iuris patronatus*

tronatus 6. Iunij, & 21. Nouembris 1578. coram Card. Seraphino, *& in Aretina Cappellania 6. Nouembris 1593. coram* Penia, *& in* Baren. *Beneficij 1. Decembris 1589. coram* Penia, apud Viuianum *vbi ſuprà num. 2.* ergo cum de iure communi tale ius patronatus ſit tranſitorium ad hæredes extraneos, non per hoc impeditur quin non tranſeat; per hoc, quod fundator illud pro ſuis filiis primogenitis, & maſculis fundauerit, quia generaliter regula eſt, quod prouiſio hominis non facit ceſſare prouiſionem legis, & iuris communis in eodem caſu, *l. ſi cum dotem, in princip. ff. de ſolut. matrim. l. ſi extraneus, ff. de conditione ob cauſam*, Barboſa *axiomate 195.* Carrocius *ſingul. 691.* Ioſeph Vela *diſſert. 11. num. 111.* latè Neguſ. *de pignor. part. 2. membr. 4. num. 87.* vbi ponit plura exempla Gabriel *comm. concluſ. in tit. de reg. iuris concluſ. 8.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 190. à numer. 40.* Cardin. Tuſch. *tom. 6. litt. P, conſ. 951.* Hinc dixit Fontanell. *tom. 2. clauſ. 5. gloſſ. 10. part. 1. num. 50. cum ſeqq.* quod licet hominis diſpoſitio faciat ceſſare diſpoſitionem legis ex vulg. *l. fin. C. de pactis conuētis*, ad notata per Seraphin. *deciſ. 829. & 837.* tamen regula procedit, quando prouiſio hominis eſt derogatoria, & non cumulatiua ad prouiſionem legis, præſertim quando incompatibiles ſunt prouiſiones, vt bene Franchus *deciſ. 135. num. 9.* ſic etiam ad propoſitum dixit Fontanell. *2. tom. clauſ. 7. gloſſ. 2. part. 1. num. 18.* quod ſi in inſtrumento dotali mulier caueat ſibi de expreſſa hypotheca in bonis mariti pro dote, non per hoc cenſetur renunciaſſe hypothecæ dotis tacitæ à lege intellectæ, quia tacita hypotheca poteſt concurrere cum expreſſa hominis hypotheca, *ex* Anton. Fabro *lib. S. C. tit. 8. de rei vxor. act. defin. 3.* ne alias ſpecialis conuentio pignoris faciat deteriorem dotis conditionem, quam debuit facere meliorem, vt bene idem Faber *vbi ſuprà definit. 23.* latè Alexander Raudenſis *de Analogis lib. 1. cap. 33. à num. 1.* ergo licet dixerit fundator ſe fundaſſe ius patronatus pro ſuis filiis maſculis, videlicet primogenitis non per hoc tollitur, quin non tranſeat ad hæredes extraneos, conſequentia probatur, quia vt bene Ancharanus *conſ. 81. num. 3.* ius commune informat conuentiones, & pacta, & alias diſpoſitiones, eaſque interpretatur, *l. quæro, §. inter locatorem ff. locati, cap. cùm dilectus de conſuetudine, l. 2. C. de Noxalibus, l. quid ergo, §. ſi habes mentem, ff. de leg. 1.* cum ſimilibus, ergo licet fundator ſic expreſſerit ſcil. pro ſuis filiis, & deſcendentibus ex familia, videlicet primogenitis non per hoc ſequitur, quod excluſerit non eſſe peruenturum tale ius patronatus ad extraneos hæredes, quia potius de primogenitis, cæteriſque mentionem fecit ex abundanti argumento *l. quæſitum, §. fin. ff. de fundo inſtructo*, & fortè de primogenitis mentionem fecit, quia voluit illis pinguius prouidere, vt ſcil. tale ius tranſeat ad illos etiam non hæredes ex prædicta ſua ordinatione, iuxta notata *in l. iuriſiurandi, §. ſi liberi, ff. de operis liberto.*

Probatur ſecundò, quia vel ius patronatus hoc de quo agimus competit de iure communi, vel de iure ſpeciali, ſiuè extraordinario, ſed quomodocumque competat, ſemper tranſit ad hæredes extraneos, ergo, &c. Maior & Conſequentia patent. Minor probatur, quia ſi ſit fundatum iure communi, & generali tunc eſt gratia iuſta ratione fundata, & in corpore iuris clauſa, ita Barboſ. *& alij in cap. quanto de indiciis*, Lambertinus *de iure patronatus, lib. 1. part. 1. quæſt. 1. art. 4. num. 10.* Felinus *poſt alios in cap. 1. col. 8. num. 10. de reſcriptis*, Gomeſ. *in §. fuerat, num. 81. Inſtit. de act.* imò difficilius tollitur Gratia in corpore iuris clauſa, quam ipſum ius commune, Socin. *conſ. 299. lib. 2.* Iaſon *in l. poſtquam liti, col. fin. C. de pactis*, Crotus *in l. filiusfam. §.* Diui, *num. 92. ff. de leg. 1.* Zuchardus *in rub. ff. ſi certum petat. num. 24. in fin.* quo caſu cum ſit gratia clauſa in corpore iuris locum habet regula, ſiue prouiſio legis communis, & ordinaria, quæ vult ius patronatus tranſire ad quoſcumque hæredes etiam extraneos, quæ quidem regula non ceſſat per prouiſionem hominis, ex notatis *per* Bart. *in l. ſi cum dotem, col. 1. in fin. ff. ſolut. matrim.* Anton. Gabriel *d. concluſ. 8. de regulis iuris. num. 4.* Probatur ſecunda pars minoris ſi ſcil. competat iure ſpeciali, ſiue extraordinario, quia diſpoſitio hominis non facit ceſſare prouiſionem legis ſpecialis, vel extraordinariæ, quando concurrunt circa diuerſa, ita Bart. *in d. l. ſi cum dotem, & in l. ſi conſtante, ff. ſolut. matrim.* Gabriel *d. concluſ. 8. num. 11. & 12. in limit. 5.* quia lex prouidet de iure patronatus ipſi fundatori, & ſuis hæredibus, & fundator prouidet ipſis primogenitis, vt bene cõſiderat Cald. *conſ. 4. de iure patronatus*, ergo cum prouiſio legis proueniat ex diuerſo fonte, ac hominis prouiſio; imò talis hominis prouiſio, non æque plenè prouideat, per conſequens talis ſecunda prouiſio hominis non facit ceſſare prouiſionem legis, vt bene Bald. *in l. certi iuris, in fin. C. locati*, Angel. *in §. Item Seruiana, col. 3. Inſtit. de act. vbi* Iaſon *num. 67.* & idem Iaſon *in l. 2. numer. 195. C. de iure emphyt.* Gomeſ. *in d. §. fuerat, num. 31.*

Probatur tertio, quia in dubio, quando lex mortua, vel viua concedit aliquod ius, vel exercitium ipſius vel priuatus, ſe immiſcet alicui iuri alteri competenti, intelligitur concedere, & ſe immiſcere cumulatiuè non priuatiuè cum illo qui iam habet idem ius, Decius *conſ. 3. num. 3.* ſic patronus donando ius præſentandi intelligitur donaſſe cumulatiuè, non priuatiuè, Decius *conſ. 542. num. 5. in fine, & 609. num. 4.* Federicus de Senis *conſ. 147.* Abbas *conſ. 54. vol. 2.* Balbus *de præſcript. 2. part. quintæ partis principalis, quæſt. 5. num. 7.* ſic iuriſdictio, quæ alicui conceditur per Principem cenſetur cumulatiuè conceſſa, & non priuatiuè ad ordinarios Iudices, ex textu *in l. 1. Cod. de offic. Præfect. Vrbis, l. fin. Cod. de iuriſd. omn. iudic.* Menoch. *lib. 2. de præſumpt. præſumpt. 18.* Gratianus *cap. 154. & 270.* Quapropter ſemper quod Principes, & alij ordinarij concurrere voluerint, & cauſas præoccupauerint, ſuam iuriſdictionem exercere non prohibentur, Grammat. *voto 28. num. 6. & conſ. criminali 6. in fin.* Surd. *conſ. 152. lib. 2.* cum enim cumulatiuè concedatur generi per ſpeciem non fit derogatio in iuriſdictionalibus; & ideo præuentioni locus eſt, DD. *omnes in cap. prudentiam, de officio delegati*, Ruinus *conſ. 7. lib. 3.* Giurba *conſ. 59.* Capibl. *de Baronib. 2. tom. cap. 37.* multo magis fundator conſtituendo alios patronos ſcilicet primogenitos noluit ſe ipſum, & ſuos hæredes priuare ſed illos cumulare, nam prima charitas incipit à ſe ipſo, & ſemper vbi fieri poteſt, debet actus interpretari, ne inducat renunciationem proprij beneficij, *cap. ſane, de renunciatione, vbi gloſ. &* DD. Zabarell. *conſ. 3. num. 7.* Calderin. *conſ. 4. in fin.* de iure patronatus, ergo ius patronatus de quo agimus, licet ſit dictum

pro

pro suis primogenitis, tamen debet ad hæredes extraneos transire.

Dicit Fiscus, quod patronus fundans Eccle- 13
siam potest in totum, vel pro parte remittere ius patronatus, & limitatè illud inducere in præiudicium descendentium, vel extraneorum hæredum, vt sibi placet *cap. significauit, de testib. c.* 1. *de iure patronatus, in sexto*, vbi Archidiaconus, & alij: ergo videtur, quod in præsenti fundator voluerit iuspatronatus pro suis de Familia tantum fundare, & præsertim pro suis primogenitis, vt apparet, & fundat Gemin. *cons.* 45. *num.* 8.

Respondeo hoc verum esse si fundator fun- 14
dasset iuspatronatus taxatiuè scilicet solummodo pro illis de Familia expressè excludendo alios, quo casu procedit motiuum Fisci, cum opinione Bald. *in l.* 2. *Cod. de in ius vocando*, vt illum intelligunt Felin. & alij, quos refert Rocchus de Curte *de iurepatronatus, in verbo ipse velis à quo, num.* 18. Parisius *cons.* 48. *num.* 6. non provt in præsenti, quando quis simpliciter exprimit aliquos, qui possint præsentari, quia demonstratiuè tantum loquitur, siue cumulatiuè, non autem priuatiuè ad hæredes extraneos, vt suprà probauimus.

Instat Fiscus, adest in fundatione dictio illa 15
videlicet primogenitis, sed dictio illa est taxatiua, & restrictiua, *l. videlicet, ff. ex quibus causis maiores, l. videlicet. ff. de pactis, cap. transmissa de eo qui cogno. consanguineam vxoris suæ*, ibi *vxore sua defuncta, filiam eius priuignam videlicet propriam, cap. Sacrosancta de electione, cap. nouissimus, de verb. signific. gloss.* Bart. *& alij in l.* 1. *numer.* 2. *ff. ad l. Aquiliam, gloss. in clemen. causam, in verb. videlicet, de electione*, Francus *decis.* 117. *num.* 12. Berdazzolus *de clausulis instrumentorum, claus.* 38. *gloss.* 3. Genedus *pract. & canon. quæstionum, sing.* 66. Card. Tuschus *lit. D, concluf.* 393. Rota apud Gregorium XV. *in decis.* 286. *num.* 9. & dixit eadem Rota coram Mazanedo *in Bononiensi de Lambertinis* 18. *Martij* 1613. apud Farinatium *decis.* 474. 1. *part. in posth.* & post alios Barbos. *in tract. de dictionibus, dict.* 423.

Respondeo enim cum eadem Rota Romana 16
apud Farinacium *vbi suprà*, quod dictio *videlicet* non semper stat taxatiuè, sed vt plurium demonstratiuè secundum subiectam materiam vt patet ex *cap. cùm* Marthæ, §. *distinguendum de celebratione Missarum*, Iason *in l. tempus, num.* 1. *ff. de re iudicata*, Rebuff. *in concordatis in rubr. de collationib.* §. *præfatique, in verf. videlicet, fol.* 300. Decius *cons.* 47. *num.* 4. Genedus *sing.* 66. & in dubio stat magis demonstratiuè, quàm restrictiuè, Crauett. *cons.* 227. & 245. *num.* 9. & 273. Anton. Monachi *decis. Lucensi* 13. *num.* 3. Barb. *d. dict.* 423. *in fin.* & interdum talis dictio stat oppositiuè, vt *in cap. post electionem, de conces. præb. cap. scriptum, de electione, cap.* 2. *de priuileg. in* 6. Aliquando exemplificatiuè, *cap. nihil circa finem, de electione*, quandoque terminatiuè, *capit. super litteris, de rescript.* quod verò in casu nostro stet demonstratiuè, non autem taxatiuè, probatur ex verbis concessionis Pontificiæ, de quibus in processu fol. 5. à tergo ibi Ioanni Baptistæ *eiusque hæredibus, & successoribus, videlicet primogenitis: itaque in defectum primogenitorum alij succedere debeant, & cessantibus masculis proximior de domo, seu familia* Berlingeriorum *succedere valeat, &c.* quibus verbis liquido constat concessionem per illam dictionem *videlicet* non vacasse primogenitos; non taxatiuè, quia dixit primò, pro se suisque hæredibus, & successoribus, (vicelicet) primogenitis; igitur demonstratiuè; ideoque addidit & in defectum primogenitorum vocetur proximior de domo; ergo lippis, & tonsoribus patet concessionem non fuisse pro illis primogenitis taxatiuè, neque pro illis de familia taxatiuè, quia vna determinatio respiciens plura determinabilia, debet ea æqualiter determinare, 17
l. iam hoc iure, ff. de vulgari: sed dictio illa *videlicet* primogenitos non continet taxatiuè, ergo neque illos de familia continebit taxatiuè, sed simpliciter demonstratiuè, quod patet ex dictione *seu familia* Berlingeriorum quæ dictio *seu* licet disiungat verba, inter quæ ponitur, tamen dispositio de vno disiunctorum ampliatur ad aliud Bald. *cons.* 331. *num.* 6. *lib.* 3. quem refert Card. Tusch. *litt. D. concluf.* 372. & licet verba disiungat, tamen sensum coniungit, vt per Socc. *in l. Centurio, num.* 174. *ff. de vulgari.* Barb. *de dictionib. dict.* 363.

Ergo apparet quod cum hoc iuspatronatus sit transitorium ad hæredes extraneos, vt probauimus, poterit transferri in aliam familiam, quia verba concessionis non stant taxatiuè, ita quod excludantur, qui non sunt descendentes de Berlingeriis; sed demonstratiuè, vt non admittantur transuersales, & hæredes extranei, donec adsint descendentes; & propterea cessantibus descendentibus iuspatronatus non extinguitur, sed transit ad hæredes extraneos, vt post Anchar. *d.* 18
Rota *cons.* 81. Calderin. *cons.* 4. *de iure patron.* dixit *coram* Seraph. *dec.* 232. & 364. de qua Viuia. *dec.* 12.

Probatur quarto, quia hoc ius patronatus fundatum fuit pro Ioanne Baptista Berlingerio, eiusque hæredibus, & successoribus primogenitis; & in defectum eorum alij succedant, vt in processu dicto fol. 6. ergo est ex pacto, & prouidentia hæreditarium. Antecedens patet: consequentia probatur, quia iuspatronatus regulatur secundum naturam feudi, & emphyteusis, teste Cardinali *in clem.* 1. *de iure patron.* quantum ad 19
successionem Gratianus *cap.* 521. *num.* 31. dixitque Rota *in Pistorien sio Paræcialis* apud Viuian. *lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 30. *& lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 37. Dom. Episcop. Maranta *tom.* 4. *respons.* 27. *& p.* 3. *responso* 74. *n.* 35. *cum sequent.* Rota apud Cocc. *decis.* 232. *num.* 4. quæ est apud Viuian. *dec.* 105. *num.* 4. ergo sicut feudum triplicis generis est scilicet hæreditarium, Gentilitium, & ex pacto; ita iuspatronatus: de quo agimus est ex pacto, & prouidentia fundatoris hæreditarium, puta pro hæredibus, & successoribus primogenitis, illisque deficientibus, pro hæredibus, & successoribus proximioribus, vt bene Surd. *cons.* 63. *num.* 10. Rouit. *in cons. impresso post decisionem Regen. de Aponte* 11. *num.* 45. fundat post alios Illust. Episc. Maranta *d. respons.* 74. *num.* 36. *p.* 3. & in allegatione manuscripta pro hoc eodem clientulo: ergo licet primogeniti non adsint, & masculi omnes mortui sint; ad fœminas tamen peruenire debuit, vt de facto peruenit ad Emiliam, & Isabellam Berlingeriam & nouissimè ad Isabellam mortua Emilia: ergo potuit Isabella illud donare, cui voluerit, cum sui naturâ sit transitorium ad hæredes, & successores.

Probatur quinto, quia si fundetur iuspatro- 20
natus pro filio, & descendentibus suis, si ille filius moriatur sine liberis, non per hoc iuspatronatus censetur extinctum, sed ad hæredes transit; nisi tamen taxatiuè reseruatum fuisset, vt

dicit Rota *coram Robuſterio dec.* 385. *p.* 1. *diuerſ. & illa Crem. iuris die* 21. *Maij* 1578. *& dec.* 364. *n.* 23. *coram* Seraph. Genuenſ. *in praxi c.* 101. *n.* 1. *in impreſſis Rom. anno* 1609. *& impreſſis de anno* 1613. *cap.* 83. qui fundat Rotam *contra Lambert. lib.* 1.

21 *p.* 1. *principali art.* 5. 2. *quaſt. principalis*, ſemper decidiſſe, quod iuſpatronatus fundatum pro familia, illa extincta tranſit ad hæredes vltimi de familia; niſi tamen ex verbis fundatoris appareat ipſum limitare voluiſſe iuſpatronatus vt ad alios non tranſiret, quam ad expreſſos, &c. ſequitur Garſia *p.* 5. *de beneficiis cap.* 9. *num.* 66. & dixit Rota apud Seraphin. *deciſ.* 378. & in Lucana *iuriſpatronatus* apud Viuian. *d. dec.* 12. *num.* 1. Riccius *in praxi p.* 1. *reſol.* 187. *num.* 50. vnde bene dixit Melchior Lotterius *lib.* 2. *de beneficiis q.* 11. *num.* 11. quod iuſpatronatus pro familia fundatum, finita familia tranſmittitur ad hæredes, & efficitur hæreditarium; quia cum familia non extinguitur niſi aliud conſtaret ex diſpoſitione fundatoris, quia ſcilicet, reſeruaſſet iuſpatronatus pro tali familia, ſeu gente taxatiue, quia tunc procederet excluſio, ex vi illius pacti ſingularis, vt poſt Seraphinum fundat Lotterius vbi ſuprà

22 *num.* 12. Ciarlinus *cap.* 1. *num.* 24. imo durante familia poteſt alienari, tenetque alienatio in præiudicium alienantis, & tranſit ad hæredes extraneos, quatenus alij non impugnent, contra quos etiam poteſt præſcribi, vt latè fuit deciſum in Mediolan. *iuriſpatronatus* 18. *Aprilis* 1617. *coram* Pirouano, de qua *p.* 3. *Recentiorum deciſ.* 380. Lotterius *vbi ſupra num.* 14. igitur beneficium, de quo agimus, fuit reſeruatum Ioanni Baptiſtæ, eiuſque hæredibus, & ſucceſſoribus, videlicet primogenitis; ita quod in defectum primogenitorum, alij ſuccedere debeãt, ceſſantibus verò maſculis proximior, ſeu propinquior de domo, ſeu familia Berlingeriorum ſuccedat perpetuo, provt in aſſertiua petitionis, & in diſpoſitiua Papæ fuit enunciatum. Igitur eſt tale iuſpatronatus hæreditarium, ex pacto, & prouidentia, neque taxatiuè reſeruatum, ſed ſimpliciter, & in perpetuum; igitur tranſitorium eſt ad hæredes, ſcilicet ad Emiliam, & Iſabellam hæredes quond. Doctoris Iulij Berlingerij eorum fratris, & ad clericum Ioannem Coppulam, ex ſorore Iſabellæ nepotem, atque propterea proximiorem tranſire debet poſt Iſabellæ mortem: ſufficit igitur talem clericum Ioannem in gradu ſucceſſibili reperiri, iuxta tradita per Tiraquell. *de retractu lignagier*, §. 11. *gloſ.* 1. *num.* 5. *&* 6. Rota apud Coccin. *deciſ.* 250. *numer.* 4. *&* apud Cardin. Caualer. *deciſ.* 395.

23 Probatur vltimo, quia ſi fundet quis iuſpatronatus pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis, adhuc verbum illud *ſuis* non reſtringit fundationem ad hæredes ſanguinis, ſed illa particula non obſtante, tranſitorium eſt ius patronatus ad hæredes extraneos: quia dum dicit ſucceſſores, idem importatur ac hæredes; *l. hæredis appellatione, ff. de verb. ſignif. vbi* Rebuff. Alex. *conſ.* 44. *vol.* 1. Tuſchus *litt. S, concluſ.* 878. Menoch. *conſ.* 1071. Fuſar. *de ſubſtitut. quaſt.* 339. Peregr. *de fideicom.*

24 *art.* 32. *num.* 84. Dictio vero illa *ſuis* facit hunc ſenſum ſcilicet demonſtratiuè reſpectu ſucceſſionis defuncti, non ad differentiam extranei; quapropter illa dictio *ſuis* etiam extraneum hæredem comprehendit, *l. ſi poſt diem, vbi* Gloſſ. *in verb. ad hæredem, ff. quando dies legati cedat.* Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 89. *num.* 67. Simon de Pretis *de inter. vſ. vol. lib.* 3. *inter p.* 1. *dub.* 3. *num.* 15. Fuſar. *quaſt.* 339. *de ſubſtitutionibus num.* 15. Ciarlinus *contr. for. cap.* 1. *num.* 33. quia dicendo *ſui* intelligitur tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato, cum ſui ſint hæredes, & ſic poteſt extendi ad omnes ſuccedentes, vt fundat Lambert. *lib.* 1. *de iurepatron. p.* 2. *quaſt.* 2. *principali n.* 4. Ergo ſi iuſpatronatus fundatum pro ſe, ſuiſque ſucceſſoribus tranſit ad extraneos, idem dicendum eſt ſi ſit fundatum pro ſe, ſuiſque agnatis, ſiue pro ſe, ſuaque familia, ſiue primogenitis, &c. quia talia verba ſtant demonſtratiuè non taxatiuè, vt bene fundat Ioannes Baptiſta Ciarlinus *c.* 1. *controu. for. citato.*

Ex quo apparet, quod cum hoc iuſpatronatus 25
pertinuerit ad illos de Familia Berlingeriorum extinctis maſculis ſpectauit ad fœminas de familia, quæ in familia conſiderantur *l.* 4. *vbi gloſſ. in verb. non videtur, Cod. de fideicom. l. pronunciatio* 195. §. *familiæ, ff. de verb. ſignif.* Rota Romana *par.* 2. *in recentiorib. in dec.* 282. *& part.* 1. *in deciſ.* 587. *&* apud Seraphinum *in deciſ.* 1438. *&* apud Gregorium XV. *in deciſ.* 293. *num.* 14. *&* 464. ergo cum hoc iuſpatronatus ad ipſas tanquam proximiores de familia, & etiam vti hæredes Iulij Berlingerij eorum fratris, peruenerit, & ad Iſabellam ſolam mortua Emilia peruenerit, nullo alio exiſtente proximiore potuit ipſa Iſabella in Clericum Ioannem ex ſorore nepotem tale ius patronatus transferre, donationis titulo, & irreuocabilis inter viuos, quia voluntas prohibens rem extra familiam alienari, non impedit quin frater ſorori donare non poſſit, *l.* 4. *Cod. de fideicomm.* ergo nec nepoti ex ſorore qui nullum alium habet in gradu proximiorem.

Igitur potuit tale iuſpatronatus ex ſui natura 26
deficiente familia tranſitorium ad hæredes extraneos etiam donari per Iſabellam Berlingeriam ſuo nepoti Clerico Ioanni Coppula, poſito tamen conſenſu Eminentiſſimi Domini Archiepiſcopi Neapolitani, quia ſemper, quod transfertur per titulum donationis prædictæ in alium, oportet, vt interueniat conſenſus Ordinarij, *cap. illud, cap. cum ſeculum de iure patron.* Idque ex eo, quia iuſpatronatus ad laicos iure communi non ſpectat, niſi ex ſola gratia, ſiue diſpenſatione, ita Rota *in antiquis in deciſ.* 556. *in nouis* 404. Bellam. *in deciſ.* 751. Igitur nil mirum eſt, quod donatio iuriſpatronatus facta laico nulla ſit Ricc. *in praxi reſolut.* 288. Rota apud Manticam *in deciſ.* 86. *num.* 5. *& par.* 1. *tom.* 2. *in recentioribus in deciſ.* 517. penes Farinacium poſt Abb. *in cap. illud citato*, ſine quo conſenſu non valet tranſlatio teſte Rota Rom. penes Seraphinum *deciſ.* 884. Borrel. *in ſumma deciſionum tit.* 32. *num.* 4. Viuianus *lib.* 4. *de iur. patron. cap.* 1. *num.* 17. Lambertin. *lib.* 1. *de iure patron. part.* 2. *quaſt.* 1. *art.* 4. Ratio autem cur requiratur talis conſenſus in prædicta donatione illa eſt, tum vt ordinarius aduertat vtrum interuenerit ſimoniaca conuentio, vt notatur in 27
cap. illud cit. tum etiam quia ſicut in fundatione reſeruatur iuſpatronatus cum prædicto Diœceſani conſenſu, ex gratia, ita in tranſlatione. Idem conſenſus neceſſarius eſt, vt per talem conſenſum inducatur capacitas in illum, in quem fit tranſlatio, vt bene Lambertinus *vbi ſupra* Viuianus *num.* 21. *loc. cit.* non tamen ſufficit Vicarij 28
conſenſus niſi habeat ſpeciale mandatum teſte Garzia *de benefic. part.* 5. *cap.* 9. *num.* 75. Barb. *in allegat.* 54. *num.* 74. *cum ſeq.* Viuianus *lib.* 1. *cap.* 2. Gratian. *cap.* 393. *num.* 10. Rota Rom. *in Sarnenſi Beneficij* 13. *Iunij* 1625. *coram Durano*,

de

de qua Viuianus *in decis.* 109. *& seq.*

29 Qui quidem consensus Ordinarij differt à simplici licentia, quia hæc deberet semper præcedere donationem: sed assensus, de quo loquimur potest tam præcedere, quam subsequi donationem factam, vt ex pluribus Rotæ Decisionibus fundat Riccius *in praxi part.* 3. *resolut.* 295. & 289. nunquam tamen talis assensus extenditur; quapropter si Episcopus assentiat in donatione iurispatronatus facta Martino v. g. & deinde Patronus voluerit reuocare donationem factam Martino, & illam facere laico, non suffragatur assensus, sed nouus requiritur, quia licentia, & assensus sunt stricti iuris, nec debet extendi, Freccia *de subfeu. lib.* 2. *quæst.* 11. Franc. *decis.* 71. *n.* 16. & 153. *num.* 23. Surd. *decis.* 303. *num.* 5. & 304. *num.* 20. Anna *cons.* 84. *n.* 12. Minadous *cons.* 18. *num.* 7. Riccius *in praxi part.* 3. *resolut.* 297. in accessoriis tamen, & consequentibus, ad eundem contractum, super quo fuit concessus, extendi-
30 tur, per Afflict. *decis.* 325. *num.* 19. Vrsill. *n.* 14. si tamen donaretur Episcopo loci iuspatronatus nullo modo requireretur consensus, quia contrahens cùm Domino, qui debet consentire est tutus absque alio assensu, Franc. *dec.* 483. Capyc. *dec.* 156. Ricc. *in praxi p.* 3. *resol.* 299. sic contrahens cùm Papa non opus habet solemnitatibus extrauagantis *ambitiosæ, de reb. Eccl. non alien.* Rota *dec.* 27. *p.* 2. Capyc. *dec.* 16.

31 Imò talis consensus in prædicta translatione requisitus debet esse expressus, cum ordinarius debeat indagare an in tali translatione aliqua fraus interuenerit, *d. cap. illud, de iurepat.* Interdum tamen tacitus consensus sufficit, putà si fiat donatio præsente Episcopo, Ricc. *p.* 3. *resol.* 291. Imò præsumptus teste Viuiano *vbi suprà num.* 28. Ricc. *d. p.* 3. *resol.* 296. Si tamen Diœcesanus nollet consensum præstare, tunc cogi posset per Superiorem, vt præstet consensum, *cap. nullus, vbi* Abb. *de iur. patr.* Viui. *d. lib.* 4. *de iur. patr. cap.* 1. *num.* 48. & Lambert. *lib.* 1. *p.* 2. *quæst.* 1. *artic.* 20. Ricc. *in praxi p.* 3. *resol.* 294. *per tot.* Imò in casu nostro cum Clericus Ioannes sit hæres Emiliæ, per consequens succedit in iurepatronatus, ac est compatronus: ergo in donatione facta per Isabellam sibi ipsi non requiritur talis consensus
32 Ordinarij, quia est donatio facta compatrono, quæ propriè non est donatio personæ distinctæ, sed cum sit cõpatronus est capax iurispatronatus, Rota apud Verallum *dec.* 311. *p.* 1. Rot. *in recentiorib.* apud Farinac. *dec.* 707. *p.* 1. *tom.* 2. Campanil. *in diuers. rub.* 13. *num.* 368. Barb. *alleg.* 71. Viuian. *lib.* 4. *cap.* 1. *numer.* 31. Grat. *cap.* 157. *num.* 37. & idem Viuian. *post tractat. in decis.* 110. *num.* 15.

Quoad secundum caput, vtrum scilicet possit per Ordinarium Neapolitanum reuideri tale iuspatronatus, & non reperto exposito practicare Conc. Trid. dispositionem *sess.* 25. *c.* 9. *de reform.* Respond. quod non.

33 Probatur primò, quia iuspatronatus, quod competere potest ex priuilegio Papæ alicui in Ecclesia per Trid. *sess.* 25. *de reform. cap.* 9. *(licet non ex priuilegio Episcopi, cap.* 2. *de reb. Eccles. non alien. in* 6.) dupliciter potest competere, primo ex causa onerosa, quando habet commensurationem ad causam de futuro, scilicet postquam tot pecunias impenderit. Secundò, ex mero priuilegio, & mera gratia, quando Papa alicui indulget, & donat iuspatronatus super aliqua Ecclesia ex mero titulo lucratiuo, non ex causa onerosa, quia Papa est Dominus omnium beneficiorum, *cap.* 2. *de præb. in* 6. *glos. vlt. in cap.* Felicis, *de pœnis, in* 6. Gonzal. *ad reg.* 8. Cancellariæ, §. 2. *in proœm. num.* 44. Viuian. *lib.* 14. *de iur. patr. cap.* 1. Seraph. *dec.* 418. quando competit ex causa onerosa, non comprehenditur in Trid. *d. sess.* 25. *c.* 9. *de reform.* quatenus reuocat iurapatronatus, quæ non sunt ex fundatione, seu dotatione, *ita* Rot. Rom. *dec.* 687. *p.* 1. *diuers. & 269. p.* 2. Seraph. *decis.* 907. quia quando priuilegium ex mera liberalitate conceditur, strictè interpretari debet: sed quando ex contractu, & causa onerosa, tunc latè interpretari Alexand. *cons.* 193. *lib.* 2. Alciat. *cons.* 13. *lib.* 5. Sylu. *cons.* 98. *num.* 14. Berdazz. *clauf.* 21. *glos.* 25. Cyriac. *contr. for. cap.* 141. *n.* 57. & 58. *lib.* 1. Ciarlin. *cap.* 110. *num.* 3. comprehenditur tamen sub Concilio, quatenus illud reuideri mandat si est concessum à 40. annis ante publicationem Concilij, quia tunc debet reuideri ab Ordinariis, & reuocari si reperiatur concessum in damnum Ecclesiæ, donec tamen reuidetur, interim sortitur effectum suum, & Pa- 35
tronus existens in quasi possessione præsentandi manutenetur debet, *cap. consultationibus, de iure patr.* Rot. *decis.* 687. & 269. Viuian. *lib.* 4. *de iurepatron. cap.* 10. *à num.* 50. *cum seqq.* Sed in casu nostro apparet probatum per testes de euidenti vtilitate Ecclesiæ, quia erat totaliter diruta Cappella, & fuit per Ioannem Baptistam Berlingerium, primum concessionarium reædificata, cum expensis ducatorum quatuor centum, & augmento dotis ducatorum viginti annuorum, vt in processu à fol. 8. cum seqq. ergo non poterit amplius molestari, quippe qui adimpleuit omnia contenta in Bullis, & Pontifici exposita.

Probatur secundo, quia iuspatronatus concessum ex reædificatione, vt validum sit, nec possit infringi oportet, vt probetur reædificatio, vt ait Rot. *in Valentina Parœcialis, p.* 4. *diuers. d.* 99. *& in Nolana beneficij* 19. *Ianuarij* 1594. de qua Garsia *p.* 5. *de benefic. cap.* 9. *num.* 130. vbi ad acquirendum iuspatronatus ex reædificatione, oportet, vt probetur dictam Ecclesiam reædificatam ex propriis expensis, vt fuit in casu nostro probatum, scilicet quadringentos ducatos expensos pro Cappella reædificanda, quæ quidem impensa non poterat fieri de fructibus ipsius Cappellæ, quæ cum non redderet nisi triginta annua, oportebat reædificationem porrigere in longissimum tempus, quod noluit sed voluit vt reædificaretur Cappella infrà certum tempus, scilicet infrà annum, vel ad summum infrà biennium: quia ergo Ecclesia erat reædificanda infrà biennium ad summum, non poterat ex illis 30. annuis reædificari, vt in puncto ponderauit Rota *in d. Nolana beneficij* apud Gars. *d. num.* 130. sic si iuspatronatus concedatur ex au- 37
gumento dotis, sicque ex causa onerosa non valet, nec potest dici acquisitum, nisi probetur augumentum dotis, & consignatio, vt fuit dictum in Paduana iurispatronatus 19. Ianuarij 1694. & 6. Martij 1595. coram Card. Mantica, & in Cremonensi præposituræ 20. Nouembris 1600. coram Card. Mellino, & in Valentina Parœcialis citata, teste Viuiano *lib.* 4. *de iure patron. cap.* 10. *num.* 8. sic etiam dicendum est si iuspatronatus sit reseruatum ex recuperatione bonorum, nam non valet, nisi probetur recuperatio, vt in Comensi iurispatronatus 8. Iunij 1601. coram Card. Seraphino. Ratio horum est, quia cum huiusmodi reseruatio sit conditionalis, non habet effectum

ctum antequam conditio adimpleatur, *l.3. §. per fideicommiſſariam, ff. de bæred. inſtit. l.cedere diem ff. de verb. ſignific.* Verall. *dec.338. num.3. part.1.* Sed in caſu noſtro fuit adimpleta conditio, tam reædificationis, quàm augmenti dotis, vt patet ex proceſſu; ergo vtpotè conditione adimpleta, cæteriſque ſufficienter probatis, non poterit amplius reuideri, præſertim cum ſimus in iure patronatus conceſſo ratione reædificationis; quæ conceſſio non poteſt dici merum priuilegium, quod ſit ex cauſa oneroſa, ac per conſequens adiuuandum non ſtrictè interpretandum, vt ait Rota teſte Garſia *d.c.9.num.122.*

Probatur tertiò, quia omnia expoſita tunc temporis per Ioannem Baptiſtam Berlingerium Summo Pontifici fuerunt remiſſa iuſtificanda Archiepiſcopo Neapolitano, per quem omnia adamuſſim verificata fuerunt, vt in proceſſu; ergo gratia ſic iuſtificata executionem meretur, imò promptam, ad exemplum eorum quæ notantur *in l. fin. C.de edict.* D. Adrian. *toll. C.paſtoralis* 28. *§. quia verò de offic. delegati, vbi gloſſ. in verb tenetur.* Rota apud Gregorium XV. *dec.221. &* Cocc. *deciſ.* 373. *&* apud Card. Caualer. *deciſ.639. &* 148. *&* 363. *& in recentioribus part.2. tom.2. dec.625. &* apud Martinum Andream *de-*
38 *ciſ.91. & coram* Pamphilio 27. *Iunij* 1603. *dec.28.* apud Marcheſanum *p.1. fol.* 449. ergo ſi gratia Pontificis iuſtificata ob reuerentiam, quæ concedenti debetur executionem paratam obtinet, nullo modo poterit amplius moleſtari poſſeſſor, vt in ſimili notat poſt multos, quos allegat Epiſcopus Maranta *p.3. reſponſo* 42. *num.5. & reſponſ.* 100. *num.7. p.4.* ergo cum gratia tunc fuerit exequuta iuſtificatis omnibus requiſitis, & conditionibus appoſitis debet Fiſcus obiectam exceptionem ſubreptionis formiter atque plenè docere, quia illud eſt fundamentum ſuæ intentionis, ergo ab eodem probandum *cap.4. de litis conteſt. in 6. vbi* Ioannes Andreas, *&* Gemian. *num.8.* Rota apud Gregorium XV. *deciſ.* 108. *vbi* Beltram. *num.16. &* apud Cocc. *dec.89. num.1. & 2.* vbi talem probationem eſſe concludentem. Rota *p.1. in recentiorib. dec.418. & coram* Marco Montio *dec.275. num.6. poſt 2. volumen* Conſ. Farinac. Pariſ. *de reſign. benef. lib.10. quæſt.2. num.7.* ergo opponat, & probet Fiſcus quæ prætendit contra talem poſſeſſionem, quia ius habet fundatum, & gratiam Pontificis iuſtificatam, provt probauimus.

39 Neque dicat Fiſcus pro ſe habere diſpoſitionem Trident. *ſeſſ.25. c.9. de reform. in fine*, vbi Ordinariis locorum datur facultas reuidendi omnia beneficia iuriſpatronatus conceſſa per 40. annos poſt Tridentinum, ad effectum vt debeant reuocari, vel confirmari, ſecus in illis, quæ fuerunt conceſſa 40. annis ante Concilium Tridentinum, quem locum explicat Rota Rom. *dec.* 4. *num.* 4. apud Farin. *p.2. in poſthumis, & poſt* Garſ. Filiuc. *tom.3. tractat.41. cap.2. num.59.* Viuian. *lib.4. cap.* 10. *per totum*, Lotterius *de re beneficiaria lib.2. q.8. per totum.*

Reſpondetur enim primo quòd cum tale iuſpatronatus non ſemel tantùm, ſed bis, & ter per anteceſſores Archiepiſcopos Eminentiſſimos S. R. E. Cardinales fuerit cognitum, illudque vacans ad præſentationem Patronorum inſtitutione ſequuta conceſſum, datumque fuerit, & ſexaginta annorum ſpatium effluxerit, nulla alia poterit haberi cognitio de eo, quod ſemel rectè cognitum fuit, cum poſſeſſores ſint in quaſi poſſeſſione præſentandi tali iure patronatus: alioquin litium nullus daretur finis, quia poſt hanc cognitionem poſſet alius Archiepiſcopus cognoſcere, & ſic in infinitum, vt benè poſt Garſiam *d.p.5. cap.9. num.124. cum ſequentibus dicit* Filliuc. *d.c.2. n.58. cum ſequentibus.*

Reſpondetur ſecundò *cum* Lotterio *d. quæſt.8.* 40
num.18. quod diſpoſitio Concilij *d. ſeſſ.25. cap.9. de reformat.* procedit in iuribus acquiſitis ſolùm ex augmento dotis, vel reædificatione, aut ſimili cauſa, vt ait Trident. vbi ſuprà ſed ex mera gratia, putà ſi quis conſtruit vel augmentauit dotem Eccleſiæ poſtea petiit priuilegium iuriſpatronatus conceſſiuum, putà exponendo Pontifici ſe velle talem Eccleſiam iuriſpatronatus titulo habere, quia hoc priuilegium eſt mera gratia, ſed quando iuſpatronatus fuit conceſſum per Sanctam Sedem ſub hac formula, putà ſi reædificauerit, vel auget dotem, tunc dicitur conceſſum ex contractu oneroſo, quod nullo modo continetur ſub dicto capite Concilij, quoad reuiſionem, vt in puncto conſuluit Hieronym. Gabr. *conſ.195. num.8. & dixit* Rota apud Creſcentium *dec.11. de iurepatr.* Seraphin. *deciſ 499. num. 4. & dec. 555. num. 5. verſ. quantum ad decreta.* Lotterius *vbi ſuprà num.* 12. Ferdinand. Caſtr. Palaus *de beneficiis puncto 3. in fine.* In caſu noſtro Eccleſia S. Baſilij iam corruerat, neque amplius poterant in illa ſacra fieri, vt in facto probatum eſt: fuit conceſſum tale iuſpatronatus Ioanni Baptiſtæ Berlingerio, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum, dummodò Eccleſiam prædictam reædificaret, & in eius reædificationem bis centum aureos expenderet, ædificatamque Eccleſiam omnibus neceſſariis ad offerendum inſtrueret, atque dotem in annuis ducatis viginti augeret; quod totum ſumma cum diligentia fecit, & apud Curiam Archiepiſcopalem deduxit, & conſtare fecit, executionemque litterarum Apoſtolicarum obtinuit, & in poſſeſſione fuit, vt ſunt nunc eius ſucceſſores; ergo nulla alia noua cognitio ad Ordinarium ſpectat; vt decreuit Rota apud Seraphin. *deciſ.499. num.4.* & plura refert Beltramin. *in addit. ad deciſ.397.* Gregorij XV. *num.6.* vbi omninò videndus Lotter. *d. quæſt. 8. lib 2. de benef.* Cuius ratio à priori eſt, quia Trident. vbi ſuprà excepto caſu augmenti dotis, nihil aliud continet niſi ſimplicem Priuilegiorum huiuſmodi reductionem ad terminos iuris communis, quia quatenus reſeruat tres illos caſus ſcilicet Conſtructionis Eccleſiæ à fundamentis vel præſtationis fundi, aut totalis reædificationis, certiſſimum eſt acquiri iuſpatronatus ex illis modis iuris diſpoſitione, vt benè poſt alios Rocchus de Curte *de iurepatr. in verb. fundauit num.* 1. quapropter ſi Eccleſia ita egeat reparatione, vt ſcili- 41
cet totaliter diruta, vt noua egeat benedictione, tum acquiritur per reædificationem de iure communi iuſpatronatus. Rocch. *vbi ſuprà num.* 22. Lambertin. *lib.1. de iure patr. quæſt.6. in 3. art. numer.2. & art.8. num.17.* Seraphin. *dec.555. num.2.* Rota *deciſ 58. part.1. in Recentioribus.* ergo quando Concilium dicit reuideri poſſe iuſpatronatus acquiſitum poſt Trident. per 40. annos ex augmento dotis, vel ex noua conſtructione, vel ex alia ſimili cauſa, etiam auctoritate Sedis Apoſtolicæ acquiſitum, non diſponit aliquid de nouo, excepto in augmento dotis, ſed reducit Priuilegium Sedis Apoſtolicæ ad ius commune, vt bene Lotterius *vbi ſuprà num.* 19. plures notat

deci

decisiones, quas allegat. Sed de iure communi si Ecclesia sit totaliter diruta, per reædificationem acquiritur iuspatronatus, vt dicebamus, quod non potest reuideri, igitur etiam post Concilium, quando iuspatronatus fuit acquisitum ex mero titulo oneroso: quo casu dicitur priuilegium transire in naturam contractus, minime poterit iterum reuideri, cum satis sufficiat iustificatio tunc temporis facta, quando scilicet Bullæ Pontificiæ fuerunt iustificatæ; vltra quod
42 quando Concilium dicit posse reuideri, intelligitur si à principio non fuerit reuisum, vel potest reuideri in genere scilicet ex lectura processus, vtrum tunc temporis scilicet fundationis bene omnia processerint; non autem nunc iterum testes examinando pro iustificatione literarum Apostolicarum, vt dicebamus, cum iam satis superflue sint iustificatæ, & probationes factæ super iurepatronatus, sunt liquidissimæ, vt patet; imo sententia adest pro litterarum Apostolicarum iustificatione in persona Ioannis Baptistæ Berlingerij, ergo non potest amplius impugnari, Rota *decis.* 269. *p.* 2. Rota apud Viuianum *lib.* 4. *de iurepatron. cap.* 10. *fol.* 273. *vers. neque facit*; quia quoad hunc effectum, vt non cadat sub regulis, neque sub Concilij dispositione, oportet, vt Ecclesia sit totaliter diruta, vt ait Rota *pluries teste* Viuiano *lib.* 4. *de iurepatron. cap.* 10. *fol.* 265. *vers. neque obstat*, quem rogo videri *d. cap.* 10 *à num.* 28. per quindecim paginas, vbi totam materiam explicat, cum Rotæ decisionibus iurispatronatus fundati ex priuilegio Sanct. Sedis Apo-
43 stolicæ. Quando vero iuspatronatus prætenditur ex augumento dotis, tunc si aucti sint fructus ad medietatem veri valoris, quo valebat dos Ecclesiæ, dicitur iuspatronatus non ex gratia, sed ex contractu oneroso concessum, nec subiacet Concilio Trident. *de quo d. cap.* 9. *vt post alios* Lotterius *d. lib.* 2. *quæst.* 8. *num.* 25. Sic est in casu nostro, vbi dos, vt fuit probatum, in facto, erat ducatorum 30. annuorum, fuerunt additi per Ioãnem Baptistam Berlingerium ducati 20. annui, igitur vltra medietatem veri valoris; ergo non debemus scandala causare, quæ orirentur sane si laici viderent à se auferri sine eorum culpa, quod multis sudoribus, & sumptibus acquisierunt; vt
44 in simili ratiocinantur Card. *cons.* 147. *num.* 5. præsertim quando Pontificis intercessit factum, quod inuiolabile esse debet ob correspectiuum beneficium laici in Ecclesiam illatum, vt optime considerauit Gambarus *de officio legati lib.* 3. *à num.* 283. non secus ac contractus celebratus cum ipso concedente ad cuius naturam magis accedit tale oneroſum priuilegium *l. fundi*, *Cod. de fun-*
45 *dis patrim. lib.* 11. Berous *cons.* 146. *numer.* 49. *lib.* 3. quia hoc priuilegium non pendet ex concedentis auctoritate, sed ex iure alteri quæsito, in quo stat vis irreuocabilitatis, & irretractationis, vt ait Bald. *in l. cum mihi*, *ff. de dolo.* Rolandus *cons.* 76. *num.* 18. *lib.* 2. Lotterius *vbi suprà num.* 58. Quare omni iure fisco esse imponendum perpetuum silentium, consensum ad exuberantiam requisitum fore præstandum in tali donatione iurispatronatus, spero iudicandum, sub tanto Iudice, scilicet Reuerendissimo Domino Gregorio Peccerillo, in cuius scrinio pectoris stant hæc omnia iura, qui cum tot Cathedralium Pastores praxim Curiæ Romanæ docuerit, vt illi publice fateantur, non sine ipsorum honore ipsius fuisse discipulos, me in illorum numerum dignatus fuit collocare, vt cum illis glorier tanti viri disciplinam habuisse ac in præsenti habere die 16. Octobris 1648.

Hæc causa fuit decisa tempore Eminentissimi Cardinalis Carraccioli, vt in Curia Archiepiscopali apparet.

DISCEPTATIO XIII.

SVMMARIVM.

1 *Facti species proponitur.*
2 *Regularis, qui operatur ex præsumpta voluntate Prælati excusatur.*
3 *Pecunia non pertinet ad proprietatem Monasterij.*
4 *Pecunia est de rebus, quæ seruando seruari non possunt.*
5 *Licentia quid sit, & tacita quando dicatur?*
6 *Licentia interpretatiua excusat à vitio proprietatis.*
7 *Regularis dans sine licentia Superioris non dicitur proprietarius.*
8 *Regularium Prælati cur constituantur?*
9 *Licentia potest esse, tum expressa, tum tacita, neque in hoc differt à consensu.*
10 *Epicheia quid sit, & an excuset à voto paupertatis?*
11 *Epicheia quando locum habeat.*
12 *Regulares dantes ad bonum finem excusantur per Epicheiam.*
13 *Regulares possunt recurrere ad Superiores, & qui recursus prohibeatur.*
14 *Recursus Regularium ad exteros pro gratiis, & officiis prohibetur.*
15 *Recursus Regularium ad Sanctam Sedem pro appellationibus qualiter permittatur.*
16 *Recursus Regularium pro violentia est permissa, non ad Laicos, sed ad Ecclesiasticos.*
17 *Recursus ad Sedem Apostolicam per viam querelæ, vel ad petendam obseruantiam Regularem, permittitur.*
18 *Papa est Generalis, Prouincialis, & Prior Regularium.*
19 *Proprietarius non est, qui operatur rationabiliter.*
20 *Recursum ad Sedem Apostolicam impedientes qualiter puniantur.*
21 *Reformatio Regularis obseruantiæ, per quæ habeatur.*
22 *Patres Superiores, de quibus in præsenti, possunt castigati.*

ARGVMENTVM.

Regularis qui, & quando censeatur operari ex præsumpta voluntate Prælati. Licentia quid, quotuplexve sit, ac vnde dicatur. Regularis dans sine licentia Superioris non est proprietarius, nec pœnis proprietariorum punitur. Potest vti epicheiâ ad votum paupertatis seruandum. Licitum est ad superiores recurrere Regulares pro ne-

ceſſitatibus Religionis exponendis : & quotuplex detur recurſus? Ex Bullis Pontificum, præſertim Pij II. diſponitur Prælatos Regulares reformationem ſuorum Ordinum procurare debere.

PRO

Patribus N. N. Religionis N.

CONTRA

Suos Superiores, eos indebitè carceratos detinentes.

1 SVPPONITVR in facto, quoſdam Religioſos obſeruantes, zelo bono motos Sacræ Congregationi literas miſiſſe humiliter ſupplicantes pro Apoſtolico Viſitatore, qui defectibus prouideret, quibus eorum Superiores obuiare non valerent: Inter quos defectus corrigendos, primus erat, Infirmariam, in loco apto, & commodiori pro infirmis, & ſenibus conſtruere, ne ipſi prius moriantur, quàm remedia adhibeantur. Secundus Prouincialem, ſeu Vicarium conſtituere pro conſeruatione obſeruantiæ, & iuſtitiæ à ſuperioribus localibus miniſtrandæ, tempore opportuno, ne ſubditi miſerè pereant, illam per tot literas ab eorum maiori Superiore deplorando, vt experientia apud eos edocuit. Tertius corrigendi defectus, ſcilicet, orationem mentalem ab omnibus faciendam in vno loco ad hunc effectum deſtinato, quod nunc non fit. Quartus regulam conſtituere, vt electio in capitulis generalibus fieret de dignioribus, qui ius vnicuique tribuant, ſecundum regulas iuſtitiæ, tum Diuinæ, tum humanæ. Quintus, vt vacationes eſſent per biennium ab omni officio, ſecundum mentem legis emanatæ à quodam olim eorum Protectore, &c.

Sed quia prædicti Religioſi inter ſeſe valdè diſtabant, nec poterat in hoc negotio peragendo per vnam tantum Epiſtolam Sacram Congregationem certiorem facere (cùm ſatis, atque ſatis Religionis Procurator Romæ oppugnaſſet) quantitatem aliquam pecuniæ ab amicis acceperunt, vnde Tabellionem, & Procuratorem in Alma Vrbe conſtituerunt, ad finem eorum iura, & rationes tuendi, ſicque neceſſe foret licentiam obtinendi Romam eundi.

Quod Superiores indignè ferentes, prædictos Religioſos coniecerunt in carceres, ſub prætextu violationis voti paupertatis ob pecuniam acceptam.

Quæritur nunc, an verum ſit, cùm illam acceperint pro recurſu ad Sacram Congregationem, pro bono Religionis, & an Superiores ſint excommunicati ob prædictam rationem, & impedimentum recurſus?

Qua facti ſerie propoſita dico, nulla eſſe pœna violationis paupertatis puniendos hos tales, & Superiores taliter procedentes puniri poſſe pœnis, de quibus infrà.

2 Probo primò, quia Regularis, qui operatur in vtilitatem Monaſterij, dicitur operari ex præſumpta voluntate Prælati Superioris probabiliter ſibi perſuadens, quod ſi ille adeſſet, omnino vellet fieri talem expenſam, quantumvis contradiceret Prælatus inferior, quia taciti, & expreſſi eadem eſt virtus, *cap. 2. de reſcriptis, l. cum quid, ff. ſi cert. petatur*, & in puncto Pellizzarius *tom. 1. in manuali Prælator. tract. 4. cap. 20. ſect. 4. num. 292.* hoc enim caſu Regularis cenſetur operari, vel de licentia Superioris Supremi, vel certe de iure naturali dictante vnicuique licitum eſſe ſibi prouidere in neceſſariis; quod ius naturæ prævalet ſine dubio cuicumque iuri humano, vt bene Pellizzarius *tom. 1. tract. 4. cap. 2. ſect. 4. numer. 372.* ergo cum in præſenti iſti Regulares vſi fuerint pecunia ad finem, tam bonum, & tam ſanctum, nullum incurrerunt vitium proprietatis. Nec eſſet ponere os in cœlum dicere pecuniam non pertinere ad proprietatem Monaſterij, 3
ex eò quod non eſt in fructu, ſed potius in conſumi, *ex Gloſſ. in l. 1. §. quæſitum, ff. ad Trebell.* Megala *tom. 2. var. reſol. 128. num. 10.* Ideo dicimus, quod pecunia de capitali, ſeu ſorte principali relicta Monaſterio, cum poteſtate diſtrahendi, poteſt conſumi, ſeu inueſtiri, & alienari, abſque pœna extrauagantis, *Ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alien.* Epiſcopus Maranta *part. 3. reſpon. 58.* Etenim pecunia ſimpliciter, & abſolutè 4
accepta eſt de mobilibus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt; nec accipitur, vt conſeruetur, ſed vt conſumatur in aliud, & inuenta fuit ad commutationes rerum faciendas, vt bene S. Thom. *2. 2. quæſt. 78. artic. 1. in reſponſ. ad 6.* Sotus *de Iuſtit. & iure, lib. 6. quæſt. 1. artic. 1.* Corradus *de contractibus quæſt. 22.* Bald. *conſil. 449.* Molina *diſput. 304* Rota coram Merlino *301. num. 41.* nec fructificat, ſed manet otioſa, *cap. eiiciens 88. diſt. l. nummi, ff. de in litem iurando*, Reg. Capic. Latro *tom. 2. conſult. 134. num. 31.*

Probatur ſecundò, quia licentia eſt gratia, ſeu 5
facultas conceſſa alicui, per quam ſibi licet, quod prius non licebat, & dicitur à liceo, lices, ſecundum Apoſtoli dictum (*omnia mihi licent*) hoc eſt conceſſa ſunt, & facit ad hoc textus *in cap. ſi cauſa, & cap. Chriſtiano 33. quæſt. 4.* & patet ex illis, quæ ſunt poſita in ſumma, *cauſa 14. quæſt. 1.* Quæ licentia duplex eſt, vna expreſſa, & ſpecialis, alia tacita, & generalis, quam præſumptam vocat S. Thom. *2. 2. quæſt. 3. artic. 8. ad primum*, licentia enim in certis caſibus ſolet exprimi voce, ſcripto, aut nutu; in quibuſdam verò tacita præſumitur, quæ præſumptio, ſiue tacitus conſenſus Prælati, poteſt colligi ex multis. Primò ex conſuetudine, & vſu Religionis. Secundò ex perſona Prælati, vt ſi ſit facilis, vel difficilis ad concedendum ſubditis. Tertiò ex eiuſdem taciturnitate, quia qui ſcit, & tolerat, videtur conſentire; *cap. conſentire 83. diſt.* Quartò ſi res geſta ſit in vtile Religionis, & ſubditorum, quia tunc præſumitur licentia, & hæc interpretatiua licentia ſufficit ad aliquem excuſandum à violatione voti paupertatis, vt latè DD. apud Petrum Nauarrum *de reſtitut. lib. 3. cap. 1. num. 171.* Sanch. *lib. 7. in ſumma, cap. 19.* Bartholomæus à Sancto Fauſto *lib. 8. de tribus votis, quæſt. 142. in tit. de voto paupertatis*, Martinus Nauarrus *lib. 3. conſil. de ſtatu, Monachorum conſil. 3. num. 64.* & Bartholomæus à Sancto Fauſto *vbi ſuprà quæſt. 39.*

Hæc tamen licentia interpretatiua, deſumpta 6
ex procuratione boni Monaſterij & Religonis, excuſat Regulares à vitio proprietatis, dummo-

do

do talis præsũptio sit rationabilis, & iusta, vt bene S.Th. 2.2.*q.*32.*art.*8.*ad* 1. quia taciti, & expressi eadem est virtus, *l. cùm quid, ff. si cert. petatur*, *d. cap. 2. de rescriptis*, Card. Turrecremata *in cap. non dicatis, artic.*8.12. *quæst.*1. S. Anton. *3.part. in tit.*16. *cap.*1. §.2.*notabili* 20. Ioannes de la Cruce, *de statu Religiosorum, lib.* 1. *cap.*3. *de voto paupertatis dub.*3. Sylvester *in verbo eleemosyna, quæst.*5. *num.*7. *dicto* 20. Tabiena *quæst.*8. *num.* 9. Armilla *in eodem verbo, num.*50. Bannes 2.2.*quæst.*32.*art.*8. *ad* 1. Sanchez *lib.*7.*in summa, cap.*19. *num.* 4. & hoc procedit non solum in casu, quo Superior postulari non potest, verùm etiam casu, quo posset expressa licentia peti, sed ob respectum humanum non petitur, quia Superioris tacitus assensus sufficit, vt latè Tamburinus *de iure Abbatum. tom.* 2. *disput.* 22. *quæst.* 8. Idem consuluit Nauarr. *in commentario de Regularib. num.*20. & *lib.* 3. *de Regularib. consil.* 73 .*num.* 64. *in* 1.*additione.*

Probatur tertiò, quia Regularis dans fine licentia Superioris non dicitur proprietarius, nec 7 pœnis proprietariorum punitur, *cap.* Monachi, *iuncto cap. cum ad Monasterium de statu Monachorum*, Concil. Trident. *sess.*25. *cap.*20. Pellizzarius *tract.*9. *cap.*4. *sect.*3. *num.*188. Pater Philippus de Bictis Cappucinus *in pract.* 8. *criminali Canonica, quæst.*123. *num.* 10. Sed incurrit in pœnas Clementis, & Vrbani VIII. *de largitione munerum*, quas pœnas neque incurrit posito consensu, de quo suprà, quia ad bonum finem, &c. Ergo quomodo in casu nostro poterunt isti Regulares puniri, quorum Prælati essent puniendi, quia certum est Prælatos negligentes in procuranda Regulari obseruantia puniri posse ex communi Canonistarum sententia, apud Rodriquez *tom.* 2. *quæst.*40. *artic.* 1. & apud Pellizzarium *d. tract.*9. *cap.*4. *num.*237. Sunt enim Prælati Reli- 8 giosorum constituti ad bonum Religiosorum procurandum, non ad commodum, & vtilitatem propriam, alias eorum dominium fuisse tyrannicum, contra illud Christi Domini, *Lucæ* 22. vbi Christus Dominus assignat differentiam inter dominium Christianum, Ciuile, Politicum, & Despoticum Barbarum, ibi enim dicit Principes gentium dominantur eorum, &c. Vos autem non sic, & prima *Petri cap.* 50. ibi non dominantes in clero, supple ad propriam vtilitatem, & constat ex illo loco, *Zachariæ* 3. *& cap.*13. *& cap.*34. ibi, *Væ Pastoribus Israël, qui pascebant semetipsos, non verò Greges pascuntur à Pastoribus*, & ibidem *subiungitur, lac comedebatis, & lana operiebamini, & quod crassum erat occidebatis, & ægrotum non sanastis, & quod confractum erat non alligastis, &c.* Accedit, quod licet Prælatus verè non consentiret; si subditus habet iustam, & probabilem causam credendi, quod consentiat non peccat argumento, *l. inter omnes, §. fin. ff. de furtis*, Iacobus de Graffiis *tom.* 1. *lib.*3. *de Regularib. consil.* 9. *num.* 5. *&* 6. Peirynus *de subdito, & Prælato*, *tom.* 1. *cap.* 2. *quæst.* 2. §. 4. Diana *de paupertate religiosa, resol.* 31. *& part.* 6. *tract.* 6. *Miscell. resolut.* 58. Et licet aliqui dicant dif- 9 ferre licentiam à consensu, quod consensus possit esse tacitus, licentia verò debeat esse expressa, vt dixerunt aliqui Iuristæ, relati à Sanchez *lib.* 3. *de matrim. disput.*35. *numer.* 16. Naldo *in summa in verb. consensus, num.*10. *& in verbo licentia num.*1. tamen probabilius est contrarium, scilicet quod etiamsi pro aliquo actu requirantur licentia, tamen sufficit tacita implicita, seu interpretatiua: ita Sylvester *in verb. testamentum il* 2. *quæst.*2. Sanchez *in summa, lib.* 6. *cap.*11. *numer.*11. Portellius *in dubiis Regularibus*, *in verb. licentia, num.*20. Lezana *tom.*1. *cap.*6. *num.*55. *& tom.*3. *in verb. licentia, n.*2.

Probatur quartò, quia Regularis potest vti 10 Epicheiâ ad votum paupertatis seruandum (quæ Epicheiâ est legis interpretatio, qua quis in casu occurrenti interpretatur legislatorem, vel non potuisse, vel noluisse ad aliquem actum obligare ob concurrentes circumstantias, & si alias talis actus sub verbis legis sit comprehensus: Et ideò Epicheiâ includit actum, tum intellectus, tum voluntatis, vt bene aduertit Castrus Palaus *tra.*1. *disp.* 3. *puncto* 8. *num.* 1. qui ait operantem ex tali interpretatione dici vti Epicheiâ, Merolla *de legib. cap.* 2. *dub.* 10. *& cap.* 8. *dub.* 2.) quia lex, quæ statuit vniuersaliter, non ideo sic statuit, quod pro omnibus, & singulis rectè idem præscribat, neque possit occurrere casus, pro quo id præscribitur rectè; sed quia pro pluribus, & maiori parte: vnde si lex pro aliquo casu particulari aduertatur peccasse, optimum est, vt corrigatur: si quidem etiam ipsemet legislator illam correxisset: neque hoc est referendum in legem, vel legislatorem, quasi minus rectè illam statuerit, sed in conditionem materiæ, & in contingentiam rerum, & actuum humanorum, qui infinitis penè modis variantur, neque omnes vna aliqua lege possunt regulari, vt bene S. Thom. *part.* 2. *quæst.* 96. *art.*6. *ex* Aristot. 5. *ethic. c.*10. Suarez *lib.* 6. *de legibus*, *cap.* 6. *num.* 4. Sanch. *de matrim. lib.* 2. *disp.* 42. *num.* 32. Ergo nil mirum est, si etiam in legibus spectantibus ad votum paupertatis religiosæ, detur locus Epicheiæ quoad dandum, siue recipiendum sine licentia Superioris expressa, cum etiam in ista materia militare possit doctrina tradita, &c. vt bene Pellizzarius *dicto tract.* 4. *cap.* 2. *sect.* 5. *num.*393.

Quando enim Superior non potest adiri, vt 11 in casu nostro, quia Regulares contra Superiores agunt apud Sacram Congregationem, tunc iudicandum est casum non comprehensum sub lege; vt bene Baldellus *de legib. quæst.* 1. *puncto vltimo* §. 2. *num.* 10. Sicque poterunt subditi vti tali licentia si vident quod petentibus eam, iniustè denegaretur, vt bene Fagundes *in Decalogum, lib.* 7. *cap.*50. *num.* 21. quia idem est habere Prælatum abutentem sua potestate, & iniustè nolentem illa vti, cum possit, & ex charitate debeat, ac non habere copiam Superioris, ergo sicuti absente Superiore licitus est vsus Epicheiæ, ita in præsenti casu: tum quia Epicheiâ respicit non voluntatem Superioris, qui neg.uit licentiam; Sed alterius Prælati Superioris, vel certe totius Religionis, vel Papæ, qui est supremus Prælatus omnium Religionum, vt bene Henriquez *lib.* 6. *cap.* 13. *num.* 4. *&. cap.* 15. *numer.* 6. Peyrinus *de regulari subdito, quæst.* 1. *capit.* 8. §. 50. *ver. sed quid.*

Ergo dico cum Pellizzario *tract.*4. *cap.*2. *sect.*4. 12 *num.* 398. Religiosos dantes rem notabilem ad bonum finem excusari per Epicheiam, tum in foro externo, tum interno, quia forum externum, & conscientiæ sunt idem, quando non fundatur in præsumptione: ergo sicuti Religiosus excusatur in foro conscientiæ vtens Epicheiâ, ita excusabitur pro foro externo; & cum vtitur Epicheiâ non tenetur Superiori hoc manifestare deinde vt bene Pellizzarius *sect.* 3. *quæst.* 13. §. *caterum.* Et talis Epicheiâ excusat à voto paupertatis,

tatis, nec facit Religioſum proprietarium, Suar. *de Religione, tom. 3. lib. 8. cap. 11. num. 10.* Pellizzarius *ſect. 3. num. 401.*

13 Probatur quintò, quia licitum eſt ad Superiores recurrere Regulares pro exponendis neceſſitatibus Religionis, & Regularis obſeruantiæ, ergo intelligitur data licentia pro omnibus neceſſarijs ad finem illum comparandum, *capit. præterea, de officio delegati, l. 2. ff. de Iuriſdict. omn. Iudicum*, & non ſolum intelligitur conceſſa circa ea, quæ ſunt omnino, & ſimpliciter neceſſaria, ſed etiam de illis, quæ ſecundum decentiam neceſſariò moraliter requiruntur. Vnde licentia conceſſa alicui Religioſo accedendi ad Monaſteria Monialium, cenſetur etiam conceſſa, vt vadat cum ſocio, Naldus *in verb. licentia, n. 3.* Lezzana *tom. 3. in verb. clauſura, numer. 27.* qui refert declarationem Sacræ Congregationis, circa ſocium confeſſarij miniſtraturi ſacramenta monialibus infirmis, ergo Regulares prædicti bene operati fuerunt ad conſequendum finem propoſitum, pecunia Monaſterij vtendo, vt bene DD. citati.

Quod verò recurſus Regularium ad exteros permittatur, certum eſt, quia quadruplex eſſe poteſt recurſus Regularium ad exteros.

14 Primus pro fauoribus ipſorum impetrandis ad obtinendum aliquam gratiam, officium, vel gradũ in Religionibus, & hic eſt omnino prohibitus ſub diuerſis pœnis, de quibus, Lezzana *tom. 1. cap. 10. num. 17. & cap. 15. num. 27. & cap. 18. num. 82.* Tamburinus *de iure Abbatum, tom. 1. diſp. 10. quæſito 1.* idem Lezzana *tom. 3. in verb. officia Religionum, num. 10.*

15 Secundus recurſus Regularium eſt ad Tribunalia extra ſuam Religionem, titulo appellationis ſeu querelæ contra ſuos Prælatos, & hic permittitur, vt latè Sanchez. *in ſumma lib. 6. capit. 8. num. 101.* Peyrinus *de ſubdito quæſt. 1. capit. 2.* Portellius *in dubiis regularibus in verb. appellare.* Thomas de Ieſu, *de viſitatore regularium tract. 3. cap. 17.* Dian. *de dubiis Regularibus, tract. 2. reſol. 14.* Cardin. Lugo *tom. 2. de iuſtitia diſput. 34. ſect. 14. num. 176.* Nouar. *in lucerna Regularium in verb. appellatio.* Lezzana *tom. 3. in verb. appellare.*

16 Tertius recurſus eſt eorundem Regularium ob violentiam, ſeu vim illatam, quam eſſe licitam ad Sedem Apoſtolicam omnes fatentur: nec deſinunt aliqui, qui dixerunt ad Seculares Magiſtratus poſſe in hoc caſu Regulares recurrere, vt dixerunt Salgad. *de Regia protectione, tom. 1. par. 1. cap. 1.* Pereyra *de manu regia part. 1. cap. 4. q. 7.* Ceuallos *de violentia, per plura capita, & ex Theologis* Rodrig. *in ſumma tom. 1. cap. 51. num. 8.* Henriquez *lib. 14. cap. 12. num. 6. & lib. 3. c. 16. num. 4.* Quos omnes impugnant alij communiter apud Lezzanam *tom. 3. in verb. exemptio Regularium num. 16.*

17 Vltimus eſt recurſus ad Sedem Apoſtolicam per alias cauſas, putà per viam querelæ dandæ Superioribus, vel per viam opportuni remedij petendi ad obſeruantiam Regularem, vel à Sancta Sede opportuna remedia petendo pro ſe ipſis. Et hoc caſu licitum eſt recurrere ad Sedem Apoſtolicam, vt poſt alios Lezzana *tom. 1. cap. 9. n. 4. & 7. & tom. 3. in verb. appellare, & appellatio num. 4. & in verb. recurſus num. 20.* Qui recurſus licet ſit faciendus regulariter gradatim, ſcilicet à Prælato immediato ad Prouincialem, à Prouinciali ad Generalem, à Generali ad Protectorem, & à Protectore ad Sanctiſſimum, vel ad Sacram Congregationem Epiſcoporum, & Regularium, eius vices habentem; Nihilominus quando à ſuis ſuperioribus non ſperant remedium, poſſunt Religioſi immediate, à ſuo ſuperiore appellare ad Sedem Apoſtolicam, *cap. ad Romanum il. 1. 2. quæſt. 6. cap. ſi duobus, cap. dilecti filij il. 3. de appellat.* vbi dicitur quod omnes ad Sedem Apoſtolicam poſſunt appellare. Ratio eſt, quia Papa eſt principalis, & vniuerſalis, ac immediatus ſuperior Regularium; vnde illorum eſt Prior, Prouincialis, & generalis, Sotus *lib. 8. de iuſtit. q. 3. art. 1.* Peyrin. *tom. 3. priuilegiorum Minimorum cap. 4. num. 4.* Scortia *de inualiditate profeſſionis dub. 25. & 6.* Bordonus *reſolut. Canonicarum, c. 32. num. 26.* Et hoc caſu, ſi ſuperior nollet dare licentiam, poſſet Regularis ſine illa mittere, vel accedere quia *Decretum Concilij ſeſſ. 25. c. 4.* in quo prohibetur Regularibus accedere ad ſuos Superiores ſine licentia, non intelligitur pro iſto caſu; quia non eſt credendum Concilium loqui de Religioſis à ſuo Superiore grauatis contra omne iuris debitum, vel de Religioſis recurrentibus pro bono Religionis, vt ex Nauarro, & Sayro, docet Lezzana *tom. 1. cap. 16. num. 9.* Bordonus *vbi ſup. num. 50.* ex Rodriquez, Sanchez, Azorio, & Barboſa quos refert. *Sic etiam decreto* Summomorum Pontificum Clementis VIII. & Vrbani VIII. de quibus Lezzana *tom. 1. cap. 10. n. 16. & Conſtitutio* Sixti V. *ac declaratio* Sacræ Congregationis *apud eundem num. 15.* vbi prohibetur recurſus Regularium ad vrbem ſine licentia Generalis vel Protectoris, ſub pœna priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, non comprehendit caſum præſentem, quia loquuntur de alio acceſſu, non ſub bono fine; vt bene Peyrinus *vbi ſuprà num. 15. & 17.* Bordon. *vbi ſuprà num. 28.* quia licentia formalis, & expreſſa, neceſſaria non eſt in illis, quæ aliàs ſunt conceſſa, qualis eſt prædictus recurſus; præſertim cum in illo includatur tacita licentia ad talem acceſſum Bordonus *vbi ſuprà.* 19

Nec pœnas contra proprietarium incurrit ille, qui operatur rationabiliter, vt latè Lezana *tom. 3. in verb. recurſus num. 3.* in puncto Io. Franciſcus Girardus *de regimine Regularium part. 3. dub. 42.* Vnde Sacra Congregatio die 1. Martij 1641. declarauit Generalem non potuiſſe priuare voce actiua, & paſſiua quoſdam Religioſos ſui ordinis, qui ad Sacram Congregationem recurſum habuerunt, quin potius in integrum reſtituendos eſſe, vt ait Lezana *d. tom. 3. in verb. recurſus num. 6. in fine*, ergo ex vi licentiæ interpretatiuæ, vel per Epicheiam, & ex vi debitæ ratihabitionis Prælati de præſenti valide, & licite operati fuerunt, erga nulla puniri poſſunt pœna conſequentia probatur, quia ſi quis operatur prudenter credens, quod Prælatus de præſenti vult, ſeu gaudet, vel approbat, quod id fiat, dicitur habere ſufficientem licentiam ad operandum, quia ratihabitio æquiparatur mandato: *c. ratihabitio de regul. iuris in 6.* ergo ſicuti operans ex mandato, dicitur operari ex licentia, ſic operans ſub ſpe ratihabitionis, vt bene Ioannes Sancius *in ſelectis diſp. 44. n. 3.* & ex Soto, Nauarro, Ledeſma, *& aliis*, Lezana *1. tom. cap. 6. n. 55. & tom. 3. in verbo licentia num. 15.*

Probatur vltimo, qnia ex *Bullis Pontificum præſertim* Pij II. *de qua* Lezana *in verb. reforma*, diſponitur Prælatos Regulares reformationem ſuorum ordinum procurare debere, cum expediat Regulares viuere reformatos, & obſeruantes in regulis ſuorum Ordinum, vt bene Leza- 20

na

na *de reformat. Regularium cap.* 1. & 2. Ioannes Euseb. *in doctrinis Asceticis lib.* 1. *doctrina* 4. *c.*36. & *lib.*3. *doctrina* 8. *cap.* 61. 63. 64. 65. & *seq.* & *lib.*6. *doctr.*5. *per totam*, & sunt decreta sub Clemente VIII. & Vrbano VIII. & Bulla Sixti IV. & Concilium Tridentinum *sess.* 25. *de regularib. cap.*1. apud Lezanam *in Mare magnum Carmelitarum*, §. 26. & *tom.*4. *in verb. Reformati Regulares*, & *in integro volumine de Reformatione Regularium*, quæ reformatio est facienda non secundum vsum, sed iuxta regulam promissam Sorbus *in additionibus ad priuilegia* Mendicantium, & *Mare magnum Seruitarum*, §. 59. *numer.*188.

21 Pro qua obseruantia manutenenda, & reformanda, petebant isti Patres primo, vt infirmorum locus deputaretur; quia ex bona fratrum cura, diligentia, & necessitatis prouisione resultat obseruantia. Secundo petebant constitui Prouincialem pro conseruatione obseruantiæ, & iustitiæ, quo nihil optabilius potest considerari. Tertiò orationem mentalem fieri ab omnibus in vno loco ad hoc destinato, cuius orationis exercitium vnicum remedium pro obseruantia Regulari, asseritur per Patres, S. Basilius *in Monasticis constitutionibus. c.* 2. & *in Regulis, ac in Sermone de institutionib. Monachorum & in moralib.regulis regula* 66. *cap.* 1. S. Hieronymus *ad Rusticum*, S. Augustinus *in Psal.* 99. & *de morib. Ecclesiæ, lib.* 1. *cap.* 31. & *sermone* 22. *ad fratres in Eremo*, Ioannes Cassianus *cap.*2.*col.*9. S. Bernardus *in lib.de ordine vitæ*, & *in scala* Christi, Abbas Esaias *in Bibliothecam Patrum*, *tom.* 2. *orat.* 2. & *orat.*21. Ioannes Climachus *gradu* 1. Isac Presbyter *lib.*1. *de mundi contemplatione*, *cap.*15. *in Bibliotheca tom.* 5. S. Maximus *centuria* 2. *tom.* 5. *Bibliothecæ*, vnde S. Franciscus Præclarus orationis zelator, eam filiis quasi pro testamento reliquit, & cum semel à quodam sui ordinis alumno, literarum studium Bononiæ introductum agnosceret, non mediocriter reprehendit, sed dura maledictione impetiuit, quam passus fuit, ecce verba Franciſci (*Tu vis destruere Ordinem meum? Desiderabam ego, & volebam exemplo Domini mei Fratres meos magis orare, quam legere*) vt ex actibus S. Franciſci apparet, & hic modus orandi simul iunctis fratribus est pro vera obseruantia vnicus modus, DD. *suprà citati*, & notat Scotus *de potestate Pontificis erga Patres Iesuitas de oratione mentali*, ergo ad hanc petendam patres exclamant, simulque, vt electio ad prælaturas Regularium fiat de dignioribus, *quod est Tridentini præceptum*, *sess.* 25. *de Regularibus & sect.*23. *cap.*18. & quod vacationes per biennium essent ab omni officio, quæ singularia sunt remedia pro obseruantia Regulari.

22 Ergo Patres isti, quos defendo sunt digni præmio, & Prælati, qui eos carcerari fecerunt sunt puniendi pœna excommunicationis, quam illi incurrunt, qui talem impediunt ad Sanctam Sedem dummodo non excusentur superiores, quòd id fecerint ex ignorantia, quia suis factis, vel dictis se opponunt obseruantiæ, & Reformationi, illamque impediunt ne sequatur, excommunicationem incurrunt, à qua non nisi per Papam absolui poterunt, vt latè Lezana *in Mare magnum Carmelitarum*, §. 26. *in fine*. Ergo videant Superiores, quid fecerint, & quam pœnam incurrerint. Scripsi hodie 5. Decembris 1655.

DISCEPTATIO XIV.

SVMMARIVM.

1 *Facti species proponitur.*
2 *Prælati Regulares possunt ex delictis mittere subditos Regulares ad triremes.*
3 *Regulares qualiter mitti possint ad Triremes, & ob quæ delicta.*
4 *Regularium Generales, & Prouinciales mittunt ad Triremes non Priores.*
5 *Procurator Ordinis, an, & quando mittat ad Triremes.*
6 *Triremium pœna Regularibus qualiter competat.*
7 *Pœna Ergastuli, an concurrat cum pœna Triremium.*
8 *Triremium pœna quando Regularibus est infligenda.*
9 *Galeotæ finito tempore an sint habitu vestiendi.*
10 *Regulares ad tempus, an in perpetuum sint mittendi ad Triremes.*
11 *Religiosus ad remum mittendus, an, & qualiter degradandus.*
12 *Prælati iniustè condemnantes ad Triremes suos subditos quam pœnam incurrant.*
13 *Regulares damnati ad Triremes an possint licitè aufugere.*
14 *Regulares Galeotæ si aufugiant ad Ecclesias an gaudeant Immunitate.*
15 *Regulares Galeotæ recipiuntur à Ministris Triremium sine vlla causæ cognitione.*
16 *Ministri Triremium verberantes Regulares an & quando incidant in excommunicationem Canonis.*
17 *Regulares Galeotæ an teneantur ad vota substantialia, & ad Regulares obseruantias.*
18 *Regularis à triremibus ad Altare non accedit sine dispensatione.*
19 *Regularis dum est in Triremibus cui acquirat, & an faciat spolium.*
20 *Regularis Galeota recipi debet à suis superioribus finito tempore.*
21 *Regularis ad Triremes condemnatus est infamis infamia Iuris.*
22 *Regulares ad Triremes condemnatus priuatur suo habitu.*
23 *Fama, & infamia quid sit.*
24 *Infamia Iuris qualiter incurratur, & qualiter irregularitatem incurrit.*
25 *Infamia Iuris qualiter incurratur.*
26 *Damnati ad Triremes sunt infames, & quibus æquiparentur.*
27 *Condemnatus ad Remum qualiter fiat infamis.*
28 *Galeota remanet perpetuo priuatus executione Ordinum & officiorum*
29 *Galeota liber factus est irregularis.*
30 *Infames ipso Iure quales sint, & quando.*
31 *Damnatus ad triremes secundum Riccium, & Dianam, non est irregularis.*
32 *Damnati ad Triremes quibus assimilentur.*
33 *Prælati Regulares non possunt dispensare cum damnatis ad Triremes finito tempore vt celebrent de Iure loquendo.*
34 *Secus ex Priuilegiis SS. Pontificum quorum plura referuntur.*
35 *Regularis damnatus ad Triremes, finito tempore cum reuertitur non amittit locum, & primogenituram.*

36 *Capitanei Triremium non recipientes Regulares condemnatos, peccant mortaliter.*

ARGVMENTVM.

Regulares à ſuis prælatis ob debita commiſſa poſſunt ad triremes mitti quorum Prælatorum appellatione veniunt Prouinciales & Generales tantùm. Regulares in triremibus cui acquirant? A triremibus ad Altare non admittuntur ſine diſpenſatione Pontificis, niſi Priuilegia Regularium ſuffragarentur.

PRO

Regularibus N. & N.

An poſſint condemnatos ad triremes Regulares Superiores admittere ad Altare ſine noua diſpenſatione.

SVPPONITVR in facto N. Regularem Religionis N. fuiſſe condemnatum ad Triremes pro certo tempore, eo finito, talis N. regreſſus eſt ad ſuam Religionem, in ſuo Monaſterio celebrando, &c. & ad dignitatem ſuæ Religionis aſſumptus abſque eo quod ab aliquo ſuperiore fuerit habilitatus, quæſitus de voto, dico talem Regularem perperam egiſſe hæc faciendo, ſine diſpenſatione, & proinde puniri poſſe eiſdem pœnis, quibus irregulares celebrantes puniuntur per ſacros Canones, quod antequam probauerim.

1

Suppono primò Prælatos Regulares in ſuos
2 ſubditos poteſtatem habere tum dominatiuam, tum coactiuam iuriſdictionalem & quaſi Epiſcopalem, vnde dico per eos poſſe Regulares multari pœna triremium, ob grauia delicta ab ipſis Commiſſa, & quæ aliter caſtigari non poſſunt, & licet talis pœna ſit grauiſſima, & acerbiſſima, nihilominus conſuetudine admittitur, & aliquomodo eſt neceſſaria, quando aliter delicta caſtigari non poſſunt & ſic conſuetudo eſt approbata (quicquid ſit de Iure communi) vt probant Diaz *in praxi criminali Canonica cap.*135. Nauarrus *in Commentario 3. de Regularibus in cap. nullum* 18. *quæſt.*2. *de damnatione ad Triremes quæſt.*18. *n.*52. Riccius *in praxi aurea part.*2. *reſol.*164. *& part.*4. *d.* 169. Rodriquez *tom.* 2. *quæſtionum Regularium quæſt.*25. *art.*1. Miranda *in manuali tom.*1. *quæſt.*52. Lezana *in ſumma fol.*639. *num.*3. Peyrinus *tom.*1. *de ſubdito quæſt.* 1. *cap.* 27. vbi multa notat ad
3 propoſitum, & ſanè ſi delicta Regularium ſint enormia publica, & in populo ſcandaloſa perque contigit Religionem infamari, & à laicis paruipendi, quia tunc ſuperiores tenentur publico ſcandalo ſatisfacere, & vnde mors exiit: inde vita habeatur Peyrinus *dict. quæſt.*1. *cap.*27. Lezana *tom.*1. *quæſtionum Regularium cap.*16. *num.*32. *& cap.*18. *num.* 16. Hanc autem facultatem habent Generales, & Prouinciales Regularium DD. citati; quia licet de iure communi Priores Conuentuales ſint veri Prælati, & vti animarum Parœci habeant authoritatem Eccleſiaſticam, provt habetur in Trid. *ſeſſ.*24. *cap.*2. *cap. ſicut literis de ſimonia* vbi Gloſſ. *in verbo anathema*, Nauarr. *in manuali cap.*27. *num.* 50. Sotus *in* 4. *diſt.* 22. *q.*2. *art.*1. Rodriquez *in ſumma tom.*2. *cap.*20. Verum tamen eſt quòd ſecundum idem ius commune, & Religionum Priuilegia, non habent plenariam poteſtatem in gubernatione ſuorum ſubditorum, vt habent Patres Generales, & Prouinciales reſpectiuè, cum non habeant iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem in toto territorio ſed limitatam, in vno ſcil. ſingulari loco, ſicuti Parœcus reſpectu ſuæ Parœciæ ſic Prior reſpectu ſui Conuentus in quo eſt Prior, vt colligitur *ex cap. fin. de offic. Archipresbyteri.* Hinc Priores non habilitant ſubditos ad ordines ſuſcipiendos, nec ad munus prædicandi habilitant, vel audiendi Confeſſiones, & 4
ſic neque habent authoritatem mittendi ob facinora ad triremes, imò nec Procurator Ordinis licet ſit generalis totius Ordinis Procurator id facere poterit, niſi ex delegatione Patris generalis vel ſacræ Congregationis vel Domini Papæ idque ob carentiam talis iuriſdictionis, & plenariæ poteſtatis, Peyrinus *tom.*1. *de ſubdito cap.* 27. *quæſt.*1. *notab.* 1. Nauarr. *in cap. nullum* 8. *quæſt.*2. *num.*4. P. Donatus *tom.*1. *tract.*9. *quæſt.*12. & eſt Breue Clementis VIII. & aliorum Pontificum de quibus Nouarius *tom.*2. *fol.*507. 5

Suppono ſecundò quod licet talis pœna ſit reſpectu Regularium conſuetudine noua introducta cum non reperiatur quod antiqui Religionum fundatores ea vſi fuerint ad puniendos, ſuos ſubditos, ſed ſolum diſciplinis, mortificationibus, carceribus, &c. Nauarrus *Commentario 3. de Regularibus n.* 52. Peyrinus *de ſubdito tom.* 1. *quæſt.*1. *cap.*27. ea tamen ſucceſſit, in locum antiquæ pœnæ deportationis, vel damnationis ad opus publicum. Farinaceus & alij apud P. Theſaurum *de pœnis part.*1. *cap.*33. §. talis eſt, & *p.*2. *in verbo miſſa cap.*50. §. Item ſi eſſet, & licet talis pœna indigna ſit religioſis, vt imponatur cum per illam inter nefarios homines collocentur Nauarrus vbi ſuprà, Iulius Clarus *in §. finali* Diaz *in praxi criminali Canonica cap.* 43. vt propterea ab Vrbano VIII. prouiſum fuerit vt tali pœna digni, mittantur in carcerem quendam ab eo de- 7
ſignatum, & Ergaſtulum vocatum quia nihilominus non extat prohibitio in contrarium, & vſus Religionum ita obtinuit, cum præſertim experientia compertum ſit, criminoſos aliquos Religioſos alio modo puniri non poſſe, ideò prædicta pœna puniri debent; Rodriquez *tom.* 2. *quæſtionum Regularium quæſt.* 24. aliàs 25. *articul.* 1. Aduerte *de diſciplina.* Regulari *lib.* 2. *capit.* 27. *numer.* 16. *&* 17. Peyrinus vbi ſuprà Lezana *in ſumma fol.*639. *num.*3. Verum non de- 8
bet infligi Regularibus talis pœna, niſi quando aliter Caſtigari non poſſunt *cap. vt fama de ſentent. excommun.* Nouarius *fol.*507. *num.*12. cùm ſit pœna terribiliſſima, & infamiſſima, & periculoſiſſima ſpirituali ſaluti propter ſocietatem flagitioſiſſimorum hominum etiam infidelium, qui in triremibus verſantur, & participationem plurimorum ſpurciſſimorum peccatorum quæ ibi committuntur Diaz, & Peyrinus vbi ſuprà,

Viualdus

Vialdus *de depositione & degradatione num.* 28. Imò DD. docent esse decens, vt prædicti Religiosi ad triremes damnati finito tempore habitu
9 remanerent spoliati, tum quia indecens est, tam infami pœna punitos habitu sancto & Religioso vestiri, tum quia propter pessimam societatem hominum, qui in triremibus morantur, pessimos quoque mores inhibere solent, vt propterea à consocio Religiosorum iure arceri deberent Rodriquez *vbi sup. art.* 2. Peyrinus *vbi suprà* hinc testatur Lezzana sæpius audiuisse ab Eminētissimo
10 D. meo Cardinale Gimnetto S. D. N. Vrbanum VIII. voluisse vt Religiosi, non damnentur ad triremes ad tempus, sed in perpetuum, quod non seruatur nec quando reuertuntur, habitu priuantur ob decretum præsertim S. Congregationis de Apostatis, & iectis eiusdem Sanctissimi mandato editum, de non eiiciendo aliquem à Religione, nisi seruatis pluribus conditionibus, quæ sæpius non reperiuntur in istis ad triremes damnatis; nec decretum de iectis locum habet in Galeotis vt contra Rodriquez *in compendio quæstionum Regularium de iectis resol.* 57. dicit P. Donatus *tom.* 1. *tract.* 9. *resolut.* 2. quia aliud est eijcere ab Ordine, ad degendum in seculo incorrigibilitatis, causâ aliud ad remigandum ob crimina.

11 Suppono tertiò Religiosum ad tempus, vel in perpetuum ad remum condemnatum esse prius degradandum secundùm Franciscum Peñam 3. *p. directorij Inquisitorum commentario* 46. Nouar. 2. *p. fol.* 507. *num.* 13. quod si intelligat de degradatione verbali qua per sententiam deponitur ab officio, ordine, &c. verum dicit, Sed si intelligat de degradatione actuali, falsum est nisi aliter mereatur delictum DD. citati: non tamen galeota mittitur ad remum cum habitu, sed eo priuari debet, Bordonus *resol.* 35. *num.* 29. plures enim sunt casus, quibus superiores habitu priuare possunt. Primò in casu incorrigibilitatis, vt ex Bulla Alexandri VI. 15. Iunij 1501. de qua Confectus *fol.* 110. & ex Decreto Sacræ Congregationis de Apostatis & iectis. Secundo quando Religiosus est carceribus mancipandus, Glossa *in cap.* 3. *l.* 6. *quæst.* 1. Tertiò in casu quo est tradendus Curiæ seculari: quarto in casu pœnæ Triremium, & hoc ad euitandum scandalum Populi, & dedecus Religionis, & si Prælatus in sententia non expresserit priuationem habitus intelligitur expressa: Portellius *in dubiis Regularibus, in verbo eiicere, num.* 6.

12 Suppono tertiò quod Prælati iniustè damnantes ad remum suos subditos, incurrunt pœnam excommunicationis, quia debent hoc facere zelo Iustitiæ, & boni communis, non autem liuore vindictæ, vel iræ, *c. vniuersitatis de sententia excommunicationis*, & traderent subditos vapulandos in triremibus, contra debitum Iustitiæ: hoc ipsum dicimus de consulentibus, auxilium, vel fauorem præstantibus, qui pariter excommunicantur ex Canone, *si quis suadente diabolo* 17. *quæst.* 4. Suarez *disp.* 22. *de Censuris sect.* 1. *num.* 55. Sayrus *lib.* 3. *cap.* 26. & hoc ca-
13 su possent licitè à triremibus aufugere, aliàs si iustè damnati essent non possent, Lezzana *tom.* 1. *cap.* 6. *num.* 10. Lugo *de Contractibus disput.* 40. *sect.* 4. *num.* 54. Nouarius 2. *p. fol.* 508. *num.* 8. &
14 si aufugerint à triremibus ad Ecclesias gauderent Immunitate Ecclesiastica secundum Giurbam *cons. crim.* 30. & practicatum refert Diana *p.* 1. *de immunit. resol.* 40. *tract.* 1. sed Neapoli extrahuntur cum licentia Illustriss. Nuntij, & requisitis, ac conditionibus, de quibus Regens de Marinis *tom.* 1. *capit.* 177. D. Regens Sanfelicius *d.* 271. *part.* 2. possunt verò condemnari tum ad triremes Regios, vt ait Iulius Clarus *in* §. *fin. quæst.* 70. Riccius *resol.* 104. Donatus *part.* 1. *tract.* 9. *quæstion.* 13. tum ad triremes Pontificis, Nouarius 2. *p. Bullarij de Regularibus condemnatis* 15
ad triremes, Riccius *part.* 4. *d.* 367. & eos accipiunt Regij ministri absque vlla cognitione causæ, vt practicatum per Patrem Generalem S. Dominici de anno 1638. dicit P. Donatus *p.* 1. *tr.* 9. *quæst.* 14. & poterunt Ministri triremium eos ver- 16
berare absque metu excommunicationis, Nauarrus, & alij apud Suarez *tom.* 5. *in* 3. *p. disp.* 22. *sect.* 1. *num.* 44. si modum non excedant, vel non verberent ex odio, & malignitate aut tempus damnationis non sit completum. Peyrinus *vbi sup.* tum quia sic consuetudine introductum videtur tum quia ideo traduntur à Regularium Superioribus vt sic puniantur. Nauarrus in *Comment.* 3. *de Regularibus num.* 52. Nouarius *vbi sup. fol* 507. *num.* 50. Nauarrus Miranda *tom.* 1. *manuali q.* 52. *art.* 8. P. Donatus *part.* 1. *tract.* 9. *resol.* 15. & li- 17
cet teneantur ad vota substantialia Religionis dum sunt in triremibus *ex cap. finali, de regularibus* P. Donatus *part.* 1. *tract.* 8. *quæst.* 23. ad Regulares tamen obseruantias & ieiunia non tenentur, nec ad horas Canonicas recitandas, vt contra Suarez *tom.* 2. *de Religione lib.* 4. *cap.* 17. *num.* 9. & Sanchez *lib.* 6. *de præceptis Decalogi cap.* 9. *n.* 58. & Donatum *tract.* 9. *quæstione* 17. docent alij cum Lezzana *tom.* 1. *cap.* 12. *num.* 7. cum Bordono *resol.* 30. *num.* 13. Nouar. *num.* 7. His positis,

Probatur conclusio *suprà* posita non potuisse 18
scilicet F. H. à triremibus ad Altare accedere sine dispensatione. Primo quidem, quia licet talis Regularis dum est in triremibus, subiiciatur Episcopo vel superiori in spiritualibus triremium, & acquirat Cameræ Apostolicæ, vnde post mortem facit spolium Camera ex Bulla Gregorij XIII. incipiente: *Officij Nostri partes.* Riccius *part.* 4. *d.* 245. & *in praxi aurea, part.* 2. *resol.* 389. Campanilis *Rubrica* 12. *cap.* 15. *num.* 9. Barbosa *in cap. finali de Regularibus quæst.* 7. *num.* 15. Rodriq. *tom.* 1. *quæst.* 30. *art.* 29. Sanchez *lib.* 7. *cap.* 33. *num.* 22. Nouarius *in praxi Iuris Noui Pontificij, de bonis Regul. Apostatarum & iectorum concluf. vnica aliàs* 12. & *in Lucerna Regularium in verbo iecti num.* 11. & 2. *p. Bullarij fol.* 507. *num.* 14. Lezzana *p.* 1. *summæ cap.* 23. *num.* 16. Alphonsus de Leone *recoll.* 6. *de censuris num.* 332. P. Donatus *tract.* 8. *part.* 1. *quæstione* 46. Cardinalis Lugo *tom.* 1. *de Iustitia disp.* 3. *sect.* 11. *num.* 240. Naldus *in summa in verbo Religiosus num.* 15. Bonacina *de clausura quæst.* 2. *puncto* 12. §. 7. *a num.* 23. quia om- 19
nis Regularis moriens extra clausturum facit spolium, & sequitur idem Donatus *tract.* 9. *quæst.* 18. & quia subiicitur Episcopo loci vbi morari contigerit ex Decreto Sacri Concil. Trident. *sess.* 6. *cap.* 3. *de reformat.* & ob id difficultant an possit Episcopus Religiosum damnatum ad remum existentem in triremibus Regiis illum asportare ad Triremes Pontificis, Riccius *part.* 4. *decis.* 367. Melchior Phœbus *decis.* 28. *tom.* 1. Cespedes *de exempt. Regul. cap.* 21. *dub.* 316. P. Donatus *tra.* 9. *resol.* 20. licet, inquam, dum est in triremibus subiiciatur Episcopo tamen ab illis dimissus, & completo seruitio, ac pœna finita debet à suis 20
Prælatis recipi, quia non est absolutus à statu Regulari, nec Galeota definit in totum pars, & membrum

membrum ſuæ Religionis, ad quam tenetur redire, Rodriquez *tom.1.quæſt.23.art.50.& in compendio reſol.57.* Portellius *in dubiis Regularibus in verbo eiicere num.6.* Sanchez *lib.6. Decalog.c. 9. num.58.*

21 Tenetur ergo Religio illum recipere, ſed recipit infamẽ; talis enim Galeota fit infamis, infamia Iuris, tũ quia mala opinio, & praua exiſtimatio ſerpit apud omnes de vita, moribus, & qualitate damnatorum ad remum, tum etiam, quia Religioſus, ob culpam, in remum damnatus repellitur ab integritate ſui ſtatus, vnde priuatur ſuo
22 habitu Religioſo, ſuſpenditur in ſuſceptis, & ſimilibus vt ex conſtitutionibus multorum Regularium dicunt cum donato *par.1.tra.9.reſol.23.* ergo fit infamis, quia ſicuti fama eſt illæſæ dignitatis ſtatus, legibus ac moribus comprobatus
23 *l. cognitionem ff. de variis, & extraordinariis cognitionibus*, ita infamia non eſt aliud, niſi diminutio eiuſdem ſtatus, ergo vt infamis non poteſt à Triremibus ad Altare admitti ſine diſpenſatione, vtpotè infamis ſicque irregularis Rodriquez *tom.1. quæſtionum Regularium quæſt.24. art.6.* Toletus *in ſumma lib.1. cap.62.* Lezzana *tom.1. cap.16. num.32.*

24 Probatur ſecundo quia infamia iuris incurritur ipſo facto, per ſententiam diffinitiuam condemnatoriam Iudicis in cauſa famoſa, vt habetur expreſsè *in cap. infames 3. quæſt.7.* ergo damnatus ad triremes ob cauſam famoſam, de qua Theſaurus *de pœnis part.1. cap.33. §.* talis eſt, & *p.2. in verbo miſſa cap.50. §.* Item ſi eſſet, eſt infamis, poſito, quod ſit deinde liberatus, *l. ad tempus, C. ex quibus cauſis infamia irrogetur;* & ſic eſt irregularis; diceretur verò cauſa famoſa, ſi crimen ſit publicum ſeu iudicium publicum quo quis damnetur ad pœnitentiam publicam *l.1.§. tempus ff. de poſtulando* Diaz *in praxi criminali Canonica c.88.* Molina *tract.4. diſp.9.* Sanchez *in Opuſculis lib.6.c.3. dub.6. num.14.* Sylueſter *in verbo infamia quæſt.4.* Clarus *§. finali quæſt.72.* Auila *de cenſuris part.7. diſp.3. dub.50.* Paulus Layman *lib.1. tract.50. cap.4. p.5. de irregularitate, & infamia* & P. Theſaurus *de pœnis in praxi par.1.c.33.*

25 Lezzana *in verbo infamia num.7.* & alij dicunt, quod pœna infamiæ iuris incurritur ſi ſcilicet reus in crimine comprehenſus, vel confeſſus verberibus, & ſimili pœna publica afficiatur; ſtatim enim incurrit Iuris infamiam, *l. ictus fuſtium ff. de his qui notantur infamia l. fuſtibus Cod. ex quibus Cauſis infamia irrogetur,* & ſubdit Theſaurus *vbi ſuprà*, quod omnis pœna Corporalis, non pecuniaria illata à Iudice per definitiuam ſententiam eo ipſo infamat infamia iuris, vnde damnatus ad opus publicum vt in metallum, vel in opus metalli relegatus, etiam ad tempus fuſtigatus, & ſimiles huius Generis cenſentur infames ex *l. imperator* vbi Gloſſa *ff. de poſtulando;*
26 & ſic damnatur ad opus publicum, quia pœna triremium etiam ad tempus ſucceſſit loco pœnæ deportationis, & relegationis, & damnationis in metallum; quia ſolum abiectæ & viles perſonæ damnabantur in opus metalli, vbi Catenis ferreis detinebantur & verberibus affligebantur; quod hodie in triremibus practicatur: quorum condemnatorum ſtatum deſcripſit poſt S. Gregorium, Peyrinus *d. quæſt.27.* omninò videndus, & quod iſti æquiparentur damnatis ad metallum, &c. tradunt Capicius *d.153.* Præſes de Franch. *d.140.* Iulius Clarus *in §. finali quæſt.67.* Farinacius *quæſt.19. num.14.& quæſt.142. num.163.* Gaball. *reſol.8. numer.43.* Ciarlinus *cap.15. numer.62.*

Quod ſi dicas condemnatos ad remum fieri 27
infames de iure ciuili, at nõ habemus de iure Canonico reſpondeo enim quod omnes infames de iure ciuili ſunt etiam infames de iure Canonico, ex generali Regula de qua in *capit. in cauſa ſexta quæſt.1.* ibi omnes infames eſſe dicemus, quos leges ſeculi infames appellant: & ideo repelluntur à dignitatibus Eccleſiaſticis & ſecularibus, eaſque conſequi nequeunt. *Cap. inter dilectos de exceſſibus Prælatorum l. vnica C. de infamibus l.2. C. de dignitatibus lib.12. cap. infamibus 87. de Reg. iur. in 6.* & hoc procedit in vtraque infamia & maximè iuris, quæ repellit à dignitatibus obtinendis & à receptis, poſita tamen ſententia declaratoria Sanchez *lib.5. Decalogi cap.3. dubio 5. numer.7.* Alphonſus Viualdus *in appendice ad Candelabrum aureum cap.10. per totum.* Garſia *part.7. de beneficiis cap.8.* & ſic non poſſunt ordines ſuſcipere, nec in ſuſceptis miniſtrare, nec poſſunt fieri Magiſtri S. Thom. nec eſſe Priores Prædicatores, &c. Portellius *in verbo Abbates.* Tamburinus *de iure Abbatum tom.1. diſp.5. quæſt.20.* & *de iure Abbatiſſarum diſp.28. quæſt.50.* repellitur etiam ab omnibus aliis actibus legitimis, de publicis, & conſimilibus, qui ſunt effectus infamiæ, de quibus Lezzana *in verbo infamia num.11. ſumm.* Diana *in verbo infamia*, & omnes ſummiſtæ *in eodem verbo infamia.*

Ideo Galeota ramanet perpetuo priuatus exe- 28
cutione ordinum, & officiorum ſuæ regulæ, tum quia eſt infamis infamia iuris, & facti, tum quia ſic in Religioſorum pluribus conſtitutionibus habetur, vt de ſuo ordine teſtatur P. Donatus *part.1. Regularium tract.9. reſol.9.*

Probatur tertiò quia Galeota liber factus eſt 29
irregularis Nauarrus *conſ.43. de temp. ordinat. in nouis,* Rodriquez *tom.1. quæſt.24. art.6.* quid dicunt, quòd infamia quæ naſcitur ex notorietate delicti, inducit irregularitatem poſt alios Barboſa *de poteſt. Epiſcopi part.2. alleg.43. numer.15.* qui id refert per Sacram Rotam deciſum *in vna Bononienſi 1. Iunij 1551.* relata per Caputaquenſem *d.90.* qui omnes aduertunt, quod quidam 30
ſunt infames ipſo iure ex delicto cui à iure eſt annexa infamia: quæ crimina ponunt Sylueſter, & Angelus & alij *in verbo infamia*: Maiolus *de Irregularitate lib.3. cap.1.* Layman *lib.1. tractat.5. part.5. cap.4. de irregularitate infamiæ*, & tales ſunt infames abſque alia declaratione iudicis, alij ſunt infames ex delicto declarato per ſententiam iudicis & alij ex genere pœnarum regulariter delinquentes ſunt infames ex delicto in caſibus expreſſis à iure extraordinariè per ſententiam iudicis, vel ex genere pœnæ vt diximus; & facit quia infames de iure ciuili ſunt etiam infames de iure Canonico, ſed Relegati ad opus metalli, ſunt infames, ergo damnati ad remum ſunt infames quia in re idem ſunt & *in cap. infames 3. quæſt.7.* damnati ad pœnitentiam publicam ſunt infames, & *in cap. inter dilectos de exceſſibus Prælatorum* infames repelluntur à dignitatibus Eccleſiaſticis, nec eas conſequi poſſunt; ergo ſunt irregulares.

Neque dicas cum Riccio *part.1. deciſ.119.* 31
quem ſequutus fuit Diana *part.4. tract. de irregularitate reſol.83.* Galeotam liberatum non eſſe irregularem, ex ea ratione, quia pœna infamiæ non contrahitur niſi in caſibus à iure expreſſis ex gloſſa *in l.1. C. de infamibus*, & *cap. Infamibus*

de

de regul. iur. in 6. sed nunquam legimus condemnatum ad remigandum effici infamem.

32 Accedit quia licet condemnati ad remum assimilentur damnatis ad metallum, ex Capicio *d. decis.* 153. *num.* 3. ex Francho *d. decis.* 140. *num.* 8. & quod sint infames non per hoc sequitur, quod sint in omnibus similes, quia irregularitas non incurritur, nisi in casibus expressis in iure *cap. is qui de sent. excommun. in 6. ergo, &c.*

Respondeo enim esse infamem, quia infamia, quæ nascitur ex notorietate delicti inducit Irregularitatem, vt ex communi notat Barbosa *par.* 2. *de potest. Episcopi alleg.* 43. *num.* 15. & decisum per Rot. Rom. dicit Verallus *d.* 90.

Ad confirmationem respondeo æquiparari condemnatis ad opus metalli, & per legem esse infames sicuti damnati ad publicam pœnitentiam, &c.

33 Sed est quæstio an possint Prælati Regulares cum talibus dispensare, an verò requiratur S. P. dispensatio? respondeo, attento iure communi, non posse, sed à Papa dispensari debere, quia infamia Iuris per sententiam iudicis ob crimen contracta, non tollitur per pœnitentiam, sed per dispensationem Domini Papæ, quia talis infamia sapit rationem pœnæ, in qua fundatur irregularitas, quæ non ab alio tolli potest nisi à Principe Patrono legis; etenim eiusdem iurisdictionis est ligare & absoluere, pœnam imponere & in integrum restituere, vt ex *l.* 1. *C. de sentent. passis, l.* 1. §. *penult. ff. de postuland.* & docet Sylvester *in verb. Infamia, num. vlt.* Sanchez *lib.* 6. *Opusculorum. cap.* 3. *dub.* 5. *num.* 7. Thesaurus *de pœn. p.* 1. *cap.* 34. *per totum:* Ideò in irregularitate orta ex infamia Iuris, solus Papa dispensat: sic docent Nauarrus *in summa cap.* 27. *num.* 204. Sayrus *lib.* 6. *de censuris cap.* 11. *num.* 15. Toletus *in summa libr.* 1. *cap.* 26. *num.* 5. Rodriq. *in summa tom.* 1. *q.* 24. *art.* 6.

34 Positis verò Priuilegiis, possunt Prælati Regulares cum suis subditis in hoc dispensare, tollendo infamiæ maculam, & pœnam, qua sublata censetur deducta irregularitas quæ in illis fundatur: tum quia sicut Episcopus potest dispensare in infamia Iuris Canonici, orta ex illis delictis, super quo habet authoritatem disponendi ex Trident. *sess.* 25. *de reformat. cap. liceat.* ita etiam Prælati Regulares possunt hoc facere, saltem ex concessione, per quam teste Lezzana *tom.* 1. *cap.* 18. *num.* 40. possunt Regulares superiores dispensare in omni irregularitate, excepta bigamia, mutilatione membrorum & homicidio, quod sequitur Peyrinus *vbi sup. quæst.* 27. & est Priuilegium concessum ab Eugenio IV. à Sixto IV. Generali Carmelitanorum, & ab eodem concessum fuit Dominicanis, & à Pio V. concessum Theatinis inter Bullas Pij V. *tom.* 2. *Bullarij Bulla* 33. & à Greg. XIV. Patribus ministrantibus infirmis, & à Iulio II. Minimis concessum & ab eodem Pio IV. Patribus Oliuetanis, & est apud Laërtium *tom.* 2. *Bullarij pag.* 8. Lezzana *tom.* 1. *cap.* 18. *numer.* 40. & de Patribus Congregationis B. Petri de Pisis, quod habeant hoc etiam Priuilegium tradit P. Donatus *tom.* 1. *tract.* 5. *quæst.* 25. & ex Naldo *in summa in verbo infamia* fundat Nouarius *tom.* 2. *Bullarum fol.* 509. *num.* 11. Prælatos Religionum per eorum Priuilegia posse dispensare, cum notatis infamia iuris, & consequenter cum Religiosis damnatis ad triremes; & sic refert auditum obseruari in praxi in doctissimo Canonico Pirro Corrado versatissimo, in Curia Romana, ergo potuerunt Prælati Regulares super hac irregularitate dispensare: sequitur Peyrinus *d. quæst.* 27. *in fine,* 35 qui etiam addit cum aliis & sequitur Nouarius *vbi sup. num.* 15. quod Regularis damnatus ad triremes, si finito tempore ad Religionem reuertatur, non amisit primogenituram, & locum sibi debitum vigore professionis sequitur Lezzana *in summa fol.* 639. *in fine*, qui addit Capitaneos triremium non recipientes Religiosos ad ipsos damnatos, vel eos receptos dimittentes, non consentiente Religione peccare mortaliter, nisi con- 36 stiterit eisdem tales Religiosos iniustè esse damnatos ad talem pœnam, & tales acquirunt semper Religioni, siue ad tempus fuerint damnati, siue in perpetuum, vt dicitur de eiectis, Lezzana *tom.* 1. *cap.* 23. *num.* 15. & *in summa fol.* 640. *num.* 8. quia non sunt omninò à Religione derelicti, sed solum separati; cuius signum est, quod ex rationabili Causa potest illos reuocare, sed si in tali pœna eos mori contigerit, bona eorum ad Cameram Apostolicam pertinent ex Bulla Gregorij XIII. de qua Lezzana *vbi supr.* causæ ob quas in Tribunali S. Officij mittuntur ad triremes Regulares, ponuntur à Diana *p.* 4. *tract.* 7. à Carena *de Sancto Officio. p.* 3. *tit.* 13. §. 3. ergo, &c.

Puniti fuerunt Superiores pœnâ priuationis officij.

DISCEPTATIO XV.

SVMMARIVM.

1 *Facti species narratur.*
2 *Gratia & rescriptum subreptitium quando dicatur.*
3 *Possidens auctore Prætore fructus facit suos.*
4 *Gratia an iuuet si non habeat concedere facultatem.*
5 *Fides & credulitas quando excuset.*
6 *Guidaticum concessum à non habente facultatem sub fide Regis est seruandum.*
7 *Credulitas facit abesse dolum, & quando.*
8 *Resignatio Beneficij multiplex est.*
9 *Canonicus sub bona fide absens num teneatur perceptas distributiones restituere.*
10 *Interesse quanti plurimi qualiter debeatur.*
11 *Interesse quanti plurimi qua requirat.*
12 *Mora debitoris an excuset ab interesse quanti plurimi.*
13 *Frumentum non præsumitur durare vltra triennium, nec eius interesse crescit amplius.*
14 *Interesse quanti plurimi, in multis casibus, non debetur.*
15 *Interesse quanti plurimi, non debetur nisi à die mora.*
16 *Interesse quanti plurimi, est concludenter probandum.*
17 *Interesse, & exstimatio quanti minimi, quando debeatur.*
18 *Frumentum quando debeatur in genere, quando in specie.*
19 *Mora crescit pro tempore debiti in genere.*
20 *Interesse quanti plurimi an ex specie debeatur.*
21 *Debitor speciei an eandem restituere teneatur.*

ARGVMENTVM.

Rescripta & gratias subreptitias multipliciter dici, & concessa à non habente facultatem non nocere. Interesse quanti plurimi ex frumento non dato suo tempore quando debeatur, & an requirat moram? qualiter sit probandum. Exstimatio quanti minimi quando debeatur. Frumentum quando debeatur in genere, & quando in specie, & quæ sit differentia vtriusque.

PRO

Reuerend. Canonico D. Paulo de Vecchiis,

CONTRA

Reuerendum Capitulum Capuanum.

1 SVPPONITVR in facto Reuerendiss. D. Paulum de Vecchiis Canonicum Capuanum obtinuisse elapsis annis, & proprie in anno 1646. cum duobus sequentibus licentiam à Sacra Congregatione Concilij, percipiendi distributiones quotidianas tempore suæ absentiæ per tres annos continuos; & pro primis duobus fuit ei data licentia sub prætextu typis imprimendi quædam sua opera; pro tertio anno, ad finem renunciandi suum Canonicatum; qui quidem Don Paulus in tertio anno renunciauit, licet in primo & secundo anno finem non impleuerit imprimendi ob diuersa contingentia impedimenta: Reuerendum tamen Capitulum Capuanum recursum habuit ad Sanctissimum, & in plena signatura gratiæ, fuit audito capitulo ordinatum Sacræ Congregationi, vt reuocaret licentiam prædictam, provt de facto fuit reuocata, & declaratum licentiam prædictam obreptitiam: simul etiam condemnatur de Vecchiis ad restitutionem distributionum perceptarum. Hac posita facti serie plura dubia occurrunt disputanda.

Primum est an comprehendatur tertius annus, vt scilicet ei non suffragetur licentia, vt obreptitia; ex eo quod tali anno verè renunciauit, tradendo Canonicatum ad coadiutoriam. Secundum est an tenetur Canonicus restituere distributiones tunc temporis perceptas in tot modiis frumenti, in anno scilicet 1646. cum duobus sequentibus, in eadem specie frumenti, iam quod ab ipso petitur in fine anni 1651. præsertim quod receperit tale frumentum in bona fide, & præuia licentia Sacræ Congregationis, quam & Sacra Congregatio reuera dedit, & ipse existimabat sibi suffragari.

Secundū dubium est an restitui debeat pretium frumenti quanti valebat in mense Iulij cum bona fide receptum fuit; vel quanti valebat in toto anni Cursu.

Quartum dubium, an si Canonici eodem anno, & ipsemet D. Paulus à suis colonis exegissent, propter moram eorundem interesse quanti plurimi, & pretium excessiuum, possit cogi idem D. Paulus ad pretium etiam excessiuum.

Circa primum dubium, an comprehendatur tertius annus in obreptione assignata, iam quod in tali anno fuit obtemperatum licentiæ Sacræ Congregationis, eo quod ad coadiutoriam dedit Reuerendus D. Paulus suum Canonicatum.

Respondeo non comprehendi; quia subreptitium rescriptum, seu gratia tunc dicitur, 2
cum verum non asseritur in petitione, obreptio verò cum exponitur aliter negotium, quam sit, & durius agit lex cum eo, qui falsum exponit, quàm cum eo, qui verum tacet, quia facilius in primo præsumitur dolus, quàm in secundo, & is proprie mentiens dicitur, *cap. super litteris de rescriptis*, vbi omne rescripti genus ex obreptione, vel subreptione dolosa, vitiari, siue sint gratiosa, siue iustitiæ, dicit summus Pontifex: Concordat textus *in cap. sedes cap. constitutus, cap. postulasti de rescriptis; cap. si eo tempore eod. tit. in 6.* & ex Iure ciuili est textus *in l. præscriptione Cod. si contra ius, vel vtilitatem publicam l. 1. ff. de natalibus restituendis:* & in arrogatione *l. sed si hac §. patronus ff. de in ius vocando* Abbas *in dict. cap. constitutus in secundo notabili*, qui loquitur de rescriptis gratiæ, Oldradus *cons. 247.* Felin. *in cap. ad audientiam num. 22. de rescriptis.* & communiter DD. apud Bellacombam *in ti. 2. de diuersis rescriptis num. 132. lib. 1.* latè Menochius *casu 201.* Trentacinq. *variar. in tit. de rescriptis, resol. 5. num. 2.* Flaminius Parisius *lib. 10. de resign. benefic. qu. 2. n. 4.* Rota apud Farinacium *dec. 228.* & recolendæ memoriæ Præses Merlinus *tom. 1. controu. cap. 54. num. 28.* Arnoldus Reyser *in Thesauro iuris fol. mihi 299.* In casu vero nostro fuit Sacræ Congregationi postulatum vt licentiam concederet percipiendi distributiones, pro causa, de qua in facto, annuit Sacra Congregatio: igitur nihil est obreptitiū, nec subreptitium, vt bene Felinus *in cap. ad aures de rescriptis* sed quia Sacra Congregatio concessit, stetit D. Paulus in bona 3
fide, & credulitate, vnde iustè possedit suam absentiam, & percepit fructus Auctore prætore *l. iustè possidet ff. de acquir. possess.* & expressit Paulus veram causam, & licet pro duobus annis non 4
adimpleuerit ob impotentiam prouenientem, tamen pro tertio anno impleuit; igitur non est obreptitium, vel subreptitium rescriptum: recurrendū ergo est an gratia illi suffragetur tanquā ex non habente licentiam concedendi emanata; at Paulus fidei Sacræ Congregationis fisus, percepit distributiones, obseruauitque quod exposuit, saltem pro tertio anno, ergo ei debet impleri quod fuit concessum, graue enim est fidem fallere *l. 1. ff. de pactis* S. Thom. 2. 2. *quæst. 70. art. 1. ad 1. l. postliminij ius §. captiuus ff. de captiuis, & postliminio reuersis.*

In hac ergo fide, & credulitate Reuerendus Paulus fisus, has distributiones percepit; erit ergo ei seruāda, & nō est obligādus vt restituat; fides enim est fundamentum iustitiæ. Cicero *lib. 1. de officiis*; & fides vitam continet. Cicero *pro Quinto Roscio*; per quam Ciuitates seruantur; hominum multiplicatio, castrorum, & virorum communio atque Regum dominatio: & cum fides abrogatur, omnis humana Societas tollitur. Ap-

pius

pius Claudius *in oratione ad Tribunos*, quam recitat Titus Liuius *lib.6.histor. cap.41.* vnde Aristoteles *lib. 1. de secretis cap. 26.* ait: Caueas ne infringas fidem alicui donatam; ne illi, qui cum Sacra Congregatione negotiantur, principali Auctoritate circumscripti esse videantur, vt in simili Imperator Aurelianus ait *in l. 1. Cod. de his,*
6 *qui veniam ætatis impetrauerunt.* vnde si iudex concedat saluum conductum, quem concedere non poterat delinquenti, hic assecuratus sub clypeo Principis, licet nulliter concesso, non potest puniri, sed captus ad pristinam reducitur securitatem, nec directe, vel indirecte puniri Ioannes de Platea *in l. 1.* per illum textum *Cod. de nauicularijs lib. 11.* Francus *dec. 590. n. 6. & 673. num. 2.* Giurba *cons. 80. num. 10.* & huius conclusionis auctor est Bart. *in l. is, qui reus, num. 12. ff. de publicis iudiciis* Farinac. *quæst. 29. num. 45.* Francus *dec. 258. & 415.* Rouitus *in pragm. 1. de Guidaticis num. 3.* Giurba *cons. criminali 22. num. 3. & cons. 80. num. 12.* & practicatum refert Molsesius *ad consuetudines Neapolitanas part. 4. quæst. 57. in addit. num. 2.* Merlinus 1. *tom. controu. 53.* Nec prætermittendum est credulitatem Domini Pauli non tantum dolum abesse facere, immo bona fide causare Tiraquellus *de pœnis temperandis, causa 51. num 27.* Farinac. *quæst. 90. part. 2. num. 114.*
7 quæ cessare facit omne vitium gratiæ, quod ex subreptione solùm dolosa oritur *dict. cap. super literis de rescriptis* Cardin. Seraphinus *dec. 936. num. 3.* Crauetta *cons. 572. num. 10.* & subreptionis non dolosæ nulla debet haberi Seraphinus *dec. 1009. num. 6.* Giurba *cons. 20.* Rota *dec. 228. num. 1.* apud Farinac. vbi fuit resolutum textum *in d. cap. super litteris* procedere etiam in gratiosis Merlinus 1. *tom. controu. 57. à num. 17. cum sequentibus.* ergo ex hoc patet Reuerendum D. Paulum habuisse bonam fidem; ad quod tantum hoc apparatu meam volui ostendere sententiam; quia scio Sanctissimum Dominum Nostrum declarasse licentiam ei non suffragari, sed non per hoc inducitur mala fides in præteritum, vt probaui.
8 Et tandem pro tertio anno fuit adimpleta conditio licentiæ concessæ, quia resignauit, & renunciauit Canonicatum: quod probatur, quia resignatio est multiplex prima pura, secunda conditionalis; conditionalis duplex, prima simplex in fauorem, secunda qualificata Mohedanus *dec. 115. & 184. & 185.* Qualificata est multiplex, & præcipuè talis dicitur, quoties reseruatur aliquod resignanti, vt quia fit resignatio ad fauorem, reseruato regressu, vel reseruatis fructibus, vt latè Parisius *lib. 1. quæst. 2. in fine:* in casu nostro dedit ad coadiutoriam; quæ coadiutoria quoad originem, & qualitates explicatur à Parisio *lib. 7. de resignatione beneficiorum quæst. 20.* Dicunt tamen DD. æquipatari regressum, & coadiutoriam cum futura successione. Mandosius in regula de impetrandis beneficiis per obitum *quæst. 30. num. 7.* Parisi. *lib. 6. de resignatione benefic. quæst. 2. num. 41.* qui tamen aliquales agnoscit inter vtramque differentias, ergo si coadiutoria similis est renunciationi qualificatæ, apertè sequitur, quod pro 3. anno adimpleuit licentiæ causam, & pro omnibus fuit in bona fide.
9 Circa secundum dubium, an scilicet teneatur Reuerendus D. Paulus ad restitutionem distributionum, tunc temporis perceptarum in tot modiis frumenti, in anno scilicet 1646. cum duobus sequentibus in eadem specie frumenti, iam quod ab ipso petitur in fine anni 1651. cum præsertim receperit tale frumentum in bona fide, & præuia licentia Sacræ Congregationis, quam & Sacra Congregatio reuera dedit, & ipse existimabat sibi suffragari.

Respondeo quod Reuerend. D. Paulus con- 10
uenitur de Anno 1651. de frumento, quod accepit in anno 1646. cum duobus sequentibus, ergo non tenetur ad interesse quanti plurimi. Probatur, quia interesse quanti plurimi in frumento peti non potest, nisi infrà triennium; elapso verò triennio, cum regulariter non præsumatur durare frumentum, Glossa *in l. 1. C. si aduersus vsucapionem* (intra annum verò præsumuntur extare poma, & similia, præter frumentum; DD. communiter apud Gasparum Hermosillam *tom. 1. fol. 72. col. 1. à num. 12.*) non poterit peti interesse, nec crescit amplius valor, Glossa magna *in l. vinum ff. si certum petatur*; non enim datur interesse, quando res eodem modo fuisset apud creditorem peritura DD. *in l. quod re ff. si certum petatur*; quia creditoris non interest: *l. si seruus in principio ff. de condictione furtiua*, & licet multi dicant apud Surdum *in dec. 81.* interesse quanti plurimi semper crescere; id tamen intelligunt concurrente mora debitoris, eiusque mala fide, licet probabilius autument alij interesse quanti plurimi nullo modo crescere vltra triennium, cum Gratiano *tom. 2. cap. 243. num. 66. & sequenti* latè Escobar de ratiociniis *cap. 17. num. 14.* Giurba *dec. 115. num. 4.* 11

Ex quo DD. docent adhuc posita mora debi- 12
toris non deberi interesse quantiplurimi in frumento elapso triennio, vt iudicatum dicit Caualcanus *in tractat. de tutore, & curatore num. 240. de anno 1563.* & hanc opinionem cum multis sequitur Alexander Trentacinquius *lib. 1. variar. in tit. de alimentis resol. 11. num. 41.* & licet adhibita creditoris industria possit frumentum vltra triennium durare, per textum *in l. sequitur, §. fructus ff. de vsucapion.* tamen talis probatio esset facienda pet Creditorem, habentem contra se præsumptionem legis, scilicet quod sit consumptum, vt bene Gratianus *cap. 24. tom. 1.* & DD. ampliant etiamsi obligatus restituere sit in mala fide, quia dum consumptio procedit à lege non consideratur bona, vel mala fides, vt post Caualcanum *dict. num. 240.* & alios notat Giurba *in dict. decis. 115. num. 2.* Hodierna ad Surdum *dict. decis. 81.*

Nec deest punctualis decisio Rotæ Romanæ 13
coram Cardinale Seraphino, vt patet inter eius decisiones *decis. 1252.* vbi ait, quod cum species frumenti non præsumatur durare vltra triennium, extincta re, non crescit amplius valor, licet enim currat interesse quanti plurimi, vsque ad sententiam, & eius executionem, Mastrillus *decis. 16.* Amatus Siculus *var. resolut. 34. à num. 35.* & alius Amatus *dec. 24.* Bellonus *dec. Genuæ 211. & 177.* Osaschus *decis. 129.* Id tamen intelligunt infra triennium in frumento, &c.

Confirmatur hoc ipsum, quia licet debeatur 14
regulariter interesse quanti plurimi DD. *in l. pretia rerum ff. ad legem falc.* Plotus *in tract. de in litem iurando §. 4. num. 67.* qui enumerat plures casus, in quibus debitor frumenti, vel alterius rei mobilis venalis, interpellatus etiam non tenetur ad interesse quanti plurimi valuerit, etiam si non soluisset congruo loco, & tempore; inter hos tamen casus dicit Plotus post alios, quos adducit, ille est celebris, quando debitor ignorabat, vel scire non debebat ob bonam fidem se debere frumentum

mentum, vinum &c. reſtituere item ſi ita præſumeretur ex eo, quod eſſet hæres alterius, qui obligatus erat Oſaſchus *dec.* 48. Iaſon *in l. quod te num.* 8. & 9. *ff. ſi cert. petatur.* Nouar. *lib.* 2. *quæſt. forenſ. quæſt.* 86. ergo cum noſter Canonicus ſit obligatus ad frumentum acceptum, quod non extare præſumitur, & ipſe bona fide conſumpſerit, elapſo triennio non tenebitur, niſi ad eandem ſpeciem frumenti acceptam, vt bene Thorus *ad Salernitanum dec.* 43. & alij cum Nouario *vbi ſuprà*, cum ex quacumque rationabili cauſa non debeatur intereſſe quanti plurimi; putà ſi à mora excuſetur quis ob aliquam rationabilem
15 cauſam. Tepatus *fol.* 343. *tom.* 1. Nec ſolui debet niſi à die moræ, in rebus quæ recipiunt functionem in genere ſuo. Paponius *lib.* 13. *arreſtorum tit.* 20. *art.* 12. & 13. Regens Salernitanus *dec.* 43. Mouentur ex *l. vinum ff. ſi cert. petatur l. centum Capuæ. l. quod ſi Epheſi ff. de eo, quod certo loco.* ſic quia erat in mora Princeps Aſculi eiuſdem ciuitatis Epiſcopo tradendi currum vnum ſingulis annis frumenti fuit dictum condemnari Principem ad intereſſe quanti plurimi in beneficium Epiſcopi Aſculani, Salernitanus *vbi ſuprà*, de qua Thorus *tom.* 3. *part.* 1. *in verb. intereſſe fol.* 589.
16 Confirmatur ſecundò quia intereſſe quanti plurimi eſt concludenter probandum. Afflictus *dec.* 336. Anna *conſ.* 95. *num.* 10. Viuius *dec.* 442. Faber *in tit. C. de iure emphyt. defin.* 15. Marcellus Cala *de modo articulandi & probandi gloſſa vnica*, §. 2. *num.* 24. Card. Seraphinus *d. deciſ.* 1252. Thorus *in verb. intereſſe fol.* 287. *tom.* 1. Inter alia verò, quæ probari debent, vnum eſt mora debitoris, ex *l. ſi Kalendis* 19. *ff. de reiudic.* ergo bona fides Reuerendi Canonici excuſat tum à mora, tum ab intereſſe quanti plurimi, vt bene Natta *conſ.* 599. Tepatus *fol.* 331. *col.* 2. *in fine* Caualcanus *dec.* 14. *num.* 16. *de contractib.* Iaſon *in d. l. vinum ff. ſi certum petatur.* Cardin. Tuſchus *litt. I, concluſ.* 307. & 313. qui etiam dicit, quod intereſſe quanti plurimi non poteſt excedere duplum rei valoris, ſcilicet, ex Cagnolo *in l. 1. C. de ſententiis, quæ ſine certa quantitate n.* 160. quod adeò verum eſt, vt ſi-
17 cuti debitor frumenti, vel vini, quando eſt in mora ſoluere tenetur æſtimationem quanti plurimi proueniens à tempore moræ DD. per illum textum *in l. ſi ſterilis* §. *ſi per venditorem ff. de actio. empti. l. ratio* §. *cum per venditorem. ff. eod. tit.* ita econtra ſi creditor fuit in mora recipiendi, tunc à tempore illius moræ inſpicitur extimatio quanti minimi, quod eſt ſingulare dictum Baldi per illum textum *in l. ſi hominem ff. mandati:* latè addentes ad Cremenſem *ſing.* 95. ergo cum Reuerend. Canonicus non fuerit in mora, quippe qui ſemper fuit in bona fide, ex licentia, quam putabat ſibi ſuffragari, ad tale intereſſe non tenetur, vt eſſe requiſitum ſubſtantiale ipſius, inter cætera requiſita intereſſe quanti plurimi; tradunt Grat. *cap.* 42. Surdus *dec.* 179. Honnedeus *conſ.* 83. *lib.* 1. Fabius de Anna *conſ.* 95. Crauetta *conſ.* 827. *lib.* 50. Ruinus *conſ.* 151. *lib.* 1. Rolandus *conſ.* 35. *lib.* 1. & *conſ.* 190. *lib.* 4. Afflictus *deciſ.* 316. Decius *conſ.* 32. Idem Surdus *dec.* 211. & 215. Alexander *conſ.* 90. *lib.* 50. *aliàs* 33. *lib.* 6. Addentes *ad Bertazzolum conſ. criminali* 89. Aufrerius *ad Cappellam Tholoſanam dec* 74. Decianus *conſ.* 10. *lib.* 1. Reyger *litt. I, num.* 41. *cum ſequentibus.*
18 Confirmatur tertiò quia in frumenti debito diſtinguunt DD. inter debitum frumentum in genere, & in ſpecie: ſpeciei debitum vocant ſi venditio, vel promiſſio ſit facta de frumento, oleo, vel vino talis prædij, vel quod eſt in tali domo, horreo, vel naui. Debitum generis appellant quando fuiſſet facta venditio frumenti abſque aliqua demonſtratione loci in primo caſu de debito in ſpecie, ſi ſpecies pereat extimatio creſcit vſque ad executionem ſententiæ *l. in fideicommiſſis ff. de vſuris* Eſcobar *de ratiociniis cap.* 17. *num.* 13. ſed ſi res conſumpta ſit, non creſcit extimatio à die conſumptionis. Card. Tuſchus *litt. I, concl.* 307. *num.* 28. Trentacinquius *lib.* 1. *variar. in tit. de intereſſe reſol.* 1. *num.* 50. hoc idem dicunt DD. ſi à lege præſumatur non extare, vt in frumento poſt triennium, quia vltra illud tempus durare non præſumitur, quia poſt conſumptionem veram, vel fictam non dicuntur amplius fructus, & ſic nec valor, nec extimatio quanti plurimi creſcit. Anna *concl.* 5. Aret. *in* §. *ſi quis à non domino col. fin Inſt. de rerum diuiſione*, Caualcanus *de tutore num.* 227. Eſcobar *dict. cap.* 17. *num.* 11. Gaſpar Rodriquez *libr.* 1. *de annuis redditibus quæſt.* 12. *num.* 29. Gratianus *cap.* 42. *num.* 49. & 50. & 2. *tom. cap.* 143. *à num* 50. Trintacinquius *n.* 51. Hermoſilla *tom.* 1. *fol.* 71. *col.* 2. *num.* 8. Quando verò debitum eſt 19
generis: per totum tempus moræ creſcit extimatio, quia genus ſemper eſt idem, & nunquam perit. *l. incendium C. ſi certum petatur.* Bart. *in l. eum qui in fine ff. quibus vt indignis*, & *in l. diuortio* § *ob donationes ff. ſolut. matrim.* vbi Bald. ait hoc eſſe mente tenendum, & ibi Alexander *num.* 6. Petrus Barb. *num.* 21. Curtius Iunior *in l. vinum numer.* 28 *ff. ſi certum petatur*, vbi Buctigella *num.* 52. Fontanella *de pactis nuptiarum tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſſa* 18. *num.* 201. Surdus *dict. deciſ.* 81. Giurba *deciſ.* 115. *num.* 3. Cornazzanus *deciſ.* 11. *numer.* 12. Riccius *collect.* 1492. Card. Tuſchus *in verb. intereſſe concl.* 307. *numer.* 9. Gratianus *cap.* 143. *numer.* 78.

Igitur cum Reuerend. Canonicus D. Paulus 20
non ſit obligatus reſtituere niſi ſpeciem, quam accepit tunc temporis, omnino dicere debemus non debere intereſſe quanti plurimi ſoluere, ſed eandem ſpeciem dumtaxat, cum non fuerit in mora, nec in mala fide, nec debetur intereſſe pro frumenti pretio, vt bene Cyriacus *cap.* 502. *à numer.* 9. quia nullum poteſt intereſſe reſpectu ipſius pretij, ſed pro re fructifera, quæ quia ceſſauit ſine culpa debitoris, ſufficit ſi eandem reſtituat in ſpecie, ideſt illud idem frumentum in eadem quantitate, & bonitate prout accepit.

Circa tertium dubium an reſtitui debeat pretium frumenti quanti valebat in menſe Iulij cum bona fide receptum fuit, an quanti valebat in toto anni curſu.

Reſponſio patet ex dictis teneri ad eandem ſpe- 21
ciem frumenti reſtituendam in eadem quantitate, & bonitate, quia debitor ſpeciei acceptæ non tenetur niſi ad eandem reſtituendam *l.* 2. §. *mutui datio ff. ſi certum petatur l. promiſſor.* §. *fin. ff. de conſtituta pecunia l. item liberatur* §. *qui paratus, ff. quibus modis pignus, vel hypotheca ſoluitur:* immò debitor frumenti, vini, & hordei non ſatisfacit ſoluendo eius extimationem, vt *d.* §. *mutui datio:* Si tamen nunc non poſſet reperiri ſpecies, puta frumentum in bono, & dulciori pretio, tunc poſſet ſoluere extimationem currentem tempore receptionis *ex l. re furtiua ff. de conditione furtiua:* notat ſingulariter Paulus de Caſtro *in d.* §. *mutui datio* 2. *col. num.* 6. Quod idem dicunt ſi frumentum ſolui poſſet, ſed tamen haberi nequeat niſi pretio immoderato, vt bene Franciſcus Purpuratus *in d.* §. *mutui datio*

col. 12.

col. 12. num. 97. per totum in l. non dubium in fine ff. de leg. 3. l. qui concubinam. §. fin. ff. de leg. 3. & in l. Titia §. 1. ff. de auro, & argento legato l. 3. ff. depositi l. alienus ff. ad legem falcidiam l. alieno §. si quis ff. de fideicomm. libert. l. mortuo §. 1. & 2. ff. de leg. 2. l. nondum §. finali ff. de legat. 3. & est optimus textus *in l. si domus §. qui confitetur ff. de leg. 1.* sic pluries practicatum refert Mexia *ad prag. taxæ panis con. 7. num. 13. in fine fol. 124.* ergo cum in præsenti habeatur species de facili, ad hanc eandem restituendam tenetur, non ad extimationem quanti plrimi.

Circa quartum & vltimum Responsio patet quod ipse Canonicus exegerit interesse quanti plurimi à suis colonis, vt Reuerendi Canonici Capuani à suis exegerunt colonis; sed hoc fuit ob moram eorundem, vnde procedunt termini adducti in secundo articulo; sed in casu nostro Reuerendus Canonicus fuit in bona fide, non in mora &c. non ergo poterit ad vllum interesse condemnari, sed ad simplicem speciem restituendam, provt ipse accepit, vt ex adductis à me in secundo articulo patet.

Quare, &c.

DISCEPTATIO XVI.

SVMMARIVM.

1 *Facti series proponitur.*

2 *Abbatissa non eligitur nisi per duas partes suffragiorum, secundum vnam opinionem: sed alij, & melius putant per vnum votum supra medietatem.*

3 *Sanior pars in electione præsumitur illa, quæ in numero excedit.*

4 *Abbatissa eligi debet maturior, & probata in moribus.*

5 *Moniales non eligentes Abbatissam, seruata forma* cap. quia propter de electione, in 6. *non sunt priuandæ potestate eligendi.*

6 *Abbatissæ confirmatio fieri non potest, nisi prænia licentia Pontificis.*

7 *Abbatissæ confirmatio, provt & cuiuscumque Officialis, non valet, vno reluctante, dummodo in actu confirmationis fiat reluctatio.*

8 *Iura canonica non dedignantur sequi leges ciuiles.*

9 *Electio facta per abusum potestatis laicalis, est nulla ipso iure.*

10 *Electio quando dicatur facta per abusum potestatis laicalis.*

ARGVMENTVM.

Abbatissa non eligitur, nisi per duas partes suffragiorum secundum aliquos, sed rectiùs alij dicunt, per vnum votum supra medietatem. Requisita in electione Abbatissæ numerantur, & an seruari debent, text. in cap. quia propter de electione in 6. *Confirmatio Abbatissæ fieri non potest, inconsulto Papa, nec valet vna reluctante. Electio facta per abusum laicalis potestatis, non valet, & quando dicatur talis.*

AVELLINENSI

Confirmationis Abbatissatus.

FACTVM.

SVPPONITVR in facto in Diœcesi Auellinensi fuisse peruentum per Illustrissimum Episcopum ad canonicè faciendam electionem Abbatissæ Monasterij Sanctæ Mariæ Montis Carmeli, ad quam eligendam Moniales habent ius eligendi, *cap. indemnitatibus, de electione, in 6.* vbi communiter DD. Miranda *de sacris Monialibus, quæst. 7. art. 1. concl. prima*, Lauorius *variarum lucubrationum, tit. 4. cap. 23.* vbi tamen Tridentinum *sess. 25. de regularibus, cap. 7.* præcipit, quod seruentur singulorum ordinum, & Monasteriorum constitutiones, & habita licentia à Sacra Regularium Congregatione fuit confirmata Abbatissa tunc temporis existens, reluctantibus aliquibus, & cum interuentu potentiæ sæcularis, & sic per abusum potestatis laicalis. Nunc quæritur an sit valida confirmatio prædicta, & potuerit Curia Episcopalis Auellinensis impedire possessionem prædictæ Abbatissæ, & facere vt veniant Moniales ad nouam electionem? 1

Pro cuius dubij dilucidatione, Suppono primo esse quæstionem inter DD. quis numerus votorum requiratur ad canonicam electionem Abbatissæ? Sunt enim duæ opiniones. Prima opinio asserit requiri maiorem numerum non quidem respectu minoris numeri, sed totius capituli ferentis suffragium, ita vt si Moniales concurrentes sint 40. saltem 21. per suum suffragium concurrerint in personam Monialis electæ, ita Sylvester *in verb. electio, il 2. quæst. 9.* Miranda *quæst. 7. art. 4.* Suarez *tom. 4. de religione, tract. 8. lib. 2. cap. 5. num. 22.* Addens maiorem numerum, Et si sit necessarius ad electionem, non tamen sufficere, nisi etiam sit sanior: hincque inferens, quod si contingat maiorem partem, quæ in vnam consensit non esse saniorem, & partem saniorem, quæ vult alteram, non esse maiorem vtriusque, electio per se loquendo est nulla, cum neutra pars eligentium sit copulatiuè, & maior, & sanior, sicut statuitur in *cap. quia propter, de electione* quamquam semper maior pars præsumatur sanior, si persona electa non sit indigna, vt bene Suarez *vbi suprà num. 23.* Sanior autem illa pars censetur, quæ est iustior, & maiori ratione nititur, & æquitate Glossa *in cap. in Genesi, de electione, in verbo zelum* Portellius *in dubiis regularibus, in verb. electio, num. 2.* Secunda opinio est, quod ad electionem Abbatissæ requiratur numerus duarum partium votorum ex tribus nisi aliud petat loci consuetudo, ita Barbosa *lib. primo de iure Ecclesiastico, cap. 45. n. 27.* Tamburinus *de iure Abbatissarum, disp. 28. quæst. 9.* & ita testatur etiam Paulus Piacesius *in praxi Episcopali, part. 2. cap. 3. num. 57.* Zypeus *in Analytica iuris Ecclesiastici, de electione, num. 9. in verb. Abbatissa*, Ioannes Maria Nouarius *in lucerna regularium, in verb. electio, numer. 13.* 2 3 5

Lezzana *tom. 3. in verb. Abbatiſſa, num.6. idem* Barboſa *de poteſtate Epiſcopi, part.3. alleg.100. in fine, & in ſumma Apoſtolicarum deciſionum, in verb. Abbatiſſa, num. 19.* Et probant ex quadam declaratione Sacræ Congregationis ſub die 20. Nouembris 1585. quam tamen Doctores, pro prima opinione citati, non admittunt, vtpotè non authenticam, aut certè non obligantem vbique, vnde ſecluſa conſuetudine, legitimè in contrarium inducta, opinio Marandæ practicatur in dies, teſte Pellizario *de Monialibus, cap.10. ſect.2. num.101.* ſemper tamen eſt eligenda illa, cuius
4 mores noti, probatique ſunt, & cuius vita non ignoratur Sacra Congregatio Cardinalium, vt videre eſt in *part. prima deciſ.537. in recentioribus*, & concordantes adducit Oliuerius Beltraminus *in additionibus ad Gregorium XV. in annotatione ad deciſionem 11.* & ſeruari debet diſpoſitio Textus in *cap. quia propter, de electione, in 6.* etiam in electione Abbatiſſæ, vt in Leodienſi Abbatiſſatus 4. *Ianuary 1615. coram Cardinale Sacrato*, de qua Tamburinus *in fine operis de iure Abbatiſſarum.* Verum tamen eſt, quod Moniales, quæ elegerunt Abbatiſſam, non ſeruata forma dicti *cap.*
5 *quid propter, de electione*, non ſunt priuandæ poteſtate eligendi, quia ignorantia iuris excuſat mulieres, *l. regula, ff. de iuris & facti ignorantia*, Menochius *conſ.67. num.67.* Tamburinus *de iure Abbatiſſarum, diſp.28. q.5. num.8.*

Suppono ſecundò, confirmationem Abbatiſſæ finito triennio non poſſe fieri, niſi prævia licen-
6 tia Summi Pontificis; nam Abbatiſſæ quorumcumque Ordinum in Italia non poſſunt eſſe perpetuæ, ſed triennales dumtaxat, & exacto triennio poſtquam regere deſierunt, iterum eligi poterunt, ſeruata forma Concilij Tridentini, vt in *Bulla Gregorij XIII.* 80. incipiente: *Expoſcit, primo Ianuarij* 1583. apud Laërtium Cherubinum, *in Bullario, tom.2. pag.463.* alias 398. *in nouiſſimis*, Naldus *in verbo Abbatiſſa, num.8.* Lezzana *in ſumma quæſtionum regularium, tom. primo, cap.26. num.4. & tom.3. in verb. Abbatiſſa, num.12.* Scortia *in Bullis Pontificum, epitome 134.* quam Conſtitutionem ſeruari in omnibus Monialium Monaſteriis, quanvis militarium etiam Hieroſolymitanorum, dixit Sacra Congregatio ſub die 22. Maij 1604. Lezzana *tom.3. in verb. Abbatiſſa, num.12.* Ioannes Maria Nouarius *in lucerna regularium, in verb. Abbatiſſa. num.8. & 9.* & alius Nouarius *in ſumma Bullarij, in verbo Abbatiſſa, num. 4.* ergo abſque Sanctæ Sedis Apoſtolicæ licentia, aut Sacræ Congregationis Abbatiſſæ, ſeu Prioriſſæ non ſunt eligendæ de nouo ad eadem officia, vt Sacra Congregatio ait, teſte Nouario *in dicto verb. Abbatiſſa, num. 7.* Aldanus *canonicarum reſolutionum, lib. 2. tit. 11. num.4. &* Barboſa *in ſumma Apoſtolicarum deciſionum, in verbo Abbatiſſa, num.6.* ergo cum requiratur licentia Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, vel Sacræ Congregationis, & in præſenti adſit, vt in facto ſupponimus, videndum eſt iam, quod in licentia prædicta non dicitur, vt interueniant duæ partes, neque aliquid contrarium, remittitur ad ius cõmune, quo iure communi attento, videndum eſt ad confirmationem electionis quot ſuffragia requirantur, & hoc eſt propriè quæſitum terminare.
7 Reſpondeo, quod confirmatio Abbatiſſæ, vel cuiuſcunque officialis nõ poteſt fieri vno reluctãte ex diſpoſitione tex. in *§. ſi verò, in aut. de defenſoribus Ciuitatum*, vbi prouiſum eſt confirmationem non poſſe fieri, niſi vnanimi conſenſu omnium intercedente, & nullo reluctante, ex quo limitatur textus in *l. quod maior, ff. ad municipalem*, vbi ſufficit in actibus tangentibus ſingulos, vt ſingulos maior pars: & ratio eſt, quia cum in honoribus continuandis diſpoſitio ſit contra ius; ideo non procedit textus in dicta *l. quod maior*, vt benè Cynus, & Bart *in l.2. & in 4. quæſtione principali, Cod. quæ ſit longa conſuetudo:* requiritur tamen contradictio tempore ſcrutinij, ex *l. penult. §. fin. ff. de decurionibus, & eorum liberis*, & pluries fuiſſe practicatum in confirmatione officialium, dicit Francus *in deciſ. 609.* nec 8
contrarium in iure canonico reperitur, ergo ſtandum eſt iuri ciuili in hac eadem materia canonica, argumento *cap. 1. & 2. de noui operis nunciatione*, & quando literæ Sacræ Congregationis fuerunt datæ, & non dictum qualiter ſit procedendum, intelligitur provt de iure; de iure verò in confirmatione requiruntur omnes; ergo &c.

Ex alio capite eſt nulla hæc confirmatio, nam eſt facta cum interuentu laicalis poteſtatis, ſed electio debet eſſe libera, & ſine laicorum inter- 9
uentu, *cap. vbi periculum, §. caterum*, vbi DD. *de electione, in 6.* Rodriquez *tom. 2. quæſtionum regularium, quæſt. 52. art. 10.* & ideo ſi laici cum clericis, vel regularibus interueniant, electio eſt nulla in totum, tanquam facta contra formam *cap. quia propter, de electione, in 6. cap. Meſſanæ, eodem tit. in 6.* & electio per abuſum laicalis poteſtatis nulla eſt, *cap. quiſquis, cap. Sacroſancta, de electione*, Tamburinus *de iure Abbatiſſarum, tom. 1. diſp. 5. quæſt. 22.* Lauorius *variarum lucubrationum, c.4.* Franciſcus Marcus *dec. 1376. part. prima*, putà ſi electores Eccleſiaſtici, ad electionem faciendam laicorum auxilium implorantes, vel ad eorum requiſitionem, & gratiam, aliquam eligentes, in pœnam tanti ſceleris trien- 10
nio priuantur iure eligendi, *d. cap. quiſquis, & cap. Meſſanæ, cap. tota, de electione*. cuius text. diſpoſitio in quacumque locum habet Prælatorum electione, Rodriq. *quæſt. regular. tom.2. q.52. art.10.* & in puncto Sperellus *in deciſ. 182. tom.2.* 1
& talis electio per abuſum ſpiritualis poteſtatis eſt ipſo iure nulla, Tamburinus *de iure Abbatum, tom. 1. diſput. 5. quæſt. 22. num.10.* Barboſa *lib. 1. de iure Eccleſiaſtico, cap. 19. num. 82.* ergo cenſeo non eſſe dandam poſſeſſionem præfatæ Abbatiſſæ, & eſſe ad nouam electionem faciendam deueniendum.

Circa verò aliud caput de ſono campanarum ad tumultum contra Dominum Illuſtriſſimum Epiſcopum patratum, dico, pœnam eſſe arbitrariam eiuſdem Illuſtriſſ. Domini, ex *l. prima, C. de ſeditioſis*, & pluries practicatum dicit Auguſt. Barboſa *ibi.*

Sic fuit practicatum per R. Epiſcopum Auellinenſem.

DISCEPTATIO XVII.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries narratur, & rationes Monaſterij D. Aluinæ proponuntur.*
2 *Rationes PP. Scholarum Piarum adducuntur.*
3 *Hypotheca ſpecialis ſuper bonis Eccleſiæ non contrahitur ſine aſſenſu Apoſtolico.*
4 *Hypotheca generalis ſine aſſenſu contracta ſuper bonis Eccleſiæ valet.*

5 *Diffe-*

5 *Differentiæ ratio inter vtramque, obligationem & hypothecam, quænam sit.*
6 *DD. Punctuales adducuntur pro validitate obligationis generalis sine assensu.*
7 *Obligatio generalis sine assensu contracta producit vtile Saluianum interdictum, pro consequutione fructuum bonorum stabilium.*
8 *Creditor sine assensu in actione personali super Feudo, potest agere super fructibus.*
9 *Mutuans Ciuitati, Collegio, Monasterio, &c. tenetur probare pecuniam fuisse versam in vtilitatem mutuatarij.*
10 *Mutuans supradictis locis, communicato Consilio, vel congregato Monasterio non tenetur probare pecuniam fuisse versam in vtilitatem Mutuatarij, quod pluries practicatum fuisse in Collaterali Consilio ostenditur.*
11 *Librorum exhibitio, posito interesse petentis, & existentia eorumdem fieri debet, quod & Rota pluries practicauit.*
12 *Librorum existentia præsumitur apud eum, apud quem constat libros semel fuisse.*
13 *Libros non exhibens, tenetur ad interesse quantum summa prætensi debiti, importat.*
14 *Libris eorum, qui tenentur eos conficere credendum est, positis adminiculis quibusdam.*
15 *Partitæ connexæ sic se habent, vt vna verificata credatur aliis.*

ARGVMENTVM.

Hypotheca generalis contrahi potest super bonis Ecclesiæ sine assensu Apostolico quæ deseruiat & super fructibus eorundem bonorum concedi valeat à Iudice. Interdictum Saluianum, ad ornatum Decisionis Dom. Clementis Merlini 565.

PRO

Patribus Scholarum Piarum,

CONTRA

Venerabile Monasterium D. Aluinæ.

IN curia Archiepiscopali Neapolitana comparet Procurator RR. PP. Scholarum Piarum habitantium in Platea Ducheschæ dicens, PP. esse
1 cessionarios quondam Felicis, & Antonij Vecchione, qui quidem de Vecchione in anno 1632. emerunt à Monasterio D. Aluinæ annos ducatos triginta vnũ, tarenos duos, & gran. decem pro capitali ducatorum quatuorcentum quinquaginta, quos quidem præsente pecunia Abbatissa cõfessa fuit recepisse, cum Monialibus suis in vnum congregatis ad sonum Campanelli à quondam Sebastiano Vecchione, quorum solutionem Monasterium D. Aluinæ vsque ad annum 1654. integraliter fecit, & cum ad præsens continuare PP. petiissent, pro parte Monasterij plura fuerunt opposita.

Primò, contractum fuisse celebratum cum Sebastiano Vecchione, sine assensu Apostolico.

Secundò, non fuisse, pecunia præsenti, celebratum.

Tertiò, non probari pecuniam esse versam in vtilitatem Monasterij.

Quartò, tandem dicit, quod quatenus per Procuratores suos, factæ fuissent plures solutiones, opponitur condictio indebiti, & petitur restitutio solutæ pecuniæ.

Pro Patribus verò Scholarum Piarum opponitur pro nunc librorum Monasterij exhibitio, 2
illorum scilicet, qui confecti fuerunt de anno 1632. vsque ad annum 1640. fol. 90.

Nec non interim petit manutentionem in possessione exigendi d. fol. 90. à tit. quia adducitur primò instrumentum, in quo apparet sub die vigesimo Aprilis 1632. Moniales D. Aluinæ accepisse à quondam A.M.D. Sebastiano Vecchione ducatos quatuorcentum quinquaginta ad rationem duc. septem pro centum, & pro eis annuos ducatos triginta vnum cum dimidio fuisse promissos fol. 37. ab Abbatissa cum Monialibus congregatis ad sonum Campanelli, præuia licentia Vicarij Monialium, tunc temporis Curtij Palumbi, & asseritur acceptos fuisse pro subsidio Fabricæ plateæ, &c. & obligantur ad beneficium illorum de Vecchione primi fructus quarumdam domorum Monasterij sitarum propè Ecclesiam, seu Monasterium fol. 37. & iterum producitur instrumentum integrum fol. 66. vbi dicitur de primis fructibus fol. 77. dicitur etiam fuisse versam pecuniam in vtilitatem Monasterij D. Aluinæ, prout in dicto Instrumento omnino legendo.

PP. Scholarum Piarum producunt Instrumentum cessionis eis factæ à DD. Felice, & Antonio Vecchione hæredibus Sebastiani pro duc. quatuorcentum octuaginta septem, quos PP. consequi debebant ab hæreditate Ioannis Baptistæ Vecchione fol. 38. quod fuit sub die 25. Septembris d. fol. 38.

Pro quasi possessione exactionis fundanda, adducitur fides de recepto P. Ioannis Lucæ B. Virginis Procuratoris Scholarum Piarum, vbi declarat recepisse à D. Martio de Ayello Procuratore Venerabilis Monasterij D. Aluinæ fol. 81. tam pro anno 1647. quàm pro omnibus sequentibus vsque ad annum 1654. fol. 82. 83. & sequentibus, & est partita Banci, declarans totum negotium, scilicet, quod est partita, quam correspondebat Monasterium Sebastiano Vecchione fol. 85.

Qua facti serie ex processu collecta, ac in præsenti supposita, Reuerendissime Domine, nescio quomodo Monasterium D. Aluinæ cogi non debeat ad soluendum, iuxta rationabilem, iustamque petitionem RR. PP. Scholarum Piarum, & quidem reprobabitur intentio Monasterij solutione obiectionum factarum per Procuratorem eiusdem Monasterij.

Primo quidem, quatenus dicitur, quod in con- 3
tractu celebrato inter Monasterium D. Aluinæ cum quond. Sebastiano Vecchione non fuerit assensus Apostolicus. Dico, quod licet certum sit ad contrahendam obligationem, & hypothecam specialem, per text. *in extrauaganti amb. de reb. Ecclesiæ non alienandis*, consensus Apostolicus requiratur, prout requiritur in omni translatione, quæ fit in alium de directo, vel vtili domi-

nio

nio bonorum Eccleſiæ, iuxta text. *l. Sancimus cum l.15. iunct. Auth. hoc Ius, C. de Sac. Sanctis Eccleſijs cum Nouella ſeptima, per totam, Iuncta cauſa* 12. *quaſt.*2. Card. Tuſchus *lit. A, concl.*271. Maſcar. *vol.*1. *concl.*75. Camillus Borrellus *tom.*1. *deciſ. tit.*15. Rodoanus *de rebus Eccleſiæ non alienandis rub.*2. *per totam*, Menochius *de Arbitrariis cap.*172. Duarenus *de rebus Eccleſiæ lib.*7. *c.*9. Theodorus Kinchius *de regim. Eccleſiaſtico lib.*3. *concl.*1. *cap.*3. Dauid Doringius *in bibliotheca Iure Conſultorum in verbo alienatio num.*62. *cum ſequentibus fol. mihi* 1264.

Tamen vt contrahatur hypotheca generalis non
4 requiritur aſſenſus Apoſtolicus, quia cum text. *extrau. amb.* loquatur per verbum *alienare*, erit lat interpretandus, non autem ſtrictè, & ſic nõ tantũ pro ſolo actu, quo directum, vel vtile dominium transfertur, provt eſt in venditione, vel emphyteuſis conceſſione, ſed etiam omnem comprehendit actum, per quem ius in alium transfertur, vt eſt pignoris datio, hypothecæ conſtitutio, ſeruitutis ſubmiſſio, & ſimilia, Gl. *in cap. nulli, in verb. alienat. de reb. Eccl. non alienandis.* Nauarrus *de alienatione bonorum Eccleſiæ n.*1. Quaranta *in verbo alienatio bonorum Eccleſiæ num.*17. *&* 26. Azorius *p.*2. *lib.*9. *cap.*1. Ricc. *dec.*376. *part.*1. *& reſol.*51. *part.*1. *tom.*1. Bonac. *de rebus Eccleſiæ non alienandis, quæſt. vn. puncto* 2. Barboſa *in d. extrauaganti ambitioſe n.*7.

5 Hypotheca tamen, & obligatio generalis poteſt contra Eccleſiam acquiri ſine aſſenſu Apoſt. vt Rota pluries ait teſte Lezzana *quæſt. Reg. in verbo alienare num.* 5. *tom.*3. quia cum Eccleſia acquirat, poteſt ſub hypotheca generali obligare ſua bona, & talis hypotheca generalis non venit ſub prohibitione alienandi bona Eccleſiæ, DD. *in cap. nulli de rebus Eccleſiæ non alien.* quia hæc generalis hypotheca non ſapit naturam alienationis, cum per eam non transferatur Ius aliquod in re, *§. item Seruiana, inſt. de actionibus l. ſi rem §. proprie ff. de pignoratitia actione.*

6 Quod in terminis *extrauagantis ambitioſe* dixit Rodoanus *de rebus Eccleſiæ non alienandis qu.* 2. *cap.*6. Barb. *in d. cap. nulli num.*5. Ferdinandus Caſtrus Palaus *tract.*12. *diſput. vnica puncto* 15. §.2. *num.*2. *tom.*2. Molina *de Iuſtitia tract.*2. *diſp.*466. Bonac. *diſp.*3. *de contractibus, quæſt.*8. *punct.*4. *n.*31. & in terminis Decreti Sac. Congregationis Concilij ſic decretauit, S. Concilium non comprehendere hypothecam generalem prout teſtatur Dom. Reg. de Marinis *tom.*2. *cap.* 27. *num.*9. *in fin.*

7 Quæ quidem hypotheca generalis in præſenti contracta ſine aſſenſu Apoſtolico, licet non poſſit operari effectum, vt poſſit deueniri ad ſubhaſtationem bonorum Eccleſiæ, quia tunc deueniretur ad caſum, qui ſine aſſenſu incipere non poteſt, tamen operabatur hunc mirabilem effectum, vt creditor vigore illius poſſit agere vtili Saluiano interdicto ad bona hypothecata ad effectum, ſcilicet ſatisfaciendi ex fructibus, quo caſu præfertur in hoc creditoribus Chirographariis, provt ex Rota Romana deciſum refert Reg. de Marinis *d. cap.*27. *num.*11. non ergo Monaſterium D. Aluinæ recuſare poterit ſolutionem ex fructibus, licet non fuerit in contractu adhibitus aſſenſus, & hoc credo, quod voluerunt partes, dum celebrarunt contractum ſuper fructibus percipiendis ex domibus, de quibus ſupra quaſi ſine aſſenſu Apoſtolico celebrantes contractum voluerint ſolum fructus obligare cum obligatione generali, in qua obligatione nullus requiritur aſſenſus, provt etiam dicimus in ſimili, quod creditor in actione perſonali ſine aſſenſu poteſt agere ſuper fructibus Feudi, provt bene Rouit. *in prag. num.*13. *de ordine Iudiciorum*, & poteſt vti remedio cogendi, ſcilicet feudatarium debitorem ad feudum vendendum, vt ex illius pretio ſatisfieri poſſit, Rouit. *vbi ſupr. numer.*15. Franch. *deciſ.*704. Anna *conſ.*4. *num.*73. quod pluries fuiſſe practicatum per Collat. Conſilium dicit Reg. Capic. Latro *deciſ.*6. vbi plures alias deciſiones allegat ſuus Additionator. 8

Circa verò aliud dubium, vtrum ſcilicet PP. 9
Scholarum P. teneantur probare emptionem prædictam fuiſſe verſam in vtilit. Monaſterij D. Aluinæ, videtur prima facie dicendum, quod ſic, per text. celebrem *in l. Ciuitas* 27. *ff. ſi certum petatur*, quem procedere non ſolum in mutuo, ſed in omnibus contractibus dicit Harmandus Piſtorius *lib.*1. *quæſt. Iuris quæſt.*37. Kpen. *deciſ.*60. *num.*3. imò non ſolum in Ciuitate, ſed etiam in Eccleſia, iuxta tradita per Surdum *deciſ.*156. in Maioratibus tradit Molina *lib.*4. *cap.*4. *num.* 20. in Vniuerſitate etiam docet Capiblanch. *in prag. p. num.*200. *de Baronibus*; Tamen contrarium communiter docent Doctores per text. *in l.*1. *& vlt. ff. de exercitoria actione*, quando ſcilicet contractus 10
eſt factus congregato toto Conſilio, vel toto Monaſterio, provt in præſenti caſu habemus, tunc enim non tenetur emptor probare pecuniam eſſe verſam in vtilitatem Eccleſiæ; Vniuerſitatis, vel Collegij, iuxta Bart. Theoricam *in d. l. Ciuitas, & in l. ſingularia num.*23. *ff. ſi certum petatur*, quod ſic dicit Maſchard. *concl.*582. Facchineus *lib.*2. *controu. cap.*277. Paulus de Caſtro *in d. leg. Ciuitas num.*6. vbi Decius *num.*4. Caſanate *conſ.*9. *n.*55. Conſta *de remediis ſubſidiarijs remedio* 85. *n.*15. Loſeus *de iure Vniuerſitatis p.*3. *cap.*4. Couarr. *lib.*2. *var. cap.*17. *num.*3. Donellus *in d. l. Ciuitas num.*3. *&* 5. vbi Gotofredus *in notis litera C.* Antonius Faber. *in d. l. Ciuitas*, quod de communi teſtatur Cardin. Mantica, *lib.*8. *de tacitis tit.*14. *num.*3. & Koppen. *deciſ.*60. *num.*11. qui *num.*3. rationem adducit, quod quando Conſilium Ciuitatis, vel Monaſterij eſt præſens, tunc creditor cenſetur potius mutuo pecuniam dediſſe toto Conſilio, quam adminiſtratori, per Gloſ. *in in l.*6. *§. ſed an ex ipſo in verbo non puto ſufficere, ff. de confeſſis*, Colerus *de proceſſu exequutiuo par.*2. *c.*3. *num.*337. Miſin. *cent.*4. *obſer.*79. Gaballinus *mille loquio* 1000. Gaillus *de pace publica, cap.*9. quod quidem fuiſſe practicatum in Collaterali Conſilio, dixit Gyptius *in additionibus ad Capic. Latro obſerv.*116. *num.*18. *& ſequentibus*, quod etiam procedit quando contractus non fit ab omnibus, ſed à ſaniori parte Capituli, Vniuerſitatis vel Monaſterij, iuxta notata per Bart. Bald. & Iaſ. *in d. l. Ciuitas*, qui mouentur per text. *in l. metum autem* 9. *§. animaduertendum, ff. de eo, quod metus cauſa*, Piſtorius *lib.*1. *quæſt.*37. Ergo non tenentur PP. Schol. Piarum probare, fuiſſe pecuniam prædictam conuerſam in vtilitatem Monaſterij D. Aluinæ, cum pecuniam toto concurrente Monaſterio fuerint Moniales confeſſæ recepiſſe.

Ex quo quidem apparet, non eſſe neceſſa- 11
rium PP. Schol. Piarum Moniales D. Aluinæ libros exhibere.

Licet enim poſito intereſſe petentis, teneatur qui libros confecit illos exhibere, provt bene Rota *coram Ludouiſio deciſ.*151. vbi etiam diſponitur, vtrum libri ſint tradendi parti aduerſæ actri-

ci,

ti, vel potius deponendi penes tertium, vt possit eos videre; vel si voluerit copiam sumere, possit eam accipere, quod quidem fundatur in doctrina Baldi *in l. cum testamento num. 4. C. de testamentaria manumissione*, Socinus enim dicebat, quod sufficit codices ostendere, & copiam libelli facere, quam quidem sententiam sequitur Genoua *lib. 4. de scriptura priuata in tit. de libris administratoris num. 7. & 8.* Beltraminus *in additionibus ad Greg. XV. d. decis. 151.*

Rota etiam coram *Buracto in d. 370. tom. 1.* decisum refert, adducere libros rationis bancariæ, quas constabat detinere penes se, quia requiritur exhibitio scripturarum, debet semper fieri quando constat de existentia, simulque de interesse petentis, tunc enim de æquitate compellere solet Rota detentores, provt in nouis *decis. 5. de probationibus*, Verallus *decis. 594. part. 1.* Card. Seraph. *decis. 1224.* Constat vero in præsenti de interesse Monasterij Scholarum Piarum, quia sine libris prædictis qualitatem sui crediti priuilegiatam de iure probare non posset, quare bene Rota penes Merlin. *tom. 1. decis. 58.* loquitur in puncto de Monasterio Monialium.

12 Præsumitur verò existentia apud eumdem, apud quem constat libros semel fuisse, neque excusatur si dicat illos non habere, vel amisisse, provt bene DD. communiter post Farin. & alios, de quibus apud Rubeum *tom. 2. part. 4. decis. 218.* Constare enim præsumitur existentia quando persona, à qua petitur exhibitio tenetur libros conficere, provt est tutor, administratrix, Monasterium, &c. vnde illi confectionem neganti non est credendum, sed supprimere, atque occultare censendum est, provt late Escobar *de ratiociniis cap. 10.* quia ex obligatione iuris, pernecessè infertur ad exequutionem facti, vnde resultat probatio præsumptiua, quod quilibet præsumitur facere, quod de iure tenetur, ait Rota *coram Merl. tom. 2. decis. 565. iuncta decis. 22.* quod etiam dicit Gaballus *cons. 122. num. 9.* imo Andriolus *controu. 218. num. 18.* ait, quod probata existentia librorum, quod peruenerint ad manus alicuius concedi debet exhibitio, imò non excusatur hæres tutoris, vel alterius, qui libros conficere tenetur, dicens se libros non habere, Menoch. *cons. 354.* quod dicit *lib. 6. præsumptione 62.*

13 *num. 10.* per quam exhibitionem librorum non factam succedit contra non exhibentem obligatio ad interesse, quod quidem tanti est, quantum summa prætensi debiti importat, quia tanti interesse petentis exhibitionem librorum fieri ex quibus non debitum probaretur, per text. *in l. vbi exigitur, §. his autem, ff. de edendo*, Gaballus *cons. 122. n. 4. lib. 2.* Andriolus *d. tom. 4. controu. 318. in fine.*

14 Libris enim quorumcumque mercatorum, & aliorum similium, qui tenentur eos conficere omninò credendum est positis adminiculis, de quibus Guid. Papa *decis. 441.* Surd. *decis. 199. num. 15.* Amatus *decis. Ferrariæ 3.* Buractus *decis. 344. num. 9.* quæ quidem sumenda sunt aliunde, quam ex eod. libro, Castrens. *cons. 149. lib. 1.* quem sequitur Rota *decis. 575. num. 8. part. 1. diuersorum*, & liber mercatorum, vel alterius cuiuslibet, qui tenetur illum conficere, verificabitur in multis etiam fauorabilibus, quia verum in vno censetur; verum etiam in reliquis, Ias. *in l. admonendi num. 128. ff. de iur. iurand.* Crauetta *cons. 158. n. 6.* Menoch. *lib. 3. præsumptione 63.* Gabr. *concl. 5. de præsumptionibus*, Mascar. *de probationibus conclus. 934. num. 75.* Grat. *cap. 171. num. 11.* Rota *decis. 813. p. 1. diuersorum*, vbi dicit etiam procedere, licet partitæ non verificatæ sint notabiles, 15
& magni momenti, imò etiamsi partitæ non sint connexæ, saltem quando mercator erat fide dignus, id procedit, Buract. *decis. 31. num. 3. & decis. 544. num. 14.* Leongillus *decis. Ferrariæ 41. iuncta decis. 108.* qui etiam Leong. *dec. 179.* dicit, quod stante priuilegio Principis sæcularis, vel consuetudine à laicis introducta, vt credatur libris mercatorum, non ligat Clericos in Foro sæculari.

Licèt inquam hoc totum de exhibitione librorum prædictorum satis, superque dixerimus, tamen id ex abundantia dictum est, cum supra probauerimus nullatenus, teneri PP. prædictos probare pecuniam mutuatam à quon. Sebastiano Vecchione fuisse conuersam in vtilitatem Monasterij, provt diximus; quod totum integritati, Iustitiæ, & doctrinæ Reuerendiss. Dom. Vicarij committimus. Scripsi hodie die 2. Septembris 1658.

DE EADEM RE.

SVMMARIVM.

1 *Series facti proponitur.*
2 *Ecclesiæ bona obligantur obligatione generali, sine assensu Apostolico.*
3 *Creditor Ecclesiæ sine assensu agere potest vtili Saluiano contra bona eiusdem pro fructibus.*
4 *Possessor manuteneri debet, nullitate pendente.*
5 *Assensus Apostolicus requiritur in obligatione speciali bonorum Ecclesiæ, non in generali obligatione.*
6 *Legati acceptatio facta ab Ecclesia, si petatur declarari nulla, eâ pendente, debitor soluere debet.*
7 *Assensus Apostolicus qualiter requiratur pro venditione bonorum Ecclesiæ.*
8 *Caualcani decisio 73. à n. 13. explicatur qualiter procedat.*

ARGVMENTVM.

Assensus Apostolicus non requiritur, dum obligantur bona Ecclesiæ generaliter, pro qua obligatione competit vtile Saluianum: & hoc etiamsi Ecclesia acceptet legatum cum onere, & etiam pendente nullitate acceptationis.

PRO

Reuerendo D. Iosepho Crisconio Beneficiato,

M CVM

CVM

Gubernatoribus A. G. P. Terræ Iuliani Auerſanæ Diœceſis, &c.

1 REVERENDISSIME Domine. Video partem aduerſam velle rem clarã, & facilem obumbrare, ſuſcitando articulos ad rem non pertinentes.

In primis dicit Eccleſiam S. Mariæ Annunciationis Terræ Iuliani Auerſanæ diœceſis non potuiſſe tempore acceptationis rei legatæ annuum cenſum ſuper bonis propriis apponere, ad finem ſoluendi ducatos centum ſexaginta Beneficiato hodie repræſentato per D. Criſconium Eminentiſſimi Domini mei Card. Carrafæ familiarem: at nolens ego diſputare de articulo prædicto an ſit noſtro facto applicabilis, rogo partem aduerſam in Domino, qui iudicaturus eſt viuos, & mortuos, vt videat celebrem illam deciſionem Rotæ
2 Romanæ Amerinæ bonorum, de anno 1645. reportatam nouiſſimè per Roias, & ante Roias à recolendæ memoriæ Regente de Marinis *tom. 2. contr. for. cap. 27.* Rota enim diſtinguit ibi *num. 11.* quòd ſi Beneficiatus Criſconius vellet, & inſiſteret hodie in Curia Auerſana pro vendendis, & ſubhaſtandis bonis Eccleſiæ S. Mariæ Annunciationis ſub prætextu ſui cenſus non ſoluti de anno 1664. & tunc poſſet Procurator Eccleſiæ opponere de defectu aſſenſus, & hypothecæ ſpecialis non contractæ ſine aſſenſu Apoſtolico, ad finem verò, vt Criſconius habeat hypothecam generalem ſuper bonis Eccleſiæ Annunciatæ Terræ Iuliani, Rota tenet non requiri beneplacitum Apoſtolicum, vigore cuius hypothecæ generalis, licèt non poſſit Criſconius ſubhaſtari, & exequi facere bona Eccleſiæ, poterit tamen vtili
3 Saluiano interdicto experiri, & agere contra fructus bonorum Eccleſiæ, vt ſibi fiat ſolutio annatæ, quam conſequi debet, vt eſt punctualis illa deciſio, de qua *ſuprà*, à me pluries practicata in Curiis Eccleſiaſticis tum contra Patres Scholarum Piarum huius Ciuitatis, tum contra PP. S. Mariæ Sanitatis, tum contra Monaſterium S. Mariæ D. Aluinæ, ergo dicit hodie Criſconius: demus parti aduerſæ non potuiſſe cenſum conſtitui ſuper bonis Eccleſiæ Annunciatæ ſub prætextu defectus Aſſenſus; tamen fuit contracta generalis hypotheca non prohibita vigore Paulinæ, cuius cauſa competit eidem Criſconio vtile Saluianum, non ſuper ſtabilibus ad finem vendendi, ſed ſuper fructibus bonorum ad finem conſequendi annatam prædictam.

4 Nec minus aliquid iuuat partem aduerſam fuiſſe per S.C. declaratam nullam acceptationem dicti legati, atque abſolutam Eccleſiam Sanctæ Mariæ Annunciatæ ab onere ſoluendi:

Quia facilis eſt reſponſio, nam etiam nullitate pendente manuteneri debet Criſconius vſque ad diem ſententiæ in quaſi poſſeſſione exigendi, dummodò nullitas non conſtet ex ſententia, quia poſt eam non datur manutentio, vel per Inſtrumentum publicum, vel per partis confeſſionem, ad notata per Poſthium *de manutenendo obſeru. 42.* at nunc Criſconius non petit fructus poſt ſententiam maturatos, ſed petit illos, qui ante ſententiam maturarunt, quando erat, vt eſt in quaſi poſſeſſione exigendi, quæ quaſi poſſeſſio etiam debetur eidem, & pro ea manutentio pendente Iudicio nullitatis. Præterquam quod is contractus acceptationis fuit per S.C. reſolutus, & reſciſſus, ſeu nullus declaratus ob læſionem potius quam ob nullitatem, etſi fuerit ob nullitatem, non fuit S.C. repræſentatum, quod ad acquirendam ſpecialem hypothecam ſuper bonis Eccleſiæ requiritur aſſenſus Apoſtolicus, ſed ad 5
acquirendam generalem hypothecam ſuper fructibus, quam prætendit Criſconius experiri, vnà cum ſuo vtili Saluiano; non requiritur aſſenſus, etſi Criſconius fuiſſet auditus in Iudicio propoſito ab Eccleſia, vtique eius Aduocatus ita defendiſſet Iura Criſconij: quomodo ergo pars facit feſtum de ſententia fundata in defectu aſſenſus, Criſconio non audito, qui ſi auditus fuiſſet, vtique potuiſſet replicare ſententiæ, & decretis ſibi non officere ad finem Saluiani Interdicti ſuper fructibus.

Et ad dilemma partis aduerſæ facilis eſt repli- 6
catio, Criſconium prætendere ab Eccleſia integrum cenſum vigore accollationis factæ ab Eccleſia S. Mariæ Annunciationis, & vigore quaſi poſſeſſionis exigendi, in qua reperitur quouſque fuit per ſententiam declarata nulla acceptatio, quia non fuit nulliter declarata vigore conſenſus, ſed vigore aſſenſus, vt pars prætendit: qui aſſenſus Apoſtolicus, vt Rota dicit non requiritur ad finem ſatisfaciendi ex fructibus bonorum Eccleſiæ, ſed ſi mihi credere dignum eſt, S.C. annullauit acceptationem ob defectum læſionis, at pendente hoc iudicio debetur manutentio. Imò etiam 7
pendente iudicio nullitatis contractus, vt Rota pluries dicit apud Poſthium *dicta obſeruatione 42.* & licèt Eccleſia feciſſet contractum ſine ſolemnitatibus, tamen pro ſolemnitatibus pars intelligit Beneplacitum Apoſtolicum, quod licèt requiratur ad finem procedendi ad venditionem ſtabilium, tamen ad finem ſoluendi fructus non requiritur, & hoc eſt, quod prætendit Criſconius ſcilicet manutentionem annatæ exigendæ vſque ad ſententiam, ſaluis Iuribus contra quos decet.

Nec quicquam fuit ad rem deciſio Criuell. 73. 8
à num. 13. quòd legatarius non teneatur ad plus ſoluendum, quam fuerit emolumentum legati.

Quia Regulam hæc habet plures fallentias ad materiam noſtram non applicabiles, & quando Eccleſia Annunciationis contra Criſconium Iura propoſuiſſet per Curiam Auerſanam fuiſſet dictum: ſoluat vigore quaſi poſſeſſionis exigendi, & terminus Eccleſiæ fuiſſet impartitus reſpectu prætenſorum per eandem in quo termino quis ſcit ſi Aduocatus Criſconij propoſuiſſet limitationem aliquam, ſuo Caſui applicabilem contra allegata per Criuell. Interim ergo rogo conſulentem, vt conſulat veritatem ſoluendi annatam prædictam D. Criſconio. Quare, &c.

DISCEPTATIO XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries proponitur.*
2 *Donatio aſſerta per Cicalam quas habeat difficultates, ſi ſubſiſteret.*
3 *D. Ioſeph Lombardus eſt in iudicio ante ſequeſtrum.*
4 *Ordo proceſſus non poſtulabat ſequeſtrum.*

5 *Iudex*

5 *Iudex debet prius se facere Iudicem, deinde facere sequestrum.*

6 *Dictio (donec aliter) non facit rem stare sub iudice, provt neque clausula* saluo iure cuiuslibet.

7 *Litigiosa non dicitur res, nec prohibetur alienari, quando lis est super possessorio.*

8 *Lis super possessorio adipiscendæ non facit rem litigiosam, licet habeat incidenter annexam causam proprietatis ?*

9 *Possessorium quando dicatur intentatum, & quando petitorium.*

10 *Litigiosa res potest alienari, quando lis est iniusta, vel quando alienatur pro causa necessaria.*

11 *Mutatione personæ, mutantur bona, & fiunt illius conditionis, cui accedunt.*

12 *Clausula reseruatiua, qualiter faciat remanere iudicium ?*

13 *Sequestrum prohibitum in principio litis.*

14 *Sequestri requisita, quæ sint.*

15 *Sequestrum in præsenti deficit in facto, & in iure.*

16 *Sequestrum, quando fiat, constito de animo differendi iudicium.*

17 *Dictio (donec aliter) quid operetur, & quando.*

18 *Litigiosa rei alienationis disputatio non intrat in præsenti.*

ARGVMENTVM.

Remissio fori ab Ecclesiastico ad Reuerendam Nuntiaturam Neapolitanam qualiter & quomodo facienda, & cum quibus requisitis.

PRO

Reuerendo D. Ioſepho Lombardo,

CVM

Ioanne Baptiſta Cicala.

STANS in pacifica, & quieta poſſeſſione Illuſtr. D. D. Alexander de Conſtantio ducatorum ter millium, & pro eis eorum fructuum, vti hærede particulari quondã Illuſtr. Lauræ Cicalæ eius Auiæ maternæ debitorum ab Illuſtriſſimo Principe Petræ Folcinæ fuit, elapſis annis in S.C. indebitè, cum reuerentia, moleſtatus à Ioanne Baptiſta Cicala Patritio Ianuenſe, ſub prætextu cuiuſdam aëreæ, & figuratæ, cum reuer. donationis factæ per eandem Lauram Domino Ioanni Baptiſtæ Ducatorum decem millium cauſa matrimonij contrahendi, cum D. Iſabella Spinola, & in S. C. mota lite, commiſſaque cauſa Domino Carrillo tunc Conſiliario, fuit ab eodem ordinatum ſequeſtrum, necnon vt rendentes facerent depoſitum *fol.* 2. & *fol.* 32.

Aduerſus quam prætentionem comparuit D. Alexander, dicens ſe eſſe Clericum notorium, & beneficiatum, adductiſque Bullis clericatus *fol.* 3. & 4. nec non beneficiis *fol.* 50. perceptione fructuum *fol.* 9. ſeruitio in diuinis *fol.* 12. *à 3. die 7. Maij* 1658. fuit ad relationem Domini Conſiliarij Eraſmi de Ponte dictum, cauſam remitti ad Curiam Archiepiſcopalem Neapolitanam, vnà cum actis *fol.* 16. & *fol.* 33.

Die 16. Maij 1658. D. Alexander comparuit in Curia Archiepiſcopali Neapolitana, dicens ob mortem quondã Lauræ ex ſuo vltimo teſtamentò, comparentem ipſum, & Principem ſuum Petræ fuiſſe hæredes, & ipſum eſſe hæredem particularem ſuper dictis ſcutis tribus mille, & eorum annuis Ducatis tercentum debitis à Domino Principe Petræ Folcinæ, & ſtante in pacifica poſſeſſione illius Corporis, à Ioanne Baptiſta Cicala fuiſſe conuentum in S. C. vti prætenſo donatario eiuſdem quondã Lauræ, vnde inſtitit tendentes ſibi correſpondere, & tolli ſequeſtrum, vt potè factum ex abrupto in principio litis, habens plures exceptiones contra talem prætenſam donationem *fol.* 1.

Adducitur fides præambuli, qualiter D. Franciſcus de Conſtanzo Princeps Collisbruchiſij, & D. Alexander ſunt hæredes Lauræ Cicalæ *fol.* 17. ſolutiones factæ à Principe Petræ Folcinæ debitore eidem D. Alexandro, vti hæredi Lauræ Cicalæ *fol.* 18. 19. & 20.

Quibus viſis, & ponderatis per Vicarium Neapolitanum tunc temporis die 1. Iunij 1658. fuit ſequeſtrum ſublatum, & ordinatum debitoribus, & rendentibus, vt ſoluerent eidem D. Alexandro donec aliter per nos, & Curiam noſtram Archiepiſcopalem fuerit prouiſum, *fol.* 26.

Comparuit in eadem Curia Procurator Ioannis Baptiſtæ Cicalæ, & dixit quòdam Lauram feciſſe donationem ſcutorum decem millium poſt eius mortem, & aſſeruit de eius petitione prius facta in S. C. nec non de eius remiſſione *fol.* 27. quæ comparitio fuit præſentata per Agnellum de Luca, necnon fides qualiter Agnellus prædictus eſt Procurator Ioannis Baptiſtæ Cicalæ *fol.* 28. conſtitutus à D. Antonio de Boſſis vigore facultatis *dict. fol.* 28.

Adducitur prætenſa donatio facta 18. Februarij de anno 1639. vbi figuratur Lauram Cicalam viduam quondam Ioann. Simonis Mocciæ, donaſſe Domino Ioanni Baptiſtæ Cicalæ eius ex fratre nepoti ſcutos decem mille contemplatione matrimonij contrahendi inter Dominum Ioannem Baptiſtam, cum D. Iſabella Spinola Ianuenſe pro ſe, & filiis naſcituris, & dixiſſe cauſa mortis, irreuocabiliter tamen inter viuos ex nunc pro tunc, ſequuta morte ipſius pro ſe, & filiis naſcituris.

Quam donationem non eſt noſtrum in præſenti impugnare, ſed pro nunc audiant ſcopulos, quos haberet, ſi eſſet vera, in primis fuiſſet cauſa mortis ex nunc pro tunc, &c. Et expreſsè dicitur quod fuit cauſa mortis, ergo fuiſſet reuocata per inſtitutionem hæredis factam; ſecundò quia fuiſſet in fraudem dotis maternæ, conſequendæ per eumdem D. Alexandrum, & ſuum fratrem; tertiò quia fuiſſet ad Pompam cum Albarano, ne ea vteretur, vt in termino probabitur; quartò quia in fraudem conſuetudinis Neapolitanæ, quia de maiori parte bonorum fuit; quintò quia fuiſſet ſine aſſenſu Regio facta contra leges municipales Neapolitanas; ſextò quia fuiſset, vt nuberet cum D. Iſabella Spinola, quod non

fuit productum fuiſse ſequutum, & licet per partem contrariam adducatur fides Matrimonij *fol.* 34. tamen fuit per Procuratorem contractum, & debet adduci fides ſolemnitatum ratificantis Matrimonium, quod potuit ſe pœnitere, & non eſſe ſequutum ad *textum in cap. fin. de procuratoribus in 6.* ſeptimò quod talis aſſerta donatio fuit facta ab Auia, quæ in præiudicium ſuorum deſcendentium ad fauorem tranſuerſalis non poterat diſponere; octauò quod dicta Laura erat debitrix propter tutelam matris D. Alexandri, filiæ Ioannis Simonis Mocciæ; nonò quod dicta, Laura eſt debitrix D. Alexandri ex eo, quod remanſit Balia, & tutrix comparentis, & Principis ſui fratris in magna ſumma pecuniarum, vnde eſt donatio in fraudem creditorum hypothecariorum, vigore tacitæ hypothecæ à die ſuſcepti Baliatus, & tutelæ tum eorumdem, tum matris ipſorum, & eſt ſimulata, & quod fuiſſet cauſa mortis legatur *fol.* 29. cum ſequentibus: & quod vera ſint omnia, fuit per D. Alexandrum in ſua comparitione *fol.* 35. & 36. petitum, vt declaret Ioannes Baptiſta cum iuramento, an velit vti dicta donatione, & ante declarationem, factam, vt ad nullum actum procederetur, quæ tamen declaratio hucvſque non fuit facta.

Hæc omnia vera cum ſint, videns D. Alexander ſe habere diſſequeſtrum à Curia Archiepiſcopali Neapolitana, quod fuit prima die Iunij 1658. *fol.* 26. ex quo partita ducatorum ter millium ceſſerat pro nonnullis neceſſitatibus Tiberio de iudice die 27. Iunij 1659. *fol.* 41. qui Tiberius die 3. Iunij 1659. vendidit Don Ioſeph Lombardo Commiſſario Nunciaturæ Apoſtolicę *fol.* 43.

3 Comparuit ergo D. Ioſeph Lombardus dicens ſe emiſſe à Tiberio de iudice, vti Ceſſionario D. Alexandri de Conſtantio partitam hanc ſcutor. ter millium, & ad ſe ſpectare hodie vigore contractus, & dominij tranſlati, & eſt in iudicio ſub die 18. Iulij 1659. *fol.* 42. adducitur contractus factus, & ſolutionis partitæ *fol.* 43. & 45. dicit ſe eſſe Commiſſarium Nunciaturæ Apoſtolicæ cuius Commiſſionis litteræ adducuntur *fol.* 45. & commiſſio fuit expedita de anno 1657. & procuratoris conſtitutio in perſonam Franciſci de Simone ſub die 10. Iunij 1659. præſentata ſub die 18. Iulij 1659. *fol.* 41.

Propterea procurator D. Ioſephi Lombardi videns fuiſſe ſequeſtrum factum dictæ partitæ per Curiam Archiepiſcopalem Neapolitanam ſub die 10. Auguſti 1659. *fol.* 39. cum iam pecunia prædicta non erat in poſſe D. Alexandri, nec Tiberij, ſed D. Ioſephi, qui erat in iudicio à die 18. Iulij, quo comparuit Procurator, & petierat remiſſionem ad Curiam Nunciaturæ Apoſtolicæ, *fol.* 40. iterum petiit tolli ſequeſtrum, & fit monitio *fol. vltimo.*

Ego verò, qui partes D. Ioſephi Lombardi defendo, omni iure ſpero decidendum, ſequeſtrum eſſe tollendum, & cauſam ad curiam Nunciaturæ remittendam.

4 Probatur Primo, quia etiam ſi eſſet in iudicio D. Alexander non poſſet ſubſiſtere ſequeſtrum ex ordine commiſſa iuſtitia nullitatis donationis, quia vt ex actis Ioannes Baptiſta Cicala eſt principalis Actor in hoc iudicio, conſtituit Procuratorem ad exigendum lites, &c. Ioannem Mariam Spinola *fol.* 22. nec ei dat facultatem ſubſtituendi, ſed ipſe nihilominus nulliter ſubſtituit Vincentium Caloffe *fol.* 25. qui procurationem renunciauerat *fol.* 8. & 11. Vincentius præſentat donationem *fol.* 29. poſtea quidam alius Procurator à nemine conſtitutus, nec ſubſtitutus præſentat ſequeſtrum S. C. & hic vocatur Anellus de Fuſco *fol.* 32. hic ipſemet præſentat fidem Matrimonij contracti *fol.* 34. hic ipſe etiam præſentat comparitionem, & petit cogi, & compelli ſequeſtrari, &c. *fol.* 37. quæ intimatur Simeoni de Thomaſio *fol.* 38. ſub die 20. Iulij 1659. ergo non erat Anellus de Fuſco procurator legitimus, ergo ſequeſtrum factum ſub die 10. Auguſti 1659. *fol.* 39. fuit nulliter, cum reuerentia: quod non erat iudicium, nam deficiebat Actor, vel eius Procurator, quod verò non Anellus de Fuſco, ſed alius S. C. Anellus de Luca erat Procurator, patet quod comparitio facta à Franciſco de Simeone Procuratore D. Ioſephi Lombardi, fuit intimata Anello de Luca *fol.* 40 *à* 3. ergo nulliter cum reuerentia, fuit proceſſum ad ſequeſtrum pro parte Ioannis Baptiſtæ, & iam dictus D. Alexander fuiſſet in iudicio.

Probatur ſecundò, quod ſit nulliter hodie factum 5
mutata ſcena, quia in iudicio eſt D. Ioſeph Lombardus antecedenter ad ſequeſtrum, ergo debebat prius D. Vicarius facere ſe iudicem, & deinde facere ſequeſtrum, quia ſequeſtrum facere eſt actus iuriſdictionis, ergo prius debet ſe facere iudicem deinde ſequeſtrare, nec valet dicere quod res erat ſub iudice ex illa clauſula appoſita per Vicarium tempore diſſequeſtri, ibi (*donec aliter* 6
&c.) quo caſu res videtur ſtare ſub iudice, & ſic tenetur quis reſpondere coram eodem, quia ſi hæc opinio eſſet vera, canonizaretur per Curiam Archiepiſcopalem Neapolitanam deciſio illa Regentis Sanfelicij 210. & Conſ. Carleual. *tom.* 1. *diſput.* 2. *num.* 952. vbi clauſula, *Saluo iure cuiuſlibet donec aliter, &c.* cum qua clericus habet rem à iudice laico facere rem extare apud eumdem iudicem, & ſic comparente alio, deberet conuenire clericum coram iudice laico, vt Sanfelicius ait, cuius contrarium defendit Rouitus *deciſ.* 44. & poſt alios P. Franciſcus, maximè Pratus *tom.* 1. *quaſtion. forenſ.* 42. & 43. & fuit nouiſſ. practicatum in curia Nuntiaturæ Apoſtolicæ in cauſa monaſterij Ieſu Mariæ, commiſſario D. Caſtiglione: poſito ergo decreto ſequeſtrum vigore clauſulæ, *donec aliter*, canonizaretur opinio, quod hæc clauſula facit ſtare rem ſub iudice primo, nec competere remiſſionem, & licet res fuerit ſub ſequeſtro iudicis laici numquam tamen fuit apud iudicem Eccleſiaſticum ordinarium, & in præſenti eſt factum tempore, quo non eſt amplius in iudicio primus, ſed ſecundus clericus exemptus.

Probatur tertio, quia vt pars ipſa replicauit per illa verba (*donec aliter, &c.*) cenſetur res litigioſa, & ſic alienata lite pendente, ſed hæc ratio nulla eſt, ergo minor probatur, quia iudicium motum à Ioanne Baptiſta in præſenti eſt iudicium poſſeſſorium, vt ex libello ibi (*petit cogi, & compelli*) & ibi (*ſpectare, & ſpectauiſſe, &c.*) at quando lis eſt ſuper poſſeſſorio non efficitur res litigioſa, vbi dicitur (*litigioſa res eſt, de cuius dominij cauſa mouetur*) & ibi hoc notant Odofredus, Cynus, Bartholus, Baldus, Salicetus, & alij cum aliis cumulatis à Farinac. *in fragmentis part.* 2. *in verbo litigioſa res, numer.* 276. Peregr. *de iure fiſci lib.* 4. *tit.* 6. *n.* 3. Oſaſchus *dec.* 144. *n.* 7. Botta *conſ.* 89. *n.* 14. Carena *variar. reſolut. reſol.* 250. 7

Quia

Quia ergo lis, super possessorio non inducit vitium litigiosi, per consequens non impedit alienationem, nec facit alienantem incurrere in pœnas legales, vt post Barbatiam, Cruettam, Angelum, Neuizanum, Rotam Bononiensem, Lancellotum, & Cardinalem Tuschum, dicit Farinac. *vbi suprà, n.* 280. & post eos addo Sycardum *in D. Auth. n.* 7. Peregr. *num.* 4. Afflict. *lib.* 2. *constitutionum rubric.* 41. *num.* 8. Niger. *in cap. Conuentus num.* 50. *lib.* 2. *tit.* 41. Reg. de Ponte *conf.* 55. *n.* 23. *volum.* 1. Marta *conf.* 80. *num.* 59. Rota coram Gregorio XV. *decis.* 335. *num.* 4. & 5. Angelius *de acquir. possess. quæst.* 18. *art.* 1. *num.* 52. & 53. Ludouicus Posthius *de manutenendo obseruat.* 6. *n.* 36. vnde insignis videtur ad hoc Decisio Cassadori 4. *inter Canonicas decisiones diuersorum in tit. vt lite pendente*, & Consilium Ferretti 12. *num.* 4. & Rota *decis.* 341. *par.* 1. *recentiorum*, & Beltraminus ad Gregorium XV. *decis.* 335. *num.* 20. qui 8 dicunt, quod lis super possessorio adipiscendæ non facit beneficium litigiosum, licèt illud possessorium habeat ante, nam causa proprietatis in vnoquoque actu attenditur, quod principaliter agitur, *l.* 1. *l. quod dicitur, ff. de auctor. tuto.* sed in præsenti, vt ex comparitione apparet fuit Motum Iudicium possessorium, quia fuit dictum per partem, peto cogi, & compelli, quæ clausula ad differentiã illius petitionis peto condemnari, nõ importat aliud quàm possessorium, ergo si 9 intentauit possessorium adipiscendæ, & in possessorio non datur vitium litigiosi neque impeditur alienatio, ritè processit quæcumque alienatio facta, vt bene Cesar Carena *in suis practic. resolutio-* 10 *nibus resol. vltima per tot.* Tanto magis, quod lis dequa in præsenti est iniusta, stãtibus tot motiuis pro inualiditate donat. & ex lite iniusta, non oritur vitium litigiosi, Afflict. *in constitutionibus lib.* 3. *Rubric.* 41. *num.* 19. *vers. decimusnonus casus est*, & tandem quia talis alienatio fuit facta ex causa necessaria, quo casu res litigiosa poterit alienari Afflict. *vbi suprà num.* 17. *vers. tertiusdecimus casus est* Carena *vbi suprà num.* 11. & ob hoc credo litigiosi vitium non habere locum, quando res alienatur ex causa dotis, *l. fin. Cod. de litigiosis vel donationibus propter nuptias*, Franchis *dec.* 162. & 587. *n.* 7. Siue dos restituatur, siue constituatur: idem D. Pratus *tom.* 1. *cap.* 13. *n.* 78. & 79.

11 Probatur quartò, quia posita mutatione personæ D. Ioseph Lombardi subditi Nunciaturæ Apostolicæ, & iam in iudicio ante sequestrum, factum, mutatur qualitas bonorum, *l. Paulus alias per procuratorem, ff. de acquir. hæred. l.* 1. §. *veteres ff. de acquir possess.* vbi repetentes communiter *cap.* 1. *de iure patronatus in* 6. Ancharranus *conf.* 339. *num.* 8. Franciscus de Claperiis *causarum fiscalium causa* 50. *quæst.* 2. *num.* 24. Ant. de Butreo *in cap. accedentibus de priuilegiis*, cui innixus Ioannes Baptista Ferretus *conf.* 258. *num.* 9. & 10. tradit quod si res, & bona non priuilegiata deuenerunt in priuilegiatos, mutant naturam, & vtuntur Priuilegio personæ priuilegiatæ, vt bene R. Valenzuela *conf.* 71. edito pro Collegio Societatis Iesu Ciuitatis Maioricarum, qui *num.* 27. fundauit bona, & terras, quæ antequam peruenirent ad dictum Collegium soluebant decimas, ex quo postea deuenerunt ad ipsum Collegium, vtpotè priuilegiatum factæ fuerunt exemptæ à solutione decimarum, quia mutatione personæ, mutatur qualitas bonorum.

12 Neque dicas, quod clausula reseruatiua, facit permanere Iudicium coram eodem iudice, vt ex Angelo, & aliis fundat Peregrin. *de fideicommissis art.* 48. *num.* 62. *vsque ad num.* 70.

Respondeo quod assumptum non est verum, vt suprà fundauimus, nisi permanentibus eisdem personis in Iudicio, sed ipsis mutatis decretum Iudicis, siue definitiuum, siue interloquutorium, finitum est, & ideo quando fit per Lombardum contra Cicalam noua petitio remissionis ad suum iudicem, non est eadem instantia, & sic illa prima erat extincta per mutationem personæ: quando ergo superuenit noua persona exempta à Iurisdictione Vicarij non poterat fieri sequestrum, vt post alios D. Pratus *tom.* 1. *cap.* 43. *num.* 36.

Probatur vltimo, & parcant mihi si dico (quod 15 etiamsi res inter Clericos subditos ageretur) sequestrum prædictum, nec in iure, nec in facto posset sustineri: non in iure, si quidem est clara Iuris conclusio, ex *l. vnica in rubrica, & nigro C. de prohibit. sequest. pecunia*, ibique ab omnibus approbata non esse à sequestro incipiendo, quam latè enarrat Carroccius, *de sequestr. part.* 2. *in principio*, quia sola sequestratio odiosa, & prohibita est, ex *d. l. vnica*, Romanus *conf.* 488. Maynardus *dec. Tholosana* 52. *lib.* 4. Boerius *dec.* 172. Achilles de Grassis *decis.* 1. *de sponsalibus*, Rebuffus ad leges Gallicas *tom.* 3. *tract. de sequestr. art.* 1. *gloss.* 1. *num.* 3. Bossius *de fisco, & Priuilegiis eius num.* 60. Velasceus *consult.* 139. *num.* 20. Gregorius Lopez *in proœmio tit.* 9. *part.* 3. dicens quod quis est manutenendus in sua possessione, donec sit expedita causa petitionis, Regens Valenzuela *conf.* 43. *num.* 186. & *conf.* 53. *num.* 76. *tom.* 1. Reg. Galeot. *controu. illustr. cap.* 24. *num.* 50. *lib.* 1. vbi more suo doctè, & ingeniosè defendit nullitatem sequestri, & ait sequestrum non valere, nisi summariè constet de iure illius, qui seque- 14 strum petit, & inter requisita sequestri sunt, vt fiat producto titulo petentis, secundò citata parte, tertiò causa cognita, quartò à Iudice competente, quia est actus iurisdictionis, aliàs erit nullum, Milanesius *decis.* 11. *num.* 25. & 26. *part.* 1. Giurba *decis.* 25. *num.* 8. Regens Galeota *num.* 56. & si istæ nullitates essent practicandæ, in casu nostro sunt maximopere practicandæ; in quo omnes interuenerunt, provt ex actis obseruari poterit.

Neque in facto poterit sustineri sequestrum, quia apparet fuisse factum ad instantiam partis 15 petentis non legitimi Procuratoris, vigore donationis causa mortis factæ, pro Matrimonio contrahendo cum D. Isabella Spinola: quod si asseratur contractum per Procuratorem, tamen potuit esse, quod reuocato mandato non sit sequutum; ergo vigore turbidi facti, in quo nunquam stetit possidendo, non potuit fieri, sed dato deinde termino, & apparente de bono Iure sustineri potuisset sequestrum, si persona non esset exempta, vt per DD. citatos.

Neque dicas obstare Decisionem Sanfelicij 211. *to.* 2. vbi dicitur sequestrum posse fieri per Iudicẽ, 16 orta aliqua præsumptione cõtra possessorẽ, quod litigat causa differendi Iudicij, vt interim capiat fructus ex Franco *decis.* 204. quod intelligitur quando id fit parte negligente in expeditione causæ, vt vtraque pars expeditioni vacet, vt sunt verba de Franchis *apud Sanfelicium*, at in præsenti nulla est talis præsumptio ob tot suo loco dicenda contra talem donationem, necnon doctrina procedit posita Iudicis competentia, quæ non est in præsenti, & constita de possessione litigantis

tigantis, vel alterius ſui boni Iuris, de quibus nihil in præſenti.

Nec clauſula illa *donec aliter, &c.* poterit ali-
17 quid operari in præſenti, quia ſi aliquid poſſet operari reſpectu iuris reſeruati, id poſſet contingere, vt proponatur coram Iudice competente, non autem incompetente, qualis eſt laicus reſpectu Clerici, vel Vicarius reſpectu exempti, alioquin iudex laicus per indirectum efficeret ſe competentem omni tempore, erga perſonas Eccleſiaſticas, vel Vicarius reſpectu exemptorum, apponendo in quocumque decreto clauſulam (*Saluo Iure cuiuſlibet, donec aliter, &c.*) quod Iura abhorrent, vt in terminis indiuidualibus obſeruauit Reg. Rouitus *in ſua celebri deciſione* 44. *n.* 2. dictio enim illa (*donec aliter*) eſt temporis limitatiua, vt ex pluribus Card. Tuſchus *tom.* 20. *lit. D, conſ.* 271. Gratianus *de dictionibus dict.* 45. Barboſa *dictione* 93. ergo vtpotè limitatiua temporis qualitatis, conditionis, & perſonarum intelligitur, ſtantibus perſonis ſub eodem Iudice; non vero per exemptionem mutatis, vt in præſenti.

18 Neque hic intrat diſputatio de re litigioſa alienata in exemptum, vel Clericum, de qua latè Petrus de Franchis *deciſ.* 545. Regens Sanfelicius *deciſ.* 2. & poſt alios Carleualius *tom.* 1. *diſputat.* 2. *quæſt.* 7. *ſect.* 3. *à num.* 934. quia quæſtio illa procedit quando res fit litigioſa, quæ propriè fit in petitorio iudicio, non verò in poſſeſſorio, vt ex ſuprà adductis fundaui.

Quare, &c.

DISCEPTATIO XX.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries narratur.*
2 *Facta multa contra ius ab Epiſcopo S. Agatha Gothorum.*
3 *Inſtitutio ſpreto patrono, nulla eſt.*
4 *Præſentatus poteſt renunciare præſentationi.*
5 *Tempus ad præſentandum currit à die ſcientiæ.*
6 *Tempus ad præſentandum currit etiam à die renunciationis præſentationis.*
7 *Tempus ad præſentandum non currit impedito.*
8 *Beneficij reſignatio ſine cauſa non valet.*
9 *Beneficium reſignatum liberè coram Epiſcopo, non poteſt conferri conſanguineis Epiſcopi reſignantis.*
10 *Reſignationem acceptans ſine cauſa, nulliter agit.*

ARGVMENTVM.

Inſtitutio Iuris Patronatus ſpreto Patrono facta, eſt nulla. Præſentatus poſt præſentationem factam in ſui perſonam poteſt eidem renunciare. Tempus ad præſentandum currit à die ſcientiæ, & à die renunciationis præſentationis: impedito non currit. Beneficium non poteſt renunciari ſine cauſa & reſignatio non poteſt acceptari ſine cauſa. Beneficium reſignatum liberè coram Epiſcopo non poteſt conferri conſanguineis eiuſdem Epiſcopi, &c.

PRO

D. Petro Angelo Cioffo,

CONTRA

Epiſcopum S. Agathæ Gothorum, & D. Octauium Campanelli Epiſcopi nepotem.

SVPPONITVR in facto, in terra Durazzani Diœceſis S. Agathæ Gothorum, adeſſe beneficium ſub titulo S. Georgij de Bellamaina, quod eſt de iure patronatus laicorum, Ioannis Ragliano, in cuius pacifica quaſi poſſeſſione reperitur, à quo elapſis annis fuit præſentatus Clericus Stephanus Nauone. 1

Vacante per mortem d. quond. Stephani beneficio prædicto, ab eodem Ioanne intra legitima tempora, die 13. Octobris fuit præſentatus D. Octauianus Graſſus: Epiſcopus S. Agathæ die 18. Octobris beneficij prædicti collationem fecit Clerico Antonio Izzo, qui poſſeſſionem accepit; die 6. Februarij idem D. Octauianus Graſſus præſentatus à patronis, videns quod propter peſtem, non poterat inſtitutionem habere ab Epiſcopo, renunciauit eidem Ioanni patrono dictam præſentationem paſſiuam, ad ſui beneficium factam, & die 7. Februarij Patronus prædictus præſentauit D. Petrum Angelum Cioffo, & in inſtrumento præſentationis, dixit ex cauſa primæ præſentationis, & renunciationis factæ per D. Octauianum Graſſum: Epiſcopus interim obtinuit reſignationem eiuſdem beneficij ab eodem Clerico Antonio Izzo, cui prius collationem fecerat, & denuò eiuſdem collationem fecit Clericio Octauio Campanelli ſuo nepoti, qui cum 13. Februarij poſſeſſionem accepiſſet, idem D. Petrus Angelus Cioffo primo loco præſentatus, proteſtatus fuit coram teſtibus, &c. qui quidem D. Petrus Angelus comparuit coram eodem Epiſcopo, pro inſtitutione, Epiſcopus noluit admittere proteſtationem, nec præſentationem, ob quod d. D. Petrus Angelus proteſtatus fuit appellando ad Metropolitanum, ſcil. ad Curiam Beneuentanam, vbi ſua iura propoſuit; quæritur ergo quid iuris.

Reuerendiſſ. Domine: vt video in hoc facto plura apparent malè facta à Iudice, à quo, quæ 2
quidem niſi per Dominationem ſuam Iudicem ad quem reformentur, & corrigantur, totam Iuris Canonici ſcientiam in collapſum peruenturam video, & non alia nota poterit Iudici à quo dari, niſi quod vel parum, vel nihil Sacrorum Canonum, & Bullarum Pontificum notitiam habeat; etenim.

Primò Beneficium Epiſcopus S. Agathæ Gothorum contulit Clerico Antonio Izzo, abſque 3
patroni præſentatione, ipſoque ſpreto qui præſentauerat D. Octauianum Graſſum, nec facta ſententia concernente exiſtentiam, vel pertinentiam

tiam ipsius Iurispatronatus illud contulit eidem Izzo, quæ collatio nulla est, *cap.decernimus 16. quæst.1.cap.cum dilectus de iurepatronatus,cap.illud*, vbi notatur de Iurepatronatus, Guid. Papa *decis.*374. Mohedanus *decis.*268. & 326. Franciscus Marcus *decis.*474. 482. & 493. & 1140. Hieronymus Gonzalez *ad Regulam* 8. *Cancellariæ glossa* 56. *numer.* 78. Garsia *de beneficiis p.5. cap.9. num.*231. Riccius *in praxi Iurispatronatus decis.*171. præsertim contradicente patrono, argum.text. *in l.filio præterito*, vbi Gloss. *vlt. ff.de iniusto rupto.*

Neque collatio iuris patronatus facta per Episcopum, est valida, si illud conferat, vt deuolutum, cum nondum patronus esset iure suo priuatus, *cap.ex parte*, vbi DD. *de conces. prabenda*, Rota *decis.*10. *de Iurepatronatus*, Viuianus *lib.*12. *de iurepatronatus cap.*50.*n.*13.

Secundò, cum potuerit D.Octauianus renunciare præsentationem patrono, ab eo tempore 4 quo renunciauit, habet patronus tempus, provt prius ad præsentandum de nouo, quod probatur, quia licet per præsentationem acquiratur ius ad rem, non in re, Abbas *in cap.cum Bertoldus oppositione 2.de re iudicata*, vbi Felinus *col.*1.& 2. vbi declarat quid sit ius ad rem, vel in re, Cardinalis Seraphinus *decis.*1238.*n.*4.Gonzalez *in Regula* 8. *Cancellariæ*, *glossa* 15. §. 2. *num.* 1. quando ipse præsentatus acceptauit præsentationem, Calderinus *conf.*17. *de iurepatronatus*, latè Lambertinus *lib.2.de iurepatronatus*, *p.2. quæst.5. art.*8. Viuianus *lib.*8.*cap.*8.*per tot.* Tamen quia patronus Ecclesiasticus si scil. beneficium sit fundatum de bonis Ecclesiæ habet sex menses ad præsentandum, laicus verò si fuerit, quatuor menses habet ad 5 præsentandum, *cap.eam te, cap.cum propter de iurepatronatus*, *cap. vnico eod. tit. in 6.* vbi Glossa, & DD.aduertunt, Mandosius *in Regula* 30. *Cancellariæ quæst.*8. & alij plures apud Barbosam *de potest. Episcopi alleg.*72. *num.*126. quod quidem tempus à die vacationis beneficij patronis non currit, sed à die scientiæ, & scitæ vacationis, Rota *d.*13. *de iurepatronatus in antiquis*, Verallus *d.*248. *par.*3. Rota *decis.*421. *p.*1. *diuers.* Lappus *alleg.*78. vbi Mandosius *lit. T.* & dicit quod intelligitur de scientia certa, & non de interpretatiua, vt pluries decidit Rota, teste Barbosa *p.*3. *alleg.*73. *numer.*134. Riccius *collect.* 119. *p.*1. & *decis.*172. vbi testatur in praxi seruari Seraphinus *decis.*380. Cardinalis Puteus *decis.* 6. *de præb.* & decisum refert Viuianus *lib.*7. *cap.*20. *num.*8. Id etiam procedit in semestri, quod competit Episcopo ad conferendum beneficium, per patroni laici negligentiam deuolutum ad eundem, quia incipit currere à die scientiæ qualitatis beneficij deuoluti, vt latè DD. apud Barbosam *alleg.*73. *à num.*134.

Vnde *in cap.si electio de electione in 6.* habetur, quod si præsentatus intra tempus à iure consti- 6 tutum, præsentationi non assentiatur, vel renunciet, habet patronus integrum tempus ad præsentandum, scilicet Clericus integrum semestre à die renunciationis, siue dissensus; laicus verò integrum quatrimestre ex *d. cap. si electio*, vbi de electione loquens Bonifacius Octauus ait, quod si electio ex eo non sortitur effectum, quia electus consentire recusat, vel post consensum renunciat iuri suo, aut fortè diem claudit extremum, seu propter occultum eius vitium irritatur; Electores, quia iam fecerant, quod spectabat ad ipsos infra iuris terminos eligendo, habebunt à dissensu, renunciatione, morte, vel irritatione prædictis, ac si vacatio noua esset, tempus integrum ad electionem aliam celebrandam, dummodo nihil fraudulenter egerint in prædictis, & idem docent DD. in præsentationibus, præsertim Ioannes de Anania *in cap. transmissa* 31. *de iurepatronatus num.*4. Rochus de Curte, *de iurepatronatu in verbo honorificum quæst.*42.*n.*74. & quamvis Cardinalis Florentinus *in cap.finali col. vlt.vers. Secundo quæro de iurepatronatus* contrarium docere videatur, tamen, vt rectè monuit Rochus *num.*74. loquitur in casu, quo Patronus non verè præsentat, sed eligit præsentandum; vnde dicit secus esse, si præsentauit, vt benè Rota Romana *decis.* 8. aliàs 259. *de iurepatronatus in nouis*, & benè notat Franciscus Salernus *conf.*44. §.1. *per totum*

Hoc autem tempus quatrimestre in laicalibus, & semestre in Ecclesiasticis, non currit patrono 7 impedito iusto impedimento, Cardinalis Mantica *decis.*30. Cardinalis Seraphinus *decis.*220.*n.*4. putà si patronus sit absens, Reipublicæ causa,vel sit iniustè carceratus, vel si non haberet tutum accessum, propter perhorrescentiam alicuius inimici, vel propter pestem, cum Ecclesia sit pia,& cultrix iustitiæ, Rebuffus *de pacificis possessoribus num.* 304. Etenim iuspatronatus est concessum laicis ex gratia, vt inuitentur ad fabricandas, & dotandas Ecclesias, quod si tam strictè, & cum summo rigore procederetur contra eos, reiicerentur à tali actione erga Ecclesias, cum maximo Ecclesiarum detrimento, vt benè Genuensis *in praxi Curiæ Neapolitanæ cap.*28. Rota *d.*406. *p.*2. *in recentioribus* apud Farinac. Barbosa *vbi suprà num.*138. & 139. Surdus *decis.*151. *num.*4. Parisius *lib.*11. *de beneficiis quæst.*13. *num.* 11. Garsia *p.*10. *de beneficiis cap.*10. *numer.*16.& 17. quamvis iuspatronatus sit seruitus beneficij, quæ non præsumitur Cardin. Seraphinus *decis.*1353. Neque tale tempus currit, quando Episcopus reiecit præsentationem, vt latè Viuianus *lib.*7. *cap.*20. *num.*13. & *seq.*

Tertiò non poterat Dominus Episcopus S. Agathæ Gothorum acceptare resignationem be- 8 neficij factam à Izzo, quia beneficij resignatio, vt valeat plura requiruntur, etiamsi fiat liberè,& non ad fauorem, & inter alia requiritur causa, *cap.nisi cum pridem de renunciatione*, quod explicatur per Parisium *lib.*50. *de resignat. beneficiorum quæst.*3. & patet ex Bulla Pij V. 58. quæ incipit *Quanta Ecclesiæ*, & Bulla Pij V.82. explicata per Parisium *dict. lib.*50. *qu.*6. scilicet ob senectutem, ob valetudinem, ob impedimentum corporis, ob crimen, ob censuras, ob scandalum,ob incompatibilitatem, &c. Viuianus *lib.*13. *de iurepatronatu cap.*10.*à num.*69. nulla ergo causæ cognitione præuia, non potuit liberam acceptare Episcopus resignationem factam à Izzo.

Quartò tandem Episcopus S. Agathæ Gothorum nulliter processit, & pœnam incurrit sus- 9 pensionis à collatione beneficiorum, quia ex Bulla Pij V. 58. non potest Episcopus beneficia liberè coram se renunciata, conferre consanguineis, vel affinibus suis, neque affinibus, vel consanguineis resignantis, quam bullam exornat Riccius *in praxi p.*3. *resolut.*472. & punitur pœna priuationis electionis, collationis & institutionis beneficiorum, donec à S. P. absolutionem obtinuerit, & eandem suspensionis pœnam incurrit consanguineus D. Episcopi, qui beneficium taliter resignatum accepit, qui neque poterit

terit ſe tali beneficio inſerere, ſtante ſuſpenſione: Gloſſa, & DD. *in Clementina, Cupientes de pœnis*, & ſi poſita tali ſuſpenſione aliquid fecerint excommunicantur, vt in *d.* Bulla Pij V. 58. de qua ſup. Verum tamen eſt, quod talis ſuſpenſio eſt ſolum à collatione beneficij vt bene Pariſius *lib.* 50. *de reſignat beneficiorum quæſt.* 6. *num.* 215. *in fine*, & dat Bulla rationem, vt in eo puniatur Epiſcopus in quo deliquit, iuxta notata per Baldum, & alios *in l. Ita vulneratus, ff. ad l. Aquiliam, & in l. Capitalium de pœnis*, nec poterit excuſari D. Epiſcopus ob ignorantiam talis Bullæ, quia præſupponitur ſcientia legum, & conſtitutionum, nam ſola publicatio facta Romæ ſufficit, vt Conſtitutiones ligent, extra Curiam, vt practicari in noſtra materia, dicit Pariſius *lib.* 50. *q.* 6. *n.* 221. *cum ſeq.*

10 Quæ tamen pœna ſuſpenſionis à collatione beneficiorum, eſt impoſita ob collationem factam de beneficiis apud ſe reſignatis, conſanguineis reſignantis, vel Epiſcopi, ſed ſi acceptetur reſignatio beneficij ab Epiſcopo ſine cauſa, non incurritur hæc ſupenſio, ſed talis reſignatio eſt nulla, vt bene Fuſchus. *de viſitatione cap.* 28. *num.* 26. & patet ex *d. Bulla* Pij V. & ad hoc non excuſat ignorantia Bullæ, quia decretum irritans ligat ignorantes reſpectu nullitatis actus, vt bene Gabriel *de clauſulis concl.* 3. Pariſius *d. quæſt.* 6. *num.* 230. An autem talis Bulla Pij V. comprehendat Cardinales recipientes reſignationem, & conferentes beneficia reſignata familiaribus, diſputat Pariſius *d. quæſt.* 6. *in fine.*

Quare iuſtè appellauit ad Metropolitanum Beneuentanum D. P. Angelus Cioffus, petens decerni, & declarari irrita omnia geſta per Epiſcopum S. Agathæ Gothorum, & ſuam Inſtitutionem eſſe faciendam in beneficio prædicto, nec non per Metropolitanum declarari incurriſſe in pœnam ſuſpenſionis tum Epiſcopum tum eius nepotem, ob contrauentionem Bullæ SS. Pij V. 58. Scripſi hodie 3. Aprilis 1657.

DISCEPTATIO XX.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries proponitur, & an Abbas Titularis tantum teneatur obedire Abbati cum adminiſtratione.*

2 *Abbas poſt Abbatiæ renunciationem cui remaneat ſubditus*, & num. ſequenti.

3 *Hodie Abbas poſt Renunciationem remanet ſubditus Generalis.*

4 *Prælati Regulares poſſint ſuis ſubditis præcipere vt Miſſas ad ſui intentionem celebrent.*

5 *Monachus ſi Miſſam ad ſui intentionem celebret, non ad intentionem ſuperioris ſibi præcipientis, cui proſit ſacrificium?*

6 *Sacerdos ſicut in Sacramentorum adminiſtratione, ſic in Sacrificij oblatione operatur vt Chriſti miniſter, vnaque cenſetur eius intentio cum intentione Chriſti.*

Et vtrum peccet mortaliter Monachus, qui Abbati præcipienti, vt ad ſuam intentionem celebret, non obedit.

7 *Nomina appellatiua ab euentu prouenientia ſtante habitu durant, quamvis exercitium ceſſet: & vtrum ſi materia ſit talis vt ſimul requirat habitum, & actum.*

8 *Canonicus excommunicatus vocem eligendi non habet & vtrum Clerici non inſeruientes fori priuilegio gaudeant.*

9 *Abbas ſi ſuum depoſuit officium ſine culpa, in memoriam priſtinæ dignitatis primum locum habebit, & in choro, & in Monaſterio.*

10 *Prætor Iudex, & quilibet alius etiam finito officio nomina retinent appellatiua, reliquiaſque dignitatis.*

11 *Parœcialis Eccleſia an retineat nomen Parœciæ ſi Populum in actu non habeat ſed talis eſt inſtituta.*

12 *Feudatarij & ſi primogenitis feuda renuncient, an conſeruent titulos cum prærogatiuis & adducitur textus* in l. 2. Cod. de primicerio lib. 12.

13 *Milites depoſita militia an gaudeant militiæ priuilegiis.*

14 *In eo qui officio renunciauit an remaneat officij dignitas.*

15 *Abbas, qui adminiſtrationi renunciauit retento titulo an poſſit ſibi eligere confeſſarium quem voluerit de Monachis.*

16 *Facultas eligendi Confeſſarium an fundetur in iuriſdictione, vel in ſola dignitate: & vtrum Epiſcopi ſuſpenſi, vel depoſiti poſſint eligere Confeſſarium.*

17 *Depoſitio an priuet dignitate.*

18 *Epiſcopi titulares an gaudeant priuilegio* cap. fin. de pœnit. & remiſſ.

19 *Prælati inferiores ab Ordinario tamen exempti an poſſint ſibi Confeſſarium eligere.*

20 *Abbas Titularis an poſſit ſibi Confeſſarium eligere, præſente Confeſſario per ſuperiorem approbato.*

21 *Et vtrum poſſit ſibi eligere Confeſſarium non ſubditum.*

22 *Sacra Congregatio declarauit, Epiſcopum non poſſe ſibi eligere Confeſſarium Sacerdotem non ſibi ſubditum, & a proprio Epiſcopo non approbatum.*

Et vtrum declaratio prædicta ſit authentica, & Prælatos regulares comprehendat.

23 *Abbas Titularis an incurrat in caſum reſeruatum ab Abbate locali.*

24 *Caſibus reſeruatis, qui non ligentur*, & n. 26.

25 *Epiſcopus reſeruans caſus in ſua Diœceſi moniales exemptas non comprehendit ſi ſint ſubiectæ regularibus.*

26 *Omnes collegialiter viuentes incurrunt in caſus à ſuperiore reſeruatos.*

27 *Epiſcopus excommunicans delinquentes non comprehendit, qui delinquit in loco exempto.*

ARGVMENTVM.

Abbatem Regularem poſt renunciatam Abbatiam remanere ſubditum Generalis, & Prælatos Regulares poſſe ſuis ſubditis præcipere vt Miſſam ad ſui intentionem celebrent: Monachum celebrantem Miſſam ad ſui intentionem, non ad intentionem ſuperioris præcipientis cui proſit ſacrificium? Abbatem officium deponentem ſine

culpa

culpa locum habere in choro, & Monasterio in honorem primæ dignitatis. Titulos retinere feudatarios renunciantes, & an Abbas, qui renunciauit, possit sibi eligere Confessarium, & quando?

PRO

Abbate Titulari Leonardo Vernaia,

CONTRA

Abbatem Localem Monasterij Montis Oliueti.

1 REVERENDISSIMVS Abbas Leonardus Vernaia renunciauit Abbatiæ cum administratione bonorum, titulo tamen retento Abbatiæ: quapropter de Abbate cum administratione bonorum, titularis Abbas remansit. Nunc Abbas de Conuentu præcipit ipsi Abbati titulari vt dicat Missas quasdam certis diebus hebdomadæ; iuxta ipsius intentionem. Quæritur vtrum teneatur ipsimet Abbati præcipienti obedire in talibus Missis dicendis?

Pro responsione huius dubij; dicendum est nullo modo posse Abbatem Monasterij tali Abbati titulari præcipere Missas istas dicendas.

2 Probatur primo: quia controuersia inter DD. est cui scilicet, post renunciatam Abbatiam subditus remaneat talis Abbas. In qua controuersia prima opinio dixit quod talis Abbas remaneat sub obedientia Episcopi illius Diœcesis, vbi reperitur: Ita Ioann. Andr. *in cap. cum ad monasterium de statu monach.* quia Monachatus, & Abbatiæ sunt diuersæ, cum Monasterium obligetur Abbati vt Patri, sed Monacho obligatur vt filio; sed per promotionem ad Abbatiam cessit Iuri siue obligationi monachatus; quod ius nullo modo potest denuo reuiuiscere nullo facto interueniente *cap. quæris* 129. *de consecrat. dist.* 4. Igitur, &c. Quam opinionem sequitur Federic. de Sent. *conf.* 19. Ioan. de Lignano *in clem. ne in agro de statu monach.* Secunda opinio dicit quod subditus remaneat Monasterij, in quo renunciauit: ita dicit Abb. *in d. cap.* cum ad Monasterium *num.* 13. Brissiens. *in suo repertorio verb. Abbas;* quæ tamen quæstio licet antiquitus disputata fuerit: tamen hodie communis conclusio est,

3 quod subditus remaneat Generalis teste Tãburino *de Iure Abb. 1. to. disp.* 13. *q.* 4. qui etiam dixit quod tali Abbati, qui renunciauit sponte Abbatiæ conuenit primus locus in Choro, & Cõuentu post Abbatem ob memoriam pristinæ dignitatis. Ita Ioan. de Lignano *in dict. Clem. ne in agro de statu Monach.* vbi Imol. *in vltima. quæst.* qui ait quod qui semel fuit Abbas etiam finito Officio obtinet primum locum in Choro, & conuentu post Abbatem in memoriam pristinæ dignitatis, Baldus *in l. si gero, num.* 2. *Cod. de Iure dotium*, Iason *in l. si ita stipulatus num.* 26. & 27. §. *de verb.* Marsilius *leg.* 107. & 109. Tiraquellus *in tract.* cessante causa *limit.* 15. & Baldus *in l. obseruare ff. proficisci quæst.* 7. §. *de officio proconsulis*, qui ait quod adhuc videntur remanere reliquiæ: Quo casu cessante etiam causa finali, non cessat effectus: post alios Tiraquellus *limit.* 16. sicuti plura priuilegia indulta esse veteranis in memoriam bene actæ militiæ habetur *in tit. ff. de priuilegiis veteranorum*, latè Magdalenus *de numero testium in test. requis. cap.* 118. *num.* 44. sequitur Felinus *in cap. quæ in Ecclesiarum num.* 81. *de rescript.* Igitur cum sit subditus Generalis, non Abbatis localis Monasterij, per consequens non potest sibi fieri præceptum vt celebret talibus diebus. Probatur consequentia; quia Prælati Regulares possunt subditis suis 4
facere præceptum vt celebrent Missas secundum suas intentiones, cui præcepto tenentur subditi obedire: ita Cordub. *lib.* 1. *quæst.* 3. *memb.* 5. Fraxinellus *de obligat. Sacerd. sect.* 3. §. 6. Confectus *in priuilegiis mendicantium tit.* 19. *de diuini officij citatione* Barbos. de potestate Episcopi *allegat.* 24. *num.* 38. Alphons. de Leone *quæst.* 8. *sect.* 20. Quod patet quia Prælati Regulares sunt Domini operationum subditorum, quas possunt supponere obedientiæ, quæ illis promittitur in voto solemni: sed intentio, siue Missæ actio dicitur operatio subditi Sacerdotis, qua potest violari obedientia Prælati præcipientis, igitur potest per Prælatum imponi præceptum suis subditis dicendi Missam; sed Abbas titularis, vt probauimus subditus nullo modo dicitur ipsius Abbatis localis, Sed Generalis; igitur præceptum imponi non potest per Abbatem localem ipsimet Abbati titulari.

Quæstio tamen est vtrum Abbate præcipiente 5
suo monacho vt ad intentionem suam celebret, subditus tamen nolit Missam ad Abbatis intentionem, sed suam celebrare, Sacrificium prosit illi, cui subditus secundum propriam intentionem applicauit.

In qua quæstione vera opinio dicit prodesse illi, cui subditus secundum propriam intentionem applicauit. Ita Sylvest. *in verb.* Missa *il* 1. *num.* 12. Angel. *in eodem verbo num.* 36. Henriquez *lib.* 9. *cap.* 21. *num.* 6. Ledesma *in summa part.* 1. *de Euchar.* 18. *concluf.* 18. Lezana *de obligat. Regular. cap.* 4. *num.* 31. Suarez 3. *tom. in* 3. *partem* S. Thomæ *disp.* 79. Laurentius de Peyrinis *tom.* 1. *de subdito quæst.* 1. *cap.* 6. §. *vnico*, sequitur Tambur. *disp.* 5. *de Iure Abbatum tom.* 2. *quæst.* 8. *per totam*, contra Fraxinell. *de oblig. Sacerd. sect.* 7. §. 7. qui dicit Prælatum non solùm posse præcipere applicationem Missæ, sed etiam irritare talem applicationem, ita vt non cui à Sacerdote celebrante, sed cui à superiore applicatur, iuuet Sacrificium. Quæ quidem sententia

Probatur, tum quia sicut in Sacramentorum 6
administratione Sacerdos operatur vt Christi minister, ita & in oblatione Sacrificij Missæ: ergo sicut in Sacramenti administratione debet esse intentio propria, & personalis, ita in applicatione Missæ, in qua Sacerdos ita se gerit, vt habens à Christo potestatem immediatam; adeo vt intentio eius, & Christi vna esse censeatur: ergo Sacerdotis intentio quoad hoc neque Ecclesiæ, neque Abbati subditur, ita vt per illum irritari possit, licèt subdatur quoad obligationem faciendi, vel non faciendi: ergo valebit Sacrificium pro eo, cui applicat Sacerdos, non autem pro eo, cui applicat Abbas. Peccabit tamen Monachus mortaliter quia in re graui suo Superiori nõ obedit: maxime cum Abbati onus satisfaciendi pro receptis Missarum eleemosynis incumbat; &

tenebitur altera die, ſi ſine obligatione celebrabit, ad Abbatis intentionem celebrare; niſi ei conſtaret omnino talis præcepti occaſionem ceſſaſſe. Poterit ergo Abbas præcipere ſubdito vt Miſſam applicet ad ſuam intentionem, non tamen irritare voluntatem eius, qui vt Chriſti miniſter operatur: & Sactificium Miſſæ ex opere operato ſuum ſortitur effectum, vt bene Laurentius de Peyrinis *dict. §. vnic.* Quod verò de Prælatis regularibus dicunt Doctores, affirmat Pater Graffius *tom.2. Conſilior. lib. 3. conſ. vnico de Iure patronatu in fine, in Sacriſta*, quia cum Sacriſta gerat vicem Prælati, quando in Conuentu ſunt multæ obligationes, poteſt obligare Sacerdotes vt iuxta ſuam intentionem celebrent ſi voluerit, ac præceperit. Sequitur Tambur. *de iure Abbat. tom.2. diſp. 5. quæſt.8. num.50.* Sed Abbas titularis, de quo in præſenti, non eſt ſubditus Abbati locali Monaſterij, ſed immediate ſubditus eſt Generali: igitur neque ab Abbate locali, neque à Sacriſta poteſt ſibi fieri tale præceptum applicandi, dicendique Miſſam ſecundum ſuam intentionem.

7 Probatur ſecundo quia vt aliquis gaudeat prærogatiuis, ſiue dignitatibus, ſufficit ſi in habitu, & potentia, licet non in actu talis ſit: vnde nomina appellatiua, ſiue prouenientia ab euentu, durant ſtante habitu, quamvis ceſſet exercitium: ita Bar. *in proœmio ff.* 5. Butrius, Geminianus, cæterique Doctores *in prœmio decretal.* maxime quando talis habitus de facili reducibilis eſt ad actum. Albert. Brunus *de rebus dubiis in fine 10.10. tr. fol.* 368. Sic patet quod priuilegium Aduocatorũ non ſolum datur Aduocatis actu exercentibus dignitatem aliquam, ſed illis etiam qui deſierunt illam exercere: ita Bonus de Curtili *de nobilit. p.5. num.9. tom.16. fol.1.* poſt Bart. *l.1. Cod. de Aduoc. diuerſ. iudic.* Felin. *in cap. quæ in Eccleſiarum col.75. de conſtitut.* dummodo tamen materia non ſit talis, quæ requirat habitum ſimul cum actu; quia tunc licet aliquis nomen appellatiuum retineat, imo de facili poſſet ipſa potentia reduci in actum, non tamen priuilegia nominis conſeruaret ſi ſuo exercitio priuaretur, vt de

8 Canonico excommunicato, qui licet retineat nomen Canonici in habitu, tamen nullo modo vocabitur in electione; quidquid aliud ſit in illis, quæ dantur in honorem Ordinis clericalis, propter ſeruitia, quæ faciunt Eccleſiæ, vt priuilegium fori, quod habent clerici, quamvis non inſeruiant teſte Felin. *in proœm. decretal. in verb.* Gregorius *n.* 44. Igitur in caſu noſtro, talis Abbas, qui renunciauit Abbatiæ gaudere debet ſuis

9 prærogatiuis, ſicut cæteri Abbates gaudent ſuis prærogatiuis, & de Abbate qui depoſuit Officium ſine culpa, quod ſc. primum locum tenere debeat in Choro & Conuentu poſt Abbatem, in memoriam priſtinæ dignitatis conſuluit Ioannes Crotus *conſ.* 220.

10 Probatur tertiò quia Prætor, Iudex, ſiue quilibet ſimilis, finito Officio vocantur prætores, Iudices, &c. idque in memoriam priſtinæ dignitatis Bonus de Curtili *de nobilit. par. 5. n. 9.* ſed Abbas eſt quaſi Prætor, ſiue magiſtratus in ſuo titulo, teſte Riminald. *in c. ſtatuta num. 32. de Conſtit. tom. 2. fol.* 103. ſic tutor quis dicitur in potentia, licet in actu nihil gerat: teſte Bald. *in l. ſi is, qui tres tutelas* 34. §. *illum, qui ff. de excuſ. tutor.* Sed Prælatus æquiparatur tutori: Garſias *de vltimo fine Iuris Canonici n.*403. *tom.1. fol.*127. ſic inſula dicitur, quamvis de præſenti talis non ſit: teſte Bart. *in l. inſulam* 57. *ff. de acqu. rer. dom.* Sic Ciuitas carens ſuo Prælato, per hoc, quia antiquitus illum habuit, teſte Bart. *in extrauag. qui ſint rebelles in verb. Lombardia num.* 5. ſic teſtatur de multis Ciuitatibus in Germania, quæ ſtant ſine prælatis text. *cap. audiuimus 3. q. 2.*

Probatur quartò quia Eccleſia parœcialis tenet 11
nomẽ, parœcię ſiue curatę, licet non habeat populũ, ſiue curã in actu, cũ ſufficiat quod talis ſit per inſtitutionẽ quaſi illa cura in anima ſit inſeparabilis; teſte Bald. *in l. ſed & milites §. primipilari ff. de excuſ. tutor.* Capra *concl.* 90. *num.*74. Gabriel *conſ.* 191. *lib.* 1. ſic Cathedralis Eccleſia quamvis careat populo, & clero, nullo modo deſinit talis eſſe: teſte Imol. *in clem. pleriſque num.9. in tit. de electione.* Sic ſeruatur in Epiſcopo renunciante Epiſcopatui, qui titulum conſeruat: teſte Gratian. *cap.*291. *num.*50. ſic Abbates cæterique ſimiles tales ſunt in dignitate, quamvis renuncient titulo adminiſtrationis teſte Grat. vbi ſuprà *n.*62. ſic feudatarij quantumvis primoge- 12
nitis ſuis feuda renuncient, tamen titulos conſeruant in noſtro Regno, cum prærogatiuis vt priùs: ſed non præcedunt illis, qui in actu titulum poſſident teſte Iſern. *in c.*1. vbi Afflict. *de feudo Marchiæ*, qui ponit caſum in titulis ſimilibus per Papam in adminiſtratione conceſſis; vt illis depoſitis nomina conſeruentur, taleſque appellentur in priſtinæ dignitatis officium per text *in l.* 2. *C. de primicerio lib.* 12. quem textum citat Regens de Aponte *de poteſtate Proregis in tit. de election. officialium* §. 8. *num.* 18. pro Cauſa propria, quia cum renuntiaſſet officio Regentis Cancellariæ, petiit vt in Collegio Neapolitano tractaretur; vt Regens Collateralis in emolumentis ſiue prærogatiuis, vbi fuit admiſſus: quod etiam obſeruauit Regens Conſtantius *in tit. C. de conſult. in fin.* quia generaliter quando officiales habuerunt illuſtrem dignitatem, ſiue officium, dignitate finita tenent gradum, ſiue honorem; teſte Maſtril. *lib.4. cap.3. num.68. per* text. *in l.1. iuncta l. fin. C. de præpoſit. Sacror. cubiculor. lib.* 12. Capiblanc. *ſingul.*130. ſic patet in militibus præpoſitis, quos 13
etiam depoſita militia videmus gaudere titulis, provt ſi poſſiderent adminiſtrationem, ſed nullo modo præcedunt officialibus, qui habent adminiſtrationem iuxta text. *in l. 2. Cod. vt dignitatis ordo ſeruetur lib.* 12. qui textus terminos diſtinguens ſtatuit vt primo loco præcedere debeat qui illuſtrem dignitatem exercet, ſecundo loco ille, qui ſimilem adminiſtrauit, tertiò loco illi, qui ſunt prouiſi de vacantibus, ſiue vacaturis officiis, ſed poſſeſſionem non habent: teſte Reg. de Aponte *in tit. de diuerſis prouiſionibus* §.1. *num.*28. Capibl. *ſingul.*131. *vbi additio.* Igitur in caſu noſtro Prælati, ſiue Abbates poſtquam adminiſtrationem refutauerint, gaudere debent prærogatiuis, ſiue quibuſcumque præcedentiis in omnibus ſuis, ſicuti gaudebant antequam renunciaſſent, vt colligitur ex ſuprà traditis: ſed talis Abbas, de quo loquimur, priuſquam adminiſtrationi renunciaſſet, gaudebat priuilegio exemptionis. Igitur nullo modo poteſt per Abbatem Superiorem conuentus præcipi ſub præcepto obedientiæ, cum ſibi ſubditus non ſit, ſed Generali immediate ſubiectus ſit, vt probauimus.

Quod ſi dicas nullo modo remanere dignita- 14
tem in illo, qui renunciauit per text. *in cap. dicat* 32. *quæſt.*4. *c. fratrem* 86. *diſt. cap. ſi cupis* 16. *quæſt.* 1. *l. nulla Cod. de feriis*, quia quod caret effectu nomine carere debet per text. *in l. cum precibus quod de probat.* Socin. *conſ.* 213. *lib.* 1.

præſertim

præſertim quando nomen ſignificaret ſubiectum ſiue qualitatem neceſſariam in ſubiecto per text. *in l.* Lucius *C. de fideicom. libert. l. tale pactũ* 41. *§. fin. ff. de pactis* : quidquid ſecus ſit quando nomen ſignificaret ſolam demonſtrationem, per text. *in l. ſi cognatis ff. de reb. dubiis*, provt diſtinguit Bald. *in cap. vnico de milite vaſſallo, qui arm. bell. depoſ.* Gratian. *in cap.* 291. *num.* 9. pro vt dici ſolet, quod ſi re prieris, nec nomen habere mereris: ergo noſter Abbas de quo loquimur cum Abbatiæ renunciauerit nullo modo poteſt dici quod gaudeat prærogatiuis Prælatorum.

Reſpondetur quod intelligitur de illis prærogatiuis, quæ fundantur in adminiſtratione dignitatis, non de illis, quæ fundantur in ſola dignitate, vt ſuprà dicebamus; quia illæ, quæ fundantur in ſola dignitate perſeuerant in ipſa dignitate; qui tantum renunciauit adminiſtrationi non autem dignitati, quia ille qui renunciauit ſolùm adminiſtrationi, poteſt dici Prælatus quantum in illis, quæ fundantur in ipſa dignitate. Sic ſtilus Curiæ Romanæ permittit vt Epiſcopus dicatur ille, qui renunciauit Epiſcopatui, dummodo renunciatio non ſit facta dignitatis, ſed adminiſtrationis, ſiue loci. Quod ſi ſumus in dubio, tunc renuncians præſumitur quod renunciauerit ſolum quoad adminiſtrationem, ſiue locum, non autem quoad dignitatem, cum poſſit ſtare dignitas ſine loco *cap.* 1. *de ordinatis per Epiſcopum, qui renunciauit Epiſcopatui*, vbi Abb. *n.* 8. Grat. *cap.* 291. *num.* 54. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib.* 1. *qu.* 17. *n.* 10. *& lib.* 8. *quæſt.* 5. *n.* 43. *cum ſeqq.*

15 Secundò quæritur per Abbatem prædictum, vtrùm poſſit ipſe in ſuo Monaſterio ſibi Confeſſarium eligere quem voluerit de Monachis conuentus. In qua quæſtione reſponſio communis eſt affirmatiua: per text. *in cap. fin. de pœnit. & remiſſ.* vbi habetur quod Epiſcopi cæterique Prælati, quamvis minores, dummodo ſint exempti poſſunt Confeſſarium eligere: ſed talis Abbas titularis, vt probauimus, dignitatem retinet; igitur poteſt ſibi Confeſſarium eligere, vt communiter aſſerunt Tolet. *in ſumma lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 6. Sigiſmundus de Bononia *dub.* 21. Filliuc. *quæſt. moral. tom.* 1. *tract.* 7. *cap.* 9. *quæſt.* 2. *n.* 231. Tambur. *de iure Abbat. diſp.* 6. *quæſt.* 10. Barboſ. poſt multos, quos citat *in dicto cap. fin. tom.* 3. *in collectan.* Paſqualigus *in ſuis deciſionib. moral. deciſ.* 98. *cum ſeqq.* qui fundat quod ſuperiores quilibet locales, ſiue quomodolibet dignitatem habentes poſſint ſibi confeſſarium eligere: ſed talis eſt Abbas de quo loquimur; igitur poterit ſibi confeſſarium eligere, quod vltra auctoritatem ſupradictorum Doctorum,

16 Probatur primò, quia facultas ſibi eligendi Confeſſarium vigore dicti text. *in c. fin. de pœnit. & remiſſ.* fundatur in ſola dignitate, non autem in iuriſdictione, ſed talis Abbas dignitatem conſeruat, vt ſuprà probauimus; igitur facultatem habet eligendi ſibi confeſſarium. Conſequentia patet, minor patet ex dictis. Maior propoſitio quòd talis facultas fundetur in ſola dignitate; probatur, quia Epiſcopi ſuſpenſi, imò depoſiti gaudent priuilegio prædicti textus. Ita Rodriquez *in ſumma par.* 4. *cap.* 67. *num.* 18. Suarez *diſp.* 27. *de pœnit. ſect.* 2. *num.* 5. Boſſius *de Iubilæo ſect.* 3. *caſu* 2. §. 4. *num.* 108. quia ſuſpenſio non priuat dignitate, igitur priuilegiis dignitatis priuare non poteſt;

17 ſed tantùm impedit executionem ordinis, vt in terminis dicit. Paſqualig. *quæſt.* 90. quia depoſitio priuat tantùm executione ordinis, & iuriſdictionis, non autem dignitate, ſiue priuilegiis, conceſſis intuitu dignitatis. Sic Prælatus excommunicatus, quando poteſt confiteri poterit ſibi confeſſarium eligere, iuxta text. *in dicto c. fin.* quia excommunicatio non priuat dignitate, ſic non priuabit priuilegiis dignitatis; ſed tantùm impedit vſum ipſorum priuilegiorum, provt talis vſus inſeparabilis eſt ab illis, quæ per excommunicationem tolluntur; quod ipſum militat in Epiſcopo interdicto. Igitur ſi Epiſcopus ſuſpenſus, ſiue depoſitus gaudet priuilegio dicti textus, quia dignitatem habet, ſequitur, quòd iſte Abbas titularis tale priuilegium habet.

Probatur ſecundò, quia Epiſcopi titulares gau- 18
dent priuilegio dicti text. *c. fin. de pœnit. & remiſſ.* teſte Suarez *de pœnit. & diſp.* 27. *ſect.* 2. *num.* 5. Rodriquez *vbi ſuprà part.* 4. *in ſumma cap.* 67. *n.* 17. Præpoſitus *in* 3. *par. quæſt.* 7. *de pœnit. dub.* 7. *n.* 52. Alzedus *p. part. cap.* 5. *num.* 121. Boſſius *de Iubilæo ſect.* 3. *caſu* 2. §. 4. *num.* 106. Paſqual. *in dicta deciſ.* 83. quia priuilegium prædictum, vt ſuprà dicebamus, nullo modo conceditur propter iuriſdictionem, ſed propter dignitatem: igitur conceditur ipſis Epiſcopis titularibus, qui dignitatem habent Epiſcopalem: ſed Abbas, de quo loquimur comparatur Epiſcopo titulari. Igitur ſicut talis Epiſcopus titularis gaudet priuilegio prædicti textus, ita Abbas, de quo loquimur in præſenti gaudere debet tali priuilegio.

Probatur tertiò, quia Prælati inferiores exem- 19
pti ab Ordinario poſſunt ſibi Confeſſarium eligere, S. Anton. *in ſumma* 3. *part. tit.* 17. *cap.* 2. Sot. *in* 4. *diſt.* 18. *quæſt.* 9. *art.* 1. Sylueſt. *in verb. Confeſſio il* 1. *quæſt.* 8. plures citat, & ſequitur Paſqual. *in deciſ.* 97. quia text. *in c. fin. de pœnit.* diſponit in omnibus Prælatis, quamvis ſint minores, dummodo ſint exempti, vt patet ibi. Permittimus tam Epiſcopis, quàm cæteris ſuperioribus, nec non minoribus Prælatis exemptis) ſed ſuperiores regularium ſunt Prælati inferiores Generali, dignitatem habentes, vt ſuprà probauimus, quam per renunciationem non amiſerunt, igitur gaudent tali priuilegio, quo gaudent cæteri ſuperiores regularium, DD. citati quas exemptiones, ſiue prærogatiuas nullo modo poſſunt ipſis auferre, ſiue coarctare ſupremi ſuperiores. Ita Cordub. *in expoſitione regul. Sancti Franciſci cap.* 10. *quæſt.* 2. Peyrinus *de ſubdito, quæſt.* 7. *cap.* 8. §. *vltimo.* Tambur. *de Iure Abbat. diſp.* 4. *quæſt.* 2. quia per Abbatem fuit acquiſita dignitas ſuperioritatis, quæ per renunciationem non fuit ablata, vt ſuprà probauimus, igitur per Abbatem localem non poteſt auferri, quippe qui ſuperior non eſt.

Dubium tamen eſt vtrùm præſente Confeſſario 20
approbato per Superiorem localem, poſſit talis Abbas titularis ſibi Confeſſarium eligere? In quo dubio contra Sigiſmundum de Bononia docet Tambur. *in dicta diſp.* 6. *quæſt.* 10. *num.* 9. poſſe ſibi Confeſſarium eligere, quamvis ſint Confeſſarij approbati per alium Abbatem; imò per Generalem, quia tale priuilegium fundatur in dignitate Prælatorum, quam ſemper habent, licet ſint Confeſſarij approbati per alium.

Secundò, dubium eſt, vtrum talis Abbas, de 21
quo loquimur, poſſit ſibi Confeſſarium eligere non ſubditum. In quo dubio communiter docent affirmatiuè DD. teſte Tambur. de Iure Abbat. *diſp.* 6. *quæſt.* 10. *num.* 11. quia tale priuilegium in-

terpretari debet ſecundum ſignificationem ampliſſimam.

22 Quod ſi dicas Sacram Congregationem Cardinalium *in Trident. ſeſſ. 23. de reformat. cap. 15.* declaraſſe, quod vigore illius textus non poteſt Epiſcopus ſibi eligere Confeſſarium Sacerdotem non ſubditum, qui à proprio Epiſcopo non ſit approbatus; quam declarationem referunt Fagundez *præcept. 2. lib. 7. cap. 21. num. 28.* Barboſ. *in dict. c. fin. n. 5.* Tamburin. *vbi ſuprà, n. 12.* Reſpondeo primò, cum Paſqual. *in deciſ. 96.* cum Tambur. *vbi ſuprà n. 12.* quòd prædicta declaratio Cardinalium non conſtat, quod ſit Authentica; quâ propter iuxta Decretum Vrbani VIII. nulla fides præſtari debet.

Reſpondeo ſecundo, quòd licet ſit Authentica talis declaratio, tamen non facit ad propoſitum quia fuit facta declaratio prædicta pro interpretatione Concilij Tridentini, *vbi ſuprà*, quapropter non extenditur ad cæteros Prælatos regulares, quia ſpecialiter fuit facta pro Epiſcopis; ideò cum ſit pœnalis non eſt extendenda, ſicut ipſum decretum Tridentini non extenditur. Quod ſi dicatur; Non poſſunt Epiſcopi ſibi non ſubditum in Confeſſarium eligere; igitur neque poterunt tales Prælati regulares. Reſpondetur cum Paſcaligo *deciſ. 96. n. vltim.* quòd quando tractatur de priuilegio non tenet argumentum de maiori ad minus, ſed attendi debet quid ſit conceſſum, quibus perſonis, &c. non autem inæqualitas perſonarum; igitur licet in Epiſcopo loquatur, tamen non poteſt comprehendere tales Abbates, ſiue Prælatos Regulares.

23 Ex quibus dubiis reſolutis in fauorem Abbatis Leonardi, colligitur reſolutio tertiæ difficultatis ſcilicet. Vtrùm Abbas prædictus incurrat in caſum reſeruatum ab Abbate locali Monaſterij; quæ difficultas reſoluitur in fauorem ipſius, ſcilicet non incurrere in caſum prædictum reſeruatum; quia Abbates poſſunt ſibi reſeruare caſus circa ſuos ſubditos, ſicut Epiſcopi circa ſuos; quia Abbates & omnes alij regulares Prælati habent Epiſcopalem quaſi iuriſdictionem, iuxta Gloſſ. *ſingularem in clem. 1. in verbo propriis, de reb. Eccleſ. non alien.* vbi Cardinalis. *quæſt. 34.* Abb. *in cap. 1. extra eod. tit.* qui motus *ex dicta gloſſa*, dicit Prælatos exemptos, habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, poſſe in ſuos ſubditos ea, quæ poſſunt Epiſcopi in ſuos. Rodriquez *in ſumma tom. 1. cap. 29. num. 3.* Nauarrus *lib. 5. conſiliorum in tit. de Reg. conſ. 23.* Tambur. *diſp. 13. tom. 2. de iure Abbatum quæſt. 1.* ſed Abbas, de quo loquimur non eſt ſubditus Abbati
24 locali, caſus reſeruanti, ergo. Quod probatur clarius, quia illi ligantur caſibus reſeruatis, qui ſunt vel ſubditi illius ſuperioris, qui ſibi caſus reſeruat, more aliarum legum, quæ obligant ſuos ſubditos, in quos iuriſdictionem habent; vel ſe ſubiiciunt confeſſariis Prælati reſeruantis, quamvis aliàs non ſint ſubditi, ſed forenſes, & extranei; quia reſeruatio ligat ſubditos; aut etiam extraneos, dependenter à confeſſariis Prælati reſeruantis: ſed Abbas, de quo loquimur nullo modo eſt ſubditus, nec dependet à confeſſariis Prælati reſeruantis, quia poteſt ſibi eligere confeſſarium vigore *dicti cap. fin. de pœnit. & remiſſ.* igitur non incurrit caſum reſeruatum ab Abbate locali.

25 Confirmatur, quia Epiſcopus dum reſeruat caſus in Diœceſi, talis reſeruatio non comprehendit Moniales exemptas, quæ ſtant ſubiectæ regularibus; vt fundant Bordonus *reſol. 38. num. 6.* Ceſpedes *de exemptione Regularium capit. 23. dub. 354.* ergo à pari, caſus reſeruati per Abbatem localem nullo modo comprehendunt Abbatem titularem ibi exiſtentem; quippe qui eſt exemptus ab auctoritate Abbatis localis. Conſequentia probatur, quia ſicut ſe habet Epiſcopus reſpectu Monialium exemptarum, ſubiectarum Regularibus, & ſimilibus, ita ſe habet Abbas localis cum Abbate titulari prædicto, quia ſicut Moniales exemptæ ſubiiciuntur Prælatis regularibus, & ſimilibus: ita Abbas titularis ſubiicitur Generali: imò cum maiori ratione in Abbate titulari, quia hic habet facultatem eligendi ſibi confeſſarium, vt dicebamus. At Moniales exemptæ capiunt illum ab Ordinario, vt ſuprà probauimus, poſt Bordonum, Ceſpedem, & alios, multo minus incurrit caſum reſeruatum Abbas titularis in ordine ad Abbatem localem.

Quod ſi dicas: Abbas prædictus titularis ſtat in Monaſterio ſicut nouitij commenſales perpetui, cæterique ſimiles habitantes in Monaſterio, ſed caſum reſeruatum incurrunt cæteri ſuprà nominati, ergo etiam Abbas titularis.

Reſpondeo quod licet vera ſit concluſio in- 26
currere caſum reſeruatum omnes collegialiter viuentes in Monaſteriis, putà Tertiarij, commenſales &c. (de Nouitiis tamen magna eſt difficultas. In qua affirmant multi cum Bordono *vbi ſuprà reſolut. 38. num. 4.* Negant alij cum Tambur. *dicta quæſt. 1. citata*) tamen ſecus in caſu noſtro, quia illi ſunt ſubditi Abbati locali, & tenentur confiteri Confeſſariis per eundem approbatis, qui eis tradit iuriſdictionem, ſed Abbas titularis, de quo loquimur, licet ſit in Monaſterio, tamen non eſt de Monaſterio, quia cum ſit extra iuriſdictionem, perinde habetur ac ſi ſit extra Monaſterium, quia idem ſunt eſſe in loco exempto à iuriſdictione ſuperioris, vel eſſe extra territorium. Calderinus *conſ. 13. de iudiciis per text. in cap. Epiſcopus de offic. ordinar. in 6. cap. luminoſo 18. quæſt. 2.* ergo ſicut Epiſcopus excommunicans delinquen- 27
tes non comprehendit, qui deliquit in loco exempto: teſte Tabiena *in verbo excommunicatio il 4. num. 4.* Armilla *in eodem verbo num. 30.* Nauarr. *conſ. 50. de Regularibus.* De Marinis *reſolut. quotid. cap. 112.* ita neque Abbas titularis, exemptus ab Abbate locali Monaſterij, incurrit caſum reſeruatum ab eodem Abbate locali, quia non ſubditus eſt ſibi, & facultatem habet eligendi ſibi Confeſſarium, caſus tamen incurrit reſeruatos Generali, cui immediate eſt ſubiectus, vt patet ex traditis per Bordonum *vbi ſuprà*, ſcilicet *dicta reſol. 38.* Quare omni iure Abbas Leonardus petit vt imponatur perpetuum ſilentium Abbati locali, præcipienti Miſſas quaſdam dicendas certis diebus, vt dicebamus; ſicut petit ſe velle vti facultate ſibi conceſſa per Sacros Canones, auctoritate Doctorum corroborata, eligendi ſcilicet Confeſſarium, vtpotè exemptum ab auctoritate eiuſdem localis Abbatis, non incurrere in reſeruata per eundem, ſed ſolùm per Generalem. Ita cenſeo ſub die 22. Septembris 1648.

Sic fuit practicatum, vt conſuluimus.

DISCEPTA

DISCEPTATIO XXI.

SVMMARIVM.

1 *Breuis facti descriptio.*
2 *Custodiæ aliæ sunt vigiliæ, aliæ excubiæ, & quæ sint excubiæ, vndeque dicantur.*
3 *Custodiarum, sine excubiarum vsus apud Romanos antiquissimus fuit. Diuusque Augustus quoque cohortes, vt vrbi vigilarent constituisse traditur, singulisque regionibus duas.*
4 *Præfectus Vigilum quid agebat, de quibusve causis cognoscere poterat.*
5 *Baro in Terris maritimis ad faciendas excubias, & vigilias cogere potest vassallos in foro externo.*
6 *Doctores ad has excubias, & vigilias an teneantur.*
7 *Quod Vassalli in foro externo ad excubias teneantur, practicatum in Collaterali affirmatur.*
8 *In foro conscientiæ Dominus potest cogere Vassallos ad has excubias, imò in sua quasi possessione se manutenere stantibus circunstantiis vtilitatis, & necessitatis.*
9 *Forus externus præcipuè dirigitur, vt conscientiæ forus melius adimpleatur.*
10 *Forus externus an curet de salute animæ.*
11 *Inter forum conscientiæ, & externum an dentur differentiæ.*
12 *Dominus pro excubiis faciendis omnes subditos non debet molestare, vel si defecerint in excubiis in pecuniis, & bonis eos non debet excoriare.*

ARGVMENTVM.

Custodiæ aliæ vigiliæ sunt, aliæ excubiæ, & vsus eorum apud Romanos vsitatus, & Vallaßali possunt ad eas faciendas cogi, & quando? non tamen tenentur Doctores eas facere, & quid pro foro externo, & conscientiæ obseruetur.

PRO

Illustrissima Domina Marchionissa Vasti,

CONTRA

Vasallos suos.

1 ILLVSTRISSIMA Domina Marchionissa Vasti, per 40. annos in circa stat in quasi possessione pacifica, & quieta vsus faciendi per Vassallos suos Custodias eiusdem Ciuitatis, quæritur an possit fieri? quæsitus de dubio, Respondeo quo ad forum externum, & quo ad forum conscientiæ.

Quo ad primum scilicet quo ad forum externum, Suppono pro decisione dubij: has custodias diuidi in Vigilias, & excubias: Dicuntur vigiliæ, quæ noctis tempore tantum fiunt; excubiæ verò sunt diurnæ, & nocturnæ, à quibus abstrahitur terminus communis qui dicitur Custodiæ, vt tradunt Martinus Laudensis de Castellanis, & Castris; Dicuntur verò excubiæ ab excubando; excubant autem, qui extra seu foris cubant, seu extra cubile sunt: & sic alio nomine Vigiliæ dici solent. Custodiæ etiam interdum Polydorus Ripa de nocturno tempore *cap. 50. per totum* quas vigilias, & excubias bellicas, & vrbicas, diurnas, & nocturnas explicat Cujacius *in Nouella 13. & in l. 8. cum quatuor sequentibus ff. de excusationibus.* Petrus de Gregorio *lib. 6. Syntagm. Iuris cap. 3. num. 16. & lib. 19. cap. 11. & lib. 47. cap. 35.* Guido Pancirollus *ad notitiam Imperij Occidentalis, cap. 24.* Franciscus Patricius *de instituenda Republica lib. 3. tit. 10.* Plato *de Republica Dialogo 6.* vbi Ficinus, Renatus, Coppinus *in Consuetudines Andegauanses lib. 1. cap. 43.* in lege veteri vigiliæ, Custodiæ, & excubiæ fiebant in domo Domini: custodiebatur tabernaculum, Sanctuarium, & similia: vt habetur *Numeri cap. 1. excubabunt in custodiis tabernaculi testimonij; & c. 3. Princeps autem Principum Leuitarum Eleazar erit super excubatores custodiæ Sanctuarij, & cap. 18. erantque diuisæ noctis vigiliæ. vnde* Lucæ *cap. 2. Custodientes vigilias noctis;* ideoque cogi posse Ciues ad Custodiam, dicit Guidon Papæ *in dec. 631. num. 10.* 2

Apud Romanos antiquissimus fuit vsus Custodiarum, & excubiarum, quia cum vrbis ædificia sæpe numero incendio flagrarent, Diuus Augustus quinque cohortes constituit, vt inuigilarent vrbi, & singulæ duas regiones constituebant, tunc enim erant regiones quatuordecim; & his quinque cohortibus præerat Præfectus vigilum, apud quem erat cognitio scelerum omnium, quæ nocturno tempore fieri solebant, præsertim de incendio, & latrocinio, vt ait Pomponius Lætus *de Magistratibus cap. 10.* Suetonius Tranquillus in Augusto *cap. 30.* Immo Paulus I. C. *in l. 1. & 3. ff. de off. Præfect.* vigilum dicere noluit: nõ Augusti primum hoc inuentum fuisse, sed melioris fortassis formæ constituisse, nam *in d. lib. 1.* dicitur apud Venet. pro arcendis incendiis fuisse constitutos triumviros nocturnos interuenientibus quandoque Ædilibus, & Tribunis plebis: vnde voluit dicere hoc fuisse actum ante Augusti tempora: cui concordant scripta Pompeij *in l. 2. eisdem temporibus ff. de origine iuris*: & *infrà in §. eodem tempore*, Reges Lacedæmoniorum iuuenes trecentos generosissimos habuerunt custodes, vt dicit Dionysius Halicarnasseus, quos centum fuisse, non plures scribit Herodotus *lib. 6.* Reges Synarum ad custodiam, & excubias Palatij habuisse decem millia militum scribit Ioannes Gonzalez in Historia Chinarum *lib. 3. cap. 11.* Reges nostri Catholici: & locumtenentes ipsorum in suis Regnis custodes habent diurnos, ac nocturnos, non tamen ad id officium coactos, sed salario, ac stipendio honoratos, ac accersitos. Hoc posito pro cognitione, & antiquitate excubiarum, 3 4

Respondeo posse in foro externo Vassallos cogi ad faciendas excubias, & vigilias in terris maritimis refert Anna *singulari 63.* contra ciuitatem Viciquensem ad fauorem eius Baronis, & notat latè Surdus *cons. 12.* Menoch. *cons. 298.* 5

vol.3.& iudicatum in Collaterali conſilio in cauſa Marchionis Fuſcaldi contra vniuerſitatem Paulæ,refert Taſſonus *in obſeruationibus ad fragm. de antefato verſ.3.obſeru.4. n.67. & n.484. & n.147.* ſequitur Nouarius *de grauaminibus Vaſſallorum 1. tom. grauam. 328. & in pragm.1. de excubiis :* vbi etiam Regens Rouitus ; qui tamen nihil de Anna, & Taſſone meminit, quos tamen bene vidit doctus Nouarius vbi ſuprà. Ratio huius eſt, quia licet ex diſpoſitione textus *in l. Turres C.de operis publicis*, notent Angelus, & Salicetus, ſubditos non poſſe cogi ad ciuitatis, vel caſtri cuſtodiam; ſed hæc ſumptibus dominorum fieri debeant; vt poſt alios Maſtrillus de Magiſtratibus *lib.4.c.18. num.51.* Borrellus de Magiſtratibus *lib.4.cap.11.* tamen quando imminet neceſſitas, vel communis vtilias, tunc tenebuntur Vaſſalli, & ſubditi ad cuſtodiam, licèt non ſint Angarij, nec Parangarij, præſertim quando ibi ſaluarent bona ſua, vt ſupponitur in facto, quod ſcilicet Vaſalli Vaſti non patiuntur onera hoſpitij militum, occurrunt damnis, quæ poſſent fieri in loco &c. Quæ omnia ſunt maximè vtilitatis immò abſolutæ neceſſitatis.

5 Has tamen excubias non tenerentur facere Doctores *l.ſancimus C.de Aduocatis diuerſorum iudiciorum*, vbi Baldus Franciſcus Marcus *dec. 638. vol.1.* Iacobus Bennius de priuilegiis I.C. *part.3. priuil. 96.* ſicut nec Scholares fauore ſtudiorum, vt nec ipſi teneantur ad Cuſtodias ſimiles. Ripa *de peſte part.3. num.211.* Horatius Lucius *de priuil. Scholarium priuil. 57.* Clerici vero tenentur ad excubias tempore belli cum tractetur de tutela, & defenſione non ſolùm laicorum,ſed etiam Eccleſiarum & clericorum *argum.l.Ad inſtructionem C. de ſacros. Eccleſ.* latè Genedus *in collect. part. 1. cap. 37. & part. 2. cap.153.* Borrellus *de Magiſtratib.lib.4. cap.11. num.74.*

6 Quia ergo notitiam, antiquitatem, & vſum habuimus vigiliarum, excubiarum, & cuſtodiarum, ac in foro externo teneri ex iuſta cauſa vtilitatis; vel à fortiori neceſſitatis, Vaſſallos ad has excubias faciendas probauimus : ſicque practicatum in Collaterali contra vniuerſitatem Viciequenſem,& Paulæ diximus : remanet vt facilis reſponſio ad ſedandum ſcrupulum petentis.

7 Quoad ſecundùm ergo dico :In foro conſcientiæ prædictam Dominam, ſtantibus circumſtantiis, quæ allegantur, poſſe omnem ſcrupulum deponere, & manuteneri in ſua quaſi poſſeſſione ordinandi eas. Hoc non probo argumento deſumpto ex præſcriptione, vt ſupponit vnus ex conſulentibus, nempè Pater Cappuccinus ; quia ad hoc præſcribendum requiritur tempus immemorabile, vt poſt alios fundat Borrellus *dicto lib.4.cap.11.num.9.* ſed moueor ad hoc dicendum, vltra allegata per conſulentes, vt patet; hoc irrefragabili argumento. In foro externo id eſt licitum in ciuitatibus, & terris maritimis ; quando ex illis cuſtodiis oriuntur commoda ciuium,vt ſuprà probauimus, & decidit collaterale conſilium:Si ergo lex huius regni ſcilicet deciſio Collateralis, & Sacri Conſilij diſponit Barones poſſe cogere Vaſſallos ad has excubias, cur in foro conſcientiæ non tenebuntur ? Conſequentia patet, quia forus conſcientiæ quandoque vt hic in nihilo differt à foro iudiciali S. Thomas *p. 2. quæſt.60.art.4.& 2.2.quæſt 12. art.11.& quæſt.60. art.50.* Suarez *de cenſuris diſp.40. ſect.5. num.16.& ſect.6.* Bonacina de horis Canonicis *quæſt.5.par.3. num.19.* Sancius *in ſelectis diſp.48. num.54.* Ægidius Trulench. *2. decalogi cap.1. dub.12. num.50.* Eſcobar *de vtroque foro in principio num. 4.* & valet quandoque argumentum de foro iudiciali ad forum conſcientiæ, & è contra. Gloſſa *in cap. Si diligenti, in verb. Pacto propè finem de foro competenti : & in cap.omnis vtriuſque ſexus, in verb. vel ligare, & in cap.finali in verb. permittimus, de pœnit.& remiſſ.* Velerus *de vtroque foro in principio* Barboſa *in locis communibus loco 5.* vnde forus 8 exterior etiam dirigitur ad hoc vt forus conſcientiæ melius, & præcisè adimpleatur ; non enim iuſtis lex ſecularis eſt impoſita *cap. duæ ſunt 19. diſt.* vnde Paulus *1.ad Timot. cap. 9.* ait *lex iuſtis non eſt impoſita, ſed iniuſtis*, nec eſſet opus foro iudiciali ſi homines perfectè adimplerent finem, & forum conſcientiæ Sancius *dicta diſput. 48. num.54.*

Dices : Forus exterior ſolum intendit conſer- 9 uationem patrimonij, non verò curat de ſalute animæ : ſicut forus conſcientiæ præcipuè curat: ergo ab vno non erit licitum arguere ad alium.

Reſpondeo quod licet forus exterior curet de conſeruatione patrimonij, tamen quandoque ad hoc etiam tendit forus conſcientiæ, quatenus ad reſtitutionem obligat mali ablati Tobiæ 2.31. *Videte ne furtiuus ſit, reddite eum Dominis ſuis, quia non licet nobis aut edere ex furto quicquam aut contingere.* Matthæi 18.28.& 22. Paulus *ad Romanos 13. cap.7. Reddite omnibus debita;* & S. Thomas 2.2. *quæſt.62. art.1.& 2.* atque ſimul legis humanæ munus eſt corrigere omnia peccata, vt bene S. Thomas *1.2. quæſt.92. art.1.l.2.ff.de legibus ;* hoc enim dictat ius naturale. Quod fue- 10 runt ſequuti I.C. & ſic legis Chriſti ignari : & ſequitur forus conſcientiæ, vt omnes fatentur. Quare non bene fuerunt loquuti aliqui putantes differentias ſemper adeſſe inter vtrumque forum licet dicebat Nauarr. *conſ. 50. de empt. & vend.* quod multa licent in foro exteriori, quæ non licent in foro conſcientiæ, & quod forus fori, & forus poli differunt ſicut cœlum à terra Ioannes Baptiſta Larrea *dec. Granatenſi 15. numer.86.* Quod ſi multa iura videantur facere differentiam, petat ſolutionem illorum ; qui voluerit, ab Eſcobar *in tract. variis 1.tom.in principio à num.22.*

Vellem tamen admonere Dominam Marchioniſſam, cum Gulielmo *de bene dictis in repetit. cap. Raynutius in verb. vxorem nomine Adeleſiam dec. 5. num. 466.* ne ſub iſto colore faciendi cuſtodias, omnes ſubditos ſuos labore feſſos, & pro victu quotidiano ſemi-mortuos, de nocte dum quieſcendum eſt crudeliter pernoctare faciant, vel pro excubiis ſi defecerint, eos in pecuniis, & bonis vſque ad oſſa excorient, & incarcerent, quod de tanta Domina Illuſtriſſima non eſt præſumendum faxit Deus, vt ita, &c.

DISCEPTATIO XXII.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries proponitur.*
2 *Motiua facti pro reuocatione donationis.*
3 *Iuſpatronatus in præſenti eſt fundatum in contractu inter viuos.*
4 *Contractus irreuocabilitas.*
5 *Mens donantis,quod fuit irreuocabiliter donandi,*

di, qualiter probetur.

6 *Mentio mortis, quando faciat donationem causa mortis.*

7 *Donatio pro se, & hæredibus est inter viuos,* & num. 17.

8 *Reuocandi causa debet probari, & quemodo.*

9 *Donatio acceptata irreuocabilis.*

10 *Donatio iurispatronatus non valet, post donationem factam alteri.*

11 *Iuspatronatus pro aliquibus fundatum, in contractu, non potest aliis donari.*

12 *Iuspatronatus donatio qualiter attendatur in Iurepatronatus.*

13 *Donatio est perfecta per verba futuri temporis.*

14 *Ecclesiam fundare promittens, vel beneficium, compellitur facere.*

15 *Donatio causa mortis quando proprie dicatur ob mentionem mortis.*

16 *Donatio cum Iuramento, & promissione de obseruando est inter viuos.*

17 *Donatio pro se, & hæredibus est inter viuos.*

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus donatum vni familiæ, vel particulari in contractibus non potest alteri donari, vel relinqui per testamentum. Donatio causa mortis quando propriè dicatur talis ob mortis mentionem, quando verò donatio inter viuos non obstante mortis mentione.

PRO

Domino Francisco Antonio de Vua,

CONTRA

Paulum, eiusque filios de Iunianis:

SVPER

Prætentione præsentandi simplex Beneficium S. Francisci de Assisio intra Cathedralem Ecclesiam Capuanam.

1 ELAVIVS de Vua Capuanus, ex mera eius voluntate, & deuotione sub die 28. Iulij 1627. fundauit quoddam simplex Beneficium sub titulo S. Francisci de Assisio intra Cathedralem Ecclesiam Capuanam, & esse voluit de Iure patronatus familiæ ipsius fundatoris, & Hieronymi de Vua; dotauitque donationis titulo irreuocabiliter inter viuos de nonnullis annuis Introitibus, eorumque pretiis, & Capitalibus debitis ab Alexandro Marotta, Vincentio Miccello, & Rinaldo Frioſto, cum nonnullis pactis, clausulis & reseruationibus in Instrumento donationis contentis v. g. quod Ius eligendi, conferendi, & præsentandi Beneficiatum in dicta Cappella in perpetuum sit immediatè reseruatum familiæ de Vua incipiente à Hieronymo de Vua: & post eius mortem ab eius primogenito, & sic in infinitum; qua linea extincta dictum Ius pertineat Reuerendo Capitulo dictæ Cathedralis per vota secreta maioris partis: Et succedente vacatione prædicti beneficij, ac mortuo dicto Hieronymo, superstite primogenito minori quindecim annis completis, dictum Ius conferendi pro illa tantum vice spectet ad dictum Reuerendum Capitulum, voluitque etiam prædictam donationem semper stabilem, firmam, veram, realem, & æquipollentem permanere, non obstantibus quibuscumque Iuribus in contrarium, cum promissione de rato habendo, & renunciatione omnium legum, etiam vitio ingratitudinis, ac superuenientiæ filiorum; provt hæc, & alia in Instrumento dictæ fundationis, ac donationis, rogato manu Notarij Andreæ Fasani Neapolitan. provt *fol.* 3.

Pro parte prædicti Flauij comparuit dictus Hieronymus de Vua, Procurator ad hoc specialiter prædicti Flauij, mediante mandato Procuræ in actis *fol.* 2. in Archiepiscopali Curia comparens, & institit pro erectione, ac fundatione prædicti simplicis beneficij cum clausulis in Instrumento prædictæ donationis contentis; ac pro expeditione Priuilegij in ampla forma: & per eandem Curiam consideratis considerandis fuit latum decretum sub die 23. Septembris 1627. dictum simplex beneficium fore, & esse erigendum provt erexit in dicta Cappella; ita quod sequuta morte dicti Flauij prædictus Hieronymus de Vua, eiusque successores in infinitum Ius habeant nominandi, & præsentandi pro tempore Cappellanos Illustrissimo Domino Archiepiscopo cum omnibus oneribus, conditionibus, & reseruationibus in prædicto Instrumento donationis appositis: fuitque expeditum priuilegium ad fauorem prædicti fundatoris, & Hieronymi, eiusque successorum seruata forma dicti decreti, provt *fol.* 8.

Et cum factus esset casus vacationis prædicti beneficij per obitum dicti Flauij sub die 12. Ianuarij 1648. provt ex fide Paroeci *fol.* 17. comparuerunt Tutores Francisci Antonij de Vua primogeniti prædicti quōdā Hieronymi sub die 10. Maij 1648. asserentes quamprimùm notitiam habuerunt de vacatione prædicti Beneficij; & ne Ius conferendi pertinens ad dictum primogenitum deuoluatur, præsentauerunt Iosephum Pissum Clericum Capuanum: qua præsentatione per Dominum Ordinarium admissa; instante prædicto Clerico Iosepho, fuit relaxatum edictum contra interesse prætendentes: provt *fol.* 10. & 11.

Sub die 4. Iunij 1648. comparuit in eadem Curia Paulus, Andreas, & Clericus Franciscus de Iunianis; asserentes dictum Ius præsentandi fuisse eisdem relictū à dicto quōdam Flauio in eius vltimo testamento, & proinde ad ipsos pertinere tanquam hæredes testamentarios, ac legatarios prædicti quondā Flauij, & petierunt excludi dictum primogenitum, ac Reuerendum Capitulum à prætentione conferendi dictum Ius; quæ petitio fuit notificata prædictis Tutoribus, & RR. DD. Canonicis dictæ Ecclesiæ: & per eosdem Tutores

res fuit replicatum ad dictum Franciſcum Antonium ſpectare dictum Ius vti donatarium prædicti quondam Flauij, mediante inſtrumento donationis, titulo irreuocabiliter inter viuos, cum omnibus clauſulis, & promiſſionibus de rato habendo, & non reuocando, etiam iuramento firmatis, & proinde debere dictos de Iunianis excludi, & non audiri, provt *fol.* 13.

Fuit per eandem Curiam datus terminus prædictis de Iunianis ad docendum; qui inſtiterunt pro oblatione depoſitionis dictorum principalium ſuper articulis præſentatis, qui re vera nunquam præſentati fuerunt, nec ſunt; provt clare patet in actis ſub die 6. Iulij 1648.

Sub die vero 10. Iunij 1648. dictus Franciſcus Antonius, eiuſque Tutores, ratificando prius præſentationem factam dicti beneficij ad fauorem dicti Clerici Ioſephi, conſtituerunt Procuratorem in huiuſmodi cauſa, cum ampliſſima poteſtate N. Petrum Paulum Coci: provt *fol.* 15. qui inſtitit, cum non ſint articuli in Curia præſentati, & datus terminus ad docendum iam elapſus, non teneri ad poſitionem principalium, procedi debere ad concluſionem in cauſa, provt *fol.* 19.

Prædicti de Iunianis iterum inſtiterunt pro depoſitione principalium, & interim ad aliquem actum procedi non debere, provt *fol.* 20. ſub die 20. Iulij 1648. & per Procuratorem prædictorum tutorum fuit replicatum ſtante termino probatorio iam elapſo non debere concedi depoſitionem principalium, & ad prædicta non teneri, proinde ritè poſſe procedi ad vlteriora, & fuit inſtitum per dictos tutores procedi ad vlteriora, excludendo omnem prætentionem dictorum de Iunianis, & ad expenſas condemnari; vnde curia ſub die 29. Auguſti protulit decretum, quod oppoſitis non obſtantibus per dictos de Iunianis, procedatur ad vlteriora in cauſa, & præcipuè ad concluſionem; & fuit facta concluſio Procuratori ex aduerſo notificata, provt *fol. vltim.*

2 Prætenditur per dictos de Iunianis dictum Flauium potuiſſe reuocare donationem, per ipſum factam prædicto Hieronymo eiuſque ſucceſſoribus: primò, quia donatio licet ſit titulo irreuocabiliter inter viuos, tamen in eadem donatione eſt facta mentio mortis, nempè quod dictus Hieronymus præſentare habeat poſt mortem dicti Flauij; & proinde donatio prædicta poteſt reuocari: ſecundò dictus Flauius reuocauit prædictam donationem ob cauſam ingratitudinis; nempè quòd ipſum reliquit ſenem, infirmum in domibus abſque vlla charitate tam conſanguinitatis, quàm humanitatis, & proinde potuit illam reuocare.

3 His prætenſionibus reſpondetur per dictos tutores prædicti Franciſci Antonij; & primò ad primum Reſpondetur, quod cum Ius patronatus, ſit fundatum in contractu inter viuos, talis ordinatio ſit facta irreuocabilis, eo magis quod ſic dictus Flauius ordinauit, & expreſſe voluit dictum Ius præſentandi reſeruare dicto Hieronymo, eiuſque primogenitis in infinitum, cum futura ſubſtitutione ad fauorem Reuerend. Capituli Capuani, quod operatur vt dictus Flauius non poſſit in præiudicium dicti Hieronymi, eiuſque filiis; quibus iam fuit ius acquiſitum mediante decreto, ac priuilegio, donationem ante dictam reuocari; nec poteſt reuocari, quia & contractus
4 irreuocabilis, & habet regulam irreuocabilitatis annexam in contractibus; & quæ ab initio ſunt voluntatis poſtea fiant neceſſitatis; & quod ſemel placuit, amplius diſplicere non poteſt.

Mentem verò prædicti Flauij quando donauit 5
fuiſſe potius cauſam irreuocabilitatis, quàm cauſam mortis, & hoc arguitur ex illis verbis (donauit donationis titulo irreuocabiliter inter viuos) & ex aliis verbis; nempè (& promiſit nunquam vllo tempore donationem prædictam reuocari etiam vitio ingratitudinis, & ſuperuenientiæ filiorum) quia voluit prædictam donationem eſſe firmam ſemper, provt ex pacto ſpeciali, nempe voluit dictus Flauius prædictam donationem de per ſe ſemper eſſe ſtabilem, firmam, veram, realem, & æquipollentem, non obſtantibus quibuſcumque iuribus in contrarium; vnde pactum contrarium naturæ ſuæ facit eam tranſire in donationem inter viuos.

Et licet ſit facta mentio mortis; tamen illa 6
mentio eſt facta per modum dilationis, nempè quòd donatio ſortiatur effectum poſt mortem donantis, & proinde non facit præſumi illam donationem eſſe cauſa mortis.

Præterea quando donatio eſt facta, provt in 7
caſu noſtro, dicto Hieronymo, eiuſque hæredibus, & ſucceſſoribus, cenſetur facta inter viuos, cùm donatio inter viuos tranſmittitur ad hæredes; ſed cauſa mortis non vnde: attendenda eſt in contractibus magis mens contrahentium, quàm verba.

Ad ſecundum reſpondetur, quod licet dictus 8
Flauius in eius vltimo teſtamento reuocauit prædictam donationem allegando cauſam, tamen non eam probauit; nec petiit abſolutionem iuramenti: & proinde ſtandum eſt in regula, quod quicumque donat cenſetur velle dominium in donatarium transferre poſt eius mortem, & conſequenter eſt contractus irreuocabilis inter viuos; & eam reuocare non poteſt; cum etiam promiſit de rato habendo iuramento firmato, quod facit, vt renunciatum ſit omnibus iuribus, etiam municipalibus, permittentibus facultatem reuocandi.

Nec valet reuocari donationem irreuocabilem 9
per teſtamentum cum ſit omni ſolemnitate vallata, ac confirmata per Illuſtriſſimum Dominum Ordinarium, mediante eius decreto, & priuilegio: nec poteſt Epiſcopus aſſentiri reuocationi dictæ donationis in præiudicium tertij, cui eſt iam Ius acquiſitum. Ita Gratianus ſecundo tomo.

Et proinde dictum Ius legitimè ſpectat ad dictum primogenitum de Vua, donatarium prædicti Flauij confirmatum ab Ordinario, & recte potuit dictum Ius præſentare prædicto Clerico Ioſepho Pizzo.

Donationem prædicti iuris patronatus, factam iam in ſui fundatione pro illis de Vua, non potuiſſe, nec poſſe vllo modo infringi pro parte illorum de Iunianis hæredum ex teſtamento primi fundatoris, clariſſimè probatur.

Primo quia iuſpatronatus ſemel fundatum 10
cum Epiſcopi auctoritate pro certis perſonis, non poteſt amplius donari aliis perſonis: ita Rocchus de Curte *de iure patronatus, in verbo ipſe, vel is num.* 33. Lambertinus *de iure patronatus lib.* 4. *part.* 1. *artic.* 10. Garſia *de beneficiis part.* 5. *cap.* 9. *num.* 68. quia talis fundatio eſt actus irreuocabilis inter viuos, in quo procedit regula. Quod ſemel placuit amplius diſplicere non poteſt *cap. quod ſemel de regul. Iuris in 6. l. perfecta C. de donat.* quæ ſub modo: ex quo textu habetur, quod ſemel

perfe-

perfectæ donationi nulla potest opponi conditio, nec multo magis reuocatio cadere potest, vel alia dispositio fieri de bonis donatis vt bene Baldus *cons.* 381. *lib.* 4. *&* *cons.* 277. *lib.* 3. Alexander *cons.* 15. *lib.* 5. Francus *dec.* 213. Gama *decis.* 262. Couaruu. *lib.* 1. *variar. cap.* 14. *& lib.* 2. *cap.* 23. Lambertinus *de iure patronatus part.* 1. *lib.* 1. *q.* 9. Latissime Castillus *tom.* 3. *controuersiarum cap.* 10. & in propriis nostris terminis fundat Episcopus Maranta *part.* 3. *responsorum, responso* 89. *per totum*, quia semel acquisitum Ius patronatus pro aliquibus personis, fit irreuocabiliter ipsarum, vt non possit amplius ab eis auferri, nec multo minus aliis dari: sed in casu nostro, fuit fundatum à Flauio de Vua ius patronatus pro illis de Vua, scilicet Hieronymo & suis descendentibus, illisque de familia, ergo non potuit deinde fundator illud in testamento alteri relinquere; cùm per donationem factam illis de familia fuerit acquisitum ius, quod non potuit auferri per vltimam voluntatem in beneficium aliorum. 11

Probatur secundo quia si quis donet iuspatronatus alicui Ecclesiæ sine consensu Episcopi, & deinde donet laico cùm consensu Episcopi: prima donatio attenditur, quia fuit perfecta ex actu inter viuos; in qua quia fuit facta Ecclesiæ, nullus requiritur consensus Episcopi *cap. illud de iure patronatus, cap. vnico eodem tit. in* 6. Lambertinus *part.* 2. *de iure patronatus lib.* 1. *quæst.* 1. *art.* 10. Suarez *de Religione lib.* 4. *de simonia cap.* 28. *num.* 15. Barb. *de potestate Episcopi allegat.* 71. *num.* 11. Gratianus *cap.* 177. Sanchez *lib.* 2. *moralium capit.* 3. *disp.* 76. Rota Romana apud Duránum *in dec.* 463. *tom.* 2. quia perfecta donatione iurispatronatus in beneficium vnius, vel certarum personarum, non potest amplius in beneficium aliarum personarum fieri donatio: ergo ita in casu nostro perfecta donatione Iurispatronatus in beneficium illorum de Vua; non poterit amplius fieri alia concessio in beneficium illorum de Iunianis, vt in *suprà dicta decisione* habetur. 12

Probatur tertio: Quia donatio est perfecta, paritque actionem, & irreuocabilitatem, non solùm si perficiatur per verbum præsentis temporis; sed etiam si per verbum futuri temporis Glossa *in §. aliæ, in verb. manifestauerit. Institut. de donat.* quia pactum de donando producit actionem, *ex l. si quis argentum. §. vltimo C. de donation.* Iulius Clarus, qui de communi testatur *in §. Donatio quæst.* 14. Afflictus *in decis.* 61. Menochius *cons.* 1. *num.* 237. Richardus *in dict. §. aliæ*, vbi dicit quod hodie etiam solo consensu perficitur donatio, etiam de iure ciuili; *ex dicta l. si quis argentum* 35. *§. fin. C. de donation.* & dixit Rota Romana coram Coccino, in Romana donationis de Castellanis Lunæ 23. Iunij 1631 de qua Rubeus *in dec.* 58. *ex collectis de anno* 1631. *cum sequentibus.* ergo cum in casu nostro sit facta fundatio, & donatio iurispatronatus pro illis de Vua, non potuit amplius per testamentum, aliamque vltimam voluntatem transferri in illos de Iunianis; quia semel acquisitum ius ex contractibus, non potest amplius reuocari. *l. id quod nostrum ff. de regulis iuris:* Vnde qui donauit Ecclesiæ, vel alteri pro aliquo vsu non potest amplius illud opus, quod donauit destruere, vel reuocare. Genuensis *in practicabilibus quæst.* 344. Lauretus de Franchis *in controuersiis inter Episcopos, & Regulares fol.* 113. Sic promittens fundare Ecclesiam, vel beneficium compelli potest ad fundandum; non solùm quando incepit opus, quo casu etiam de iure ciuili pollicitatio producit actionem. *l.* 1. *ff. de pollicitationibus:* sed etiam ante opus inceptum; quia hoc casu pollicitatio parit actionem de iure canonico, vt quis cogatur ad illud faciendum etiam antequam inceperit Moneta *de com. vltim. volunt. cap.* 10. *num.* 127. Maranta *part.* 3. *Responsorum responso* 89. *num.* 31. ergo si tanta est vis promissionis, vt obliget etiam ad faciendum; quanto magis obligabit actualis donatio iuris patronatus in beneficium illorum de Vua ad exclusionem illorum de Iunianis. 13 14

Neque dicat pars contraria, quod donatio, de qua in præsenti, facta par Flauium, fuit causa mortis, quia fuit facta mentio mortis, ergo potuit reuocari, & de facto fuit in testamento reuocata ab illis de Vua, & applicata illis de Iunianis.

Respondeo enim primo quod non omnis mentio mortis facit donationem causa mortis: sed tunc solùm quando opponitur per modum causæ finalis, non per modum dilationis, quia scilicet ipsa mors inducere debet ad donandum, vel ipsius memoria, & mentio quod euenit in præsenti, vbi in sanitate constitutus, affectu Dei fundauit beneficium, quod voluit dilatare, siue differre in beneficium illorum de Vua post mortem suam, vt bene Card. Mantica *de coniecturis vltim. volunt. lib.* 1. *tit.* 13. *num.* 4. Oldrad. *cons.* 139. Gulielmus de Benedictis *in cap.* Raynutius *in verb. testamentum il* 4. *num.* 23. *de testamentis*, & sic decidit Sacrum Consilium Neapolitanum apud Franchum *dec.* 436. quod scilicet sit donatio inter viuos, & irreuocabilis: licet dicatur in donatione; volo vt bona mea, quæ dono, post mortem meam eant in beneficium donatarij; quia mentio mortis est apposita per modum dilationis, non vero causæ finalis donandi. 15

Respondeo secundo quod licet fuisset dictum Dono causa mortis: tale Ius patronatus illis de familia de Vua: tamen cum adsit iuramentum, & promissio de obseruando, & renunciationes legum auxiliis, ac præcipuè reuocabilitati ob ingratitudinem, superuenientiæ filiorum &c. non est donatio causa mortis, sed inter viuos Iulius Clarus *in §. donatio quæst.* 4. *in fine.* Aldobrandinus *cons.* 7. *num.* 7. qui dicit quod quando quis promisit omnia attendere, & obseruare, vel promisit non reuocare, semper dicitur donatio inter viuos, ac irreuocabilis, quantumvis dictum fuerit expressè, quod donauerat causa mortis: ità de communi Antonius Gabriel de iure iurando *concl.* 9. Menochius *lib.* 3. *præsumpt.* 35. *num.* 21. & 28. Guttierez *de Iuramento cap.* 12. *num.* 7. Grassus *in §. Donatio causa mortis. quæst.* 21. & 28. Boërius *dec.* 353. *num.* 11. Surdus *cons.* 264. *num.* 11. & 37. *lib.* 2. Ioannes Franciscus Andriolus 2. *tom. controuers. Forens. controuers.* 134. *à num.* 101. quod patet *ex l. vbi ita donatur ff. de donat.* causa mortis Franchus *decis.* 213. Menochius *lib.* 3. *p.* 36. sed ita est in casu nostro, vbi fuit facta renunciatio talium clausularum. Fuit promissum non reuocare &c. Est ergo donatio inter viuos, irreuocabilis; nullum Ius igitur habere possunt illi de Iunianis. 16

Quod multo magis probatur; quia quando dicitur dono tibi, & hæredibus tuis causa mortis fundum, nõ est donatio causa mortis, sed inter viuos, & irreuocabilis; quia donatio causa mortis viuente donante non transmittitur ad hæres *l. filiofam.* 75. *l. fin. ff. de don.* causa mortis; vnde si ille, cui donatum est præmoritur ante mortem donantis, 17

nantis, tunc donatio ad hæredes non transmittitur, vt in iuribus citatis, *& in l. non omnis ff. si certum petatur*, vbi Iason *num.* 5. infert quod si quis donauerit causa mortis Titio & hæredibus suis, intelligitur potius donatio inter viuos, quàm causa mortis; quod sequitur Baldus *in l. 2. num. 4. C. de iure dotium*. Mascardus *de probation. conc. 562.* Card. Tuschus *litt. D, concl. 655.* Fontanella *claus. 4. glossa 3.* sed in casu nostro fuit facta donatio pro se, & hæredibus illis de Vua: ergo licet fuisset dictum causa mortis quod non est, dicitur inter viuos donatio, & irreuocabilis.

Quare, &c.

DISCEPTATIO XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Facti species proponitur.*
2 *Matrimonium, de quo agitur, nullum probatur ab aliquibus; non bene.*
3 *Amoris causa operans dicitur, vt furiosus operari, & quomodo hoc procedat.*
4 *Amor non semper excusat in delictis, vt plurimum excusat à pœna ordinaria.*
5 *Domicilij mutatio in fraudem facta, quando concurrunt alia requisita, non inualidat matrimonium.*
6 *Matrimonia clandestina sine testibus, etiam ante Tridentinum erant inualida.*
7 *Matrimonia sine denunciationibus vigore Tridentini non sunt inualida.*
8 *Matrimonium Clandestinum licet inualidum, tamen requirit declarationem Iudicis Ecclesiastici.*
9 *Matrimonium apud Gallos non valet sine publicationibus.*
10 *Denunciationes sunt de essentia matrimonij apud Gallos, etiam hæreticos.*
11 *Matrimonium non valet apud Gallos contractum à filio familias sine consensu Patris.*
12 *Matrimonium non valet sine præsentia proprij Parœci.*
13 *Habitatio materialis non sufficit ad contrahendum matrimonium, sed debet esse cum animo habitandi.*
14 *Domicilia duo habens, in quo possit contrahere matrimonium?*
15 *Matrimonium non valet contractum coram Parœco rurali, vbi erant recreationis causa contrahentes.*
16 *Matrimonium non valet quando non est contractum coram Parœco domicilij, neque habitationis.*
17 *Domicilium quid sit, & quotuplex.*
18 *Habitatio quando dicatur constituta.*
19 *Habitatio formalis requiritur ad matrimonium contrahendum scilicet cum animo habitandi.*
20 *Habitatio dicitur cum animo habitandi quando fit cum supellectilibus, vestibus, & c. migratio, alias non erit talis, vt Rota ait.*
21 *Filius non habet domicilium, nec habitationem, dum est in posse patris, sed domicilium patris, est filij.*
22 *Domus, vel fundus vni locatus non potest alteri locari Neapoli.*
23 *In dubio est iudicandum pro matrimonio sed non quando est clandestinum.*

ARGVMENTVM.

Matrimonium clandestinum nullum, & inualidum esse, quod tale dicitur, si fiat sine licentia proprij parœci, Proprium verò parœcum dici qui est habitationis, quæ quidem habitatio debet esse cum animo habitandi qui animus ex colligitur pluribus, de quibus in præsenti: Filium verò familias non habere domicilium nec habitationem, dum est in posse patris, quia domicilium patris, est filij: In dubio pro matrimonio esse iudicandum regula dicit: sed non quandò est clandestinum.

PRO

Dominico Caputo,

CONTRA

Hieronymam Mariam Bongiorno.

SVPPONITVR in facto Hieronymam Mariam Bongiorno, filiam Francisci, & Annæ de Vito habitasse per sex annos sub Parœcia S. Mariæ Annuntiatæ de Fonsecis; & propriè in domibus de Schettinis, & Notarij Lutij Capozzuti, vsque ad mensem maij 1654. & ex dicto die in antea conduxit domum cum sua familia ab Angelo Vitali sub eadem Parœcia. Quia verò videbat Dominicum Caputum nobilem inuenem filium Dominæ Antoniæ de Ianuario Sedilis Portus. Habitantem sub eadem Parœcia cum sua matre, &c. amore captum fuisse suæ filiæ Hieronymæ; sperans inducere eundem ad matrimonium contrahendū cum sua dicta filia nullis consideratis disparibus natalibus, procurabat eū allicere ad hoc: quod præuidens Antonia de Ianuario mater iuuenis, procurauit inhibitionem Parœco à Curia Archiepiscopali Neapolitana eidem Parœco notificatam, ne inter eos matrimonium contraheret. Videntes hoc ipsi prætensi contrahentes finxerunt accedere ad habitandum in alio loco, scilicet sub Parœcia S. Mariæ Rotundæ in domo Laurentij de Stephano, consanguinei eiusdem Hieronymæ, & ibi vt Hospites fingentes esse domum propriam habitationis, conductam à Francisco patre Hieronymæ; ex qua domo sub die 17. Maij 1654. conferentes se sub Parœcia S. Mariæ Rotundæ, quando inceperant aliam habitationem continuare in eadem Parœcia de Fonsecis, & post decem dies, sub die 27. eiusdem Mensis Maij, vocarunt Dominicum Caputum ad domum prædictam, indèque exeuntes, accesserunt ad Parœciam prædictam S. Mariæ Rotundæ, quam propriam finxerunt, vbi Franciscus Pater puellæ dubitans de eo: quod nunc

discepta

disceptatur, duxit secum Notarium, Iudicem ad contractum, & testes, vt in publicum redigerent, quod occurreret; & ibi Parœco celebranti asseruerunt se velle in coniuges: ex quo à curia Archiepiscopali Neapolitana fuerunt excommunicati, & postea absoluti. Quia verò nullum est matrimonium prædictum; propterea tam mater Dominici Caputi, qua ipsemet Dominicus comparuit in hac curia Archiepiscopali, petens declarari nullum, quod ipso iure est tale, & vt ei liceat cum alia contrahere.

Dato super hoc termino ad probandum eoque compilato, constat totum, quod diximus, tum ex testibus productis à Dominico Actore, tum ex eis, quos adduxit pars aduersa, & inter cætera probata sunt Hieronymam habere matrem, patrem, & fratres, & quod per sex annos habitauit, pro vt tunc habitabat in Parœcia dicta de Fonsecis, & quod nunquam alibi habitauit *fol.* 37. *&* 40. *&* 41. & quod die 4. Maij 1654. habitauerit in domo Petri Angeli Vitalis ex pluribus testibus, & fide locationis probatur *fol.*42. Quod dictus Dominicus sit filius quondam Annibalis Caputi, & Antoniæ de Ianuario Sedilis Portus: & quod semper fuit sub protectione matris, ac eiusdem cohabitatione, & quod per tres annos continuos habitauerint, & de præsenti habitant sub Parœcia S. Mariæ Annunciatæ de Fonsecis; quod Hieronyma asserta vxor Dominici vilis est conditionis, & quod postquam iuerit ad habitandum cum patre, matre, & fratribus in domibus Vitalis in eadem Parœcia de Fonsecis, ibique habitando per plures dies, à patre sit traducta ad domum Laurentij de Stephano sub Parœcia S. Mariæ Rotundæ Patre, matre, & fratribus remanentibus in eorum prima habitatione *fol.* 40. & Laurentius de Stephano dicit quòd fuit traducta die 16. Maij, & quod Pater fecit ei apocham ducatorum tredecim. Scilicet quatuor pro loco habitationis, & nouem pro alimentis sex mensium *fol.* 41. qui quidem transitus ad domum prædictam fuit absolutè ad finem contrahendi matrimonium, & ad hunc finem fecit pater apocham, ad quam domum non traduxit bona sua mobilia, & vtensilia, sed solum duas tunicas vulgo d. camisæ, & de reliquo vtebatur bonis mobilibus Laurentij: vnde non transierat habitationis causa *fol.* 48. *&* *fol.* 54. Laurentius, & vxor eius, & quod venerant ad hunc effectum contrahendi matrimonium, vt ex declaratione puellæ dict. *fol.* 48. & quod erat impedimentum in eorum propria Parœcia deponit Dominicus principalis in actis excommunicationis *fol.* 15. & ex testibus Hieronymæ Mariæ *fol.* 38. Quod hoc totum sit factum ad finem faciendi matrimonium, ad quod petierant consilium à pluribus, & præsertim à Parœcis S. Ioannis Maioris, vt *fol.*39. & in actis excommunicationis *fol.* 15. *&* 16. Domus, vbi erant tempore matrimonij erat vix capax pro Laurentio de Stephano Inquilino, qui ibi habitabat cum vxore, & sex filiis vt ex actis. Qua facti serie præsupposita remanet iuridice fundandum an tale matrimonium valeat?

2 Respondetur non valere tanquam factum coram Parœco non suo, ac proindè, vt nullum esse declarandum, simulque ambobus contrahentibus declarandum esse licere, cum aliis contrahere matrimonium.

3 Probabant aliqui hoc matrimonium esse inualidum. Primò quia fuerunt tales contrahentes amore excæcati, & amor est species furoris, teste Platone, relato à Menochio *casu* 324. qui dicit *Meretricem non dici, quæ amoris causa sui copiam facit*. Triuisanus *decis.*17. *par.*1. Carrocius *decis.* 119. Anna *singulari* 338. ergo amans, vtpotè furiosus nullum habere dicitur consensum, quia furiosi nullus est consensus, *l. furiosi, ff. de regul. Iuris*, ergo deficit plenus consensus in dicto matrimonio, *cap. cum locum, cap.*1. *de sponsalibus*: & amore captus æquiparatur ebrio, Glossa *in cap. fin. de conditionibus appositis*, ebrius autem matrimonium contrahere nequit: ergo neque amore captus, qui æquiparatur ebrio, poterit contrahere: sic amore captus delinquendo non punitur, quia furiosus dicitur, vt practicatum refert Cassaneus *in consuetud. Burgundiæ fol.* 39. *num.*13. Iulius Clar. *in §. fin. quæst.*60. vbi ex amore fuit excusatus quidam, qui libellum famosum publicauerat contra quandam puellam amoris causa, & habent talia matrimonia contracta inter amore excæcatos infelices exitus; Menoch. *conf.*59. *vol.*1. *num.*45. Guttierez *lib.*1. *Canonic. quæst. cap.*20. *num.*18. quia amore se capientes, rabie se dimittunt, vt refert Neuizanus *lib.*20. *siluæ naptialis num.*18.

Sed contra quia ex hoc capite dixi ego, non 4
est nullum matrimonium, vt enim benè concludunt DD. communiter apud Riccium *in praxi part.*2. *resol.*135. non semper in delictis excusat amor: & vidimus quòd quidam Nobiles posuerunt scalas ad domos amasiarum, qui iussu Proregis fuerunt decapitati. Grammaticus *decis.* 39. quem refert Iul. Clar. *in §. fin. quæst.* 60. & in puncto de matrimonio Genedus *p.*2. *alleg.*20, & tandem amor excusat à pœna ordinaria, non à validitate, vel nullitate actus, ergo ex hoc capite non erit inualidum.

Probant alij esse inualidum, quia nostri con- 5
trahentes mutarunt domicilium, vt Fiscus dicit, dolosè animo fraudandi proprium Parœcum, vt validè contrahere potuissent coram Parœco illius loci, ergo non valet, dicebat quidam, quia ita dicit Nauarrus *lib.*4. *consilior. cap.*47. *in tit. de sponsalibus, & conf.*47. *in tit. de clandestina desponsatione* Henriquez *lib.*11. *cap.* 3. §.3. Rebellius *lib.*2. *par.*2. *quæst.*8. Ledesma, & Vega, quos refert Sanchez *lib.*3. *disp.*25. *num.*11. quia dolus, & fraus nemini patrocinari debet.

Sed contra, quia neque hæc ratio, dicebam ego, valet, quia est fraus, quæ si alia concurrissent, non esset prohibita, vt in simili dicunt DD. de illis, qui accedunt ad locum, vbi Tridentinum non est receptum ad illius obseruantiam fugiendam, qui validè contraherent, vt latè Bossius *cap.*1. *num.*80. & decidit Rota apud Barbosam *de potestate Parœci cap.*21. *num.*36. & idem Bossius *cap.*4. §.10. *per totum à num.*18. licet hodie sciam declarasse Sacram Cõgregationem de anno 1628. matrimonium non esse legitimum si contrahatur inter se transferentes ad locum, in quo Concilium non est publicatum, sub animo sine testibus, & Parœco contrahendi, quam declarationem refert Barbosa *de potestate Parœci par.*2. *c.*21. *num.*93.

Probatur ergo tale matrimonium esse nulliter 6
contractum, primo quia matrimonia clandestina in duplici genere esse possunt, primo sine testibus contracta, & hæc semper ab initio, etiam nascentis Ecclesiæ fuerunt prohibita, vt ait S.C. Trid. *Sess.*24. *cap.*1. *de reformat. matr.* & constat ex *cap. aliter* 30. *quæst.* 1. *cum sequ.* vbi matrimonia

ſic contracta appellantur adulteria, contubernia, vel ſtupra, & ex *cap.cum inhibitio de clandeſtina deſponſatione iubetur ſub variis pœnis*, vt publicæ denunciationes præmittantur matrimoniis contrahendis. Quare in primis Eccleſiæ temporibus, matrimonia mutuo tantum conſenſu ſine teſtibus inita, fuerunt inualida, ex textu *in d. cap. aliter*, Secundo dicebantur clandeſtina ſine publicationibus contracta, quæ hodie poſt Concilium Tridentinum *Seſſ.24. cap.1.de Reformatione*, licet requirantur, non tamen ſunt de eſſentia, vt declarauit pluries Sacra Congregatio, & decidit Rota, vt teſtatur Baſilius Pontius *de conſenſu clandeſtino cap.4. & 5.* Franciſcus Molinus *lib.1. de ritu nuptiarum cap.19. à n.111. vſque ad n.128.* Sanchez *lib.3.de matrim.diſp.4. num.4.* Quare hodie clandeſtina matrimonia in primo genere contracta ſunt adeò inualida, vt nulla oriatur obligatio, nec ciuilis, nec naturalis, Barboſa *allegat.32. num.153.* Diana *par.3.tract.4. reſolut.258* Quocumque autem modo contractum matrimonium clandeſtinum, neceſſe eſt, vt authoritate
7 Iudicis Eccleſiaſtici declaretur nullum, Boſſius *tom.1.cap.1. num.25.* Triuiſanus *deciſ.35. num.25.* & licèt multi grauiſſimi DD. putauerint denunciationes eſſe de eſſentia matrimonij, poſt decretum Tridentini, vt inſignis Menochius *conſ. 69. num.30.lib.1.& conſ.398.vol.4.* Ioan.Baptiſta Lupus *de naturalibus liberis commẽtario 4. par.1.n.33.* & Michael Bouſel. *lib.1. Hiſtoriæ Pontificiæ cap.3. num.3.* tamen mens Concilij pluries declarata nobis per Sacram Congregationem, eſt, non eſſe denunciationes de eſſentia, quas poteſt ordinarius iuſta ex cauſa remittere, vt late Boſſius *c.7. tom.1.§.1. cum ſequentibus.*

8 In Gallia etiam non valent matrimonia ſine Parœco, & teſtibus contracta, quia ex Regia Ordinatione Diſpoſitio Concilij Tridentini fuit recepta, vt latè Scholiaſtes ad Louet. *litt.M.n.6. fol. mihi* 480. Ludouicus Belli *conſ.224. num.8.* Peleus *in ſuis actionibus forenſibus, lib.7. artic.3. pag.20. fol.406.* qui de communi teſtatur, quòd ordinatio regia vult omnia matrimonia contra formam Concilij eſſe nulla, & puniri contrahentes pœnis Concilij; & licet leges Principis ſæcularis non poſſint circa matrimonij validitatem aliquid decernere; tamen quando conſtitutio Principis conformis eſt Concilio; ea admittitur, coadiuuando legem Canonicam, DD.communiter apud Ludouicum Belli *d.conſ.224. n.6.*

9 Imò denunciationes obſeruantur in Gallia, tum apud Catholicos, tum apud hæreticos: maiori cum rigore obſeruantur apud hæreticos, quorum miniſtri nullo modo ex quacumque cauſa denunciationes ſolitas omittunt, vt teſtatur *Additio ad Louet. loco citato litt. M*, & tales denunciationes in Parœcia vtriuſque coniugis fieri debent Sanchez *lib.3.de matrim. diſp.6.num.4.* Guttierez *de matrim.cap.56.num.50.* Baſilius Pontius *lib.5. de matrim.cap.30. num.4.* & ſuprema Arreſta Curiarum, & generalis Galliæ obſeruantia matrimonia annullat, vbi non ſunt denunciationes, Charondas, *lib.1.reſponſorum cap.12.* Ludouicus Belli *d.conſ.224. num.10.* Louet. *d.litt.M. num.6.* Sanligerius *quæſt.Canonic.cap.71.* Maynardus *lib.4.cap 50.num.4.* Barchel *in ſumma beneficiorum in verbo Mariage in principio*, qui omnes
10 dicunt in Gallia publicationes eſſe de eſſentia matrimonij, provt ibi, neque valet ſi contrahatur à filio familias ſine conſenſu patris, dummodo
11 ſit minor 30. annorum, & ſi contrahentes apud Gallos ſint diuerſæ religionis, tunc Parœcus illius, qui Catholicus eſt debet interuenire, vt traheret ad ſe perſonam coniugis hæretici per connexionem; & eſſet tunc licita cum hæretico communicatio. Pontius *de matrimonio Catholici cum hæretico*, §.1. *num.7.* ergo tale matrimonium vtpotè contractum ſine proprio Parœco, quicquid ſit de denunciationibus omiſſis, nullum erit ob quamcumque neceſſitatem, vt benè Riccius *par.2. reſol.452.* qui *par.2. reſol.291.* quærit à quo poſſint remitti, & latè Boſius *d.cap.7.§.1. cum pluribus ſequen.*

Probatur Secundò, quia de eſſentia matrimo- 12
nij requiritur præſentia proprij Parœci, vel proprij ordinarij: quia licet Concil. Trident. *d.ſeſſ.24. de Reformatione matrimon. cap.1.* in clauſula irritanti ibi (*Qui aliter, quàm præſente Parœco, &c.*) non ponat illud verbum (*proprio*) tamen intelligitur ex antecedentibus, & conſequentibus: nam Concilium expreſsè ante loquitur de proprio Parœco, & ait, vt matrimonium ter à proprio contrahentium Parœco denuncietur, & poſtea item loquens de proprio ait, vt benedictiones fiant à proprio: ergo idem dici debet de Parœco, qui aſſiſtere debet matrimonio, quia clauſula non ita clara, ex antecedentibus, & ſubſequentibus debet intelligi, vt latè Menochius *conſ.398. vol.4.* Guttierez *Canonic. quæſt. cap. 62.* Sanchez *lib.3. diſp.19.* Perez *de matrim. de conſenſu clandeſtino in principio.* Baſilius Pontius *in eodem tractatu*, Auerſa Tancredus, *& alij de matrimon.* Boſſius *cap.4. per totum tom. 1.* Marcus Serio *de officio Parœci in tractatu de matrimon. in principio*, Barboſa *de officio Parœci par.2.cap.21.* Ægydius Trullench. *de officio Parœci cap. 8. per totum*, Ioan. Vuameſius *de iure Pontificio conſ.530.* Exigit ergo Tridentinum, vt fiat coram proprio Parœco: quia, vt benè Abbas *in cap.fin. num.7.de clandeſtina deſponſatione.* Alienus Parœcus nequit habere notitiam impedimentorum, quæ in loco, & proprio domicilio facilè omnibus innoteſcere poſſunt, & multæ in dies fraudes fierent, ſi liceret alieno Parœco autorizare matrimonia, vt ait Rota *deciſ.643.par.1. in nouiſſimis:* ſicuti iure veteri ante Tridentinum non licebat alieno Parœco nuptias contrahentium benedicere: quare non
13 ſufficit habitare aſinino modo, ſed animo permanendi, ad hoc vt fiant in Parœcia habitationis veri Parœciani, vt bene DD. citati apud Boſſium *de iubileo ſect.4.cap.13. num.29. & de matrimonio cap.4. §.1. num. 1.* & hoc procedit, licet poſtea diſceſſerint; dummodo à principio iuerint animo habitandi Rota apud Barb. *alleg.32. num.77.* Quod ſi quis habet duo domicilia in diuerſis Parœciis, quia ſcilicet, pro dimidia parte anni, v.g. in hyeme in vno loco, & Parœcia habitat, & pro altera parte in æſtate in altero loco, & Parœcia
14 habitat, tunc cum æqualiter ſic habitans habeat duas proprias Parœcias, *cap.cum quis de ſepulturis in 6.* coram altero Parœco validè contrahere poteſt, nam vtriuſque Parœci Parœcianus eſt, & in vtraque Parœcia habet domicilium: ita Cucchus *lib.5. Inſtit. maiorum titul.4. num. 186.* Guttierez *cap. 64.* Barboſ. *de poteſtate Parœci cap.21. num.41. & de poteſtate Epiſcopi alleg.32. num.69.* Baſilius Pontius *vbi ſupra cap.13.* ſed ſi eſſet inæqualitas habitationis, putà ſi alteram Parœciam longè frequens colat, maioris temporis pars, eum facit proprium Parœcum, in cuius Parœcia habitatio frequentior, & longior fit: *arg.* text. *in l.1. §.æſtate, ff.de aqua quotid.& æſtiua*

Cucchus

Cucchus *lib.5. Institut. maiorum, tit.4. num.186.* Barb. *alleg.32. num.70. & cap.21. num.41.* Si verò quis habitauerit in confinio duarum Ecclesiarum Parœcialium, is censetur Parœcianus illius, in qua domus aditum magis frequentatum habet, Barbosa *d.cap.21.num.43.& allegat.32. n.71.* Riccius *in praxi decis.43.par.1.& decis.510.* quia ex Bart. *in l.6. num. 6. ff.de damno infecto habetur*, quòd ex aditu iudicatur de domo cui cedat, *l. ei cui ædes, ff.de leg.3.* Bald. *cons.62. vol.1.* Idem Bart. *in l.prædij, §.qui domum, ff.de leg. 3.* vbi domus, quæ habet duas portas in diuersis Parœciis iudicatur de ea Parœcia, in qua residet porta principalis, & aditus magis frequentatus, ergo in materia nostra, cum fuerit factum matrimonium sine proprio Parœco, & extra domicilium, ac habitationem contrahentium, non valet: ac proindè declarari debet per hanc curiam Archiepiscopalem nullum, quia requiritur declaratio. Rota coram. Merl. *dec.144. num.2. com.1.*

15 Probatur tertiò quia si duo proficiscantur recreationis causa ad aliquod Rus, & ibi contrahãt matrimonium coram Parœco rurali illius loci, non valet matrimonium, quia non est proprius Parœcus ille ruralis; vt ex *cap.is, qui de Sepulturis, in 6.* notat Abbas *in cap. nostra num.10.de Sepulturis, & consuluit.* Menoch. *cons. 398. vol. 4.* Dominicus Bontius *in eadem causa requisitus*, Ioannes Cephalus, & insignis Martinus Nauarrus, *Collegium Fratrum Minorum, & Collegium Iesuitarum* apud eundem Menochium, vbi suprà, apud quem sunt quatuor *Rotæ decisiones* omninò videndæ, vna cum sententia solemniter facta, quod non valet matrimonium, quod Ruri contractum suppositum fuit à contrahentibus, quia non erat proprius Parœcus, quam sententiam sequitur Genedus *quæst. 30. num. 60.* Riccius *in praxi tom.1. reso. 214.* Barbosa *de potestate Episcopi part.2. allegat. 32. num.66.* & sufficeret allegare illas quatuor *Rotæ decisiones*, relatas à Menochio *vbi supra.* Quod si aliqui afferant Sacram Congregationem Concilij aliter determinasse in dicto facto contra *Rotæ decisiones*: tunc respondeo primo cum Diana *part. 3. tract.4. resol.231.* de dictis declarationibus nos non habere vllam authenticam probationem, provt habemus de *Rotæ decisionibus*, & sic magis nullitati, quam validitati matrimonij esse deferendum, ait idem doctissimus Diana *vbi suprà in fine*, & addo ego eandem Sacram Congregationem, apud Garsiam *part.5. de beneficiis cap.7. num.11. in fine*, respondisse non valere matrimonium contractum coram Parœco illius loci, vbi contrahentes reperiuntur non animo constituendi domicilium, sed ex alia causa; ergo apertè colligitur ad validè contrahendum matrimonium requiri Parœcum illius loci, vbi non per transeundum, vt dici solet, sed animo deliberato habitant contrahentes, quod non est in casu nostro.

16 Probatur quartò quia matrimonium, de quo agimus, non est contractum coram Parœco do-
17 micilij, neque habitationis, ergo nullum. Antecedens probatur, quod non sit contractum coram Parœco domicilij, quia domicilium est locus, vbi quis larem, rerumque ac fortunarum summam constituit, vndè non sit rursus discessurus (*erant lares Dij priuati, domestici, & familiares, quorum numen domibus priuatorum præesse credebatur* S. Augustinus *lib.1.de ciuit.Dei, cap.3.* & fingebantur, ac pingebantur duo Iuuenes pelle canina succincti, de quibus Natalis Comes *lib.4. Mythologiæ, cap.4.* Martinus del Rio *ad* Senecam *pag.373.* Cerda *ad* Tertullianum, & ibi Pamellius *cap.13.* idem Cerda *ad* Virgilium *lib.8. Æneidos vers.541. Ecloga 5. vers.70.* & quia tales Dij, in foco collocati erant, & culti, vt notat Taumbanus *ad* Plautum *act.2. scena 8.* Caustibonus *in* Suetonium *lib.2. pag.116.* indè focarij dicti fuerunt, & laris appellatio pro foco accipitur, vt rectè obseruat Cerda *lib.8. Æneidos vers.* 543. Quod domicilium est triplex, teste Gaillo *lib.2. obseruat. cap. 36. num.3.* Menochio *lib.6. præsumpt. 42. num. 3.* Farinacio *in frag. in verb. domicil. num. 194.* Naturale scilicet, commune, & accidentale, Naturale est, quod venit ex ipsamet natura propria, vel paterna natiuitate, quod mutari non potest, *l. assumptio ff. ad municipalem. l. origine, C.de municipibus, lib.10.* quia naturalia sunt immutabilia Sanchez *de matrim. lib.3.disputat. 23. num. 4.* quod non producit omnes effectus, sed eos tantum, qui sunt expressi in iure, Menoch. *vbi suprà* Barbosa *in l. hæres absens, §. proinde num.108. ff.de iudiciis* Thes. *decis.90. Domicilium commune est Roma, l. Roma 33. ff. ad Municip. l.si duas 6. §. Romæ ff. de excus. tutorum l. fin.ff. de interdictis l.eos 9. ff.de vacatione munerum, l.tempore 21.* C. Theodosiano de Præt. & Quæstor. *l. oblationem 14.* C. Theodosiano *lib. 6. tit. 20.* Plin. *l. 3. Histor. cap. 50.* Alciatus *lib. 2. Disputationum cap.21.* Lypsius *lib.1. de magnanim. Rom. cap.7.* Donnellus *lib. 17. comment. cap. 13.* vbi Osuald. *lit.A*, Barbosa *in l.2.§.legatis num.10. ff.de Iudiciis*, Gabriel Pereyra *decis.2. numer. 13.* Solorzan. *lib.2.de iure Indiarum cap. 21. num. 21.* Amaia *lib.1. obseru. cap. 1. à num.81. & in l.7. C. de Incolis lib. 10. à num. 78.* Domicilium habitationis, seu accidentale est, quod facit incolas, quod constituitur, vbi quis velit *l.nihil 31. ff. ad Municipalem*, & statim, ac quis habitationem suam in aliquo loco fixit, cum animo, & voluntate expressa in eo permanendi, *l.eius qui 27. §. fin.* ibi si vtrobique destinatio sit animo iuncta, *l.domicilium 20. ff. ad municipalem, l. in lege 203. versigitur ff. de verb.signific. l.si cum 28. in fine ff. de fideicommiss.libert.* Menoch. *lib.6. præsumpt.42. & de arbitrariis casu 86.* Sanchez *lib.3.de matrim. disput.23.* Gratianus *tom.1. cap.181. & tom.3. capit.569. num.* Farinac. *part.1. in verb. Domicilium num. 194.* Narbona *glossa 2.num. 24.* & qui fixit habitationem cum voluntate permanendi, ex sola destinatione, aut animo domicilium constituit, posito facto cum concurrente, ideſt habitatione, & translatione rerum suarum in eum locum, vbi domicilium vult constituere, *d.l. Domicilium 20. ff. ad municipalem, & l.origine C.de municipibus lib.10.* vndè posito facto prædicto momento quis contrahit domicilium; statim, ac quis declarat velle se perpetuo manere in aliquo loco, vt latè Amaia *in l.Ciues C.de incolis lib.10. à num.100.* Ad contrahendum matrimonium requiritur domicilium accidentale, quod non est in præsenti, quia requiritur, vt transferat bona, quis ad colligendum effectum prædictum, vt habetur vbi suprà, quod in præsenti non fuit, vt infrà dicemus.

Quòd verò non sit contractum coram Parœco 18
habitationis matrimonium, de quo agimus. Probatur, quia licet verum sit ad effectum contrahendi matrimonium non opus esse expectare, vt maiori parte anni in Parœcia habiter quis, sed statim, ac incipit habitare efficitur Parœcianus. Riccius *dec.181. part. 3.* & si dicitur proprius

Parœcus ille, qui eſt habitationis, Barb. *de poteſt. Parœci cap.* 21. *à num.* 33. Sanchez *lib.* 3. *diſp.* 18. *num.* 29. *& diſp.* 25. *num.* 11. etiam ſi quis mutet domicilium animo fraudandi proprium Parœcum, Baſilius Pontius *lib.* 5. *cap.* 14. *num.* 6. Coninchus *diſp.* 27. *de matrim. dub.* 1. *num.* 14. Guttierrez *de matrim. cap.* 65 *num.* 11. Filliucius *tom.* 1. *tract.* 10. *punct.* 1. *cap.* 6. *num.* 199. Bonac. *p.* 8. *num.* 4. Ferre. *in addit. ad* Buractum *deciſ.* 713. *à n.* 15. *cum ſeq.* Tancredus *de matrim. tom.* 1. *lib.* 3. *diſputat.* 23. *num.* 10. qui defendit Sanchez *contra* Baſilium Pontium, qui dicunt ſufficere modicam habitationem ex Emanuele Sa *in verb. Parœcus num.* 7. Marchus Serio *de poteſt. Parœc. diſp.* 7. *difficult. vnica, quæſito* 5. *fol.* 242. tamen requiritur habitatio formalis, non verò materialis, & hoc eſt, quod dixerunt DD. requiri habitationem cùm animo permanendi, ſecus ſi habitent ad tempus, redituri deinde ad proprium domicilium, Ric. *dec.* 106. *per totam, & optimè.* Nauarrus *conſ.* 7. *de clandeſtina deſponſatione lib.* 4. *& conſ.* 1. *de Parœciis lib.* 3. vbi idem dicit de illo, qui cauſa peſtis, ſeditionis, vel belli aufugit à ſua Parœcia, primoque tempore, quo potuerit, reuerſurus argumento dicti capituli is qui, de ſepulturis in texto, & Nauarrus *in punto* loquitur de illis, qui volentes contrahere, & timentes impedimentum ſibi faciendum in Ciuitate, cuius erant Incolæ, abierunt in aliam Ciuitatem, ibique contraxerunt de licentia Ordinarij proprij; & hoc eſt, quod ait Curia Archiepiſcopalis Neapolitana, quæ decidit auctoritate *Rotæ* apud Farinacium *deciſ.* 590. *part.* 2. valere matrimonium factum in domicilio habitationis coniugum, vel alterius ipſorum, teſte Ric. *part.* 2. *deciſ.* 106. quando præſertim habitatio bona fide ſuſcipitur. Ric. *part.* 3. *dec.* 181. *num.* 8. *cum ſequent.* at in præſenti habitatio, de qua agitur, non eſt ſufficiens. 19

Quod probatur, quia habitatio, vt eſſet ſufficiens ad finem contrahendi matrimonium, debet eſſe cum animo aperto declaratiuo habitandi ibi: ad quam ſe tranſtulit quis, ſi non cum tota ſuppellectili, ſaltem cum veſtibus, linteaminibus, & ornatu muliebri, vt ex communi Rota apud Merlin. *tom.* 1. *dec.* 194. *num.* 12. & animus non habitandi colligitur ex eo, quod pater, & mater erant in loco domicilij patris, ibique habebat bona, & ſuppellectilia, & ſolum ſecum detulit puella duas tunicas, vulgò, *camiſe*, & Dominicus Caputus prætenſus Sponſus nulla ſibi duxit bona, ſed ea retinebat in loco matris in alia Parœcia, ergo quomodo poterit dici habitatio contracta ad finem ſufficientem contrahendi matrimonium, vt in punto Rota apud Merl. *d. deciſ.* 194. *tom.* 1. Quare ſic concordantur DD. quorum aliqui dicunt requiri ad finem contrahendi matrimonium domicilium, aliqui habitationem, omnes benè dicunt, quia domicilium ſumitur interdum pro domo, & habitatione, *l. fundo* 38. *ff. de rei vendic.* ibi (laribus carere) *l.* 1. *§. domum, ff. de liberis agnoſc. l. ſi quis* 49. *C. de Epiſcopis, & clericis l.* 2. *C. de offic. Prætoris l.* 2. *C. vbi ſenatores, vel clariſſimi. l.* 5. *l. dudum.* 9. *tit.* 1. *lib.* 6. *C. Theodoſiani*, Symmachus *lib.* 5. *epiſt. epiſtola* 74. larem patrium ſalutare dixit, pro in domum redire. Prudentius *lib.* 2. *contra* Symmachum Propert. *lib.* 4. *elegantiarum, eleg.* 3. Zanger. *de except. cap.* 1. *part.* 2. *num.* 15. & ſic procedit quod refert deciſum Pacis Iordanus *lib.* 3. *tit.* 7. *de matrim. num.* 71. In caſu verò noſtro nulla eſt habitatio, quia nulla bona ſecum tranſtulerunt, neque animo habitandi ſtabant; tum quia bona non tranſtulerunt; tum quia vix facto prætenſo per eos matrimonio, receſſerunt à domo. 20

Præter quàm quod non erat habitatio puellæ, non Dominici, ergo nullius, ergo, nullum: non Dominici certum eſt, quia ibi ſolum ſtabat materialiter, non animo habitandi: non puellæ, quia non dicebatur domicilium, vel habitationem mutaſſe, quæ in proprio domicilio patrem, matrem, & fratres reliquerat, quia non dicitur abeſſe à Ciuitate, vel à domo, qui in ea patrem, vel matrem reliquit, *l. cum ſcimus, §. ſicut, C. de agric. & cenſitis lib.* 11. & ideo ſi ad conſequendum aliquod maritaggium, priuilegium, vel beneficium requiratur habitatio in certo loco habitatio, patris prodeſt filio, vt bene Angelus *in l. ſi. Cod. de impub.* & aliis ſubſtitutionibus latè Fontanella *clauſ.* 3. Gloſ. 2. *à num.* 75. *cum ſequent.* vnde filius non dicitur ſeorſim à patre habitare, nam cum filius, & pater cenſeantur vna perſona domicilium vnius cenſetur alterius, & habitatio vnius eſt alterius, vt bene Bal. *conſ.* 234. *vol.* 1. quem refert, & ſequitur Rolan. à Valle *conſ.* 54. *num.* 23. *lib.* 1. Paſchalis *part.* 4. *de patria poteſtate cap.* 10. *num.* 22. Quare ſi filius viuit ſeorſim à patre, ſed expenſis patris, dicitur in domicilio Patris eſſe, & non in ſuo; ſic filia iſta erat in domicilio, & habitatione patris, expenſis patris vixit, & patrem in ſua domo reliquerat: ergo habitatio filiæ erat illa patris ex Gloſ. *ſingulari in l.* 2. *Cod. qui ætate ſe excuſant lib.* 10. & eſt aureus text. *in d. l. cum ſcimus, §. illud Cod. de agric. & cenſitis lib.* 11. *l. poſſeſſionem Cod. commun. vtriuſque iudicij, l. ſi domus §. qui confitetur, ff. de leg.* 1. in his enim coniunctis dura eſt ſicut mors ſeparatio, vt eleganter Baldus *vbi ſuprà*, ergo filius non mutat patris domicilium, & habitationem, ſed illam ſequitur Bald. *conſ.* 207. *lib.* 1. Cardin. Tuſchus *litt. D, conſ.* 594. ergo vtpote factum patre continuante domicilium in ſua Parœcia, dicitur filiam habitaſſe in domo patris, & ſic extra locum, vbi contraxit, in quo loco habitabat ſine animo habitandi, quod eſt materialiter habitare. 21

Confirmatur hoc ipſum, quia in præſenti pater finxit locare domum, & ſoluere penſionem Laurentio de Stephano ſuo conſanguineo pro filiæ habitatione, & pater non habitauit nec bona tranſtulit, filia habitauit, ſed non cum locatione facta à ſe, vel à Dominico Caputo ſuo prætenſo ſponſo, vnde pater videbatur habitationem acquirere, & non acquiſiuit neque filia, quia hæc non tranſtulit bona, & dicebatur in domicilio patris, vt probauimus, ac in eius habitatione, & Dominicus dormiebat in lecto Laurentij, puella verò in lecto ſuæ conſanguineæ, & ſic domicilium, & habitatio non erat niſi Laurentij de Stephano, qui neque poterat in alium titulo habitationis concedere, vt fingitur feciſſe, quia Neapoli conductor nequit alteri locare rem conductam, vt in conſuetudine, quæ incipit *conductor*, ſub titulo de locatione, & conductione, vbi conductor domus, fundi, vel terræ, non poteſt domum, terram, vel fundum ipſum Domino inuito alteri locare: ergo quia Inquilini, vel Coloni non poſſunt alteri locare, non poterat fingi contracta habitatio ad finem contrahendi matrimonium in loco, in quo nec poterat contrahere domicilium ob nullitatem actus, neque de facto contractum fuit, quia qui finxit locare non habitauit, & qui habitauit, non locauit, nec bona 22

tranſtu

transtulit, & sic solùm habitauerunt, tanquam hospites in aliena domo, quod non sufficit ad faciendum matrimonium, vt suprà probauimus.

22 Pro Coronide addo considerandum Dominis iudicantibus, quod in dubio pro matrimonio clandestino non præsumitur: sicuti enim ante Concilium Tridentinum causa matrimonij Clandestini non erat fauorabilis, nec in dubio pro ea erat iudicandum, vt latè Masc. *de prob. concl.* 1027. *num.* 10. Mol. *lib.* 1. *de ritu nupt. comp.* 8. *num.* 50. & 55. *comparat.* 17. *num.* 21 *quia semper fuerunt habita, vt odiosa, cap. aliter* 30. *quæst.* 1. Sanch. *lib.* 3. *disp.* 45. *ex* Concil. Trident. *sess.* 24. *de reform. matr. cap.* 1. Bos. *cap.* 1. *num.* 55. & sic licèt pro matrimonio publicè ac palam contracto, præsumptio, & Iudex stare debeat, nec facilè sint admittendæ probationes, quæ ad dirimendum matrimonium ex quocumque impedimento obscurè tendunt, *cap. licet ex quadam* 47. *de test.* ex quo tex. iuncta *gloss. in verb (tolerabilius est)* dicunt DD. *cum* Sanch. *lib.* 1. *de matrimon. disp.* 18. *num.* 7. & *lib.* 7. *disp.* 103. *num.* 10.

23 quod opinio vnius Doctoris matrimonium sustinentis præfertur, tamen nulla in dubio, & ambiguo debet esse inclinatio, vel Iudicis, vel præsumptionis, pro matrimonio, quod dicitur clandestinè contractum, quia in dubia probatione contra illum est iudicandum Soccinus Iunior *cons.* 55. *num.* 32. *volum.* 2. & quando sumus inter nobilem contrahentem cum ignobili, non est præsumptio quod voluerint matrimonium contrahere, vt de nobilibus Venetis respondit Andreas Barbatia *cons.* 54. *volum.* 1. Ioannes Vvamasius *cons.* 583. *de clandestina desponsatione*, etenim clandestinè contrahentes videntur esse affectatores ignorantiæ Glossa *in cap. cum inhibitio*, §. *si quis, verò de clandestina desponsatione*, ex clandestinitate enim dolus præsumitur, & scientia, *l. final. ff. de ritu nuptiarum, l. non existimo, ff. de administrat. tutorum*, Corneus *cons.* 61. *num.* 10. *part.* 3. Iason *in l. clam possidere num.* 6. *ff. de acquiren. possession.* Geminianus *cons.* 27. & non excusatur, licet mulier, Rusticus, vel minor, vt bene Ludouicus Romanus *cons.* 506. *num.* 50. ex Glossa *in l.* 1. *Cod. de interdicto matrimonio:* eleganter Vuamesius *tom.* 20. *cons.* 534. *de clandestina desponsatione.* Igitur Domini iudicantes omnino debent inclinare ad declarandum nullum, quod nulliter factum, de quo non dubitatur sub integerrimo Domino Vicario Neapolitano. Scripsi hodie 6. Augusti 1655.

DISCEPTATIO XXIV.

SVMMARIVM.

1 *Facti series proponitur.*
2 *Solutio dubij.*
3 *Consuetudines laudabiles sunt seruandæ.*
4 *Generalis Religionis non est supremus, & maximus Prælatus Religiosorum, sed Papa.*
5 *Dispensatio in lege, vel consuetudine qualiter sit facienda.*
6 *Dispensatio est Gratia, quæ requirit causæ cognitionem.*
7 *Tridentinum* sess. 25. de reformat. c. 18 *strictè præcipit non dispensari, nisi causa cognita.*
8 *Dispensare non maturè consideratione habita, est aperire aditum ad leges transgrediendas.*
9 *Dispensatio est legis relaxatio, cum causæ cognitione, & qualiter facienda.*
10 *Præsumptio est pro superiore immediato loci.*
11 *Officij præiudicium ab omnibus euitandum.*
12 *Dispensatio est debita interdum, sed semper fundatur in veritate expositæ, & probanda.*
13 *Monasterium est manutenendum in quasi possessione cuiuscumque consuetudinis laudabilis, nec de facto spoliari.*

ARGVMENTVM.

Consuetudines laudabiles sunt seruandæ. Papa est supremus Prælatus Regularium. Dispensatio in lege qualiter facienda, & Trident. sess. 25. de reformat. cap. 18. *adducitur. Præsumptio est pro superiore immediato loci.*

PRO

Superiore Religionis N.

CONTRA

Patrem Generalem Religionis.

FACTVM.

IN Religione N. est consuetudo laudabilis ab immemorabili obseruata, 1
vt Religiosus, qui venit à locis Prouinciæ, non ad alium conuentum existentem in eadem ciuitate possit ire sed ad locum determinatum, quod est maius in ciuitate, & caput Prouinciæ, & ibi subditus pro tempore existens, in eo Conuentu, quando vult exire per ciuitatem ad sua peragenda negotia, non exit, nisi de licentia illius superioris. Contingit nunc quòd quidam Pater N. postquam stetisset per 22. dies in eodem loco, vt aduena, & semper cum licentia sui Patris superioris diuersa fecit negotia, infirmos visitando &c. per ciuitatem; nunc à Patre Generali Ordinis obtinuit licentiam relaxatiuam illius tam laudabilis consuetudinis, & in præiudicium Patris superioris immediati conuentus: fuit scripta epistola per Patrem Generalem Prouinciali Prouinciæ, vt scilicet Pater prædictus N. quando Neapolim venit, non sit in conuentu maiori obligatus stare; sed in minori, & hoc inaudito Patre Superiore loci, in eius officij graue detrimentum, & dedecus; Quæritur quid iuris?

Respondeo salua pace Patris Generalis, eius li- 2
centiam non esse licitè factam, & posse Patrem superiorem conuentus Protectorem adire, etsi opus est ad Sanctissimum.

Probatur primò, quia laudabiles consuetudi- 3
nes Religionis, & locorum sunt seruandæ; vnusquisque enim conformare se debet moribus eorum, quibus viuunt, *cap. illa autem* 12. *distin. cap. quæ contra mores* 1. *distin. cap. consimilium de obseruantia ieiuniorum*; quam conclusionem examinant Rodriquez *tom.* 1. *quæstionum regularium*

rium quæſt.68. art.4. Miranda *in manuali tom.2. quæſt.29. num.6.* quas Pater Generalis in conſcientia tenetur etiam obſeruare, & facere vt ab
4 aliis obſeruentur; quia Pater Generalis non eſt ſupremus Princeps, nec ſummus, & maximus Prælatus Religioſorum, ſed Romanus Pontifex; vt de communi probat Sanchez *in ſumma lib.4. cap.24. num.20.* quod patet, quia Religioſi ſubiiciuntur Romano Pontifici, non ea ſola ratione, qua clerici, ſed etiam ex vi voti obedientiæ; quod in profeſſione ipſi etiam ſummo Pontifici emittunt: ita S.Thomas 2.2. *quæſt.11. art.10. dub.6. in fine*, ergo tenetur eas ſeruare ſaltem quoad vim directiuam, & non deſtruere, vt bene Pater Donatus *tom.1. tract.1. quæſt.6.*

5 Probatur ſecundò, quia quando apud Patrem Generalem, conqueſtus fuit Pater N. petendo licentiam, & diſpenſationem illius conſuetudinis laudabilis, totius Prouinciæ (quæ obſeruatur etiam in pluribus Prouinciis, & quam non fuit poſſibile rumpi, petente Prorege Comite de Ognate, qui petiit vt cum quodam procederetur aliter, & ſuperior Conuentus zelo inuiolabilis obſeruantiæ noluit rumpere) ſub prætextu quod eam non poſſet obſeruare, ob figuratam cauſam, atque aëream, ne dicam falſam cum reuerentia, debebat procedere idem Pater Generalis, per viam relationis habitæ à Patre Prouinciali, vel ab aliis prouectioribus, quod non fecit: & hoc probatur, quia talis diſpenſatio eſt Gratia
6 Generalis; ita enim appellatur diſpenſatio *in cap. poſtulaſti de Clerico excommunicato miniſtrante, cap. licet Canon. de elect. in 6. cap. didici 1. quæſt.7. cap. penult. de Clerico excommunicato miniſtrante*; & ſic talis diſpenſatio requirebat cauſæ expoſitæ cognitionem, & an preces veritati niterentur. San-
7 cta Synodus enim *ſeſſ.25. de Reform.cap.18.* ait, vt ſciãt vniuerſi ſacratiſſimas leges ab omnibus exactè obſeruandas; etſi interdum cum aliquibus ſit diſpenſandum, id fiat cauſa cognita *cap.1. de voto*, & ſumma maturitate; quia ſicuti publicè expedit legis vinculum quandoque relaxare, vt plerumque euenientibus caſibus, & neceſſitatibus pro communi vtilitate ſatisfiat ſic frequentius, legem ſoluere, exemploque potius, quàm certo perſo-
8 narum, rerumque delectu petentibus indulgere nihil aliud eſt, quam vnicuique ad leges tranſgrediendas aditum aperire, *cap. ſi Romanorum 19. diſtinct. cap. ſi quis omnem 1. quæſt. 7. cap. 1. de conſtitut.*

9 Probatur tertiò, quia Diſpenſatio eſt legis Relaxatio cum cauſæ cognitione ab eo, qui poteſtatem habet diſpenſandi Gloſſa *in cap. requiritis, §. niſi 1. quæſt.7.* Couarr. *de ſponſalibus par.2.cap.6. §.9.* Rebuffus *in praxi beneficiali in titulo de diſpenſationibus.* Alphonſus, Aluarez *in ſpeculo iuris Pontificij cap. 17. de diſpenſationibus.* Rodriquez *quæſtionum regularium tom.2. quæſt.46. art.1.* Moneta *de diſtributionibus part.2. quæſt.14.* Riccius *in præxi rerum Eccleſ. deciſ. 260. aliàs 227.* Sanchez *lib.8. diſp.1. de matrim.* Card. Tuſchus *litt.D, concluſ.457.* Portellius *in dubiis regularibus in verb. diſpenſare*: ergo quia per diſpenſationem in tali laudabili conſuetudine violatur Ius publicum, requirebatur cauſæ cognitio, & vt audiretur Pater Superior an verum eſſet expoſitum à parte, aliàs potius diſſipatio dici debet non diſpenſatio, vt bene Barboſa in Trident. *ſeſſ.25. de reform.cap.18.* & cauſa debet eſſe cognita; quæ non per partem proponentem cognoſcitur; ſed à ſuperiore diſpenſante vtriſque auditis: etenim non ſufficit ſi ſubditus dicat ſe non potuiſſe habere licentiam exeundi à Conuentu cum ſcandalo ſæcularium, vt pars aſſeruit Patri Generali, quod colligitur ex epiſtola ab eodem Patri Generali tranſmiſſa: tum quia hoc erat probandum habita informatione ſuper hoc; tum quia præſumptio eſt pro ſuperio- 10
re immediato Conuentus, qui eſt ad faciem loci; vt in ſimili ait Sanchez *in Summa lib.6. cap.8. numer.105. in medio*, Megala *in praxi cap.1.* ergo debebat Pater Generalis audire ſuperiorem loci immediatum, in cuius officij damnum fit talis licentia, & eius audire debebat partes, alias præiudicium Patri ſuperiori fieri non poterat in eius officio; vt ſcribi debebat ſuperiori, argumento text. *in cap. Deus omnipotens 2. quæſt.1. vt ex communi ſententia*, fundat Pater Sanctorius *in examine regulari, cap.1. fol.27.* ibi dubitatur, ergo ratione ſcandali, quod poſſet contingere, vt tempore huius integerrimi ſuperioris bonitate, do- 11
ctrina, & natalibus inſignis dicatur in vilipendium eius Officij fuiſſe hoc factum, vt ipſa pars iactatur, non excuſatur à peccato mortali ſuperior, qui diſpenſat, vt ex Nauarro, & aliis dicit Sanchez *lib.8. de matrim. diſp.18. num.8.* Diana *par.8. tract.3. reſol.8.* & alibi latè. Amicus in ſuo curſu Theologico *tom.5. diſp.6. ſect.1.* Granadus *in 1.2. tract.2. diſp.6. ſect.1.* Pontius *de matrim. lib.8. cap.3.* Caſtrus Palaus *1. tom. tract.3. diſp.3. part.1.*

Probatur vltimo, quia diſpenſatio in lege, vel 12
cõſuetudine in quatuor caſibus eſt debita. Primò, quando Ius diſponit vt tali cauſa exiſtente concedatur diſpenſatio, *cap. Domino*, vbi Gloſſa & Card. Turrecremata 50. *diſtin.* Quando verò Ius ſolum concedit, vt poſſit diſpenſari; non eſt debita diſpenſatio: & quando fit diſpenſatio ſuper aliqua lege, ſemper remittitur pro informatione, ſi preces veritate nitantur: ſic ſummus Pontifex in diſpenſationibus, quas concedit, remittit cauſas diſcutiendas ordinario, vel diſcreto Confeſſario in foro conſcientiæ, mandans vt ſi preces veritate nitantur ita fiat, &c. & nunc Pater Generalis inſalutato hoſpite, vt dici ſolet vult tollere, & diſpenſare ſuper laudabili conſuetudine, cauſa cognita, vt ſupponimus, ad ſimplicem relationem partis. Eſt ſecundò, loco diſpenſatio neceſſaria, quando ad commune bonum, vel ad vitandum publicum ſcandalum, vel aliud ſimile fieret, *cap. cum conſtitueretur 50. diſtin.* vbi Gloſſa, & Cardin. Turrecremata: tertiò, erit facienda quando fuiſſet neceſſaria ad bonum ſpirituale poſtulantis, vel ad vitandum graue periculum Animæ; tunc enim Prælatus tenetur prouidere in his caſibus ſaluti ſubditi: quartò, quando grauiter ea diſpenſatione indiget, ad euitandum aliquod graue damnum in perſona, vel aliis rebus temporalibus, & & ſine ſtipendio poteſt illi concedi, tunc enim ex charitate tenetur Prælatus eam diſpenſationem concedere. Ergo non poterat Pater Generalis ſine cauſa diſpenſare ſuper conſuetudine laudabili, & lege Conuentus ſine cognitione cauſæ, præſuppoſitæ, & figuratæ per partem, vt ex communi ſententia Canoniſtarum ait Sanchez *de matrim. lib.3. diſp.10.* Suarez *de legibus lib.6. cap.18.* Salas *de legibus diſp.20. ſect.7. num.70.* Merolla *de legibus cap.6. dub.2. fol.438.*

Nec omitto dicere quod in præſenti caſu com- 13
petit manutentio ſuperiori loci in quaſi poſſeſſione illius iuris, & in quaſi poſſeſſione dandi, & denegandi licentiam, recipiendi, &c. ſubditos, & eos cogere vt veniant ad Conuentum prædictum,

vt

vt bene colligitur ex notatis à Rota apud Burattum *dec.* 827. *in principio*, & per Postium de manutenendo *obseruat.* 10. *num.* 16. vbi manutentio datur in omnibus consuetudinibus laudabilibus obseruandis, quousque Pater Generalis causa cognita, legitimeque approbata, non iudicauerit contrarium, sed non provt fecit in præsenti, spoliando de facto Monasterium tali iure, & quasi possessione, in quo stat.

Quare, &c.

DISCEPTATIO XXV.

SVMMARIVM.

1 *Facti species proponitur.*
2 *Donatio facta non recipit modum neque conditionem postquam perfecta est.*
3 *Modus an possit apponi donationi perfectæ incontinenti?*
4 *Incontinenti quando aliquid dicatur?*
5 *Donans potest declarare ambiguam voluntatem, donationis tempore habitam, etiam post eam perfectam.*
6 *Probabilius est nec posse apponi incontinenti.*
7 *Donatio hodie solo consensu perficitur.*
8 *Verba posita in exequutiuis nihil operantur.*
9 *Modus, vel conditio potest apponi in donatione ante acceptationem.*
10 *Reuerendissimus Vicarius Capuanus D. Ioannes Baptista Ventriglia laudatur.*
11 *Princeps potest facta donatione apponere modum, & conditionem, non per viam pacti, sed legis.*
12 *Donatio ad Ordines suscipiendos à consanguineo, causam finalem habet parentelam.*
13 *Donatio pro Ordinibus suscipiendis non potest dici modalis, vel conditionalis.*
14 *Donatum ad titulum patrimonij non poterit alienari, nec retrocedi.*
15 *Clericus habens aliunde non potest alienare patrimonium, inconsulta Curia.*
16 *Donatio ad ordines transit ad hæredes ordinati.*
17 *Donatio vt fiat Sacerdos, si moriatur ante ordinem sacrum susceptum, transmittitur ad hæredes.*
18 *Donatio, vel legatum vt quis fiat clericus intelligitur vt fiat sacerdos; ad quod poterit præfigi terminus.*
19 *Causa tendens ad eundem effectum ac prima, non cessat effectus ea cessante.*
20 *Legatum factum ob paupertatem non extinguitur cessante paupertate. Item in donatione.*
21 *Beneficium vnum est sufficiens, aliud tenue, aliud tenuissimum, & quæ sint?*
22 *Beneficium sufficiens ad victum tunc dicitur, quando pro se, familia &c. sufficit.*
23 *Beneficium sufficiens ad victum consideratur respectu personæ qualitatis &c.*
24 *Beneficium erit sufficiens solutis oneribus.*
25 *Pauper clericus quis dicatur.*
26 *Valor fructuum dicitur deductis oneribus.*
27 *Distributiones quotidianæ, & anniuersaria inter fructus beneficij non connumerantur.*
28 *Patrimonium qualiter taxetur, & an facta taxatione, si in modico deficiat possit ordinari clericus.*
29 *Adrianus Negusantius* quæst. 503. *disputat in*

puncto punctum propositum, & distinguit.
30 *Parœcus inops potest à Parœcianis petere alimenta.*

ARGVMENTVM.

Donatio facta inter viuos postquam est perfecta non recipit modum: fallit in continenti, & quando dicatur incontinenti. Declarari tamen potest: ante acceptationem posse apponi probabile est. Princeps per modum legis posset apponere. Donatio ad Ordines sacros à consanguineo causam finalem habet Parentelam; & an talis donatio sit modalis, an conditionalis. Donatio pro Ordinibus sacris non potest alienari, & facta censetur vt fiat sacerdos. Beneficia sufficientia ad victum quæ sint? Legatum vel donatio pro paupertate non cessat, cessante paupertate.

PRO

D. Ioannne Petro Tartaglione,

CONTRA

R. D. Franciscum Petruolo de Marcianisio.

FACTVM.

ANNO 1645. die 25. mensis Februarij, Reuerend. D. Franciscus Petruolo de Marcianisio donauit Notario stipulante, clerico tunc, nunc verò sacerdoti Ioanni Petro Tartaglione de Marcianisio, & præsenti, ac acceptanti annuos ducatos quatuor, vna cum Capitali Ducatorum quinquaginta ex vnà parte, & ex alia parte ducatos annuos decem, & tarenos duos, pro capitali Ducatorum centum triginta, quæ consequi debere asseruit à certis debitoribus, in Instrumento nominatis, & irreuocabiliter inter viuos donauit, ad hoc vt promoueri valeret ad sacros Ordines, seruata forma Concilij, & non aliter: & acceptatur donatio per donatarium præsentem, & Notario &c. 1

Asseruit deinde non posse talem donationem reuocare vitio ingratitudinis, nec alia via, nisi ex causis infra scriptis.

Tandem in fine donationis dicit [verùm ottenendo beneficio sufficiente à viuere, in tal caso detta donatione ipso jure sia nulla, irrita, & inualida, & ritorni in beneficio di detto D. Francesco donante.] Iurant partes &c.

Factus est casus, quod Reuerend. D. Petrus Tartaglione obtinuit de proximo canonicatum in Ecclesia Collegiata de Marcianisio valoris duca-

torum 43. circiter, cum onere quinque Miſſarum in hebdomada; quæritur an factus ſit caſus conditioni, & qualitati appoſitæ in donatione prædicti.

Reſpondeo non poſſe moleſtari Reuerendum Donatarium, & probabo ex multiplici capite.

2 Primo quia donatio prædicta fuit facta ad hoc vt ſuſciperet Ordines ſacros, vt in diſpoſitiua donationis aſſeritur; & poſt ipſam factam, acceptatamque per donatarium, gratias donanti agendo, appoſuit illam clauſulam, pactum &c. [Verùm ottenendo beneficio ſufficiente à viuere, in tal caſo detta donatione ipſo iure ſia nulla, irrita, & inualida; e detti annui cenſi ritornino à beneficio di detto Reuerendo D. Franceſco donante &c.] quod pactum eſt appoſitum iam acceptata, & perfecta donatione, ac eidem donanti gratiis redditis, vt patet in Inſtrumento donationis, ergo non potuit apponi: grauis enim eſt quæſtio inter DD. vtrum poſſit conditio, modus, vel
3 alia qualitas apponi perfectæ donationi: textus *in l. perfecta Cod. de donation. quæ ſub modo*, dicit non poſſe apponi aliquid ex interuallo, ſed incontinenti poterit: ita Soccinus *conſ. 66. vol. 1.* Ripa *lib. 3. reſponſorum cap. 1.* Couarr. *lib. 1. variar. cap. 14.* hoc ipſum videtur ſentire Rotam Romanam *in Romana donationis de Caſtellanis Lunæ 23. Iunij 1631.* apud Rubeum *part. 2. dec. 58.* & alij Canoniſtæ *in cap. cum dilecti de donationib.* Fontanella *clauſula 4. gloſſa 5. num. 2.* qui dicunt debere apponi incontinenti, non poſt perfectam *dict. l. perfecta Cod. de donation. quæ ſub modo l. ſi ad reſoluendum Cod. de prædiis minorum l. item Labeo §. ſi pure ff. famil. herciſc. l. cum dos ff. de pactis dotalibus l. poſt nuptias ff. de Iure dotium*, quia quæ incontinenter fiunt, cenſentur ineſſe *l. lecta ff. ſi cert. petatur l. petens Cod. de pactis* Carolus de Graſſis *de except. except. 7.* quod clare patet *ex d. l. perfecta ibi: Poſt aliquantulum temporis.*

4 Circa illud (vero incontinenti) eſt difficultas quomodo intelligi debeat? Primo aliqui dicunt incontinenti, ſcilicet triduo, ex *l. fin. Cod. de errore aduocatorum, & ex l. fin. Cod. de Iudiciis:* ibi illico autem, ideſt intra triduum, latè Sanch. *lib. 1. de matrimon. diſp. 51.* Graſſus *except. 7.* Alij melius putant arbitrio Iudicis remitti Menoch. *Centuria 1. caſu 7. quæſt. 10. 11. 12. & 13. cum ſequenti* Viuius *dec. 107.* Barrius *dec. 132.* Ioſeph Seſſe *dec. Aragoniæ 16.* Alij dicunt conditionem cenſeri appoſitam incontinenti, ſi in eadem die, coram eiſdem teſtibus, & Notario apponatur: ita Soccinus *dict. conſ. 66. vol. 1.* Petrus Peralta *in l. 3. §. qui fideicommiſſum num. 68 ff. de hæredib. inſtituendis* Decian. *conſ. 1. num. 29. & 37. vol. 3.*

5 Sic etiam poſſet donans declarare obſcuram, vel ambiguam donationem ex interuallo etiam poſt perfectam donationem, quia declarare nihil eſt de nouo addere *l. hæredes palam §. ſi quid pal. de teſtamentis, cap. cum tu de vſuris*, Menoch. *lib. 1. de arbitr. quæſt. 73.* Boërius *deciſ. 172. l. adeo §. cum quis ff. de acquiren. rerum dominio* Surdus *deciſ. 70.* vnde prohibitus corrigere, addere, vel emendare non eſt *prohibitus declarare, & interpretari quod eſt dubium*, Bald. *in l. edita Cod. de edendo* Cartarius *deciſ. 16. &. 129.* cum quibus dicit Decianus *reſponſo 7. num. 99.* licuiſſe coniugibus poſt perfectam donationem per eos filiis & deſcendentibus factam ex interuallo declarare alio inſtrumento, quod intellexerint tunc temporis de maſculis, propter dubietatem, quam continebant ea verba filiis & deſcendentibus, num eorum appellatione veniant tam maſculi, quàm fœminæ, & num genus maſculinum comprehendat fœmininum Fontanella *clauſ. 4. gloſſ. 5. num. 12.*

Secunda opinio eſt aliorum dicentium non 6
poſſe etiam incontinenti apponi perfectæ donationi modum, conditionem, &c. Ita Sarmientus *part. 1. cap. 4. num. 10.* vbi in contractibus nominatis, qualis eſt Donatio, verius eſt non poſſe apponi, cum iam perfecti ſint (& ſic pœnitentia nihil operabitur) licet incontinenti ſuperueniant, & ſic perfectæ donationi nec incontinenti modum, aut conditionem adiici poſſe exiſtimat Caſtillus *tom. 3. controuerſ. cap. 10. à n. 49.* & pro hac opinione Doctiſſimus Sarmientus adducit textum *in l. quamvis Cod. de tranſaction. & l. non idcirco Cod. de contrah. emptione, & in d. l. perfecta, & in l. eo quod 10. Cod. ſi certum petatur*, & textus ille vulgaris *in l. ſicut C. de action. & obligation.* non conſiderat an ex interuallo, vel incontinenti vnus ex contrahentibus velit recedere à contractu, vel aliquo modo innouare eum: ſed ſolum inſpicit an ſemel fuerit perfecta, & conſtituta obligatio, vt tunc nequaquam liceat alicui recedere altera parte inuita; & ſic ſemel conſtituta obligatio eſt, & ſemel contractus perfectus: ergo non poterit per pœnitentiam incontinenti adhibitam reuocari: Quare concludit Marcus Mantua *in l. Iuris gentium §. quinimmo num. 9. ff. de pactis:* textum *in d. l. perfecta* procedere *etiam incontinenti adhibita pœnitentia.*

Probatur etiam quia donatio hodie ſolo conſenſu, nudaque voluntate perficitur *l. ſi quis argentum*, vbi DD. *§. vltimo Cod. de donationibus §. aliæ autem inſtitut. eodem titulo* Gomeſius *tom. 2. variar. cap. 4. de donat.* Franciſcus Marcus *dec. 326. num. 11. part. 1.* Mendoza *diſputat. num Iuris ciuilis lib. 3. cap. 3. num. 11.* Ioannes Vincentius Honnedeus *conſ. 37. num. 13. & num. 44. lib. 1.* Ergo ex ratione *dictæ l. ſicut*, ſemel conſtituta donatione ex conſenſu, nec incontinenti, nec ex interuallo, pœnitentia, ſeu innouatio, aut alteratio admitti poterit: quod etiam dicit Doctiſſimus Caualcanus *deciſ. 45. num. 6. & deciſ. 43. num. 34. fol. 580.* vbi ait quod Donans in ſua donatione inter viuos poteſt apponere pactum, conditionem, modum, & tempus, & facere illam reuocabilem provt ſibi videbitur, dum tamen hoc faciat à principio contractus, & antequàm ſit Ius quæſitum donatario, quod illi quæritur per acceptationem; quod bene obſeruauit Hieronymus Gabriel *conſ. 3. coll. 1. & 2. lib. 1.* Sigiſmundus Loffredus *conſ. 50. num. 6.* Franciſcus Burſatus *conſ. 173. num. 68. 69. & 70. vol. 2.* qui poſt multos obſeruat quod Donatio ſtatim ac perfecta eſt, perpetua ſit, & irreuocabilis: nec amplius donationem reuocare poterit donans, latè Caſtillus *dict. cap. 10. in fine.*

Non ergo potuit facta donatione apponere 8
illa verba (*verum &c.*) quæ potius, vt potè appoſita in exequutiuis nihil operantur, nec alterant diſpoſitionem iam perfectam *ex clementina 1. de præbendis* Regens de Aponte *conſ. 54. num. 6. & conſ. 87. num. 10. & conſ. 57. num. 99.* Franchus *dec. 6. à num. 6. & ſequentibus.*

Poterit ergo Donans apponere talem clauſulam, 9
modum, ſeu pactum vt reuertatur ad ſe, &c. vigore facultatis à principio reſeruatæ de modo apponendo in donatione, qui ſi ex poſt facto apponatur, valebit, ex regula textus *in l. item*

quia

quia §. fin. ff. de pactis l. Titia §. fin. ff. de verborum Alciatus *reſponſo 7. lib. 8.* ly tamen ex poſt facto intelligitur, non acceptata donatione per Donatarium, & gratias redditas donanti, vt in præſenti habetur: & hoc ſenſu accipi debet Garſia *part. 2. de Beneficiis cap. 5 c. num. 169.* Bonacina *tom. 1. diſput. 8. quæſt. vnica puncto 5. n. 32.*

10 de ordine, & Reuerendiſſimus D. Ioannes Baptiſta Ventriglia Capuanæ Eccleſiæ Vicarius digniſſimus *in ſua praxi Eccleſiaſtica annot. 42. §. primo, num. 19.* qui dicunt valere pactum hoc, ſed non dicunt de quo tempore; & quo actu ſit pactum apponendum. Intelligi ergo debet à principio non acceptata, perfectaque donatione.

11 In principe autem: eſt quæſtio an poſſit apponere conditionem, vel pactum poſt donationem.

Prima opinio ait poſſe. Ita Couarru. *lib. 3. variar. cap. 6.* Pinellus *part. 3. num. 62. C. de bonis maternis.* Pro quibus facit textus *in l. qui fundus C. de omni agro deſerto lib. 11.* vbi Princeps ex interuallo conceſſionem à ſe factam modificare poteſt.

Secunda opinio negat Principem id poſſe facere. Ita Baldus *conſ. 327. vol. 1.* Pinellus *loco citato, ex generalitate textus in d. l. perfecta C. de donation. quæ ſub modo:* & facit textus *in l. ſi donationem,* ibi *auctoritate reſcripti C. de reuocand. donation.* vbi prohibetur Principi reuocatio donationis perfectæ: Peregrinus *de iure fiſci, in titulo, habentes iura fiſci num. 50.* Faber *lib. 3. C. tit. 22. defin. 12.*

Tertia opinio diſtinguit quod non poſſit Princeps conditionem apponere, vel pactum donationi perfectæ ex interuallo per viam contractus; poſſet tamen apponere per viam legis, quia hæc poteſtas Principi competens minimè impeditur Couarr. *lib. 3. variar. cap. 6.* Molina *lib. 4. de primogenitura cap. 3.*

12 Sed demus potuiſſe apponi tale pactum in aliis donationibus; in hac tamen donatione, de qua agimus, apponi non poſſe dico.

Probatur; quia talis donatio facta fuit ad ordines ſacros ſuſcipiendos Reuerendo Tartaglioni affini donantis & præſumitur facta ex affectione ex cauſa finali conſanguinitatis, impulſiua verò ordinationis, vt latè Surdus *conſ. 361.* Pereyra *quæſt. 98.* qui fundat eſſe ob cauſam finalem conſanguinitatis, & impulſiuam ordinis ſacri ſuſcipiendi. Nec poterit dici quod talis donatio ſit conditionalis, vel modalis per illud verbum

13 (*verum &c.*) quia talis donatio fuit examinata per Epiſcopum tempore ordinationis, vt fieri debet, ergo non fuit conditionalis, vel modalis, quia ſi fuiſſet conditionalis, vel modalis, non potuiſſet acceptari per Epiſcopum; quippe qui non debuiſſet ordinare Clericum cum patrimonio dubio, & pendente à conditione futura, quia ageret Epiſcopus in hoc contra Concilium, iubens abſolutè vt clericus habeat patrimonium; quod intelligitur verum, abſolutum & indepen-dens à conditionibus, ergo cum talis donatio, vtpotè præſentata Epiſcopo debuerit carere conditione & modo, per conſequens illa verba (*verum &c.*) ſunt cauſa impulſiua, non finalis; patet quia ab Epiſcopo fuit admiſſa, vt in puncto, rogo vt videatur Laurentius Portellius *par. 3. caſu 14.*

14 Confirmatur hoc ipſum, quia talis donatio tranſiuit in patrimonium Clerici, ad cuius titulum fuit clericus ordinatus, ergo non poterit alienari, permutari, vel renunciari, nec reuocari, cum non poſſit reuocari id, quod Concilium Tridentinum prohibet alienari; aliàs ſi donator poſſet reuocare, conuinceretur quod fictè, & ſimulate donauerit, ſicuti ſi Pater dat patrimonium ad ordines, vel Epiſcopus beneficium ad ordines, nec Epiſcopus, nec pater poſſet tale beneficium auferre, vel patrimonium reuocare DD. omnes cum Portellio *part. 3. caſu 14. num. 1* quod adeo verum eſt, vt nec habendo aliunde poſſit alienari inconſulta Curia, vt bene Vicarius Capuanus Ventriglia *in ſua praxi Eccleſiaſtica annotat. 42. num. 3.* nec poterit retrocedi, & ordinarius tenetur prouidere de victu hunc alienantem patrimonium, donec beneficium conſequatur *cap. cum ſecundum Apoſtolum de præbend.* Ventriglia *annot. 42. §. 2. num. 6.* & licet aliqui dixe- 15
rint clericum habentem aliunde non teneri petere licentiam Curiæ pro alienando patrimonio vt dixerunt Flaminius Pariſius, Ceuallos, Garſia, Azorius, & Gratianus: tamen contrarium docent alij cum Marchino *tract. 2. de ordine part. 6. difficult. 9. pro interpretatione Tridentini ſeſſ. 21. cap. 2. de reformat.* Maranta *part. 3. reſol. 61.* Hinc 16
donatio facta clerico pro ſuſcipiendis ſacris ordinibus non tranſit ad donantem, ſed ad hæredes donatarij eo mortuo, vt latè Iulius Cæſar Madius *de ſacris ordinibus fol. 145.* Marchinus *part. 6. tract. 2. difficult. 11.* Nauarrus *part. 1. quæſt. forenſ. quæſt. 67.* vbi ſic deciſum refert ſicuti ſi fiat 17
donatio, vel legatum alicui ſub conditione vt efficiatur ſacerdos & moriatur ille ante ſuſceptum ordinem ſacrum, ad hæredes ſuos tranſmittit cum per ſe non ſteterit, vt fuiſſe practicatum in audientia Catanzarij dicit Nouarius *libr. 1. quæſt. forenſ. quæſt. 40.* Riccius *part. 3. deciſ. 80.* De Marinis *reſol. 87. num. 4.* Ventriglia *annotat. 42. num. 23.* Si tamen donatio fieret alicui cum con- 18
ditione quod clericus efficiatur; non debetur niſi ſuſcepto ſacerdotio, vt latè Nouarius *lib. 1. quæſt. foren. quæſt. 1.* ob quod tenetur quam citius adimplere conditionem, argumento l. hæc conditio ſi in capitolium, *ff. de condit. & demonſtr.* & poterit præfigi terminus per intereſſe habentes ad ordines ſuſcipiendos. Riccius *part. 3. reſol. 562.* Nouarius *part. 1. quæſt. foren. quæſt. 69.*

Confirmatur hoc ipſum ſecundo, quia quando 19
diuitiæ tendunt ad eundem finem, ad quem cauſa principalis, tunc ceſſante cauſa, non ceſſat effectus, vt bene Tiraquellus *in tractatu ceſſante cauſa limit. 14.* Sed in caſu noſtro diuitiæ Epiſcopo obeunte tendunt ad eundem finem, ſcilicet vt ipſe viuere poſſit, & alimenta ſibi parare, propter quod Donatio facta fuit; quæ ceſſatio cauſæ cum ſuperuenerint diuitiæ, tendit ad eundem effectum, vt ſcilicet commode viuere valeat, iuxta ſuæ nobilitatis, & dignitatis qualitatem: ergo ſicuti ſi legatum, vel donatio fiat Religioſis certi loci, cum hoc, quod ſi mutauerint habitum, tunc res legata reuertatur ad hæredem; ſi mutent de licentia Papæ, non amittunt legatum. Ioannes Andreas *in cap. 1. §. ad hæc de religioſis domibus in 6.* vbi Geminianus. Sed in caſu noſtro, quia diuitiæ ſunt cauſatæ ex gratia Summi Pontificis, vel Epiſcopi, non poterit reuocari legatum, ſicuti in
ſimili dicit Anna *conſ. 21.* quod fuit factum lega- 20
tum Scipioni Bozzuto, vt viueret, commode. Stante paupertate, peruenit ad Epiſcopatum, & redditus habebat: fuit deciſum teſte Anna *conſ. 21. tom. 1.* adhuc deberi, Thorus *in compendio in verb.*

legatum. Molfeſius *tom.2. in ſumma tract.13. c.5. num.159.* Nouarius *lib.1.quæſtionum forenſ.qu.67. num.11.* Thorus *de pia cauſa priuilegio 114. per totum:*ergo,*&c.*

Sed tandem demus potuiſſe apponi tum in donatione in genere, tum in iſta; videamus, an ſit verificata qualitas, ſeu modus: verba ſunt ſuprà prolata ſcilicet (verum *ottenendo beneficio ſufficiente*) Reuertitur ergò donatio ſi habuerit, & quando habuerit hic Sacerdos beneficium ſufficiens: ſed nunc non habet ſufficiens:ergo, &c.

21 Probatur, quia triplex eſt beneficium: vnum dicitur ſufficiens:ſecundum dicitur tenue:tertium dicitur tenuiſſimum. Sufficiens beneficium eſt, quod deductis oneribus, in ſingulos annos 30. 40. vel 50. aureorum fructificat Nauarrus *de horis Canonicis cap. 22. Miſcell.16. num.74.* quem ſequitur Pariſius *lib.5.de reſignat. beneficio. quæſt.6. num.156.* & Neapoli beneficium 36. ducatorum ſufficiens dicitur,vel etiam patrimonium.Genuenſis *cap.81.aliis* 83. & in aliis locis ſufficit 25.Barboſa *allegat.19. num.8.* Garzia *part.2.cap.5.n.96.* Piaſecius *par.2. cap.5. num.86.* quòd ergo ad vitam ſuſtentandam, honeſtèque viuendum ſufficit,ne cum Ordinis dedecore emendicare dicatur, ſufficiens dicitur; & ideò Rota apud Verallum *deciſ.65.part.1.* ait,non dici ſufficiens beneficium 25. ducatorum ad viuendum, computatis diſtributionibus quotidianis; quia illud eſt ſufficiens, ex quo ſolutis oneribus, quis ſe poterit ſuſtentare, latè Maranta *par.1.reſponſo 18.& par.2.reſponſo 29.* ſic in Tridentino *ſeſſ.24. cap. 17.* loquendo de pluralitate beneficiorum dicit, ſi primum ad honeſtam vitam ducendam ſufficiat, non detur aliud.

Beneficium tenue dicitur, quod in tranſlationem vagatur ſufficientis; & tenuiſſimi beneficij, tenuiſſimum quidem excedens, ſufficiens autem non attingens; vnde beneficium ducatorum 7.in ſingulos annos tenue dicetur:vt latè Geminianus *conſ.85.num.25.* Menoch.*lib.2.de arbitr.caſu 216. num.11.*

Beneficium tenuiſſimum erit, quod eſt infrà omnia ſupradicta,v.g. ſupponamus in hac diœceſi Neapolitana beneficium, vel patrimonium 36. ducatorum ſufficere; tunc tenue erit quod eſt infrà ſufficiens & quod ſuprà tenuiſſimum, & ſic quatuor ducatorum erit tenuiſſimumquod beneficium, Campanilis *cap.8.rubrica 9.num.12.&* 17. Barboſa *de poteſtate Epiſcopi allegat. 4. num.4. &* 45. ſed tenue erit, quod eſt ſuprà quatuor, & infrà latitudinem ducatorum 25. ſicuti in pretiis rerum, datur infimum, medium, & ſupremum, ſiue rigoroſum Molina *tract.2. tom.1. diſput.145.* Maranta *par.2.reſponſo 29.per totum.*

22 Verba ergo donationis dum dicunt (verum *ottenendo beneficio ſufficiente à viuere*) denotant tunc eſſe tale, quando beneficiatus, tum ſe, tum ſuam familiam ſuſtentare valet, tum etiam Iura Epiſcopalia ſoluere, & ſibi, ſuæque familiæ victum parare *cap.de Monachis 12. cap.extirpande,* vbi Gloſſa *in verb. ſufficiens eodem titulo in 6.* Gloſſa *in cap. conquerente in verb. ſufficientia de Clericis non reſidentib. & in cap.cum adeò,in verb. neceſſitatem 21. quæſt.1.* Bellencinus *de charitatiuo ſubſidio,quæſt.19.* Verallus *doc.65. num.2. part. 1.* Hojeda *de incompatib. beneficiorum par.1. cap.19. num.38.*Gonzalez *gloſſa 15.num.39.*Garſia *par.11. cap.50.num.310.* Binsfeldius *in Enchiridio Theologico paſtorali par.4.de iuſtitia, & iniuſtitia Clericorum in ordine ad beneficia cap.13.concl.7.* Molina *diſp.145. tract.2. col.5.* Barboſa *allegat.62.n.11. & lib.3. de iure Eccleſiaſtico cap. 17.numer.300.* Sanchez *lib.2.Conſiliorum, cap.2.dub.67.n.4.*

In quo Beneficio ſufficiente ad victum debet haberi reſpectus ad qualitatem perſonæ. Gloſſa 23
*in dicto cap.extirpandæ 30. in verb. ſufficiens,cap.de multa,de præbend. l.fin.in fine,ff.de actlien.& obligat. l.plenum 12.§.equitis ff.de vſu,& habitat.*Gratianus *cap.112.& cap.586.num.29.& cap.613.numer.7.* Sanchez *vbi ſuprà num.42.& 50.* nec ſufficiens 24
erit beneficium, niſi ſolutis oneribus beneficij prædicti, *cap.ſicut de ſupplenda negligentia Prælatorum. cap.1. de præbendis in 6.* Gloſſa *in dict. cap.cum adeo 17. in verb. ſufficientem de reſcriptis.* Belletus *in diſquiſitione Clericali, de Clerico debitore §.12. num.21.* Hinc beneficium minus ſufficiens fuit appellatum à Nicolao Sementeo *in tr. de gratiis expectatiuis cap.5.num.26.* impreſſo poſt Staphileum *de literis Gratiæ fol.415.* quod non excedebat ſummam ducentorum Florenorum, & Florenum pro ducato de Camera accipitur ſecundum eundem Doctorem, ſequitur Zerola *in praxi part.1. in verb. beneficium §.7. concl. 8.* Menoch. *caſu 216.n.11.*

Pauper ergo erit Clericus, qui ex redditibus 25
Beneficij vltra quàm ſibi ad decentem victum ſufficiat,non percipit.Quaranta *in verb.Concilium Prouinciale num.8.in 29. quæſito:* quod tamen totum arbitrio iudicis remitti dicit Card. Tuſchus *tom.6. litt. P, concl.160.* Binsfeldius *dict. cap.13. §.1. concl.7.* Gonzalez *gloſſa 2. num.43.* Menoch. *caſu 520. num.10.& caſu 65. num.7.* Barboſa *de appellat. verb. Appellatio 192.& allegat.62.nu.11.* Maſſobrius *requiſito 7. num.14.*

Deductis ergo oneribus,dicitur valor, tum ſci- 26
licet Miſſarum, tum Anniuerſariorum, *cap. præſenti 9. §.Porrò,* vbi Gloſſa *in verb. oneribus, de officio ordinarij in 6.* Felinus *in cap.ad aures 8.n.13. de reſcriptis.* Rota *deciſ.60. de conceſſ. præben. in antiquis*, & deductis oneribus miniſtrorum, qui ſunt neceſſarij pro Miſſis, ac diuinis officiis faciendis, ex notabili textu *in cap.vt quiſque 3. de vita, & honeſtate Clericorum*, Felinus *vbi ſuprà*, Caſſadorus *deciſ.19. de præben.* Riccius *in praxi part.1.fol.613.num.3.* Card. Tuſchus *litt. D, concluſ.511.* Barboſa *appellat.75.* Lotterius *lib.1. quæſt.31.num.2.* Sanchez *lib.2. Conſiliorum cap.2. dub.68.num.20.*

Nec diſtributiones quotidianæ, atque Anni- 27
uerſaria, & alia ſimilia onera inter beneficij fructus connumerabuntur, neque corpus ipſum beneficij, & præbendæ augere extimabuntur, quia propter perſonalem dantur reſidentiam. Oldradus *conſ.118.* Felinus *in cap. ad aures num. 14. de reſcriptis* Cardin. Puteus *deciſ.464. lib.2.* Mohedanus *deciſ.16. de præbendis*, Verallus *deciſ. 65. par.1.* Achilles de Graſſis *deciſ.1. ſuper regula de Valore,* Cæſar de Graſſis *deciſ.5. de præben.* Rota *deciſ.203.par.1. diuerſ.* Papa Gregorius *deciſ.450. num.2.& 4.* Couar. *lib.3. variar.cap.13.* Cardin. Tuſchus *litt.D, concl.511. & 513.* P. Santarellus *quæſt.6. var.* Maranta *par.1. reſponſo 18.* Barboſa *allegat.19.num.24. & de appellat. verb. appellatio 103. num.12.*

Sic patrimonium attenta qualitate perſonæ in aliquibus Diœceſibus taxari debet. Verùm ſi facta taxatione per Epiſcopum deficiat in modico, ſcilicet ſcutorum duorum, vel trium annuorum, poterit Epiſcopus illum ordinare, quia de modicis non eſt curandum, vt in puncto Sanch. *tom.2. opuſcul. lib.1. cap.1.dub.75. num.8.* Diana

part.4. reſol.52. Marchinus *tract.2. part.6. cap.7. difficul.2.*

Ex quibus probatum fuit donationi non potuiſſe apponi pacta,& ſi potuerint verificatus non eſt modus, ſub quo fuit factus cum tum habeat donatarius ſufficiens beneficium pro victu,&c.

29 Erit ergo concludendum cum doctiſſimo iureconſulto Adriano Neguſantio *in Sylua reſponſorum,quæſt.505.* qui proponit hoc indiuiduum dubium in legato ſcuto per quendam Epiſcopum ſuo familiari Sacerdoti de victu & veſtitu dando per eius hæredes de bonis ſuis donec eſſet ſibi de beneficio prouiſum,cui Sacerdoti poſteà Vicarius cum ſpeciali mandato contulit quandam Parœciam valoris ſcutorum quinquaginta;quærebatur an eſſet adimpleta conditio?

Reſpondet enim Neguſantius diſtinguendos eſſe duos caſus: primus eſt quando beneficium eſt æquiualens alimentis ſibi relictis ſecundum eius qualitatem, & tunc nihil amplius debetur, & reſtituitur res donata cum illa clauſula, vel pacto, ſi eſt inferioris valoris, tunc debetur.

30 Secundus caſus eſt, quando beneficium eſt Parœciale, & tunc ſiuè tenue ſit, ſiue magnum, aut ſufficiens nihil amplius debetur, quia licet ſit tenue beneficium Parœciale, tamen poteſt cogere, Parœcianos ſuos vt ſibi ſubminiſtrent alimenta, Gloſſa *in cap. omnis Chriſtianus in verb. vacuus de conſecrat. diſt. 1.* vbi etiam dicit, quod ſi indiget, poterit ſpiritualia ſubtrahere Populo, niſi ei dent oblationes ex quibus viuere poſſit, Decius *in cap. cum inter n. 24. de exception.* Marſilius *ſingulari 682.* DD. omnes apud Neguſantium *vbi ſuprà* Die 17. Decembris. 1653.

DISCEPTATIO XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Amor Parentum quantus qualiſque ſit ex Ariſtotele.*
2 *Quantum operatus fuerit paternus amor in Dauide, & Iacob.*
3 *Parentes pactum poſſunt facere de ſucceſſuris filiis non è contra, & quare.*
4 *Parentes in filis conſeruantur.*
5 *Pater, & filius vna perſona cenſentur, & amor Parentum creſcit cum ætate filiorum.*
6 *Nullus amor vincit paternum.*
7 *Filios non diligere eſt contra naturalem pietatem, & charitatem.*
8 *Parentes filios diligendo ſe ipſos diligunt.*
9 *Lex concedens facultatem alicui ſumendi vindictam propriis manibus,non denegat filio id committi.*
10 *Ambaſciator ſeu legatus filium proprium poteſt ſubſtituere, & non alium.*
11 *Emphyteuta non poteſt alienare in potentiorem, niſi in filium alienet.*
12 *Prohibitus alienare poteſt in filium alienare.*
13 *Filius hæres patris non ſolvit gabellam in actum acquiſitionis dominij.*
14 *Filio non debetur laudemium ex patris ſucceſſione.*
15 *Natura non poſuit diſcrimen inter filios legitimos, & naturales, & inter naturales tantum quoad dilectionem.*
16 *Proles naturalis reputatur legitima quo ad naturalem affectionem.*
17 *Pater ſe obtulit interdum morti ad filium liberandum.*
18 *Tormenta illata filio cenſentur illata patri.*
19 *Parentes magis torquentur in perſonis filiorum, quàm in propria.*
20 *Confeſſio patris, per tormenta filij, cenſetur facta in tormentis.*
21 *Parentes poſſunt filios defendere ſicut ſe ipſos.*
22 *Filij naturales ſolent impenſius amari, quàm legitimi, & naturales & quare.*
23 *Parentibus conceſſa quandoque extenduntur ad filios.*
24 *Locatoris neceſſitas facit recedere à locatione idem in filiis neceſſitate, &c.*
25 *Pater quando poſſit tranſigere pro ſanguine filij.*
26 *Signum amoris paterni quod tempore Iſernie contigit.*
27 *Vindicta permiſſa auctoritate propria, poterit per filium exerceri etiam per alios.*
28 *Amoris parentum erga filios cauſa quæ ſit.*
29 *Hominem non defendere ab iniuria, cum poſſit, parentes,& patriam eſt ac ſi deſereret.*
30 *Ariſtotelis locus* lib.4. ethicorum cap.50. *ad propoſitum ponderatur.*
31 *Pater filium defendere tenetur, & charitate & Iuſtitia;ideo maiori periculo ſe debet exponere.*
32 *Innocentem occidere, poſſunt ad defenſionem, quando aliter euadere non poſſunt.*
33 *Filij pro parentibus mortem pati debent.*
34 *Maleficium ob bonum finem eſt licitum ex legibus Ciuilibus.*
35 *Maleficium apud leges Hiſpanas præmiatur ſi fiat ad bonum finem.*
36 *Pater pro filio defendendo poteſt alium occidere.*
37 *Homicidium eſt licitum pro defenſione bonorum.*
38 *Innocentem occidere licitum eſt pro ſua defenſione.*
39 *Religioſus poteſt occidere aliquem qui ſpargit grauia Crimina contra propriam Religionem.*
40 *Homicidium eſt licitum in eum, qui paratus eſt mihi apud Principem detrahere, & grauem infamiam impingere.*
41 *Bonum commune ſi concurrat cum priuato,quando præualeat.*
42 *Mala non eſſe facienda, vt inde ſequatur bonum qualiter procedat ex* num. ſeq.
43 *Maleficium ad bonum finem quando prohibeant Sacri Canones.*
44 *Pactum non expreſſum, vel tacitum cum Damone quando præſupponatur.*
45 *Pacto cum Damone remoto, licitum eſt maleficium ad bonum finem.*
46 *Notarius poſita veritate debiti poteſt ſcripturam facere pro tempore antecedenti.*
47 *Iuſtitia legalis, ſi violetur, ſine præiudicio tertij, non eſt malum.*
48 *Scholaris admiſſus ad Collegium, ſtudio probato, cum falſis matriculis non peccat, nec priuatur emolumentis Collegij.*
49 *Creditores qui falſis apochis, vel antapochis præiudicant creditoribus anterioribus non agunt perperam.*
50 *Teſti obiicere falſum Crimen, quando eſt falſum dicturus,non eſt perperam agere.*
51 *Confeſſio Rei ad infamiam proximi euitandam, cum mendacio an conſuli poſſit.*

52 *Calumniator qua pœna puniendus.*

ARGVMENTVM.

Amor Parentum quantus qualiſque ex Ariſtotele, & quantum fuerit operatus in Dauide, & Iacob, ex quo Parentes poſſunt facere pactum de ſuccedendis filiis, non è contra. Parentes in filiis conſeruantur, & parentum amor creſcit cum ætate filiorum, nec alius amor paternum vincit, & filios parentes diligendo ſe ipſos diligunt: multa permittuntur in filium non in extraneum. Filio tormenta illata cenſentur illata patri & magis pater torquetur in filio, quàm in ſe, & an ſit licitum maleficium ad bonum finem aliáque ad materiam afferuntur, &c.

An patri licitum ſit filium defendere malis artibus.

1 ARISTOTELE teſte *lib. 8. Ethicorum cap. 12.* æque parentibus vita liberorum chara eſt atque ſua; Accurſius verò *in l. iſti quidem §. vltimo ff. quod metus cauſa*, addit plus parentes diligere filios quam ſemet ipſos, nec præſumi parentem, qui filios ſic non diligit, & idem Accurſius *in l. quidam cum filium ff. de hæredibus inſtituendis ait*, non poſſe filios meliorem amicum reperire, quam parentem Sabellicus *lib. 3. cap. 4.* ait multa volumus patriæ deberi, multa parentibus, multa demum multis, ſed filiorum cauſa omnia volumus: per ferrum, per flammas intrepidè, ſi filiorum charitas poſtulet, itur: nullius incolumitas ſuauior, nullum funus acerbius, magiſque luctuoſum, & multi præſumunt amorem parentum in filios, ſuper omnem amorem eminere, vt bene Oldradus *conſ. 95.*

2 Quod *incipit cum ſuper*, quod probat illud Regum *2. cap. 18.* vbi Dauid in hæc verba prorupit, audiens Abſalonem demortuum, *fili mi Abſalon, Abſalon fili mi, quis mihi tribuat; vt ego moriar pro te*, & Iacob *Geneſi 37.* nulla conſolatione admiſſa, ſciſſis veſtibus cilicioque indutus Ioſephum filium, quem credebat occiſum, lugens ſic dicebat, *deſcendam ad filium meum lugens in Infernum.* A parentibus inſidias filiis non legimus fuiſſe patratas, cum legatur potius filios parentum vitæ inſidiari vt patet *ex l. fin. Codic. de pactis*, vbi reprobatur pactum filiorum de ſuccedendo parentibus, ne filiis deſit occaſio parentes occidendi, non tamen improbatur pactum parentum de ſucceſſione liberorum, quia non reperitur parentes mortem filiis fuiſſe machinatos, ita Decius *in dict. l. fin. Cod. de pactis*, quem poſt alios ſequitur Rouitus *deciſione octuageſima ſeptima*, licet contrarium dicat Carleualius poſt ſecundum volumen *in Apologia num. 13. & 14.*

3

4 Probatur primo quia parentes in filiis conſeruantur teſte Cyno *in l. 1. Cod. de alendis liberis columna 1. in fine*, tum quia pater, & filius cenſentur vna perſona *l. fin. Cod. de impuberum*, & aliis ſubſtitutionibus, vt patet ex facto Artaxerxis qui Regnum Perſarum Dario filio tradidit, nihilque à ſe abdicaſſe credebat è Regno, quod in filium tranſtuliſſet, & dicere ſolebat inſignia maieſtatis ſuæ, quæ in filio conſpiciebat in ſeipſo geſtare: teſte Iuſtiniano in principio *lib. 10.* vbi *lib. 16.* ait Ptolomæum primum Ægypti Regem, poſtquam Regnum filio ceſſit, dixiſſe, nihil dicto Regno pulchrius eſſe, quam eſſe patrem Regis, & plura tradit Caſſaneus *conſ. 14.* ex Ariſtotele *5. Æthicorum cap. 10.* & habetur *in l.* 5
cum ſimul §. fin. C. de agricolis, & cenſitis lib. 11 vbi filius non ſolum eſt pars Corporis patris, ſed tam pater, quam filius ſunt vnum veluti Corpus, & perſona, idem dicitur *in cap. ſuper eo, de teſtibus*, ita vt vox vnius putetur, vox alterius *§. ei verò inſtitutionibus de inutilibus ſtipulationibus*, propterea dicitur Caro filij, caro patris, ait Paulus de Caſtro *conſ. 164. lib. 2.* imò amor parentum cum ætate liberorum creſcit, ita vt quo ſunt natu grandiores, & annis maiores, eo impenſius diligantur teſte Rabbi Moyſe Ægyptio
lib. 3. cap. 50. ergo poterat N. de quo in præſenti, vt pater filium quocumque modo defendere. 6
Accedit quod nullum amorem vincit paternum *l. fin. Cod. de Cur. furioſi*, Surdus *titulo. 1. quæſtione 106. num. 3. & titulo 4. quæſt. 13.* qui ait, ſemper præſumi parentem propter amorem, melius cæteris proſpicere vtilitati filiorum; *l. nec in ea ff. ad l. Iuliam de adulteriis*, etiam quando actus primo intuitu videtur filio damnoſus Bart. *in l. 2. col. 5. ff. de vulgari.* Alciatus *de præſumptionibus regula 1. præſumptione 2.* tum quia amor parentum deſcendit in filios, in quibus parentes viuunt, & conſeruantur, & filij à Parentibus recipiunt eſſe *cap.* Moyſes *22. quæſtione 2. capit. naſci 55. diſt. cap. mulier 56. diſtinctione* Surdus *titulo 1. quæſtione 94. num. 6.* ergo, &c.

Secundo facit quod eſſet contra naturalem 7
pietatem, & charitatem filios non diligere cum par cauſa ſit liberorum *l. in ſucceſſione Cod. de legitimis hæredibus* Baldus *in Auth. ex cauſa col. 7. verſiculo 20.* Cap. *Cod. de liberis præt.* vbi ait eſſe dementem, qui abſque vlla Cauſa obſtat naturali erga liberos charitati, Soccinus Iunior *conſ. 59. num. 13. vol. 3.* vbi vult defectum rationis pati, & morbo cerebri laborare qui charitatem naturalem in filios non procurat, cum nulla maior ſit Baldus *in l. precibus col. 6. Cod. de impub. & aliis ſubſtitutionibus*, Grauetta *conſ. 1.* Soccinus Iunior *conſ. 55. col. 1. vol. 3.* Rolandus à Valle *conſ.*
25. num. 11. vol. 4. vnde concluſio eſt, parentes 8
in diligendis filiis ſe ipſos ſimul diligere, & quanto fortius eſt naturale vinculum, quo quis ſe diligit tantò maiorem eſſe obligationem diligendi liberos, vt ex aliis Surdus *quæſt. 94. & tit. 4. quæſtion. 16. numer. 66. & tit. 7. quæſt. 8.*

Ideo dicunt DD. quod quando lex facit alicui 9
facultatem ſumendi vindictam propriis manibus poteſt executionem committere filio tantum, cum ſit eadem perſona cum patre Bart. *in l. non ſolum §. ſi mandato coll. 2. ff. de in litem iurando.* Alexander, & Iaſon *in l. 1. §. vſusfructuarius ff. de noui operis nunciatione* Felinus *in cap. quæ in Eccleſiarum col. 4. de conſtitutionibus* & conſtat apertè *ex l.* Graccus *Cod. de adulteriis*, & ibi Baldus, & probatur exemplo Ambaſciatoris, ſeu legati; 10
qui morbo præpeditus non poteſt quenquam ſuo

loco

loco substituere, dum fungitur legatione, nisi filium suum non obstante, quod electa sit industria personæ *cap. vltimo de officio delegati:* Romanus *in l. 1. ff. in Ius vocati, vt eant,* & *ex l. 1. sciendum §. legati ff. de legationibus*, vbi legati non alios vicarios loco sui substituere possunt nisi filios, sicuti licitum est per filium vlcisci, vt decisum Neapoli refert Afflictus apud Iulium Clarum *in §. homicidium num. 51.*

11 Quod argumento emphyteutæ probatur, cui prohibetur alienatio emphyteutæ in potentiorem, quia is potest hoc non obstante nominare filium potentiorem gloss. *in l. si ita quis §. ea lege ff. de verb. obligat.* quia filius non videtur diuersa persona, & sic licet filius sit potentior patre, potest pater in eum alienare. Baldus *in l. ea lege col. penult. Cod. de condit. ob causam* Felinus *in cap. afferte de præsumpt.* idem Baldus *in l. cum pater §. cum inter ff. de legatis 2.* & idem Baldus *cons. 358. lib. 1. & in l. 1. Cod. de impo. lucratiua descript. lib. 10.* vbi reperit prohibitum alienare,
12 posse in filium alienare, quia potius censetur continuatio, quam alienatio per text. *in l. in suis ff. de liberis, & posthumis* Fulgosius *cons. 117.* Firmianus *in parte 4. lib. 4.* ideoque non censetur alienare, qui alienat in filium, filiusque continuat in acquisitis, ac possessis à patre: vnde si solui debet gabella & acquisitione dominij, filius hæres patris gabellam non soluet cum non vi-
13 deatur acquirere dominium, sed potius administrationem hæreditatis Barbatia *cons. 49. vol. 1.* Decius *in dict. l. fin. col. 3. Cod. de edict. D. Adr. tol. & cons. 262.* Bart. *in l. 1. Cod. de impo. lucr. descript. lib. 10.* & ideo Baldus *in cap. quæ in Ecclesiarum*
14 *de constitutionibus*, ait quod filio non debetur laudemium ex patris successione, quia non est noua acquisitio, idem Baldus *cons. 37. vol. 3.* ex eo quod non dicitur proprie alienatio, quæ fit in filios *l. 1. Cod. de impo. lucratiua descriptione lib. 10.* cum censeatur eadem persona cum patre quod ait Gloss. *in capit. tibi Domino 33. 63. distinct.*

15 Nec posuit natura discrimen inter filios legitimos & legitimo toro procreatos, ac inter naturales *§. si quis verò non habetur auth. quibus modis naturales efficiantur sui* Ancharranus *cons. 223.*
16 *col. penult. vbi* ait prolem naturalem, quoad naturalem affectionem reputari legitimam & constat ex Baldo *in cap. quæ in Ecclesiarum coll. vltima de constitutionibus*, dicente, quod filiis illegitimis communis est amor, & natura *ex dict. §. in omnibus*; & teste Baldo *in l. 1. col. 5. vers. expedita est Cod. vnde vi*, qui ait quod sicuti quis potest se defendere, ita potest filium siue legitimum siue illegitimum, quia natura communis est, nec potest constitutio naturam immutare, neque constringere naturales stimulos, *l. amicissimos §. Lucius ff. de excus. tuto. l. 2. & 3. ff. de lib. causa.*

17 Quod ex Quintiliani declaratione 2. cui titulus est. *Diues* &c. ait, quod filius cuiusdam pauperis fuit accusatus proditionis, & cum duceretur ad supplicium, pater, vt illum liberaret à morte, se obtulit mortis supplicio sicque eum liberauit, quod adeo veritate firmatur, vt tor-
18 menta illata filiis patri censeantur illata, magisque tormenta filiorum sentit quam propria: quod probat Chrysostomus *in Genesim Homilia 19.* in hunc modum, *maledictus Chanaam, quare cum peccauerit pater*, filius maledictum suscipit? Neque absque ratione factum est, quia Pater non minorem pœnam, & cruciatum habet, sed maiorem, cum filius cruciatur.

Confirmatur ex illo loco Valerij Maximi 19
lib. 5o. de Octauio Balbo, qui vt audiuit falsò vicinæ rumore, filium occidi, morti voluntarius, quam euaserat se obtulit: vnde constat magis torqueri parentes in persona filiorum, quam in propria, ideò Baldus *in l. 1. in fine C. si Rector pro-* 20
uincia in 2. lectura ait, *confessum patrem per tormenta filij dici confessum in tormentis*, ratio; quia patres magis timent pœnam in filio quam in se ipsis, & vt magis abstineant à delicto, pœna extenditur ad filios. Scaccia *lib. 2. de iudiciis cap. 9. num. 1629. & lib. 1. cap. 16. num. 35.* Menochius *de arbitrariis, casu 270.* legatur Tullius *lib. 1. Epistolarum ad Brutum Epistola 12.*

Probatur septimò quia possunt parentes filios 21
defendere, sicut se ipsos, quod procedit ex eo, quod natura sit communis, & filij sint portio Corporis patris, proinde si caueatur lege, vt absentes ab Vrbe non gaudeant priuilegio Vrbis, nihilominus filij absentes reputantur præsentes, si pater in vrbe commoretur, Paulus de Castro *cons. 110. col. 2. lib. 1.* Romanus *in l. 1. §. Domini, & l. 2. ff. ad Syllanianum*, eodem modo filius potest defendere patrem naturalem, sicut se ipsum, siue sit legitimus, siue illegitimus, Baldus *in l. cum acutissimi col. 2. C. de fideicommiss. per textum in l. hos accusare §. in omnibus ff. de accusationibus.* Neque fit in hoc discrimen inter filios legitimos, vel illegitimos in his, quæ ipsam naturam astringunt. Quia potius Plutarchus *in parallelis cap. 41. & sequenti*, ait *sapè filios naturales impensius diligi à parentibus, quam legitimos.* Ratio est, quia 22
ardor amoris paterni est inæstimabilis, ita Socinus *cons. 9. col. 4.* Curtius Senior *cons. 47. col. 3.* & facit textus *in l. nihil §. facilior ff. de bonis libertorum*, vbi dicitur patres laborare, vt filiis acquirant, & illis Thesaurizent, *cap. prædicator 16. quæst. 1.* quia pater vna, & eadem persona est cum filio, & dum acquirit filio, sibi acquirit, ac viuit in illo, vt ex dictis constat.

Hinc multa conceduntur in iure tam commu- 23
ni, quàm speciali parentibus quæ extenduntur ad filios *ex l. eadem C. locati*, & facit lex Lusitana *lib. 4. tit. 24.* vbi habetur posse locatorem expellere conductorem ex domo durante locatione, si fortè domum habeat necessariam propriis vsibus superueniente necessitate ex aliquo casu inopinato, dummodo egeat illa, vel sibi, vel filio vel ascendenti DD. coram apud Gomesium *tom. 2. var. c. 3. n. 6.* Molina Theologus *tract. 2. disput. 499.* Barbosa *in l. si filiofam. §. fin. num. 34. ff. solut. matrim.* Reginaldus *tom. 2. lib. 25. cap. 39. num. 510.* & quod dicitur de necessitate superueniente loca- 24
tori dicendum est de necessitate superueniente filio, vel filiæ, fatri, vel sorori, quia hi omnes de iure naturali sunt præferendi conductori, vel aliis extraneis quod extendit Couar. *lib. 2. var. cap. 11. num. 4.* ad hæredem vniuersalem locatoris, eo quod succedit loco illius, illumque repræsentat, secus si hæres, vel successor singularis sit, Reginaldus, & alij DD. *vbi suprà.* Ideò dicunt etiam DD. 25
posse patrem præ nimio affectu transigere pro sanguine filij, sicut pro suo proprio *l. 1. ff. de bonis eorum, qui sibi mortem &c.* Alciatus *in l. transigere C. de transactionibus*, ad quod facit mirabile factum, de quo Seruia *in cap. 1. §. publici latrones &c.* cum aliis. Asserentes Carolum secundum Imperatorem cum de homicidio, Pater, & filius accusarentur pro necessitate, vt liberato patre,

filius

filius ſuſpenderetur,quo audito à patre crimen à ſe patratum palam confeſſus eſt, & liberato filio ipſe fuit ſuſpenſus, ex quo ſatis probatur ardor, ac vehemens vis amoris paterni, qualis inſidebat in animo Dauid Regis 2. *Regum* 18. dicentis *fili mi Abſalon, Abſalon fili mi, quis mihi tribuat, &c.*

27 Sic quando licitum eſt vlciſci auctoritate propria, poteſt quis per filium vlciſci Clarus *in §. homicidium num.*51. qui iudicatum refert Neapoli, ſicuti in caſu quo maritus poteſt vxorem interficere, poteſt ſecum ferre amicos, vt eum adiuuent, ſi timet inuenire adulterum ſibi reſiſtentem, per textum *in l. fin. ff. de offic. eius*, & per textum *in l. legatis ff. de alimentis legatis*, vbi dicitur, conceſſo aliquo, cenſeri conceſſa omnia, ſine quibus actus fieri non poteſt, ita Iaſon, & Baldus *in cap. fin. de iuram. calumnia*, & ex communi opinione ius vindictæ non poteſt aliis communicari præter filium *ex d. l. Graccus verſ. denique*, ibi filij eius, qui patri paruerit præſtãdum eſt, & ibi Cynus, Baldus, & alij *ad l. Iuliam de adulteriis*, alij tamen cum Alexandro *in l. 1. §. vſusfructuarius ff. de noui operis nunciatione*, dicunt, quod quando ius commune facit facultatem, vt quis vtatur iure vindictæ, poteſt committi actus vindictæ aliis à filio, de qua re gloſſa notabilis *in l. cum fundum ff. de vi, & vi armata*. vbi ſcribentes Angelus *de maleficiis col.* 5. Baldus *in cap. ad noſtram de prob.* Gomeſius *in l. 26. Tauri, num.* 16. *& in l.* 80. *num.* 61. Fragoſius *3. tom. de Republica Chriſtiana*

28 *lib. 1. diſp. 1. §. 2. n. 7. in fine.* Talis verò vehemens vis amoris parentum erga filios oritur ex natura, vt ait S. Ambroſius *lib. 6. Exameron cap.* 4. & notat Ioannes de Ligna. *vol. 6. oceani iuris de Amicitia Patris ad filium, & econtra, in §. exurgit, & §. ſurgit cum ſeq.* ergo N. Pater de quo in præſenti, licito iure potuit ad filij defenſionem facere quod fecit.

29 Probatur tertiò quia qui non defendit hominem ab iniuria, cum poſſit, tam eſt in vitio, quàm ſi patriam, & parentes deſerat. Cicero allegatus à Iaſone *conſ.* 56. *num.* 2. *vol.* 2. & ideo quilibet inuaſorem poterit offendere, non ſolùm pro ſe, ſed etiam pro cuiuſque ſanguine coniuncti defenſione. Imò, & pro extraneo defendendo *cap. dilecto in fine de ſententia excommunicationis.* Grammaticus *conſ.* 68. *num.* 4. vbi quendam Antonium Perſicum pro auxiliando fratre abſolutum fuiſſe refert per In. C. V. quod adducit Iulius Clarus *in §. homicidium num.* 22. Angelus *de maleficiis in verbo. & dictus Titius ſe defendendo num.* 4. Iodochus Daumodur *in practica Ciuili cap.* 80. Henricus Bocerus *lib. 2. de duello cap.* 110. *num.* 4. Ioannes Harperez *in §. item lex Cornelia de ſicariis num.* 64. *inſtitutionibus de publicis Iudiciis.* Farinacius *de homicidio quæſt.* 125. *num.* 267. Berlicchius *part.* 4. *concl.* 12. *num.* 44. Boërius *deciſ.* 262. *num.* 13. Gomeſius *tom. 3. var. cap.* 3. *numer.* 21. Ludouicus Carrerius *in practica Ciuili de homicidio §. quinto excuſat defenſio num.* 46. Carpezouius *part. 1. criminalium quæſt.* 32. *per totam*, vbi aliud refert pulchrum exemplum *numer.* 50.

30 Vnde Ariſtoteles *lib.* 4. *ethicorum cap.* 50. ait *contumelias, & conuitia æquo animo ferre, & in propinquis negligere ſeruile eſt*, quod proſequuntur. Decius *in l. vt vim ff. de Iuſt. & Iure num.* 32. poſt Bart. *ibidem num.* 7. Petrus Plaza *de delictis lib. 1. cap.* 28. *num.* 28. Intrigliolus *conſ.* 15. *n.* 16. & 18. Decius *conſ.* 469. Leſſius *de Iuſt. lib. 2. capit. 9. dub. 13. num.* 87. Molina *tractat. 3. de Iuſt. diſp.* 18. *tom.* 4. Gomeſius *cap. 3. variar. num.* 21. *tom.* 3. & ſic de Iure Ciuili, & ex lege iuſtitiæ tenetur Pater filium defendere, vt ex multis Boërius *dec.* 83. *num.* 6. aliàs pœna afficiendus veniet filius patris defenſionem negligens, vt *ex l. vtrum ff. ad l. Pompeiam de Parricidiis*, dicit Plaza *vbi ſuprà num.* 22. itidem vir vxorem ſuam defendere debet *ex l.* 2. vbi Bart. & DD. *ff. de iniuriis* Boërius *vbi ſuprà* & quia pater ex iuſtitia, & 31
charitate tenetur filium defendere, idcirco maiori periculo ſe exponere debet, & cum maiori bonorum iactura, vt benè Molina *tract. 2. de Iuſt. diſput.* 73. D. Franciſcus Cuenca *de defenſione lib.* 50. *quæſt. 1. in fine, & confir.* quia poſſum occidere innocentem, aut mediatorem pro vitæ propriæ defenſione ſi aliter euadere non potuerim, Gloſ. *in l. ſi familia penult. in verbo agi poterat ff. ſi* 32
familia furtum fecerit, Iulius Clarus *in dict. §. homicidium num.* 24. Boërius *dict. deciſ.* 83. *num.* 4. *& ſequentibus* Card. Tuſchus *littera D. concluſ.* 131. Trentacinquius *lib. 1. var. reſolut. in tit. de defenſione reſolut. 1.* Angelus *de maleficiis in verbo & dictus Titius num.* 33. & facit textus *in l. 2. C. ad l. Corneliam de ſicariis* vbi Gloſſ. *in verbo vel quemcumque alium* & facit textus *in l. ſi quis fumo* 49. *§. 1. ff. ad l. Aquiliam*: ergo &c. latè Ceila *lib.* 3. *quæſt.* 1. ſi ergo licitum eſt cuicumque etiam grauiſſimo periculo mortis ſe offerre pro parentibus, imò eſt officium debitum ſecundùm DD. citatos & notat Sotus *lib.* 50. *de Iuſt. q.* 1. *artic.* 6. *concluſ.* 3. Vaſquius *lib. 1. contro. illuſtrium cap.* 11. *num.* 33. Menochius *lib. 3. præſumpt.* 29. *num.* 19. Cenedus *collect.* 20. qui dicunt, filios
pro patribus mortem pati debere ex Cicerone 33
pro Roſcio, & latè Valerius Maximus *lib. 3. cap.* 4. *exemplo* 4. & celebrauit Virgilius pietatem Æneæ qui Patrem per media Troiæ incendia ſuſtulit & de illo præclaro Iuuene Toletano refert Rodericus Sanctius Epiſcopus Pallentinus *Hiſtoria Hiſpanica part.* 4. *cap.* 16. vbi Rex Petrus iuſſit ad filij petitionem eum innocentem interfici, vt pater, qui deliquit, liberaretur, teſte Baldaſar Ameſcua *de poteſt. in ſe ipſum lib. 2. cap. 3. per totum*, ergo ſi hoc Patri permittitur & præcipitur, congruenti ordine dicendum eſt, potuiſſe, N. patrem, de quo in præſenti filium defendere malis artibus, quia vt bene Abulenſis *in Matthæum cap.* 19. *quæſt.* 125. *licet maius ſit homicidium falſitate.*

Probatur quartò: quia maleficium ob bonum 34
finem licitum eſſe ſtatuerunt Imperatores *in l. eorum C. de maleficis, & mathematicis*. ibi (Nullius verò criminationibus implicanda ſunt remedia humanis quæſita corporibus, aut in agreſtibus locis innocenter adhibita ſuffragia, & ſic quia maleficium ope medicorum nequit adiuuari, vt docent Pontifices *in cap. ex litteris de frigidis, & maleficiatis cap. nec mirum* 26. *quæſt.* 5. Grillandus *de ſortilegiis quæſt. 2. num.* 2. Codronch. *de morbis veneficis cap.* 11, 12. & 13. Ceſalpinus *de Inueſtigatione Dæmonum cap.* 22. *& ſeq.* altero maleficio eſſe tollendum expreſsè docent Albertus Magnus *in Lucam cap.* 9. Petrus Ærodius *lib.* 8. *rerum iudicaturum tit.* 7. *cap.* 6. Petrus Binsfeldius *de confeſſionib. maleficorum part. 1. dub.* 3.

Quod apud Hiſpanos receptum eſt, nam le- 35
ges Hiſpanorum tales maleficos non ſolùm impunitos reliquerunt, ſed etiam præmio dignos ſtatuerunt, vt *in l. 3. tit. 23. part.* 7. ibi, *Pero los que ficieren encantamientos con intencion buena, aſſi como*

mo de sacar demonios de los cuerpos de los omes, ò para desligar los que fueren marido, e muger, ò para desatar nube, que echa granizo porque no corrompa los frutos, ò para matar langosta, ò pulgon que daña el pan, ò para otra razon prouechosa semejante destas, non debe auer pena; antes dezimos, que deue recebir galardon por ello &c. ergo si licitum est, & præmiandum maleficium maleficio tollere, nil mirum si licitum sit proprium filium titulo infamissimo proditorij inuasum, malis artibus defendere.

36 Vnde communis opinio est Patrem posse filium suum contra aliorum vim defendere in tantum, vt eo nomine possit alios occidere, Gloss. Bart. & alij *in l.3. ff. de Iust.& Iure, & in l. 1. C. vnde vi*, quia teste Platone, si vnumquodque animal pro suis fœtibus acriter dimicat, ergo magis Pater pro filio dimicare potest, quia affectus Paternus omnes alios vincit *l.isti quidem 8. in fine ff. quod metus causa l.fin. C.de Curatore furiosi*, & quia filius est quasi portio patris, quia deniq; pater & filius sunt quasi vna persona *l.fin. C. de inpub.*

37 Bart. *in dict.l.3. num.7.* & si pro rerum nostrarum defensione aliquem occidere licet, ergo multo magis pro defensione hominis, & præcipuè filij *argum. l.1.2. & 3.ff. de lib. causa*, vbi patri filium in libertatem vindicare conceditur. Angelus verò *in dict. l. 3.* gloss. opinionem confirmari dicit *ex l.1. §.Diuus, vers. item Diuus ff.ad l. Corneliam de sicariis, & in tract.de maleficiis in verbo se defendendo* quicquid contrarium dicat Georgius Obrectus *de necessaria defensione c.7.n.9.* qui communiter reprobatur, vt bene Franciscus Zoanettus *in suo tractat. de defensione part. 1. num. 59. & numer.94. vsque ad n.112.* Marius Salamonius *in d. l. vt vim ff.de Iust. & Iure.* Nouellus *de defensione num. 13.* Bartholomeus Romuleus *de defensione in d.l.vt vim num.57. cum sequentibus ff.de Iust.& iure.* Roger. *in suo Thesaur.iuris littera D, in verbo defensio, vbi latissimè* Diana *part.5. tract. 4. resolut.10 & sequentibus.*

38 Imò est licitum interdum occidere innocentem pro sui defensione putà si quis equester inimicum insequentem fugit, & videt puerum, vel mendicum in via iacentem, quem necesse est conculcare, aut ab inimico mactari, potest occidere innocentem, quia habet ius ad fugam via publica, quo priuari non potest ratione personæ ibi iacentis, nisi tamen occidendus foret infans non baptizatus, nam tunc lege charitatis tenetur fugiens mori potius, quàm illum occidere Diana *part.5. tract.4. resolut. 34.* Baldellus *tom.1. lib.3. disp.26. num.13.*

39 Imo Pater Amicus Iesuita *tom.5. de Iustitia,& iure disp.36 sect.7. num.118.* ait Religiosum posse occidere eum, qui spargit grauia crimina con-
40 tra propriam Religionem, sic licitum est occidere eum, qui paratus est apud principem occultè detrahere, & ipsi grauem infamiam impingere, Fagundez *lib. 50. in 5. præcepto Decalogi cap. 6. num.9.* Petrus Nauarra *lib.2.de restitutione. cap.3. n.375.* Bañes *2.2.q.64. dub.4.* quia defensio est de iure naturæ, & facit, quod sint licita omnia media, quæ non sunt intrinsecè mala, qualis est occisio Inuasoris, vt constat, quando quis vult me occidere, nam possum præueniendo ipsum occidere, & periculum honoris, & famæ æquiparatur periculo vitæ. Clarus *in homicidium num.62.* ergo si ad tuendam vitam possum occidere inuasorem, potero etiam occidere ad tuendam famam,

& honorem, tum quia in tali casu non solum agitur de defensione honoris, & famæ, sed etiam de defensione nostrarum rerum nempe fauoris, gratiæ, atque officij, quod quis habet apud Principem, quod iustè, & sine alterius iniuria possidet, ergo si permittitur occidere furem, quando aliter res nostras recuperare non possumus *cap. 2. de homicidio*, & sit etiam licitum occidere dictum inuasorem: ergo fuit licitum N. in præsenti ad defendendum filium titulo proditionis inuasum malis artibus vti.

Neque dicas primò, quod quando concurrunt 41
bonum commune, & bonum priuatum, ita vt alterum ipsorum necesse sit cuerti, debet bonum priuatum cedere: etenim cessat Ius priuatum, quando esset contrarium publico bono, nam vtilitas publica priuatæ est præferenda *l.vnica, §.finali, C.de cad.tollendis, l.Sancimus, C.de Sacrosanctis Ecclesiis.* Auth. *res quæ, C.com. delegatis*, Gloss. *in l.1.ff.solut. matrim.* imò publica vtilitas est ratio sufficiens auferendi Ius suum priuatis hominibus, DD. *in cap.quæ in Ecclesiarum de constitutionibus*, vbi Felinus *num.27.* Decius *num.20.* Regens de Ponte *de potestate Proregis tit.1.num.26.* & desumitur, *ex l.item si verberatum, §.Item si sorte.ff. de reivendicatione*, cuius ratio est, quia in publica vtilitate omnes communicant, & ideò continet maius bonum cum contineat illud bonum, quod omnes tangit, tum quia publica vtilitas est omnium vtilitas, ergo est etiam vtilitas illius, cuius Ius cedere debet, & ideò priuata vtilitas ipsius compensatur per participationem publicæ vtilitatis.

Confirmatur quia si hæc doctrina esset vera posset ex ipsa inferri quod liceret occidere Iudicem, qui præuidetur laturus sententiam iniustam in graue præiudicium partis, præsertim quando ex ipsa sequeretur infamia.

Respondeo ad argumentum, quod procedit, si damnum præuisum sit irretractabile, tunc erit licitum per omnes vias præuenire. Iura enim permittunt inuasorem occidere, quando damnum irreparabile infertur, vt esset in præsenti, quod benè admitti in hoc casu Zaccharias Pasqualigus *Centuria 4. quæst.352.*

Ad confirmat. Respondeo non procedere argumentum, quia respectu iudicis adest remedium appellationis, ergo non erit licitum anteuertere damnum ex detractione; DD. citati.

Neque dicas, quod non est licitum malum fa- 42
cere, vt inde sequatur bonum, ex Paulo ad Romanos *cap. 3.* ergo omne maleficium etiam ad bonum finem est prohibitum, quia nullo modo licitè potest Magus vti arte sua ad maleficium tollendum, quin dæmon inuocetur expressè, vel tacitè, vt docent Martinus de Arles *de substitutionibus num.7. & 21.* Ioann. Nyder *in præceptorio, cap.10.* Nauarrus *in manuali, cap.11. num.19.* Marta *de iurisdictionibus part.2. cap.12. num.14.* Suarez *de Religione lib.2.cap.18.* Sanchez *de Matrimon.lib.7. disput.65. & in summa lib.2. cap.41.* Lessius *lib.20. cap.44. dub.6. numer.25.* Sayrus *in Claui Regia lib.3 cap.6.num.26.* Bonacina *in præcepta Decalogi disput.3. quæst.5. punct.50.* & pro morbis pellendis, & tempestatibus arcendis maleficia exercentes Iure Canonico excommunican- 43
tur, *cap. Non licet 26. quæst. 5. cap. admoneant, cap.non obseruetis 26. quæst.7.* & pro rebus Ecclesiasticis inueniendis sortilegia etiam sacrificij, & dæmonum inuocatione sunt illicita, & grauissima

peccata *cap.2. de ſortilegiis*, Barbatia *conſ.55 lib.1.* Riminaldus *conſ.414. à num.19.* Sanchez *lib.2. cap.38. num.36.* Iacobus de Graffis *lib.20.deciſionum, cap.3.num.15.*& legibus, etiam ciuilibus pro Theſauro inueniendo incantationes damnantur, *l.vnica, C.de Theſauris lib.10.* & eſt conſtitutio Leonis L X V. vt refert Petrus Gregorius *lib.34.* Syntagmatum *cap.18.* Torreblanca *de Magia tom.2.lib.12.cap.25.num.25.* Farinacius *de hæreſi quæſt.181.§.1.n.11.*

44 Reſpondeo enim procedere argumentum, quando pactum expreſſum, vel tacitè cum Dæmone præſupponitur, nullo enim caſu etiam ad bonum finem licita eſt cum Dæmone amicitia, aut eius opem expoſcere, vel imperare, vt faciat, vel facere deſinat Peña *in Directorio part.2. quæſt.43.* Marta *par.2.de Iuriſdictione cap.12.n.14.* Majolus *Colloquio 3.* Petrus Gregorius *lib.34.cap.18.* Binsfeldius *par.1.maleficiorum dub.3.* Marzinus del Rio *lib.2. magicarum quæſt.4.* Suar. *tom.1. de Religione lib.2.cap.8. num.16. & tom.20. lib.4. cap.2. num.8.* Sprengerius *in malleo maleficarum, part.2.quæſt.2. & part.3. qu.16.* Sanchez *lib.7. de matrim. diſp.95. & in ſumma lib.20.cap.38.nu.16.*

45 verum præciſo hoc pacto leges Ciuiles permittunt, maleficia ad bonum finem, quia ob vtilitatem aliquam particularia peccata tolerari conſueuerunt, Bart. & Salicetus *in d.l. eorum, C. de maleficiis:* Gregorius Lopez *in d. l. fin. tit.23. p.7.* Azeuedus *lib.8.tit.1.* Suarez *de Religione lib.2. cap.19.num.14.* Petrus Binsfeldius *in d. l. eorum, C.de maleficiis, & Mathematicis qu.5. colum.1.* quare præciſo hoc pacto cum Dæmone, expreſſo vel tacito, iura id permittunt, & ſic ſoluas, quod Chriſtiana propoſitio docet, non ſolum pro vita corporali defendenda, imò neque pro ſpirituali, nec pro totius mundi ſalute, nec pro Sanctorum gloria tuenda (ſi per impoſſibile accideret) licere peccatum facere, Sotus *de iuſt.lib.5o.qu.1.artic.6.* Toletus *in ſumma lib.5o. cap.10. num.10.* Molina *tractatu de iuſt. diſput.* 10. Cuonca *lib.5o. de ſui defenſione qu.* 3. quia talis propoſitio eſſet vera quando id de quo agimus eſſet illicitum, at nos ſupponimus titulum proditoris fuiſſe contra filium iniuſtè, & nulliter cum reuerentia oppoſitum, & conſequenter illicitè oppreſſus in titulo, ergo patri licitum fuit malis artibus, eundem filium defendere.

46 Probatur tandem, quia multi, DD. docuerunt licere Notario fingere, aliquam ſcripturam, tanquam authenticè factam in tempore antecedenti, ſi nullum inde ſequatur præiudicium, quia cum talis ſcriptura non ſit alicuius præiudicialis, non poteſt fundare crimen falſi pro quo requiritur, vt immutatio veritatis ſit cum præiudicio alterius, vt tradunt Miſſincerius *in §.item lex Cornelia de falſis inſtitutionibus, de publicis iudiciis, §.8.n.15.* Iodochus *in praxi criminali, cap.122.* Farinac. *de falſitate qu.150.part.1.* Gypſius *de Caſibus reſeruatis cap.13. num 6.* & deſumitur *ex l.1. & toto titulo, & ex l.quid ſit falſum, ff.ad l. Corneliam de falſis*, & Nouella 75. *in principio*, quia nimirum ea eſt doli natura, vt ſit ad decipiendum, & circumueniendum aliquem, *l.1.§.eſt autem, ff.de dolo*, & ſic multi Theologi conſuluerunt, ergo ita in præſenti.

Neque dicas primò, quod per talem ſcripturam decipiuntur Tribunalia, & violatur fides publica, quam in conficiendis ſcripturis tenentur ſeruare officiales, ergo adeſt dolus, & præiudicium publicum, vt ait Paſqualigus *Centuria 1 quæſt.76.*

Reſpondeo enim, quod argumentum probat 47
violari iuſtitiam legalem ſine vllius præiudicio,
provt in ſimili defendit P. Ioſephus de Ianuario
tom.1.reſolut.1. quod ſi Scholaris Neapolitanus 48
gradum Doctoratus aſſequatur, falſis teſtibus
probans ſe ſtuduiſſe per quinquennium, & falſis
probationibus id probat, non peccat, imò poteſt
recipere munuſcula cum peruenerit ad ætatem
Collegij, quia violatur iuſtitia legalis ſine alterius præiudicio, ergo ita in præſenti dicendum eſt,
ſicuti creditores poſteriores ſi falſis apochis, vel 49
antapochis præiudicēt Creditoribus anterioribus
id licitè faciunt, vt benè idem Pater Ioſephus de
Ianuario *reſolutionum moralium part.1. reſolut.8.*
quare mendacium etiam pernicioſum non eſt contra bonum publicum, ſed priuatum. Idem Pater
Ioſephus de Ianuario *reſolut. 9. num.7.* ſicuti 50
obiicere Teſti, falſum crimen etſi graue eſt, licitum quando teſtis eſt falſum dicturus, nec eſt tale
mendacium peccatum mortale, vt putant Bañes
2.2.quæſt.7. art.3. col.3. Ledeſma *in ſumma par.2. tract.8.cap.25.conſ.21.* Vega, Ioannes à Cruce, &
alij apud de Caſtillo *lib.2. de iuſt.tract.2.diſput.12. part.4. dub.2. num.406. concl.6. & 7.* Ratio eſt,
quia in tali caſu obiectio falſi criminis ordinatur
ad defenſionem; vt finem, nimirum ad exercendam auctoritatem Teſtis, ne iniuſtè noceat ſuo
teſtimonio, ergo tollitur ratio iniuſtitiæ, & remanet ſolum mendacium, quod eſt ſolum peccatum veniale: quia non eſt pernicioſum, ſed
officioſum, ergo in præſenti, quando N. quem
defendimus, opponebatur ei titulus proditoris
infamiſſimus ad illum euitandum, potuit. N. &
eius Pater malis artibus ſe defendere, quia qui
propriam, vel filij vitam tuetur, ſatisfacit Religioni, iuſtitiæ, & pietati, & qui infert damnum alteri bona fide, non agit perperam, ergo ſic
in præſenti: nec defuerunt grauiſſimi Recentiores Theologi, qui dixerunt, poſſe Reum in 51
patibulo falſitatem dicere ad excuſandos ſocios,
licet tota ſit difficultas, an ſub cappa poſſit
deinde Reus abſolui, de qua re P. Ioſephus de
Ianuario *var. reſolutionum reſolut. 12.* & num faciat fidem talis exculpatio diſputat Regens Sanfelicius *deciſ. 238. tom. 20.* Regens Valenzuela
conſ.102.n.95. Surdus *d.55.n.11.*

Ergo omni iure ſperat N. non egiſſe perperam, 52
ſed iuridicè filium malis artibus iuuando infamiſſimo titulo proditionis inuaſum & calumniatum, cum enim calumniari ſit falſa crimina ſcienter intendere *l.1. ff.ad Turpillianum* Gloſſ. *in l. Athletas, §.Calumniator, in verbo ex vtraque, ff.de his, qui notantur infamia, cap. cum dilectus de calumniatoribus*, non ergo probato titulo proditoris, quo iniuſtè accuſabatur, erant accuſatores vti Calumniatores puniendi; de qua pœna Regens Sanfelicius 1. *tomo deciſ.54.* ergo potuit licito iure ad calumniam hanc ſubmouendam, vti falſitatem materialem committere, de qua in præſenti. Cætera ſupplebit Religio, & doctrina, meliùs ſentientis, & ſcribentis, &c.

DISCEPTA

DISCEPTATIO XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Dubia disputanda proponuntur.*
2 *Clerici, & Cappellani Regij an comprehendantur sub transactione facta inter Nuntium, & Ciuitatem Neapolitanam sub nomine Clerici.*
3 *Cappellani Regij non fuerunt comprehensi sub Iure, & foro suo.*
4 *Cappellani Regij sunt exempti per Bullam Leonis X.*
5 *Trident.* sess. 24. de reformatione capit. 12. *explicatur.*
6 *Quasi possessio in una re viget in omnibus aliis eiusdem generis.*
7 *Franchitia sunt soluenda etiam illis, qui sunt exempti, &c.*
8 *Franchitias iam solutas qualiter repetant Cappellani Regij.*
9 *Hypotheca oritur ex promissione super bonis meis, &c.*
10 *Regentis Moles* decisio 15. sub tit. de gabellis *adducitur.*
11 *Concessio super fructibus facta, quando sapiat naturam stabilium.*
12 *Successor nouus in beneficio tenetur soluere decimas, quas non soluit praedecessor.*
13 *Successores noui, quando grauari possint, & qualiter.*
14 *Franchitias non petentes quando sibi praeiudicant.*
15 *Exempti à solutione gabellarum nullo modo sibi praeiudicant per contrarium actum.*
16 *Priuilegio qui vtitur pro parte, illud conseruat in totum.*
17 *Immunitas concessa pro statu praesenti extenditur ad omnes alias futuras impositiones.*
18 *Priuilegium concessum à lege an comprehendat futura.*
19 *Augmentum quando cedat etiam ad beneficium francorum.*
20 *Text.* in l. veteribus 39. ff. de pactis *explicatur.*

ARGVMENTVM.

Clerici, & Regij Cappellani, an comprehensi fuerint in transactione facta per Clerum Neapolitanum cum Camera Apostolica. Exemptio eorundem à quo dependeat, & possessorium habens in una re, dicitur illud habere in alia re connexa.

PRO

Cappellanis Regalis Cappellæ,

CIRCA

Augmentum Franchetiarum sibi ex nouis impositionibus debitum.

MVLTA colliguntur dubia disputanda ex facto mihi proposito, considerando circa iura competentia Regiis Cappellanis in exactione franchitiarum super impositionibus ab hac nostra Ciuitate in subsidium Domini Regis impositis : & quidem 1

Primo dubitari contingit id quod pars contraria pro parte Ciuitatis asseruit, an scilicet Cappellani Regij comprehendantur sub transactione facta inter Nuntium Apostolicum huius Regni, & Ciuitatem Neapolitanam sub nomine Cleri, & omnium Clericorum vniuersaliter in dubio. 2

Responsio in promptu est nullo pacto nostros Cappellanos Regios comprehendi sub prædicta transactione facta. Probatur, quia omnia quæ reseruata specialiter sunt, sub generali non veniunt dispositione v. g. appellatione beneficiorum generaliter facta, non veniunt beneficia exempta *cap. si propter* 10. *de rescript.* vbi si Episcopo de gratia speciali concessum sit vt fructus primi anni beneficiorum vacantium per quinquennium percipere possit non obstantibus, &c. talis concessio non derogat particulari statuto, per quod huiusmodi fructus in fabricam Ecclesiæ, vel in aliud opus expendi debent, nisi id specialiter dictum sit : ergo sub generali dispositione non veniunt exempta : facit etiam textus *in cap. graue de officio ordin. & in cap. ex parte* 18. *de priuilegiis* Clementina *si de beneficio*, vbi Cardin. *de præben.* tum quia quod singulare est, & speciale, speciali nota nominari debet *cap. sedes de rescriptis cap. quoad translationem*, vbi glossa, & DD. *de officio legati*, sed exempti sunt eximij & præcipue nota digni, *capit. per tuas de maior. & obedient.* vbi DD. *cap. vt Apostolica* vbi Francus *num. 3. de priuil. in 6.* ergo generali dispositione non continentur. Et in puncto quod generali mentione clericorum non comprehendantur clerici exempti ; rogo vt videatur Erasmus à Cokier *de iurisd. in exemp. 2. par. quæst. 2. num. 12. vbi* post multos tenet, quod sub generali nomine Clericorum exempti nullo pacto comprehenduntur. 3

Quod verò nostri Cappellani Regij sint exempti, patet primò *ex Bulla Leon. X.* quã refert Georgius Gabed. de patronatu Regiæ Curiæ *c.* 43. qua Bulla Cappella Regia, & Cappellani subduntur iurisdictioni solius Maioris Cappellani, & legati Apostolici : & idem pro se petente Carolo V. Cappellam Neapolitanam in eiusdem Cappellanos exemptam declarauit à iurisdictione Episcopi die 11. Nouembris 1519. subiecitque Maiori Cappellano : præter alias facultates, quas eidem Cappellæ concessit : hinc Cappellas Regias esse omnino exemptas tradidit pro re nõ cõtrouersa Paulus Fusch. *lib. 2. de Visitatione cap.* 11. & multos alios Pontifices, quos Cappellanos Regios à Iurisdictione Ordinariorum exemptos fecisse refert Vincentius Tortoretus *de Cappella regali in fine* vbi refert Clementem VII. Iulium III. Pium IV. Alexandrum VI. aliosque Pontifices hanc exemptionem concessisse : vnde Concilium Tridentinum *sess.* 24. *de reform. cap.* 11. Cappellanos Regios, actu seruientes, etiam ab ordinariis exemptos declarauit vt ex text. obser- 4

uant Paul. Tuſch. *vbi ſupra* Imol. *in praxi Epiſcopali par. 2. in verb. exempti*, Riccius *in praxi part. 4. reſol. 493. vbi* de Iuriſdictione Illuſtriſſimi Cappellani maioris breuiter tractat, dicens *reſol. 495.* actu non ſeruientes tales Cappellanos minime exemptionibus gaudere: ergo ſi noſtri Cappellani Regij à Iuriſdictione Ordinarij ſunt exempti, ex tot ſummis Pontificibus ſuprà nominatis, quorum bullas in hac materia loquentes refert Turturetus *vbi ſuprà*, & Gregorius Gabedus *de patronatib. regiæ curiæ cap.* 47. Quibus addo Auguſtinum Barboſam *in collect. ad Decretal. in cap. cum Cappella 16. de priuil. num.* 3. & remiſſiue in Tridentinum *ſeſſ. 24. cap.* 11. ſequitur apertè non venire ſub generali tranſactione, facta inter hanc Ciuitatem, & Nuntium Apoſtolicum, ſub cuius Iuriſdictione Cappellani prædicti nullo pacto exiſtunt, iam quod vera eſt concluſio ſuprà allegata, quod ſub generali diſpoſitione, & clericorum nomine, vt dicebat Eraſmus à Coxier, non veniunt Clerici exempti. Immo Concilium ipſum Tridentinum eatenus per Regem noſtrum Philippum ſecundum tum regnantem receptum fuit, ex peculiaribus literis ſuis 4. Iulij anno 1563. quatenus iuribus regalibus non præiudicaretur: Margarita enim Duciſſa Parmæ, & Placentiæ Gubernatrix nomine Regis mandauit pro Concilij Tridentini obſeruantia in executione, vt officiales ſæculares, requiſiti ab Epiſcopis promptæ præſtent Brachium auxiliare, noluit tamen aliquid mutari, vel innouari circa iura regalia, & priuilegia ſuæ Maieſtatis, vel ſuorum Vaſſallorum, iura patronatus, poſſeſſiones beneficiorum, & ſimilia, vt benè obſeruant Zippius *lib. 1. iuris Pontificij noui in titulo de conſtitut. cap. 1. n. 6.* Chopinus *de Sacra Politia lib. 2. tit. 4. n. 8.* Paulus Chriſtineus *in deciſ. Curiæ Belgicæ 1. tom. dec. 342. in fine.*

5 Ex quo cauendum eſt ab Emanuele Rodriquez *tom. 2. quæſt. regular. quæſt. 64. art. 4.* dicente reſcripta, & indulta obtenta à Sede Apoſtolica, quibus Capellani aliquorum Principum à iuriſdictione ordinariorum erant exempti, per Tridentinum *Seſſion. 24. citata de reformat. capit.* 11. eſſe ſublata; quaſi quod exemptiones prædicta duo mala faciant, nempè perturbationem in Epiſcoporum iuriſdictione excitent, & exemptis ipſis occaſionem præbeant laxioris vitæ, quod etiam replicat *dict. tom. 2. quæſt. 108. art. 3.* cauendum eſſe dixi; tum quia Tridentinum *dict. cap.* 11. non de rogat priuilegiis Cappellanorum regiorum, vt benè Zerola *in praxi part. 1. in verb. exemptio numer.* 1. Tum etiam, quia exemptionem à modernis Pontificibus; præſertim à Paulo V. conceſſam fuiſſe refert Turturetus *vbi ſuprà*, & Auguſt. Barboſ. *in dict. cap. cum Cappella de priuil. n. 3.* tum etiam, quia, vt dicebamus, non fuit receptum in præiudicium regiæ Curiæ in beneficialibus in regalibus priuilegiis, ergo aperte colligitur tranſactione prædicta poſita non fuiſſe comprehenſos, & per conſequens manutenendos eſſe in poſſeſſione, ne dum exactarum Franchetiarum, ſed etiam de nouo impoſitarum, tranſactione prædicta non obſtante, vt infrà clarius probabimus.

Explicato ergo primo dubio, quod in generali tranſactione facta noſtri Cappellani non comprehendantur: ſecundò, loco dubitari poteſt, vtrum ſtante pacifica poſſeſſione exigendi primam illam impoſitionem tertij caroleni, de qua in facto, poſſint etiam exigere aliam impoſitionem granorum octo, impoſitam de anno 1636. in qua licet tranſactio præceſſerit inter ciuitatem, equites Hieroſolymitanos, alioſque regulares; an inquam noſtri Capellani ſint manutenendi in poſſeſſione, & præteritæ, & nouæ impoſitionis.

In quo dubio veriſſima eſt concluſio, ſtante 6
poſſeſſione exigendi primas illas impoſitiones, ſunt manutenendi etiam in quibuſcumque aliis impoſitionibus, quia Generalis eſt, concluſio priuilegium exemptionis à ſolutione gabellarum extendi ad omne augmentum prædictæ Gabellæ: argumento text. *in cap. quia circa de priuil.* ex quo textu in puncto hoc tradit Albertus Brunus *in tract. de augmento concl. 9. in 2. vol. tract. diuerſ.* in terminis etiam hoc dicit Garſia Gironda *de explicatione priuil. quæſt. 16. num. 116.* obſeruat Velaſcus *conſult. 58.* Gabedus *lib. 2. deciſ. 95.* Riccius *collect. 365.* pro qua ſententia facit textus *in l. ſi ſeruitus 23. ff. de ſeruit. vrban. in l.* quidam 7. *ff. de tritico, vino, & oleo legato, & in l. cum aurum 20. ff. de auro, & argento legato:* In quibus iuribus habetur generaliter exemptionem, vel diſpoſitionem generaliter factam comprehendere etiam omne augmentum futurum; quam concluſionem latè explicat Conſiliarius Arias de Meſa *lib. 3. cap. 13. cum pluribus ſequentibus:* ergo cum noſtri Capellani ſint in poſſeſſione præteritas impoſitiones exigendi, debetur eis hoc augmentum à die impoſitionis; provt determinatum fuit per collaterale conſilium, vt in facto dicitur.

Probatur ſecundò, quia ſemper quod Rex, vel Princeps concedit facultatem exigendi vel functiones fiſcales, vel aliquid aliud, talis conceſſio ad futura etiam extenditur, vt doctiſſimè fundat Regens Moles *de function. fiſcalib. quæſt. 5. & in titulo de iure ſex horarum quæſt. 6. & quæſt. 8. art. 1. & 2.* Imò idem Regens Moles *de iure ſalis in ſalinarum quæſt. 1.* fundat quod priuilegium Regis conceſſum Monaſteriis de tot tumulis ſalis pro quolibet ipſorum comprehendit etiam de nouo conſtructa poſt conceſſionem, quia priuilegium Regis eſt lex, quæ ſemper loquitur, & ideò comprehendit futura, præſertim, quia prouiſio Principis gratioſa eſt large interpretanda, maximè in fauorem Eccleſiarum, & cauſæ eleemoſynæ, vnde licèt Arrendatarij ſalis peterent excomputum à Regia Camera pro Monaſteriis de nouo conſtructis; tamen bene decidit Regia Camera non eſſe locum petito excomputo, quia Principis gratioſa proviſio ad futura extenditur, & ad omne augmentum intrinſecum proueniens.

Quod ſi hoc dixit Regia Camera in eleemoſynis ſalis, quæ à nouis ſuperuenientibus Eccleſiis fuerunt eleemoſynaliter petitæ: multo magis dicere debemus nos in caſu noſtro, vbi Franchiſiæ prædictæ non eleemoſynaliter competunt noſtris Cappellanis, ſed de iure diuino, ex vi exemptionis, quam habent ab omnibus oneribus perſonaliter præſtabilibus, vt *in celebri illa deciſ. Rotæ Romanæ, coram Reuerend. Clemente Merlino 339. in illis impreſſis ab anno 1631. vſque ad 1634.* quam Sacra Congregatio immunitatis Eccleſiæ ſemper ſequitur: ad quod fundandum adduco allegationem Vincentij de Anna 13. vbi Clerici, qui ſe obligauerant ſponte Gabellas, & impoſitiones ſoluere fuerunt abſoluti in Regia Camera, & in Collaterali Conſilio, eo quod promiſerant ſine aſſenſu Apoſtolico id, quod nullo pacto poterant promittere: ad notata per communem DD. ſententiam, de quibus Io. Maria Bellettus 7

in

in disquisit. Clericali 1. *de exemptione Clericorum à muneribus publicis*, §. 2. & per Horatium Barbatum *de diuisione fructuum part.* 1. *cap.* 16. *in fine*, ex quibus omnibus liquido constat quod huiusmodi Franchisiæ, non debentur ex mera gratia, sed ex iustitia, & per consequens hoc augmentum ratione personarum, & locorum tradi debet augmentum ratione rerum, vnde Collaterale Consilium determinauit à die impositionis tradendas esse Franchisias prædictas.

Præsuppositio primò, dubio resoluto, quod non fuerunt comprehensi nostri Capellani sub generali transactione, facta cùm Nuntio Apostolico: præsuppositoque secundo dubio, quod eis debeantur Franchisiæ vigore augmenti: conuertitur pro tertio dubio, an mutatis scilicet participantibus in Arrendamento, debeant illi noui participantes soluere Franchisias ne dum pro futuro, sed etiam pro præterito; pro cuius dubij dilucidatione, in quo stat tota vis huius negotij,
8 videndum est qua actione nostri Cappellani petant Franchisias prædictas; quia si actione hypothecaria, poterunt sanè cogi præsentes assignatarij soluere pro præterito; & quidem omnino dicendum est teneri actione hypothecaria.

9 Probatur primo quia quotiescumque aliquid super bonis promittitur præstandum, dabitur hypotheca expressa conuentionalis ex vi locutionis, atque dictionis, super quas hypothecam continet. *l. Codicillis* 91. §. *constitutio ff. de leg.* 2. Bart. *in l. fundus ff. de annuis legatis*, qui loquitur tam in testamento, quam in contractibus, in quibus talia verba inducunt expressam obligationem Bald. *cons.* 132. *lib.* 5. Osasc. *dec.* 38. sicut si ego dico: Adhibe fidem Titio super me: per talia verba censetur se obligasse, & fideiussisse pro eo, Ripa in Rubrica *de pign. num.* 5. *iuxta* text. *in l. si verò non remunerandi*, §. *si quis mandauerit ff. mandati.* Bart. *in l. Lucius ff. de fideiussorib.* & hoc procedit in omnibus dispositionibus, etiam priuilegiorum: immò etiam in donatione: latissimè Gratianus *cap.* 683. & dixit Rota *in decis.* 44. *part.* 1. *diuers.* & 259. & *sequenti eodem tom.* ex consil. Pauli de Castro 384. *lib.* 1. ex quo argumento, & auctoritate motus Marius Cutellus 2. *tom. de donat. contempl. matrim. tract.* 2. *discur.* 1. *speciali* 14. argumentatur, & probat dari etiam hypothecam pro rebus donatis contemplatione matrimonij in beneficium donatariorum; quod etiam decisum refert Thorus *in verbo creditur oriri fol.* 135. sed in casu nostro, quod Ciuitas impositionem iam factam assignatariis quomodolibet assignat, semper dicitur in tali instrumento, vt ex portione relaxata super tali impositione, soluantur Franchitiæ Franchis, ergo huiusmodi impositio quando assignatur prædictis, obligata censetur hypothecaria actione ipsis Franchis, propter dictionem illam, *super*, quæ hypothecam importat, vt dicebamus, & refert latè Merlinus 2. *tom. cap.* 46.

10 Probatur secundò ex celebri illa decisione, quam refert Regens Moles *in titul. de Gabellis q.* 15. vbi disputatum fuit in Regia Camera, an emptores noui alicuius Gabellæ teneantur pro præterito soluto anterioribus vēditoribus, & decisum fuit ratione hypothecæ, quod bona, & merces ipsæ existentes penes emptores capi possint pro debito anterioris venditoris, quia transierunt cum onere suo: ergo iam quod ius exigendi has impositiones fuit venditum cum tali onere ab hac nostra Ciuitate, in cuius fauorem fuit in instrumento adiecta hypotheca cum solita clausula constituti, & precarij: poterunt hodie nostri Cappellani vigore actionis hypothecariæ sibi competentis, quia in tali iure exigendi fuit dictum reseruari tot super fructibus, ex quibus soluantur Franchitiæ prædictæ, quibus verbis inducta fuit hypotheca in ipsorum beneficium contra quoscumque quomodolibet possessores, vt proprium est hypothecæ, & clausulæ constituti, & precarij.

Probatur tertio quia quando conceditur im- 11
positio aliqua participantibus, seu consignatariis, cum iure soluendi Franchos, pro vt de iure talis concessio æquiparatur concessioni alicuius rei stabilis: nam licet concedatur super fructibus colligendis: nihilominus, cùm tales fructus non sint exacti, & à solo separati, sed pendentes, & singulis annis eorum pars sit soluenda Franchis & exemptis, pars rei censetur; quæ res licet sit incorporalis, quia est ius exigendi; nihilominus in his redditibus annuis constituitur census, nempe pars illa soluenda exemptis, & Franchis, cum etiam in rebus prædictis constitui possit census, provt in eisdem rebus constitui potest emphyteusis Mantica *lib.* 22. *de tacitis tit.* 6. *num.* 8. & etiam feudum, vt ex nostris id dixit Camillus de Curtis *in diuersorio Iuris feudalis fol.* 24. *num.* 9. & dixit Surdus *decis.* 304. *num.* 3. sicut loca Montium Romæ nostris impositionibus similia, veniunt appellatione stabilium, non secus ac census ipsos, Gabriel *cons.* 141. *lib.* 2. Magonius *dec. Florentiæ* 107. Gaspar Thesaurus *lib.* 2. *quæstion. for. quæst.* 5. Cardin. Seraphinus *decis.* 679. & *in similibus locis Montium Ciuitatis Bononiæ* dixit Alexander *cons.* 179. *vol.* 6. & *cons.* 15. *vol.* 7. pro quibus dixit Rota apud Burattum *decis.* 474. dari interdictum quorum bonorum, & indicium immissionis, quia datur tale interdictum pro incorporalibus, Menochius *de adipiscend. remedio* 1. *quæst.* 21. *num.* 83. Peregrinus *art.* 46. *de fideicommiss. num.* 16. Rota apud Cencium *post tractatum de censibus decis.* 118. & apud eundem Burattum *decis.* 579. & 486. ergo in casu nostro, talis impositio est Ius incorporale fundans, & continens portionem soluendam franchis, & exemptis veluti quendam censum; pro quo absque vllo dubio tenentur possessores pro præteritis annatis decursis, & non solutis.

Probatur quarto, quia nouus successor in Be- 12
neficio tenetur soluere decimas Papales, quas prædecessor non solueret, quia huiusmodi decimæ papales, sunt onera mixta, imposita personis pro rebus, vt fundat latissimè Episcopus Maranta *part.* 3. *respons.* 13. etiam si hic successor nullos fructus perceperit, cui tamen sufficit posse in futurum percipere, & ius ad illas percipiendas habere, vt benè Francus *decis.* 107. *n.* 11. post quem ita fundat Episcopus Hieracensis *in disquisit. clericali part.* 1. *in titulo de Clerico debitore* §. *ob.* Gigans *de portion. quæst.* 47. Bellencinus *de charitatiuo subsidio quæst.* 51. qui omnes asserunt teneri successorem in beneficio ad debitum, quod prædecessor non soluit: Si ergo ad decimas Papales, quæ nullam habent in iure hypothecam; sed solum, quæ sunt onera regalia tenentur successores etiam præteritas soluere, licet debeantur de fructibus incertis beneficiorum, vt bene Guido Papa *decis.* 432. Genedus *collect.* 86. Gama *decis.* 145. Gabedus *decis.* 149. *part.* 1. Moneta *de decimis cap.* 6. *à num.* 18. Barb. *lib.* 3. *de Iure Eccles. cap.* 26. *à num.* 12. Cur nostri Cap-

pellani Regij, pro omnibus ſuis franchiſiis ſibi debitis, etiam quod non haberent hypothecam, agere non poterunt contra Modernos poſſeſſores impoſitionum prædictarum: quod quidem nouum videri non debet leges noſtras intuentibus: nonne deciſum habemus ſucceſſorem in beneficio penſiones præteritas ſoluere teneri, quas prædeceſſor penſionarius minime ſoluerat, factis ſaltem aduerſus eum diligentiis, iuxta deciſionem Rotæ apud Gregorium X V. *deciſ.* 507. quam refert etiam Campanilis. *in diuerſorio Iuris Canonici rub.* 11. *cap.* 14. Riccius *in praxi part.* 1. *reſol.* 372. & dixit Rota coram Cardin. Pamphilio Seniore, teſte Marcheſano *part.* 1. *de commiſſ. deciſ.* 2. *& ſequenti fol.* 65. Eadem ratione poteſt Epiſcopus charitatiuum ſubſidium à ſucceſſore in beneficio exigere, quod à prædeceſſore ſolutum non fuit, quia onus regale eſt, & poſſeſſorem ſequitur Barb. *de poteſtate Epiſcopi alleg.* 87. *num.* 54. quod valde conſentaneum, & correſpondens eſt, vt onera eum ſequantur, quem honores, & commoda conſectantur *cap.* 1. vbi gloſſa *de ſepulturis.*

13 Neque dici poteſt quod eſſet nimis grauare nouos ſucceſſores, quia eadem ratione poſſet aliquis dicere grauari nouos ſucceſſores in beneficiis ſoluentes decimas Papales, portiones præteritas, charitatiua ſubſidia præterita, & ſimilia: quos dicunt DD. teneri ad hæc omnia ſoluenda: ſicut enim iſti non grauantur, quia remanet eis ius agendi aduerſus defuncti hæredes ad repetendum ſolutum, iuxta id, quod dicit Franch. *dicta dec.* 107. *num.* 16. Riccius *vbi ſuprà num.* 2. *in fine* Maranta *reſponſ.* 13. *citata*, vbi etiam aduerſus Cameram Apoſtolicam, quæ iure Spolij fructus percipit: ita nec grauabuntur iſti poſſeſſores, quia poterunt contra Ciuitatem agere ſi ſeipſos viderint alioſque participantes anteriores, vel eorum hæredes. Neque eſt noſtrum contra eos agere; ſed intentionem fundatam habemus, eo quod ipſi poſſederunt rem cum ſuis oneribus: vt in ſimili dicebamus *de beneficiatis modernis poſſeſſoribus, & ſimilibus.*

14 Neque etiam dici poteſt quod noſtri Cappellani tenebantur accedere ſingulis annis pro ſuis conſequendis franchitiis, & ſucceſſiue cum eas non petierint, participantes impoſitionum diuiſerunt ſibi fructus omnes; quia rogo vt videatur text. *in l. imperatores* 7. *ff. de publican. & vectigal.* vbi poſſeſſores etiam præteriti temporis vectigal ſoluere tenentur: potuiſſent primo dicere poſſeſſores in dicto text. quod iam quod non venerunt illi, quibus iam debebantur vectigalia pro præterito, ipſi iam non tenerentur, & nihilominus non dicit quod teneantur, & nihil mirum, quia rem poſſidebant cum ſuo onere, & noſtri Cappellani ſciebant eorum Ius duraturum; & vt bene dicebat text. *in l. fin.* §. *fin. ff. de publicanis, & vectigal.* ſi quid indebitum per errorem ſolueritis publicanus accepit reſtituere, oportebit: ergo cum in caſu noſtro Cappellani regij ſoluerint gabellarum dirictus, iniuſte quidem propter eorum exemptionem, tenentur poſſeſſores hodierni reſtituere, quod fuit acceptum. Addo, quod habẽtes priuilegia exemptionis à ſo-

15 lutione gabellarũ, nullo pacto ſibi præiudicant, vt obſeruat Gar. *de priu. exem. q.* 12. *à n.* 102. *& n.* 145. non enim exemptio præſcribi poteſt, nec exempti præiudicare poſſunt exemptioni, iuxta late tradita per Eraſmum Coxier *p.* 3. *de Iuriſdictione exemptorum quæſt.* 12. nec per non-vſum exemptio amittitur Farinac. *deciſ.* 240 & Eraſmus Coxier *de conſeruat. quæſt.* 111. *& part.* 3. *de iuriſdict. in exemptos quæſt.* 13. ergo, quia ſciebant noſtri Cappellani, quod eorum iura erant duratura, non tenebantur comparere, quaſi quod non comparentes ſibi præiudicauerint: ſi hoc enim diceremus, præiudicaſſet ſibi penſionarius non exigendo penſiones à præterito beneficiato, quas poteſt à ſucceſſore exigere, præiudicaſſet etiam ſibi Epiſcopus in exigendo charitatiuum ſubſidium à ſucceſſore, vel ſummus Pontifex in papalibus decimis exigendis, quas tamen *ſup.* diximus non ſibi præiudicare; ergo eadem ratione nec noſtri Cappellani ſibi præiudicauerunt in prædictis franchitiis exigendis, quia tenebantur Gabellarij creditoribus gabellarum debitum notum facere, vt vel creditores, quales ſunt noſtri Cappellani remitterent debitum; vel ad ſoluendum dilationem darent, vt in puncto, in materia Gabellarum, ſed ad aliud propoſitum dicit Guttierrez *q. 3. de Gabell. n.* 21.

Neque dici poteſt quod tenebantur Franchi 16
comparere ad hoc, vt minori pretio tranſegiſſent prædicti participantes, quia qui vtitur priuilegio ſuo pro parte conſeruari illud in totum Bart. *in l.* 1. §. *ſi quis hoc interdicto ff. de itinere, actuque priuato* Filimius *in cap. auditis de præſcript.* Garſia *de priuil. explicat. num.* 1304. *cum ſequentibus.* ſed Cappellani prædicti conſeruant ſibi ius in parte priuilegij, quia aliquas Franchitias exegerunt ex impoſitionibus antiquis, ergo ſunt manutenendi reſpectu omnium ſubſequentium: quia quando competit priuilegium pro omnibus rebus; licet quis vtatur in vno, non videtur renunciare in aliis. Abbas *in cap. cum acceſſiſſent de conſtitut.* ſic intelligens text. *in l. ſi voluntarie C. de excuſ. tutor.* qui ergo retinent priuilegium in exactione vnius impoſitionis; pro qua recipiunt de facto Franchitias; conſeruabitur in totum reſpectu cuiuſlibet augmenti; & ſic de facto ipſi comparuerunt, iura ſua conſeruando; & debebant participantes aduertere quando tranſactionem fecerunt, quod Franchi, de quibus loquimur, poterunt interdum venire ad petendum reſiduum eorum, quæ ſibi debebantur.

Quod quidem recta ratione dictum fuit, quia 17
immunitas conceſſa Clericis pro ſtatu præſenti, extenditur ad omnes alias futuras impoſitiones, nam ſub conceſſione facta verbis indefinitis, licet tempus præſens ſpecificetur, tamen continet omnia futura, & augmentum nouarum impoſitionum *l. qui iure militari ff. de militari teſtamento l. ſed & ſi quis* §. *quæſitum ff. ſi quis caution. cap. ſi Romanorum* 19. *diſt. cap. ſolitæ, in fine de maior. & obed.* Barbatia *conſ.* 26. *lib.* 1. Pariſius *conſ.* 68. *lib.* 1. Alexander *in l. ſi ex toto col.* 1. *ff. de leg.* 1. latè Georgius Natta *conſ.* 340. *à num.* 12. *vol.* 2. Caſtillus *de tertijs debitis cap.* 14. *num.* 14. & ſic ſcripſit Conſiliarius Miroballus pro Vniuerſitate Biſacciani in exemptione impoſitionum. Ratio eſt, quia indefinita oratio vniuerſali æquiparata incrementum, & diminutionem recipit, & eſt ſemper eadem *l. proponebatur ff. de iudiciis.*

Accedit in confirmationem, quia hoc priuile- 18
gium non eſt à Principe clericis conceſſum gratuitè, ſed à lege ipſis clericis, quo caſu veniunt futuræ omnes impoſitiones, in beneficium eorum, quibus fuerunt conceſſa priuilegia Bald. *in l. fin. Cod. ſine cenſu vel reliquis, & conſ.* 112. *vol.* 2. Brunus *con.* 111. *vol.* 1. Riminaldus Iunior *conſ.* 61. *num.* 18. *&* 19. Natta *conſ.* 525. *à num.* 6. Rolandus

dus *conf.* 2. *vol.* 4. Cephalus *conf.* 58. *numer.* 11. *vol.* 1. Vasquius *consult.* 58. *numer.* 11. Si ergo Rex voluisset à superuenientibus impositionibus non eximere clericos, & Cappellanos Regios, taxatiua vti debebat in prima concessione; qua omissa sub indefinita concessione veniunt futura, dum quod potuit, noluit exprimere, vt ait in simili Summus Pontifex *in cap. quia circa de priuil. in 6. & post antiquos* Camillus de Medices *conf.* 51. *numer.* 38. ex Bart. *in l. veteribus ff. de pactis:* Velascus *vbi suprà num.* 10 Osasebus *dec.* 136. Anna *singulari* 698. Regens Tappia *in l. fin. part.* 1. *capit.* 4. *num.* 50. *ff. de constitutionibus Principum:* ergo sub illa exemptione generali; qua iure eximuntur Regij Cappellani, & sub illis transactionibus antecedenter factis, vbi expresè excipiuntur tales, vt in futurum neque contineantur sub impositionibus quibuscumque.

19 Dices hoc augmentum in impositionibus non venit ex facto eiusdem Regis concedentis, qui nouas impositiones ordinauit, ergo non cedit ad Beneficium Cappellanorum, & similium exemptorum, ex Alexandro *in dict. l. si ex toto col.* 1. *ff. de leg.* 1.

Respondeo Doctrinam prædictam Alexandri procedere quando directè augmentum fieret in beneficium rei concessæ; secus quando indictio fieret in beneficium Regis, vel reipublicæ, & in consequentiam causaretur augmentum in re; quia tunc tale augmentum pertinet ad illos, in quorum beneficium fuit facta prima concessio: Decius *conf.* 4. Camillus de Medices *dicto conf.* 51. *num.* 53. Fabius de Anna *conf.* 61. Regens de Aponte *conf.* 30. *lib.* 2. Regens Rouitus *in pragm.* 1. *de iure, & exactione fiscalium.*

20 Facit ad hoc celebris illa decisio Regiæ Cameræ summariæ circa interpretationem cuiusdam pacti obscuri, initi inter fiscum, & magnificum Bartholomæum de Aquino; in qua contra ipsum de Aquino decisum fuit in quadam transactione inita, nominatis quibusdam Franchis, cùm alij deinde superuenissent: & mora fuit Regia Camera argum. text. *in l. veteribus* 39. *ff. de pactis*, vt refert Consiliarius Arias de Mesa, *misc. var. cap.* 16. *in fine*, ergo eodem modo nostri participantes, in transactionibus, quas fecerunt cùm Regia Curia, si non omnes Franchos expressè sibi imputare debent, si noui superuenerunt Franchi, ab ipsis non cogitati; qui quidem non possunt dici de nouo superuenisse, sed conseruare priuilegium, quod habebant, & in cuius possessione reperiebantur, respectu priorum impositionum: sicut non poterunt Arrendatores Gabellæ Salis pro Monasteriis de nouo constructis se excusare, vt non teneantur soluere impositiones: teste Regente Moles *de Iure Salis, & Salinarum Regni quæst.* 1. nec ipsi Arrendatores poterunt obtinere excomputum à Regia Camera, quia concessio facta comprehendit futura, vt Regia Camera dixit, ergo transactio facta exceptis Franchis comprehendit etiam Franchos futuros: vltra quòd nostri Franchi erant de præsenti in quasi possessione exigendi, licèt pro parte sint conseruandi in futurum pro toto: vt supra dicebamus.

DISCEPTATIO XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Facti species proponitur.*

2 *Sacramentum Eucharistiæ confert augmentum gratiæ sanctificantis.*

3 *Sacramentum Eucharistiæ, vt conferat augmentum gratiæ, an requiratur actualis aliqua deuotio in suscipiente.*

4 *Eucharistia per se non confert primam gratiam.*

5 *Eucharistia confert per accidens primam gratiam Sanctificantem.*

6 *Eucharistia secundum aliquos confert gratiam dum est in ore sumentis secundùm alios dum deglutitur, sed probabilius in vltimo instanti terminatiuo tractionis specierũ ad stomachũ.*

7 *Eucharistia si poneretur ab Angelo intra stomachum hominis scientis, & volentis eam recipere adhuc causaret gratiam.*

8 *Plures dare hostias consecratas vni per se loquendo malum non est, licet per accidens malum sit.*

9 *Eucharistia causat gratiam quandiu durat in stomacho dummodo magis, & magis quis se disponat.*

10 *Hostiam accipiens consecratam in peccato mortali, si antequam species corrumpantur; confiteatur, vel conteratur gratiam recipit ab Eucharistia.*

11 *Sacerdos si recipiat vnam partem hostiæ in peccato, & antequam recipiat alteram partem hostiæ per contritionem in gratia constituatur, recipit gratiam vtriusque partis.*

12 *Communicatus in peccato mortali, vel si post communionem statim peccat, tenetur conteri, vel confiteri pro toto tempore quo species manent incorruptæ in stomacho.*

13 *Validius, & melius est communicare in maiori specierum quantitate, idque per accidens.*

14 *Scandalo secluso non est illicitum dare, aut sumere plures hostias consecratas.*

15 *Sacerdos, qui deglutiuit tantum partem hostiæ, & statim moritur recipit gratiam.*

16 *Eucharistiam qui recipit si statim euomit, recipit gratiam.*

17 *Probabile est maiorem gratiam conferre vtramque speciem Eucharistiæ, quam vnam solum.*

18 *Laicis non est licitum sub vtraque specie communicare, sed eis sufficit sub vna.*

19 *Sacerdos si communicatur, more laicorum sub vna specie debet communicari.*

20 *S.P. potest ex iusta causa concedere communionem sub vtraque specie.*

21 *Consuetudo communicandi sub vtraque specie non est improbanda si sit scita, & tacitè approbata per Pontificem.*

22 *Plures sunt qui communicant sub vtraque specie, & qui sint.*

23 *Laicus quandoque potest supplere defectum Sacerdotis, & quando.*

24 *Laicus infirmus si hostiam nequeat deglutire, sed tantum vinum, posset cum calice communicari.*

25 *Per accidens est prohibitum plures hostias consecratas dare vni.*

26 *Theologi qui negant plures hoſtias poſſe dari vni, qualiter procedant.*
27 *Vſus Euchariſtiæ quotidianus an ſit conſulendus omnibus.*
28 *Teſtes ſingulares in materia fidei an, & quando probent.*
29 *Confeſſio facta à delinquente quando dicatur coram iudice.*
30 *Sponte comparens quando dicatur quis.*
31 *Iudiciis præuentus ſi quis compareat non citatus, nec vocatus an ſit ſponte comparens.*
32 *Ignorantiæ iuris, vel facti quando excuſat in rebus fidei.*
33 *Opinio probabilis quando dicatur; & quando dicatur talis.*
34 *Nullus operans tenetur ſequi opinionem probabiliorem, quia ſufficit ſequi probabilem.*
35 *Propoſitio per ſe ſcandaloſa punitur in S. Officio, & quomodo.*
36 *Propoſitio ſcandaloſa per accidens, & reductiuè qualiter puniенda in Sancto Officio.*

ARGVMENTVM.

Sacramentum Euchariſtiæ confert augmentum gratiæ ſanctificantis, & an requirat actualem, aliquam deuotionem in ſuſcipiente. Per ſe non confert primam gratiam, licet per accidens eam conferat, & quando eam conferat? Plures dare hoſtias conſecratas vni, per ſe loquendo malum non eſt, licèt per accidens malum ſit: cauſat gratiam Euchariſtia quamdiu durat in ſtomacho, dummodo magis, & magis quis diſponatur. Communicatus in peccato mortali, quandò contritus, poſſit, eandem gratiam recipere; vtramque ſpeciem, probabile eſt maiorem gratiam conferre, quam vnam ſolum, S.P. ex iuſta cauſa poteſt concedere communionem ſub vtraque ſpecie, & plura ad materiam enucleantur.

PRO

N.N. Inquiſitis in ſacro Tribunali S. Officij.

1 IN Sacroſancto Tribunali Sanctæ fidei Inquiſitionis huius regi Neapolitani ad defendendos N. & N. inquiſitos compareo, firmiter tamen credens, quod S. Mater Eccleſia Romana eſt vera Eccleſia, & quod omnes, qui extra eam ſunt, vt extra Arcam Noë exiſtentes peribunt certè; Rogo tamen Lectores Deum orent, & me, & eos in perpetuum hac fide Catholica viuere, facere vt poſſimus deinde Deum in ſimul videre, ac ſicut in Eccleſia viuimus militante ſic in illa triumphante Deo ipſo fruamur.

Succeſſit ergo elapſis diebus, quod N. & N. Sacerdotes honeſtæ famæ, & vitæ, aliquos communicarunt, pluribus datis, porrectiſque particulis conſecratis, aliis verò quos communicabant vnam vnicuique, dabant; ſed certis particularibus pœnitentibus plures vnica vice tradebant vni. Hoc fuit denunciatum Sacro Tribunali Sancti Officij, & vnus *fol.* 1. deponit vidiſſe N. Sacerdotem communicaſſe N. & N. cum pluribus particulis, quod cum aliis non faciebat, & in ſimul dicit audiuiſſe malè ab aliis audiri, & quod interrogatus illius particularitatis dixit, ſe facere ob deuotionem, vt maiori tempori ſpatio conſeruaretur gratia in anima ſupradictorum N. & N. in ſimul deponit, quod interdum poſt communicatos, N. & N. ſolebat aliquando morari cum eis in Confeſſionario, deponit etiam dictum N. eſſe bonæ famæ; bonæ vitæ, nec cum eo habere inimicitiam *d. fol.* 1.

Conſtitutus dictus N. dicit plura, inter alia, quod ſi fortaſſe quis eſſet perſona ſpiritualis magis alia bona ſe non exiſtimaſſe inconueniens poſſe Sacerdotem communicare talem perſonam pluribus particulis, verum ſe remittit ad Catholicorum opinionem, & ritum S. Eccleſiæ, quidem communicandi cum vna particula, & quod ipſe ita ſemper communicauit.

In ſimul deponit N. qualiter pluribus perſonis bonæ vitæ communicauit in omni die, ſic ipſe putans, & certò exiſtimans poſſe fieri, & quod quando aliquis eſt in gratia ipſe putat, quod poſſit communicari in omni die *fol.* 2. Alius denuncians, *fol.* 2. à tergo dicit, quod rarò vidit N. communicare N. cum pluribus particulis, & hoſtiis conſecratis; ſed quod vidit communicare N. & N. aliquoties cum pluribus particulis, & deponit inſimul ſe non habere inimicitiam cum D.D.N. Alius teſtis *fol.* 3. deponit quod in principio quo D.N. cœpit communicare communicabat N. & N. vna ſola particula; ſed poſt menſem in circa communicauit pluribus hoſtiis, & quod d.D.N. dedit licentiam N. & N. communicandi ſæpius *fol.* 3. Idem alius deponit *fol.* 3. à tergo, & idem D.N. *fol.* 4. confitetur ſe feciſſe, ſed non excedit tres particulas, & hoc dicit, ſe feciſſe, vt permanentibus plus in ſtomacho ſpeciebus poſſent communicati elicere plures actus amoris erga Deum cum maiori temporis interuallo gratiæ, quod dicit ipſe illicitum non exiſtimaſſe, & confitetur ſe feciſſe, ac eũ pœnitet & petit veniam à Deo, & à Sancto Tribunali, & hoc deponit vidiſſe ab aliis, etiam fieri, quorum aliqui ſunt viui, & alij mortui *fol.* 4.

Sub die 15. Septembris 1657. deponit N. ſe vidiſſe D.N. & D.N. communicaſſe aliquos particulares pluribus particulis, & quod in patena diuidebant plures particulas, & quibuſdã dabant vnam, ex illis aliis dabant alias *fol.* 4. à tergo, & die 14. eiuſdem menſis D. N. ſe præſentat ſpontaneè coram Illuſtriſſimo Inquiſitore ſepties circiter communicaſſe aliquos pluribus particulis, vt plus temporis conſeruaretur gratia in ſuſcipientibus, & petit veniam eodem Tribunali, & ratificando conſtitutum dicit, ſe id feciſſe, quia vidit fieri à perſonis doctis tam regularibus, quam ſecularibus, quos mortuos eſſe teſtatur. *fol.* 5. Deponit etiam N. vidiſſe D.N. in principio, quo cœpit audire confeſſiones non multum ſolitum ſtare ad audiendas confeſſiones, ſed poſt aliquod tempus longo ſpatio morari ſolitum in audiendis confeſſionibus aliquarum perſonarum, & poſt communionem

munionem iterum accessisse ad confessionarium, & etiam deponit de visu, quod aliquibus personis communicauerit cum pluribus hostiis, & aliis cum vna sola; & etiam deponit, quod cum fuisset admonitus de hoc dicto, & quod murmurabant, denuò id fecit. Item deponit, quod quando audiebat confessiones N. & N. & leuabatur hostia in Missa, nullum faciebat actum reuerentiæ, ex quo astantes scandalizabantur, & etiam deponit nullam habere inimicitiam cum dicto D. N. sed hoc dicere ob suæ conscientiæ scrupulum.

Deponit alius, quod cum in patena reperirentur duæ particulæ, vt communicarentur N. & N. fuit persuasus ad alias ponendas, ex quo scandalizatus remansit deponens, & etiam deponit, quod hic modus communicandi dicti N. fuit obseruatus ab aliquibus, qui eum certiorauerunt, deponit de bona fama omnium inquisitorum, & nullam habere inimicitiam, & subdit malum esse nouitates introducere in Ecclesia Dei contra ritum Ecclesiasticum, vt est communicare cum pluribus particulis *fol. 6.*

Alius deponit vidisse N. communicare pluribus particulis, ex quo scandalizatus fuit. Imo accessit ad virum doctum consulendum, an liceret commmunicare hoc modo, & fuit ab eodem negatiuè responsum; quia contra communem opinionem, & vsum Ecclesiæ: nec de hoc contentus interrogauit alium virum doctum, & practicum in materia S. Officij, an communicare cum pluribus particulis esset casus inquisitionis, & fuit responsum, quod ipse credebat quod non; sed esse reprehensione dignum, nec non deponit quod dictus N. post communicatos N. & N. iterum accedebat ad colloquendum cum eis in confessionario longo tempore; quod cum aliis non faciebat. Nec non deponit, quomodo hic N. singulis diebus fecisset communicari aliquos, qui in foro externo tales non apparebant, vt deberet eis permitti singulis diebus communio: tandem dicit nullam habere inimicitiam cum dicto N.

Quare duo N. & N. sunt inquisiti in hoc sancto tribunali N. maior, & N. minor ambo Sacerdotes bonæ vitæ, & famæ, vt ex testibus fisci apparet, nemine discrepante.

Contra N. maiorem sunt sex depositiones *fol. 1. fol. 2.* à tergo *fol. 3. fol. 3.* à tergo alia de vtrisque N. N. *fol. 4.* à tergo, & alia *fol. 5.* à tergo. Constitutus N. maior idem deponit *fol. 1.* à tergo, & denuò constitutus *fol. 4.* idem dicit N. minor se præsentat spontaneè, quia eius præsentatio est die 14. Septembris 1657. & denunciatio est die 15. Septembris eiusdem anni, quæ contra N. minorem est vnica denunciatio post spontaneam comparitionem. Videndum ergo est primo quale delictum commiserint N. & N. Secundò, quæ probationes sint contrà vtrosque. Tertiò, quâ pœna puniendi.

2 Suppono primò, Sacramentum Eucharistiæ conferre augmentum gratiæ sanctificantis, vt est de fide definitum contra hæreticos in Concilio Florentino, *in decreto Eugenij, & in Tridentino sess. 13. cap. 2. & sess. 7. can. 6. 7. & 8.* & ante *in cap. firmiter de Summa Trinitate, & fide catholica cap. cum Marthæ, de celebrat. Missarum*, & docent omnes Patres & DD. teste Suarez *disp. 63. de Eucharistia sect. 1.* Vasquez, Valentia, Bellarminus, & alij, quos citat, & sequitur Decastillo, *tract. 4. disp. 8.*

3 Quod augmentum gratiæ, vt conferat requiritur actualis aliqua deuotio in suscipiente, Sanctus Thomas *in 4. dist. in quæst. 2. art. 1. quæst. 3.* S. Bonauentura *dist. 12. articulo 2. quæst. 1.* Durandus *quæst. 4. ad 2.* Paludanus *quæst. 1. art. 2* Caietanus *quæst. 79. art. 1.* Syluester *in verbo, Eucharistia, in fine*, Petrus Soto *lect. 2. de Eucharistia*, & dicunt isti, eam esse rationem, quia si actualis aliqua deuotio non requireretur, sequeretur quod Sacerdotes quæ in statu gratiæ quotidie Eucharistiam sumunt ingens quoddam, & incredibile augmentum gratiæ obtineant.

Alij, & verius putant, præter statum gratiæ nullam aliam dispositionem in suscipiente prærequiri, vt colligitur ex Trident. *sess. 13. cap. 4.* quod dicit S. Thom. *in 3. p. quæst. 97. art. 8. in corpore, ad primum*, Gabriel, Soto, Ledesma, Adrianus, Victoria, & Corduba, quos citat, & sequitur Vasquez, *disp. 206.* Valentia, *quæst. 7. punct. 3.* Coninchus *quæstion. 79. art. 1. dubio 1.* Reginaldus *lib. 29. cap. 6.* Bonacina *disp. 4. quæst. 4. punct. 1. num. 3.* Hurtadus *disp. 7. difficult. 3.* Granadus *tract. 9. disp. 2. num. 7.* Fagundez *lib. 4. præcepto 3. cap. 3. num. 3.* P. Henriquez *lib. 8. cap. 45. num. 2. vbi ait*, quod *qui accedit ad Eucharistiam cum affectu peccatorum venialium aut cum actuali distract. non peccat mortaliter, nec impedit, quin statim conferatur habituale augmentum gratiæ:* Sequitur Villalobos, *tom. 1. tract. 7. difficultat. 30.* Macado *tom. 1. lib. 3. p. 1. tract. 5. documento 7.*

Dixi Eucharistiam conferre augmentum gratiæ, quia per se non confert primam gratiam, 4
nec delet per se peccatum mortale; vt contra Hæreticos nostri temporis docet Bellarminus, *lib. 4. de Eucharistia, cap. 19.* quia hoc Sacramentum est per se institutum pro spiritualiter viuis, vt in vita spirituali crescant, non pro spiritualiter mortuis, vt ad vitam reuocentur; vnde qui ad illud conscius mortalis accedit contra institutionem illius accedit, & consequenter indigne, *vt ex Trid. colligitur sess. 13. cap. 3. & Can. 5.* quod docent omnes Patres, & DD. Catholici cum diuo Thoma *3. p. q. 79. art. 3.* confert tamen pri- 5
mam gratiam saltem per accidens, vt contra Alexandrum, S. Bonauenturam, Gabrielium, Vasquez, & alios quos refert, & sequitur Cardinalis de Lugo, docent communiter DD. cum S. Thoma *quæst. 79. art. 3. & quæst. 80. art. 3.* & aliis, quos refert, & sequitur Suarez *disp. 62. sect. 1.* Granadus *tract. 9. disp. 3.* Bonac. *disp. 4. quæst. 4. p. 1. num. 1.* Diana *p. 3. cap. 6. resol. 4.* Fagundez *præcept. 3. lib. 4. cap. 2. num. 9.* Toletus *lib. 1. c. 29.* cum aliis, quos refert, & sequitur Leander *tract. 7. disp. 11. quæst. 4.* exemplum est primò quando quis inuincibiliter ignorat statum peccati, quem habet; vel quia ritè se extimat absolutum cum non fuerit, tunc primam recipit gratiam: Secundo quando memor quis peccati mortalis, vrgente necessitate sine copia confessarij accedit cum sola attritione reputata contritione ad Eucharistiam, quia tunc vigore huius Sacramenti fit ex attrito contritus, & primam recipit gratiam, Suarez, Fagundez, Toletus, & alij, *vbi suprà.*

Suppono secundo Eucharistiam conferre gra- 6
tiam, secundùm aliquos, dum est in ore sumentis antequam trajiciatur: ita Beccanus *de Eucharistia cap. 22. quæst. 6. num 2.* qui dicit probabilius dari gratiam cum hostia sumpta, & etiam si non sit transmissa, alioquin qui hostiam præ infirmitate non possunt transmittere, non acciperent gratiam; quod videtur absurdum &

cum Beccano concordat aliquo modo Vaſquez *diſp.* 203. *cap.* 2. *num.* 17. quatenus dicit, negari non poſſe vere manducari cum eſt in ore, & intra dentes conſeruatur iuxta ſignificationem verbi *manduco*, pro qua ſententia citatur etiam Caietanus, 3. *p. quæſt.* 79. *art.* 1. *ad* 2. Alij verò, & melius dicunt non conferre gratiam antequam traiiciatur, quia gratia confertur illi, qui manducat hunc panem cœleſtem, vt ſæpè dicitur Ioannis 6. ſed non poteſt dici manducare panem illum, qui panem ſumit in ore, niſi illum traiiciat, ſicut non poteſt dici bibi, cùm potum, quem aliquis ore deguſtat ſtatim expuit iuxta illud Matthæi 25. *cum guſtaſſet, noluit bibere.* Ergo & ſic docet Henriquez *li* 8. *cap.* 43. Sotus, Ledeſma, Valentia, Coninchus, Bonacina, & alij, quos ſequitur Hurtado, *diſput.* 8. *difficult.* 2. Granadus *tract.* 9. *diſp.* 7. *num.* 3. Caietanus, & alij, quos citat, & ſequitur Fagundez, *præcept.* 3. *lib.* 4. *cap.* 1. Diana *p.* 3. *tract.* 6. *reſol. quæſt.* 96. Syluius *quæſt.* 79. *art.* 2. *& alij*, quos ſequitur Decaſtill. *tract.* 4. *diſp.* 8. *dubio* 2. *num.* 18. dum docet eum, qui retinet in ore diù hoſtiam, ita vt ſpecies corrumpantur, antequam deglutiantur non recipere fructum Sacramenti; quando verò deglutitur hoſtia, & ad ſtomachum traiicitur an conferat gratiam, quæſtio eſt. Negat cum Fagundez vbi *ſup.* Caietanus 3. *p. q.* 79. *art.* 1. Gabriel, *lect.* 85. qui dicunt ſolum conferre gratiam quando iam ſacræ ſpecies ſunt in ſtomacho, alij firmant conferre, dum traiicitur hoſtia: ita Suares; Soto, Ledeſma, Henriquez, Victoria, & alij, quos ſequitur Diana 3. *p. tract.* 6. *reſolut.* 96. ego puto probabilius loquendo Euchariſtiam conferre gratiam, non quidem quando deglutitur aut per guttur tranſit, ſed in vltimo inſtanti terminatiuo traiectionis ſpecierum ad ſtomachum, quia manducatio non ſolùm includit ſumptionem cibi, & potus in ore, ſed etiam traiectionem, & deglutitionem eorum ad ſtomachum, non qualemcumque, ſed perfectam, & in qua verum ſit dicere deglutitum eſt, vt bene Henriquez *lib.* 8. *cap.* 43. Sotus *diſt.* 11. *q.* 2. *art.* 1. Coninchus *quæſt.* 79. *num.* 23. Bonacina *diſp.* 4. *q.* 4. *punct.* 2. Hurtadus *diſp.* 8. *difficult.* 2. Lugo *diſp.* 12. *num.* 40. Granadus *tract.* 9. *diſp.* 7. *num.* 11. Verum
7 tamen eſt, quod ſi Euchariſtia poneretur ab Angelo intra ſtomachum hominis ſcientis, & volentis eam recipere, ſine eo, quod intraret per oris manducationem, adhuc cauſaret gratiam, ita contra Suarez *diſput.* 43. *ſect.* 7. Coninchus *quæſt.* 79. *articulo* 1. *dubio* 2. *num.* 43. docent alij cum Cardinali de Lugo *diſp.* 1. *ſect.* 7. *num.* 115. *& diſp.* 12. *num.* 58. P. Salmeronus *tom.* 9. *tract.* 33. ante tertium augmentum: ratio eſt, quia manducatio ſolum eſt conditio requiſita, vt cibus alioquin potẽs applicetur: Octauò ſi iſte cibus diuinus alio modo applicetur eodem modo poterit gratiam operari; ſicuti ſi cibus naturalis poneretur miraculoſe intra ſtomachum eodem modo nutriret hominem, ac ſi manducaretur: ſecundò probatur ex facto miraculoſo, quod cuidam comiti Gallo contigit qui dum eſſet morti proximus, & mala ſtomachi diſpoſitione prohiberetur à communione Euchariſtiæ, quam ardenter exoptabat allatam ſibi hoſtiam, & ſuper ſtomachum poſitam, aperto diuinitus pectore ſuſcepit, & ſtatim obiit, quo caſu credibile eſt Euchariſtiam tribuiſſe effectum ſuum ex opere operato, nam tantus eximius fauor ad hoc videtur ordinatus ſcilicet ad communicandum fructum Euchariſtiæ, vt bene DD. citati, His poſitis pro generali concluſionis intelligentia,

Reſpondeo ad dubium pro defenſione delin- 8
quentium per ſe loquendo nullum hos tales commiſiſſe delictum, quod tamen per accidens commiſerunt ratione ſcil. ſcandali ob periculum introducendi ſuppoſitionem aliquam, aut opinionem de virtute huius Sacramenti, ita poſt alios Vaſquez *diſput.* 203. *num.* 26. Decaſtillo & alij apud Leandrum *tract.* 7. *diſp.* 10. *q.* 21. *per totam.*

Probatur (prima pars concluſionis, quod per 9
ſe loquendo non ſit delictum: Primò quia Euchariſtia cauſat augmentum gratiæ quandiu durat in ſtomacho, dummodo homo magis, ac magis de nouo ſe diſponat, ſiue per continuationem eiuſdem actus, qui initio ſumptionis elicitus fuit, ſiue per intenſionem actuum: ita Suar. *diſp.* 63. *ſect.* 4. 5. & 6. Coninchus *quæſt.* 79. *art.* 1. *num.* 421. Reginaldus *lib.* 29. *num.* 140. Valentia *diſp.* 6. *quæſt.* 7. *punct.* 1. Cardinalis de Lugo *diſp.* 12. *num.* 46. *de Euchariſtia*, Amicus *de Euchariſtia diſp.* 25. *n.* 24. & hoc ſenſu procedit opinio Caietani 3. *part. quæſt.* 79. *art.* 1. *maioris diſt.* 9. *quæſt.* 1. *arg.* 30. Gabriel *lect.* 55. qui dicunt Euchariſtiam cauſare gratiam continuè toto tempore, quo ſpecies incorruptæ perſeuerant in ſtomacho, intelliguntur enim poſita noua diſpoſitione, alioquin ſi non poneretur nouus actus non cauſaretur continuè gratia & ſic intelliguntur Sotus, Ledeſma, Valentia, Henriquez, Vaſquez & Bonac. quos refert, & ſequitur Hurtado *diſput.* 8. *diff.* 2. Diana *p.* 4. *tract.* 6. *reſol.* 96. Filliuc. *tract.* 4. *n.* 174. Ioannes de la Cruce, *de Euchariſtia quæſt.* 4. *dub.* 1. *col.* 1. Corneio *q.* 79. *dub.* 4. ergo ſi ſpecies cauſant gratiam continuè quouſque non conſumantur, fiſi N. & N. hac opinione id fecerunt cum aliquibus perſuadẽtibus eiſdem, *nouos actus amoris poſt communionem, vt maius reciperent augmentum gratiæ.*

Probatur ſecunda: quia ſi quis accipiat hoſtiam 10
in peccato mortali, & antequam ſpecies corrumpantur, confiteatur, vel conteratur recipit gratiam ab Euchariſtia: ita Suarez *diſp.* 63. *ſect.* 7. vbi probat non ſolùm hoc non eſſe inconueniens, ſed maximè dignum Chriſti benignitate, & efficaciam in redimendo, & ſaluando hominem; nam ſi ad hũc finem venit in hominem per hoc Sacramentum, vt illum ſibi vniat, ſi poſtea in itinere non inueniat diſpoſitum, & antequam diſcedat homo ſe conuertit ac diſponit operabitur in illo effectum, propter quem ad illum Sacramentaliter venit, vt bene Leand. *tr.* 7. *de Euchariſtia diſputat.* 10. *quæſt.* 18. licet aliqui contrarium tenuerint cum Henriquez, Bonacina, Soto, & aliis apud Cardinalem de Lugo *diſp.* 12. *num.* 62. Hurtado *diſp.* 8. *diff.* 3. Vaſquez *diſp.* 203. *num.* 22. Hinc etiamſi 11
Sacerdos recipiat vnam partem hoſtiæ in peccato, & antequam recipiat alteram partem hoſtiæ per contritionem in gratia conſtituatur, recipit gratiam vtriuſque partis, quia adhuc durant ſpecies, quæ cauſant gratiam ex opere operato, quò vſque durant: ita Suarez *diſp.* 63. *ſect.* 4. Coninchus *quæſt.* 76. *dub.* 2. *num.* 28 & 48. Lugo *diſp.* 12. *num.* 62. Decaſtillo *tract.* 4. *diſp.* 8. *dub.* 2. *num.* 26. Nugnus *in* 3. *part. quæſt.* 79. *art.* 1. contra Henriquez *lib.* 8. *cap.* 43. Bonacinam *diſput.* 4. *quæſt.* 4. *part.* 2. *num.* 4. Sotum, & alios, quos refert, & ſequitur Torreblanca *lib.* 2. *practicarum, capit.* 7. *num.* 47. quos benè impugnat Leander *vbi ſuprà, quæſt.* 17. Vnde congruenter dico, quod ſi quis tempore communionis erat in peccato, aut poſt communionem peccauit, tenetur conteri vel confite-

ri

ri pro toto illo tempore quo species incorruptæ manent in stomacho, quia toto tempore, quo Christus in illo adest, ponit obicem Sacramento, & retinet Christum in vase immundo; ergo tenebitur tollere obicem ita Suarez *disput. 63. sect. 7.* Cardinalis Lugo *vbi supra n. 59.* Leander *tract. 7. disp. 10. q. 19.*

15 Probatur tertiò, quia vtilius, & melius est communicare in maiori specierum quantitate, aut sumere hostiam magnam, quam paruam, & vtilius dixi per accidens non per se, quia quò plus durant species in stomacho, eò plus gratiæ poterit quis recipere; nam quo magis Christus in stomacho manet, plures actus habere possumus deuotionis, per quos disponamur ad recipiendum nouum effectum Sacramenti: ita Cardinalis Lugo *vbi supra num. 95.* Leander *vbi supra*

14 *quæst. 20.* Coninchus *num. 46.* ergo secluso scandalo non est illicitum dare, aut sumere plures formas, hostias, siue particulas consecratas vt bene Leander *quæst. 2.* sed per accidens propter periculum de quo suprà scil. introducendi nouam aliquam suppositionem, aut opinionem, de virtute huius Sacramenti esset illicitum, si verò quis species detinet in ore donec corrumpantur non recipit gratiam Eucharistæ, quia non manducauit illam, aut Christum contentum sub speciebus, DD. communiter cum Bonacina *disp. 4. quæst. 4. puncto 2. num. 3.* Corneio *quæst. 79. disp. vnica du-*

15 *bio 2.* Decastillo *vbi suprà.* Sacerdos verò, qui deglutiuit tantum partem hostiæ & statim moritur, recipit gratiam, quia in sumptione primæ partis hostiæ verè manducatur totus Christus: ergo, ita Bonacina *vbi suprà* Sanchez *lib. 8. cap. 43.*

16 Fagundez *præcepto 3. lib. 4. cap. 1. num. 10.* Sic qui deglutiuit Eucharistiam, & illam statim euomit recipit gratiam, quia Eucharistia producit suum effectum in eo instanti, in quo deglutita est, ita Henriquez Bonacina, Fagundez, & alij *vbi suprà* Decastillo *tract. 2. disp. 8. dubio 2. num. 19.* quia gratia fuit collata in ipsa receptione.

17 Probatur quartò, quia probabilior est sententia; maiorem gratiam conferre vtramque speciem Eucharistiæ, quàm singulas seorsim: quia vtræque species simul significant plenitudinem conuiuij spiritualis, & satietatem perfectam animæ, quod singulæ species seorsim non significant: ergo expressè rei significatæ aliquid respondet diuersum vtrique speciei simul, quod non correspondet singulis seorsim; patet consequentia, quia Sacramenta causant, quod significant; & ideo Clemens V I. in Bulla ad Regem Galliæ anno 1541. concessit ei communionem sub vtraque specie, addens Pontifex; hoc illi concedere ad maiorem gratiæ augmentum, & ita etiam docent communiter DD. apud Vasquez *disp. 215. cap. 2.* Hurtado *disput. 11. diff. 6.* Corneio *quæst. 80. artic. 12. dub. 2.* Lugo *disp. 12. section. 3. num 68.* & esse probabilem sententiam dicit Decastillo *tract. 4. disput. 10. dub. 10. num. 206.* contrà alios dicentes eandem gratiam conferri, alioquin laici, qui vnicam tantum speciem accipiunt verè defraudarentur aliqua gratia, qua priuari iniquum videretur: de qua re DD. apud Dianam *part. 3. tract. 6. resol. 97.* qui

18 tamen *part. 3. tract. 6. resol. 29.* in contrarium inclinat; non tamen est licitum laicis sub vtraque specie communicare, vt contra hæreticos nostri temporis est de fide definitum in Trident. *sess. 21. cap. 1. 2. & 3. & can. 1. 2. & 3.* & in Concilio Constantiense, *sess. 13.* vbi Sacerdos sub excommunicatione prohibetur ministrare laicis vtramque speciem, & sic tenent omnes Catholici, Vasquez *disp. 206. cap. 1.* & iustissimas causas, ob quas Ecclesia prohibuit laicis vsum Calicis refert Decastillo *disp. 10. dub. 9.* Diana *par. 8. tract. 1. res. 24.* Leander *dict. disp. 10. quæst. 26.* sufficit ergò laicis sub altera tantum specie suscipere Eucharistiam, vt contrà hæreticos nostri temporis probant Beuanus *lib. 1. controuers. cap. 9. num. 7.* Bellarminus *tom. 3. lib. 4. de Sacramentis Eucharistiæ, cap. 21. 22. 23. & 24.* Lupus *de Sancta Inquisit. part. 4. lib. 26. dist. 8. art. 20. & sequenti,* Stapletonius *in tract. de Eucharistia in controuersis,* Grauina, Valentia, & 19
alij Controuersistæ. Sacerdos verò, dum more laicorum communicatur peccat mortaliter, si sub vtraque specie Eucharistiam suscipiat, ita Nauarrus *in manuali cap. 21. num. 54.* Henriquez *lib. 8. cap. 44. num. 3.* Fagundez *præcepto 3. lib. 3. cap. 4. num. 50.* ex Trident. *sess. 22. post Canon. 4.* 20
posset verò S. Pont. ex iusta causa concedere alicui Regno, nationi, seu personæ communionem sub vtraque specie, vt de facto id concessit Paulus I. nationi Bohemorum, & Clemens V I. Regi Galliæ vt referunt Suarez *disp. 71. sect. 3.* Henriq. *lib. 8. cap. 44. num. 7.* Fagundez *vbi suprà num. 19.* Leander *tract. 7. disp. 10. quæst. 28.* sic consuetudo 21
non est improbanda, quæ in aliquo casu obtinuit, vt aliquibus personis detur vtraq; species, si talis consuetudo scita sit, & tacitè saltem approbata 22
à Sede Apostolica, sic bona consuetudo est, vt Diaconus, & Subdiaconus, qui ministrant summo Pontifici in Missa solemni, sub vtraque specie communicent, vt dixit Filliucius, & Suarez *l. non alij Cardinales qui eidem Missæ solemni interfunt,* vt falsò affirmant Henriquez *lib. 8. cap. 4. num. 7.* Petrus de Ledesma, *de Eucharistia cap. 16.* Fagundez *præcepto 3. lib. 3. cap. 4. num. 10. & 22.* sic Imperator dum coronatur sumit vtramque speciem, vt affirmant Henriqu. Turrianus, & alij apud ipsum, & Rex Galliæ bis communicat sub vtraque specie, videlicet dum vngitur, & in articulo mortis, & similem consuetudinem communicandi sub vtraque specie, obseruari Parisiis apud monasteria Cluniacense, & Nonisianum dicunt Suarez, *disp. 17. sect. 3.* Diana *part. 8.* 23
tract. 1. resol. 15. & Leander *d. disput. 10. quæst. 29.* & in casu, quo mortuus esset Sacerdos post consecratum Calicem, & nullus esset Sacerdos qui posset sanguinem bibere; tunc posset laicus calicem sumere, deficientibus scil. Sacerdotibus, qui id velint facere; quia præceptum Ecclesiasticum, quo prohibitum est laicis non communicare sub vtraque specie est introductum ob maiorem reuerentiam huius Sacramenti: ergo non debet obligare cum periculo maioris irreuerentiæ Suarez *disp. 71. sect. 3.* Vasquez, & alij apud Dianam *par. 5.*
tract. 3. resol. 34. & quia de iure diuino est, vt com- 24
municemus in articulo mortis, & de iure positiuo communicari in vna specie, propterea si daretur casus, quod infirmus esset, vt panem deglutire non posset, sed tantum vinum, tunc posset sumere sanguinem absque panis specie, & in Græcia sic practicatum refert Henriquez *lib. 8. cap. 44.* Concilio Toletano 11. *cap. 11.* Cartaginensi 4. *cap. 76.* Nugnus *in 3. par. 1. num. 1. quæst. 80. art. 12. concl. 3.* Diana, & alij apud Leandrum *vbi suprà quæst. 31.*

Vnde patet probatio secundæ, partis con- 25
clusionis contra Vasquez *disput. 203. numer. 26.* ibi curandum nihilominus esset, nè maior quantitas specierum mulierculis ignorantibus daretur, quia licèt tolerabilis esset vsus propter opinio-

nem Caietani, & aliorum, facilè tamen introduci poterit falſa opinio de virtute huius Sacramenti, vt eo maior exiſtimaretur, quo plures eſſent ſpecies panis, aut quo maior quantitas illarum eſſet: ſequitur de Caſtillo *tract.4. diſp.9. dub.17. num.382.* Leander *diſp.10.tract.7.quæſt.21.*

26 In quo quidem ſenſu intelliguntur, Ferdinandus de Hæredia *de Euchariſtia par.2.quæſt.4.concl. 2.* & Ioannes de la Cruce, quos refert, & ſequitur Diana *par.4.tract.8.reſol.96.* qui dicunt poſſe Inquiſitores punire ſumentes in communione maiores, aut plures hoſtias, ſeu particulas, quod idem Diana reportat, *in Summa in verbo Inquiſitorum Iuriſdictio in quæ delicta numer. 91. fol.300.* quod ſanè procedit ratione ſcandali, quod poſſet oriri, &c.

27 De alio verò denunciatus venit D.N. maior, quod ſcil. conſuluerit quotidianum vſum Euchariſtiæ quibuſdam ſuis pœnitentibus, quem non fuiſſe erroté, nec delictú videre licet ex illa quæſtione tam celebri inter Theologos, an cóſulendus ſit omnibus fidelibus indifferenter vſus quotidianus Euchariſtiæ. In qua quæſtione negant eſſe omnibus conſulendum Victoria, Sotus, Caietanus, D. Antoninus, Sylueſter, Nugnus, Tabiena, & alij, quos refert, & ſequitur Cardinalis de Lugo *diſp. 17. ſect.8. per totam*, vbi latè, & doctè hanc partem probat, & defendit contrariam opinionem eſſe ſcil. conſulendum omnibus, poſt alios defendit Doctiſſimus Ioannes Sancius *in ſuis ſelectis diſput.22. per totam.* Merlinus *de frequentia Euchariſtiæ, per totum volumen*, quidquid tamen ſit de omnibus, tamen quibuſdam timoratis, & bonæ vitæ, concludunt omnes, conſulendum, & hoc conſulebat dictus N. maior, quod nullum continet errorem, vel delictum.

28 Circa ſecundum verò dubium, quas probationes habere debeamus, certum eſt, nos habere plures denunciantes, & depoſitiones ſingulares, quæ neque in materia fidei ſufficiunt ad conuincendum, Farinac. *de teſtibus qu. 64. num.202. & de hæreſi q.188.n.152.* quod in omni alia materia procedere dicit Ludouicus Gilhauſen *in arbore iudiciali criminali cap.6. part.3.de teſtibus num.92.* Cantera *quæſtionum criminalium cap.2. de probat. per teſtes num.17.* vbi ex Baldo *in l.Ius iurandi, C. de teſtibus*, ait, quod teſtes ſingulares ſunt qui deponunt de diuerſitate factorum, vel rerum, & quod ex his tantum probat vnus quantum mille, ſolum verò in caſu ſollicitationis *ex Bulla Gregorij XV.* ſupremi Inquiſitores ex quo ſupremam habent poteſtatem, & cum agatur de delicto, quod nec actu, nec habitu poteſt aliter probari, teſtes ſingulares ſunt ſufficientes, nec habent locum in tali delicto iuris regulæ Carena *de Sancto Officio tit.6. §.50. num.33.* Vnde quando contra vnum ſunt plures teſtes omni exceptione maiores, ſed ſunt ſingulares in ſuis dictis, & deponunt de diuerſis actibus eiuſdem ſpeciei delicti; neque ex his poterit reus dici conuictus, vt bene Peña *in directorio commentar. 121.* Roias, & alij apud Carenam *vbi ſuprà numer.36.* Verum quando ſunt plures numero, & valdè digni poſſunt coniungi, & ita ſolent iungi in Tribunali Sancti officij ad pœnam tamen extraordinariam, vt bene Carena *vbi ſuprà §.50.num.41.*

29 De Confeſſione verò facta à N. maiore vtpotè facta coram iudice non ſedente pro Tribunali; ſed in iudicio non ſufficit ad condemnandum pœna ordinaria, quod ad pœnam extraordinariam, latè Maſcardus *de probationibus concl.347. & 348.* Farinacius *quæſt.51. cap.1. num.50.* qui *num.62.* notat, quod nec probat confeſſio caſu, quo alicui aſſignentur tres iudices ſimul, & confiteatur tantum coram duobus, idque ob incompetentiam iudicis, quia iudex competens ſunt omnes tres aſſignati ſimul, vt bene Saleſſes *de Sancta Inquiſitione lib. 2. regula 178. à numer. 43. cum ſequent.*

D.N. verò minor eſt ſpontè comparens, ille 30
enim dicitur ſpontè comparens qui nullis indiciis præuentus, nec vocatus, nec citatus comparet, ſpontè enim aliquid fieri dicitur, quando illud fit propria Autoritate, *ſine alterius requiſit. l.ſpontè, ff. de muneribus, & honoribus l.4. §.fin. C. ad leg. Corn. de ſicariis l.2. C. de his, qui latron.* Gloſſ. *in cap.1. 16. quæſt.6. in verbo ſponte* Carena *2. part. tit.18. §.1.* Souſa *lib.4.cap.8. à num.50. vſque ad finem*, Bordonus *tom.1. de Sancto officio cap.30. num.23.* quæ ſpontanea comparitio minuit pœnam, idem Bordonus *cap.36.n.43.*

Quod ſi indiciis præuentus compareat non ci- 31
tatus, nec vocatus, eſt quæſtio, an ſit ſponte comparens, & diſtingunt DD. duos caſus.

Primus eſt in eo, qui ſcit, vel ſuſpicatur, ſe præuentum, & ſic metu probationum in S. Officio comparuit, & confeſſus eſt, & hoc caſu licèt mitius iſte comparens ſit tractandus; tamen non dicitur ſpontè comparens, nam eſt præuentus, & ſcit, vel ſuſpicatur ſe præuentum.

Secundus caſus eſt, quando ignorat ſe præuentum, & tunc debet gaudere beneficio ſpontè comparentium Farinacius *de hæreſi quæſt.193. numer.28.* Carena *d.tit.18.part.2.§.1.num.2.*

Circa tertium, & vltimum qua pœna pu- 32
niendi ſint dicti N. & N. dico quoad N. minorem eum eſſe ſpontè comparentem, & poſteà vnica denunciatione denunciatum, quoad N. maiorem & omnes ſimul: dico ignorantiam iuris, vel facti non excuſare in articulis fidei manifeſtis, quos omnes ſcire tenentur, quales ſunt, qui continentur in Symbolo Apoſtolorum, qui nimirum inter Chriſti fideles publicè ſolemnizantur, tamen excuſat ab aliis etiam in materia fidei; Farinacius *de hæreſi quæſt.179.* Ricciullus *lib.50.cap.7.num.7.* Carena *tit.1. de hæreſi num.42.* Bordonus *de S. Officio cap.36. num.48.tom.1.*

Ignorantia ergo iuris, vel facti, quia in rebus fidei excuſat, vt bene Caſtrus Palaus *tract. 4. de fide diſp.1.num.11.* Sanchez *in ſumma lib.2. cap.3. num.2.* Suarez *diſp.15. de fide ſect.1.* Salellius *de ſancta Inquiſit. lib.1.regula 80.à num.154.fol.161. cum ſequentibus*, nil mirum ſi iſti ignorantes prohibitionem reſultantem ex ſcandalo, quod poſſet oriri, eam practicauerint, cum ex alio capite operati fuerint cum opinione per ſe probabili: 33
quia ſi ex Sanchez *in ſumma tom.1. lib.1. cap.9. num.7.* opinio vnius Doctoris docti, & pij ſufficit ad conſtituendam opinionem probabilem, hæc eſt opinio probabilis per ſe loquendo ex ſupradictis, nec tenetur operans ſequi opinionem 34
probabiliorem, ſed poteſt ſequi minus probabilem cum nullus teneatur ſequi, quod perfectius eſt, & ſecurius, ſed ſatis eſt ſequi ſecurum, & perfectum, & eſſet onus intolerabile; ſi homo teneatur opiniones probabiliores inueſtigare, vt bene Sanchez *in ſumma tom.1. lib.1. cap.9. num.14.* Diana *part.2. tract.13. reſol.1. & part.4.tractat.4. reſol.4. & in ſumma in verbo opinio probabilis fol. mihi 396.* contra Antonium Mirandam dicentem, teneri ſequi probabiliorem, vt in toto volumine.

Quare

35 Quare si ob scandalum quod posset oriri opinio improbatur, reduceretur ad scandalosam propositionem per accidens, practicantes, & reductiuè ad prohibitionem *Pauli III. in Bulla*, quæ incipit *Apostolici culminis speculа*, quæ habetur inter literas Apostolicas pro Sancto Officio, vbi Paulus dedit facultatem Inquisitoribus procedendi contra quoscumque etiam exemptos asserentes propositiones suspectas, scandalosas, periculosas &c. vt Episcopi etiam tanquam delegati Sedis Apostolicæ id facere possunt ex Trid. *sess. 5. cap. 1.* si ergo contra tales proferentes has scandalosas propositiones de per se tales, non possunt Inquisitores abiurationem imponere, sed solùm cogunt ad reuocandas dictas propositiones, & ad errorem suum detestandum iuxta *Extrauagantem vas electionis de hæreticis*, cuius reuocationis formulam ponit Massinus *in praxi Sancti Officij quæst. 7. sub rubrica forma della reuocatione &c.* Isti tales qui non scandalosam propositionē de per se, sed probabilissimam, per accidens tamen improbabilem, nullam merentur pœnam, & proinde ab Illustrissimo, & Benignissi. Ministro fore, & esse liberè dimittendos sperant, reprehensione tamen eisdem facta, vt in futurum sub grauissimis pœnis se abstineant, vt sperant Scripsi hodie 28. Nouembris 1657.

Tales fuerunt pœnitentiati per S. Officium priuatione administrationis Sacramentorum, pro summa benignitate eiusdem Tribunalis gratiam fuere consequuti: laus Deo.

DISCEPTATIO XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Causæ matrimoniales non sunt per omnes tractandæ, sed per quosdam.*
2 *Episcopus indoctus facilis ad diuortia, refertur.*
3 *Alexander Sperellus qualiter in diuortiis propositis se gesserit.*
4 *Mulieres in diuortiis proponendis, primò Sodomiam proponunt.*
5 *Status quæstionis proponitur in præsenti.*
6 *Totus processus in quatuor capita reducitur.*
7 *Mulieris adulterium ad Torum separandum, sufficit.*
8 *Viri adulterium an mulieri det causam separandi?*
9 *Viri adulterium cum concubinatu dat separandi auctoritatem, Neapoli præsertim.*
10 *Adulterium de iure ciuili non cadit nisi cum nupta.*
11 *Filij nati ex coniugato, & soluta sunt naturales tantùm.*
12 *Viri adulterium quando det mulieri separationem Tori.*
13 *Adulteria de quibus in præsenti non fuerunt probata.*
14 *Testes singulares an probent adulterium?*
19 *Adulterij suspicio triplex* temeraria, probabilis, & violenta.
16 *Adulterium non probatur ex accessu ad domum meretricis, vel frequentatione eiusdem.*
17 *Testis deponens inueri similia, est de falso suspectus.*
18 *Testis deponens vltra interrogatoria, est suspectus de falso.*
19 *Testis familiaris qualiter probet in præsenti?*
20 *Testis de auditu alieno, nihil probat.*
21 *Testis habens interesse in causa, nihil probat.*
22 *Testes de auditu ad defensam, qualiter probent.*
23 *Taciturnitas adulterij nocet ad petendum diuortium, & quando id verum sit?*
24 *Impostura signum quale sit, & an sit in præsenti?*
25 *Sollicitatio ad vitium pessimum, sufficit ad Tori separationem.*
26 *Sollicitatio ad vitium pessimum, cur sufficiat ad diuortium.*
27 *Sollicitatio ad vitium pessimum ex dicto sollicitati, non probatur.*
28 *Sollicitatio ad hoc facinus, ex duobus sollicitatis non probatur.*
29 *Sollicitati dictum cum violentia ad hoc facinus nihil probat & quid si sine violentia?*
30 *Testibus videntibus per foramen vnus post alium committi Sodomiam, an sit probatum.*
31 *Sodomia delictum per scripturam an probetur? & factum narratur.*
32 *Testes in criminibus exceptis, licet inhabiles admittuntur, & qualiter id procedat?*
33 *Sollicitatio ad præposteram venerem, qualiter probetur, ad effectum separationis Tori.*
34 *Morbus gallicus, an sufficiat ad separationem Tori?*
35 *Morbus gallicus qualiter probetur ad finem diuortij?*
36 *Sæuitia triplex* simplex, atrox, & atrocissima.
37 *Moderata castigatio vxoris, permittitur viro.*
38 *Vir cogi non potest ad non percutiendum moderatè vxorem.*
39 *Sæuitia simplex, & intra maritalem potestatem, non sufficit ad diuortium.*
40 *Marito an licitum sit vxorem tenere carceratam, & quid ob zelotypiam?*
41 *Mulier est in potestate viri, & homo ad imaginem Dei factus, non autem mulier, & quomodo hoc intelligatur de muliere?*
42 *Marito ob verba contumeliosa licitum est vxorem castigare, & verberare.*
43 *Signa percussionis leuis plura adducuntur.*
44 *Percussio alaphis facta in facie, an sit leuis, & quid si iterata?*
45 *Percussio baculi facta, an sit leuis, & quid cum sanguinis effusione?*
46 *Mulier viro restituitur, præstita cautione de non offendendo, posita atroci percussione.*
47 *Sæuitia non semel, sed pluries requiritur, vt fiat Tori separatio.*
48 *Mulier suo viro est restituenda probato matrimonio, & cohabitatione.*
49 *Restitutio vxoris, quando, & qualiter sit facienda, & cum diuersitate?*
50 *Concordantur iura* in cap. ex transmissa 8. de restit. spoliatorum cum c. ex parte eod. tit.
51 *Mulier qualiter sequestratur, pendente lite super diuortio.*
52 *Cautio qualiter præstatur* pignoratitia, fideiussoria, & iuratoria, *& de qua loquantur iura in præsenti?*
53 *Viro existente discreto, & emendato, sufficit iuratoria cautio.*
54 *Iudicis arbitrio remittitur, qualitas cautionis præstandæ in præsenti.*

55 *Sæuitia grauissima ad diuortium sufficiens duo requirit, & quæ ?*
56 *Sæuitia iteratis actibus requiritur pro diuortio.*
57 *Sæuitia semel exercita pro spatio decem annorum, non sufficit ad diuortium.*
58 *Sæuitia præterita pro diuortio non sufficit, sed requiritur timor futuræ.*
59 *Timor futuræ sæuitiæ qualiter consurgat ?*
60 *Cautione non sufficiente quid agendum ?*
61 *Grauis sæuitiæ exempla quæ sint ?*
62 *Grauis sæuitia, est vulneribus vxorem percutere cum cicatricibus.*
63 *Carceratio vxoris in cubiculo cum denegatione alimentorum, est grauis sæuitia.*
64 *Sæuitia viri, qualiter probetur erga vxorem.*
65 *Testes singulares, an probent sæuitiam, & quando ?*
66 *Testes de auditu an, & quando probent ?*
67 *Sæuitiæ probatio, præsumptiua non sufficit.*
68 *Sæuitia reconciliata præsumitur lapsu temporis.*
69 *Sæuitia qualiter, non obstante reconciliatione, possit proponi ad separationem Tori faciendam.*
70 *Sæuitiæ causæ, quæ adducantur in præsenti ?*
71 *Tacitus consensus, an operetur ad confessionem eruendam in præsenti.*
72 *Promotor Fiscalis adhærere debet parti impugnanti diuortium.*
73 *Oppium de quo in præsenti an sufficiat pro diuortio.*
74 *Mala fama in specie probata destruitur, per bonam famam, etiam in genere probatam.*
75 *Fama vndè oriri debeat, & qualiter ?*
76 *Testes deponentes de fama per verba iuris, sunt suspecti.*
77 *Inimicitiæ contractæ quando dent causam iustam diuertendi.*
78 *Marito querelante vxorem, & non carcerari faciente, vel non prosequente querelam, non oritur odium capitale.*
79 *Sententia non iustificata ex actis, est notoriè nulla.*
80 *Testes viles, & abiecti contra Nobilem, qualem faciant probationem ?*

ARGVMENTVM.

Iudicibus duntaxat prudentibus, Iurisque Canonici minimè ignaris, causæ matrimoniales sunt committendæ. Adulterium vtriusque coniugis an ad tori separationem sufficiat ? Infandum Sodomiæ scelus vtplurimùm solet à mulieribus maritis affingi, & quid de id genus accusationibus iudicandum sit ? Sæuitia quid, & quotuplex, quæve ad tori diuortium requiratur ?

PRO

Illustriss. D.N. Marchione N.

CONTRA

Illustriss. D. Marchionissam N. eius vxorem.

ALEXANDER III. Summus Pontifex *in cap. 1. de consanguinitate, & affinitate* determinat summa cum ratione, & prudentia, quod non sunt causæ matrimonij tractandæ per quoslibet; sed per Iudices discretos, qui potestatem habeant iudicandi, & statuta Canonum non ignorent: quia sæpe sæpius Iudices errare solent, in separationis Tori sententia proferenda ob sæuitias, adulteria, & alia similia maritis ab vxoribus apposita: ob quæ exasperatæ partes, plurima peccata committunt, & exitiales inter affines ortæ inimicitiæ, soboles malè educatæ, & familiæ etiam ad summam egestatem reducuntur, vt de quodam Episcopo legimus parum in iure versato, qui passim coniuges inter se altercantes, quoad Torum separabat. Vnde adeò creuit numerus, vt hac de causa ad Vrbem vocatus, cum S. Pontifex eum acriter argueret, subdens: an nescis, quod sermo Diuinus dicit ? *Quod Deus coniunxit, homo non separet*; ille magis vrbanè, & facetè, quàm piè respondit: Vtique Pater Sancte, sed cùm Deus sit dator pacis; Dæmon autem iurgiorum auctor, profectò quas Ego separaui, non Deus, sed Diabolus coniunxerat. Non sic fecit Illustriss. Alexander Sperellus, Episcopus Eugubinus, olim in hoc Regno Nuncius Apostolicus, qui cum in anno 1624. Regiensem Ecclesiam pro Eminentiss. Estensi regeret, vir Nobilis vxorem pari nobilitate ortam de adulterio accusauerat, ac proinde Tori separationem cum dotis lucro petebat: ipse tamen laborauit, vt à tam indigno conamine desisteret, & sic obtinuit, vt testatur 2. *tomo decis.* 139. *num.* 52. Ad hæc cùm pluries in causis separationis Tori, mulieres vellent attentatum vitium Sodomiæ proponere, quærebat priùs, an id probare possent, & cum negatiuè responderent, persuadebat illis, vt proprio pudori, ac virorum suorum existimationi parcerent. Quædam alia Genuæ licèt eidem fassa fuisset se in hoc scelus per septuaginta ferè vices cum marito consensisse *decis.* 140. *num.* 42. ait tamen quod si mulieris dicto etsi iurato super Sodomia standum esset ad finem separandi Torum, innumerabilia fierent diuortia (quia passim vxores iratæ hanc causam adducunt, & plurimæ mentiuntur) & essent testes, in causa propria: illis ergo non credendum, vt benè Caualcanus *de brachio regio p.* 1. *num.* 284. & Riccius *d.* 145. *num.* 18. *p.* 1.

Quæ cum ita sint, Reuerendiss. Domine, spero omni iure decidendum fore, per hanc Archiepiscopalem Curiam Neapolitanam Illustriss. Marchionissam N. cogendam esse ad præstanda obsequia matrimonialia suo viro Illustriss. D. Marchioni N. non obstantibus suis aëreis prætentionibus, deductis in hac eadem Curia.

Totum enim, quod in 23. articulis, & interrogatoriis Illustr. Marchionissa deduxit, ad hæc reducuntur, scil. Primò ad adulteria, quæ dixit commisisse Illustr. Marchionem cum Anna N. cum Benedicta, cum Maria Nobili, & cum Isabella. Secundò attentatum vitium pessimum. Tertiò ad sæuitiam causatam ob interesse cuiusdam

dam donationis, figuratæ per Marchionissam, sub qua sæuitia reducuntur verbales iniuriæ, *Pazza, Spiritata, Heretica, &c.* prohibitio ne accederet Confessarius, Medici, Oppium, Brachij contusio, & ruptura, & alia omnia, aëreè cum reuerentia asserta, & minimè probata per Marchionissam, cum nec fuerint, nec somniari potuerint. Quartò ad quædam vasa argentea furata, & subtracta per filios Marchionis; ex quibus tandem concludit ortam esse inimicitiam, & odium graue. Quæ omnia euacuata sunt in facto quoad probationes, ex eisdem testibus Marchionissæ, vt meus Collega optimè fundauit; Ego tamen in iure easdem prætensiones aëreas euacuando.

7 Quoad primum de Adulteriis, dico certum esse virum posse vxorem suam ob adulterium dimittere, & ob hanc causam separationem Tori concedendam viro, Matthæi *cap.* 5. *& cap.* 19. *cap significasti, cap. Gaudemus, cap. ex his de Diuortiis*, quæ est propositio de fide, teste Sanchez *de matrim. lib.* 10. *disp.* 3. Basilio Pontio *de matrim. lib.* 7. Perez *eodem tract.* Tancredo, & alij: dicitur enim Matthæi 19. *Quicumque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur*, & ob id constito de adulterio vxoris, non est deneganda Tori separatio, *cap. ex parte* 9. *de sponsalibus, cap. significasti* 4. *cap. ex literis* 50. *d. cap. Gaudemus*, vbi Barbosa *in collectaneis de diuortiis, cap. tua* 50. *de procuratoribus, cap. Intelleximus* 6. *cap. fin. de adulteriis*, Couarr. *de sponsalibus lib.* 4. *Decretalium* 2. *p. cap.* 7. §. 50. Iulius Clarus *in* §. *Adulterium num.* 12. *&* 16. vbi Baiardus *num.* 85. Monaldus *conf.* 8. *&* 88. *vol.* 1. Farinac. *de delictis carnis quæst.* 143. *num.* 9. Surdus *de alimentis, tit.* 7. *quæst.* 16. *num.* 23. Ceuallus *qu.* 734. Guttierrez *de matr. cap.* 129. Mulier verò à viro separata quoad Torum, & cohabitationem si adulterium postea committat, poterit ab eodem viro accusari, vt perbellè defendit post alios Gomesius Baio *in praxi Ecclesiastica lib.* 2. *quæst.* 129. qui *quæst.* 130. disputat an mulier separata per diuortium possit contrahere sine consensu mariti.

8 De adulterio verò commisso per virum maxima est controuersia, an peti possit separatio Tori per vxorem; prima opinio est affirmatiua, cum Bursato *conf.* 218. Sanchez *lib.* 10. *disp.* 3. Gratianus *cap.* 738. *num.* 50. Peguera *decis.* 94. Rota *d.* 49. *p.* 4. *&* 5. Duranus *d.* 336. *p.* 2. & alij, qui non solum dicunt in adulterio mariti, sed in simplici fornicatione habendo rem cum soluta Bursatus, & Farinac. *vbi supra.* etiamsi publicam, & prostitutam meretricem cognouerit, Soccin. senior, *conf.* 148. *vol.* 1. Bursatus *vbi supra num.* 14. quia separatio Tori est pœna canonica, de quo iure omnis coitus extra matrimonium est punibilis, *cap. nemo sibi, cap. meretrices, cap. in eo* 32. *q.* 4. Bursatus *num.* 20. ergo non debent vir, & vxor ad imparia iudicari, *cap. si quis vxorem* 32. *q.* 1. *cap.* 2. *de diuortiis, cap. præceptum* 32. *quæst.* 7. vbi *glossa*, latè Bursatus *vbi supra*, Themudo *dec. Curiæ Archiepiscopalis Portugalliæ, tom.* 1. *d.* 38. latissimè D. Ioannes Baptista Ventriglia olim Vicarius Capuanus, nunc verò in hac eadem causa Iudex *Annot.* 10. §. 1. *in sua praxi Ecclesiastica.*

9 Secunda sententia docet ob viri adulterium separationem Tori non permitti mulieri, nisi retineat concubinam, & cum vtraque viuat, & habitet, ita quod ex tali practica posset insidiari vitæ vxoris, at secus vbi cessat tale periculum, vt est in præsenti, quando scilicet maritus adulterium commisisset casualiter, non tamen cum concubina ex consuetudine retenta, & sic practicari in nostra Curia Archiepiscopali Neapolitana testatur insignis Molfesius *p.* 6. *ad consuetudines, quæst.* 5. *num.* 55. & doctissimus Franciscus de Petris *conf.* 12. Nec prætermittendum est adulterium de iure ciuili non cadere, nisi cum nupta, *l. inter liberos* §. *lex Iulia, ff. ad l. Iul. de adulteriis, l. inter stuprum*, vbi Alciatus *de verb. signif.* Mascard. *concl.* 58. Franciscus Marcus *d.* 514. *n.* 19. *p.* 1. Cardinalis Paleothus *de Nothis, & spuriis, cap.* 12. *num.* 10. & coitus vxorati cum soluta est de iure ciuili impunibilis, Salycetus, Paulus de Castro, Alexander, Rolandus, & alij apud Ciarlinum *cap.* 33. *tom.* 1. *à num.* 10. vnde ex tali copula nati dicuntur naturales, Peregrinus *ar.* 22. *num.* 88. latè Gratianus *cap.* 36. *num.* 26. & vilitas personæ reddit talem coitum impunibilem, Rolandus, Paleothus, Nonnius, Ioseph Ludouicus, & alij apud Ciarlin. *cap.* 33. *num.* 13. nil mirum ergo, si ob adulterium viri non concedatur mulieri separatio, quia si hoc esset, sequeretur, quod infinita propemodum fierent in hac Ciuitate diuortia, vnde Ricc. *d.* 199. *num.* 3. ait quod mulier diuertit à viro ob eiusdem adulterium si id sit notorium, vel ob confessionem mariti, vel ob cohabitationem: sequitur Themudo à Fonseca *vbi suprà* qui tamen dicunt, quod quando adulterium viri, est adeò manifestum, vt nulla possit tergiuersatione celari, v. g. si esset facti permanentis, quia adulteri cohabitarent, vel constaret per notorium iuris, tunc posset peti ab vxore separatio Tori, vt benè Barbosa *in rubrica ff. fol. matr. p.* 2. *n.* 26. Sanchez *lib.* 10. *de matrim. disp.* 12. *num.* 13. *&* 25. Farinac. *q.* 143. *n.* 52. *cum seq.* Sperellus *d.* 138. *num.* 14. *tom.* 2.

Adulteria verò de quibus in præsenti nullam habent probationem; Primò quidem quo ad adulterium assertum cum Anna, quod Angela deponit sibi ipsi contradicit, nihilque probat, quia licet adulterium coniecturis, & præsumptionibus probetur, argum. text. *in cap. Dixit Dominus* 21. *quæst.* 1. *cap. literis de præsumptio.* vbi deciditur ob violentam adulterij suspicionem posse sententiam diuortij proferri, & sufficere in præsenti testes singulares, & coniecturas dixit Rota *dec.* 102. *p.* 6. *recentiorum*, Parisius *conf.* 54. *num.* 62. *lib.* 4. Bertazolus *conf.* 20. *num.* 18. *& conf.* 273. Farinac. *de testibus quæst.* 64. *num.* 129. & admitti testes singulares ait Buccaronus *de differentiis inter iudicia ciuilia, & criminalia, differ.* 233. nam licet testes singulares non probent vnum, & idem adulterium, tamen probant personam esse adulteram, tum quia fumus in delicto difficilis probationis, Cardin. Seraphinus *decis.* 226. Rota coram Durano *decis.* 273. Hinc dixit Bart. *in l.* 3. *ff. de furtis*, quod si quis deprehenditur in domo alicuius, vbi pulchra mulier est, certè facit hic adulterium manifestum, & post Bart. alij dixerunt apud Mascard. *concl.* 61. & sufficienter ad Tori separationem, ait Farinac. *de delictis carnis, quæst.* 136. *num.* 158. licèt inquam id verum sit, tamen ad effectum separationis Tori, debet adesse propinqua, & violenta præsumptio, non remota, & non violenta, *cap. litteris* 12. *de præsumpt.* vbi S. P. declarat violentam præsumptionem sufficientem ad Tori separationem, si visa sit vxor (idem de viro) sola cum solo, nuda cum nudo, in eodem lecto, vel

si

ſi in ſecretis locis, & abditis, horis ſuſpectis inuenti fuerint, vbi Gloſſa *in verbo credant*, ait ad hunc effectum ſufficere violentam præſumptionem, quod latius eadem Gloſſa firmauerat in *c. Dixit Dominus* 32. *quæſt.* 1. *in verbo Suſpicio*, vbi
15 triplicem diſtinguit ſuſpicionem, temerariam, probabilem, & violentam, & de hac vltima dicit loqui text. illum, quatenus ait vxorem poſſe ob adulterij ſuſpicionem dimitti, eadem Gloſſa *in cap. maritis* 4. *in verbo ex ſuſpicione de Adulteriis*, nec omne præparatorium ſufficit, ſed requiritur præparatorium propinquum, & violentum, Guttierrez *de matrim. cap.* 129. *num.* 12. communiter Canoniſtæ, & Theologi cum Sanchez *lib.* 10. *diſp.* 12. *num.* 41. etenim requiruntur ſigna propinqua, non autem remota ad copulæ præſumptionem, *d. cap. litteris*, *& cap. tertio loco de præſumpt.* Rota *d.* 69. *poſt primum volumen conſiliorum* Farinacij, vbi teſtes debent deponere de actibus proximis copulam inferentibus, & etiam ſi ciuiliter de adulterio agatur, exiguntur probationes præſumptiuæ, iuxta formam, *cap. præterea de teſtibus*, *& d. cap. tertio loco*, Bertaz. *conſ. crim.* 316. *vol.* 2. vbi plus dicit, quod mulier, quæ cum iuuenibus fuit, lauata non præſumitur adultera, licèt alij in hoc caſu contrarium putent cum Ripa *de nocturno tempore*, *c.* 36. *n.* 50. Riminaldo iuniore *conſ.* 260. *num.* 43. *& conſ.* 274. *num.* 31. *&* 34. Baiardo ad Clarum *in §. Adulterium*, *num.* 38. & quod quando mulier, & vir fuerunt ſimul, non modo in domo, ſed etiam in camera aperto hoſtio ceſſet adulterij præſumptio dixit Farinac *d. quæſt.* 136. *num.* 147. vnde doctrina Bart. ſimpliciter intellecta non eſt vera, vt dixit Abbas *in d. cap. tertio loco*, *num.* 4. Farinac. *vbi ſuprà num.* 160. Rota coram Pamphilio, *in Bituntina*, *ſeparationis Tori*, & coram Peña, & coram Seraphino *d.* 226. Farinac. *de delictis carnis quæſt.* 143. *§. ſeparatio Tori num.* 9. *vſque ad num.* 24. quod cum nihil tale ſit in præſenti, aëreè prætendit Marchioniſſa Tori ſeparationem. Imò cum S. P. motu proprio fecerit ſeparationem Tori inter illos duos apud Gratianum *cap.* 959. id fecit quia extraiudicialiter Papa partes audiuit, & coniuges ratificarunt; quare ſimilis eſt *deciſio* Sanfelic. *deciſ.* 361. *tom.* 3.

16 Ad adulterium verò cum Benedicta, dico non probari, quia acceſſus ad domum meretricis, licet aliqualem præſumptionem faciat copulæ, non tamen inducit violentam imò ſatis remotam, cum plurimi domos meretricum ingrediuntur pro ſimplici conuerſatione, tam cum illis, quam cum aliis adoleſcentibus, eaſdem domos frequentantibus, vt illas canentes audiant, vel ſaltantes aſpiciant, &c. vt in puncto Bertazolus *in conſilio crim.* 228. *num.* 8. *vol.* 1. vbi licèt quidam vir faſſus fuiſſet extraiudicialiter ſe iuiſſe ad meretrices, non inde ſequitur, quod cum eis rem veneream habuerit, ſed tantum ad colloquendum, & ludendum, vt faciunt nobiles, qui tamen ab actu carnali abſtinent, & ibi propterea concludit non eſſe locum ſeparationi Tori.

17 Ad adulterium Mariæ nobilis vltra quod in facto ſatis reſponſum eſt eſſe inueriſimilem depoſitionem, imò falſam cum reuerentia, provt cætera omnia, & eſt teſtis qui deponit vltra interrogatoria, etenim teſtis inueriſimilia deponens eſt falſitate ſuſpectus, quia inueriſimilitudo eſt falſitatis imago, Bald. *in l.* 1. *col.* 4. *Cod. de ſeruis fugitiuis*, Alexander *conſ.* 27. *vol.* 2. *& conſ.* 118. *vol.* 3. ergo non eſt credendum *l.* 4. *in princ. l. ob carmen*, §. *fin. de teſtibus*, *l. non eſt veriſimile*, *ff. quod metus cauſa*; vnde conſuluit Ancharranus *in conſ.* quod incipit *Extra ordinem*, *vlt. col.* teſti inueriſimile deponenti Iudicem non debere fidem præſtare, & Alexander *conſ.* 95. *vol.* 4. ait quod teſtimonium inueriſimile eſt ſuſpectum, ſequitur Maſcardus *concluſ.* 1317. *n.* 44. & 18
Grammaticus *conſ.* 66. poſt alios dicit, quòd ſi inquiſitus, de ſe confeſſus, alium nominat, minimè de eo interrogatus, talis nominatio habetur à lege, vt ſuſpecta & ſic non ſtabitur eius dicto niſi alia præcedant indicia contra nominatum prædictum, etiam in caſibus in quibus interrogari potuiſſet: & non eſt prætermittendum Angelam, & alios deponentes eſſe valde intrinſecos dictæ Marchioniſſæ, & nimium familiares, quibus quanta fides ſit adhibenda determinant DD. *in l. etiam*, *Cod. de teſtibus*, *& in* 19
l. 1. *§. ad quæſtionem*, *ff. de quæſtionibus*, Ciarlinus *capit.* 74. *num.* 45. *tom.* 2. poſt alios, quos allegat.

Ad adulterium Iſabellæ eodem modo reſpondetur, quod Angela deponit de auditu Marchio- 20
niſſæ, & idem deponit Franciſcus de Andrea de auditu, Maria de Mercurio, &c. qui teſtes de auditu alieno nihil probant, *c. licet ex quadam de teſtibus*, Farinac. *de teſtibus*, *quæſt.* 60. Camillus Borrellus *in ſumma deciſionum tom.* 2. *tit.* 13. *de teſtibus de auditu num.* 13. *cum plurib. ſeqq.* Ludouic. Gilhauſ. *in arbore iudiciar. crim. cap.* 6. *p.* 3. *de teſtib. num.* 128. & præſertim quando dicunt
de auditu principalis intereſſe habentis in cauſa, 21
quia teſtes repelluntur, quorum repelluntur autores; poſt alios Borellus *vbi ſuprà num.* 54. qui ait, quod multo magis repelluntur ſi dicant audiuiſſe ab inimico principalis rei, quod ſequitur Carena *part.* 3. *tit.* 6. §. 2. *in fin.* pro defenſione ve- 22
rò rei teſtes de auditu faciunt præſumptionem, indicium, & aliqualem probationem, Farinac. *vbi ſuprà num.* 13. Gilhauſ. *num.* 130. Barboſa *in cap. cum literis de teſtibus*, *& atteſtationibus.*

Sed dato, quòd hæc omnia adulteria fuiſſent 23
probata, videtur tamen vxorem remiſiſſe, ita quod non poterit amplius accuſare, Gloſſa *in cap. fin. de adulteriis*, quam communiter approbari dicit Couarr. 2 *part. de ſponſalibus cap.* 7. §. 6. *num.* 7. Emanuel Suarez *in verbo adulterium num.* 85. Vin. *opin.* 1060. Farinac. *quæſt.* 142. *num.* 88. quia taciturnitas præiudicat quo ad adulterium, & delictum præteritum non quo ad futurum, Gloſſa *in cap. plerumque*, *in verbo*, *nec reconciliata*, *de donat. inter virum*, *& vxorem*, Lopez *in cap. per veſtras* §. 9. *num.* 18. *&* 19. *de donat. inter virum*, Farinac. *num.* 76. Ciriac. *cap.* 171. *in fin.* ergo cum Marchioniſſa dicat perfectam de omnibus adulteriis habuiſſe notitiam, nec tori ſeparationem petiit, ſed ſciens, prudenſque ac ſpõtè ſua paſſa fuerit ab eo cognoſci, cenſetur talem iniuriam remiſiſſe, nec hodie amplius agere poteſt, DD. *in l. ſi vxor.* §. *fin. ff. de adulteriis*, Bart. *conſ.* 310. *lib.* 5. *& conſ.* 303. *vol.* 3. Boërius *deciſ.* 338. Oſaſch. *deciſ.* 77. *numer.* 36. Bertazzolus *conſ.* 218. *lib.* 1. Sanchez *lib.* 10. *de matrim. diſp.* 14. *num.* 6. Farinac. *de delictis carnis*, *quæſt.* 142. *num.* 68. Menoch. *conſ.* 850. *num.* 19. Rota *dec.* 193. *poſt* 2. *vol. conſilior.* Farinacij, vbi ſecus concludit ſi mulier adulterium viri ignorauit, *& deciſ.* 49. *num.* 8. *part.* 4. *recent.* diſtinguit tres terminos, nempè ignorantiam, & dubietatem, & ſcientiam adulterij à coniuge commiſſi, vt ſcilicet in primo, & ſecundo caſu putà in ignorante, & dubitante non dicatur remiſſum,

missum, sed in sciente remissum censetur, quod latius declarat Sanchez *vbi suprà num.* 9. semper enim, quod sequuta fuit reconciliatio mariti cum vxore, non potest vxor petere separationem tori, Bertazzolus *vbi sup.* Farinacius *conf.* 157. *num.* 11. *part.* 2. Gratianus *cap.* 738. *num.* 62. qui docet modum probandi reconciliationem, Card. Seraphinus *dec.* 1315. *num.* 3. *& glossa in cap. plerumque in verbo reconciliata de donat. inter virum, & vxorem*, & Gratianus ait, quod cum quædam mulier post verbera, & acrem tractatum numquam amplius cum viro concubuerit, sed cum alia, fuit dictum non fuisse probatam concludenter reconciliationem, quod non est in præsenti, sic etiam si mulier à viro ob adulterium petat separari, & deindè ipsemet adulterium commiserit, tunc videtur remisisse.

24 Imò euidens signum impostura est (vt cum omni qua decet reuerentia loquar) quando poterat prius Iudicium moueri, & non fuit motum, Glossa est celebris *in Clementina, Sapè, §. & quia, in verbo, non obstante, in fine, de verb. sign.* quia de sua iustitia diffidere præsumitur, qui iudicium refugit, vt ait text. *in c. Christianus in fine* 12. *q.* 1. Afflict. *dec.* 13. *n.* 21. Menoch. *lib.* 1. *præsumpt.* 91. *& lib.* 3. *præsumpt.* 135. *& conf.* 357. clarissimum enim est calumniæ indicium sera nimis ad iudicium postulatio, *cap.* 1. *de frigidis, & maleficiatis*, ibi (si proclamare voluit cur tamdiù tacuit?) cum certissimum sit ex tarditate argui dolum, & calumniam accusantis, Boër. *dec.* 42. *num.* 20. Foller. *in praxi censurarum fol.* 250.

Quo ad secundum verò de importunitate, &
25 fœdissima molestia, qua ad præposteram venerem sollicitatam se dicit Marchionissa per Marchionem, dico certissimum esse ob hoc tam nefandum scelus licere tori separationem petere, quam obtinuisset, *cap. Idololatria* 28. *quæst.* 1. vbi D. Augustinus illius auctor generaliter loquitur de coniuge inducente alterum coniugem ad hoc, & S. Ambrosius *ad Corinthos* 1. *cap.* 7. & post omnes Menoch. *casu* 286. *num.* 14. Salzedus *ad* Diaz *cap.* 86. Sanchez *lib.* 10. *disp.* 4. *num.* 6. Franciscus Marcus *decis.* 739. *part.* 2. Ricc. *decis.* 66. *part.* 1. *ex cap. omnes cautiones* 32. *quæst.* 7. Farinacius *de delictis carnis quæst.* 143. *num.* 86. Clarus *in §. Sodomia, num.* 7. & non solùm si mulierem, sed etiam si cum aliis, Ricc. *part.* 1. *dec.* 66. *n.* 3.

26 Ratio verò quare coniugi de præpostera venere sollicitatæ concedatur tori separatio ea est, quia si mulier non tenetur cohabitare cum coniuge ob periculum vitæ temporalis, Sanchez *lib.* 9. *de matrim. disp.* 24. *num.* 18. neque erit obligata cum periculo perditionis animæ, & sic vitæ spiritualis, quæ pretiosior est corpore, *cap. ille* 22. *quæst.* 1. *cap. præcipimus* 12. *quæst.* 1. *cap. si habes* 24. *quæst.* 3. & generale est, quod vbi coniux coniugem inducit ad peccatum mortale, quod animæ vitam perimit, *cap. resuscitatus, cap. omnis de pœnit. dist.* 1. poterit propter periculum suæ fragilitatis à coniuge recedere, vt peccatum effugiat, vt post Nauarrum, Paludanum, & alios dicit Petrus Barbosa *in rubr. part.* 2. *sol. matrim. num.* 30.

27 Talis autem sollicitatio ad præposteram venerem, licet probetur testibus etsi inhabilibus DD. *in cap. per tuas de simonia, l. famosi, ff. ad l. Iul. maiestatis*, Foller. *in praxi crim. par.* 2. *in verbo capiet informationem, num.* 13. (quod fallit in eo, qui adhæret inimico, vel est formaliter inimicus) non tamen probatur per testes de auditu, Marsilius *conf.* 28. Nec sodomitati dictum facit probationes, post alios Riccius *collect.* 325. nisi positis aliis adminiculis Iul. Chartarius *dec.* 88. qui declarat adminicula, Guazzinus *ad Defensas reorum, tom.* 1. *Defensa* 4. *num.* 17. neque ex dicto duo- 28
rum stupratorum, vt patet ex Grammatico *consult.* 65. vbi depositiones duorum maiorum dicentium se à fratre quodam Religioso stupratos fuisse non probare, ait, Card. Parisius *conf.* 157. & Capic. Latro. *dec.* 163. *num.* 31. & licet Peguera *dec.* 76. dicat dictum pueri sodomitati facere etiam indicium ad torturam, etiam absque tortura, tamen loquitur de socio criminis, non autem de principali offenso per vim stuprato, & loquitur attenta consuetudine Cathaloniæ, de qua idem Peguera scribit *dec.* 5. quia enim Marchio- 29
nissa dicit tentatam fuisse per vim, & per consequens violentatam, sequitur quod fuit offensa per violentiam, ergo nulla fides est ei habenda, quia offensa ex *l. si quis in graui, §. si quis moriens, ff. ad Syllanianum, & l. In omnibus, Cod. de testibus*, Grammaticus *conf.* 170. Vlpellus *conf.* 30. ergo posita violentia non solùm est socius criminis, sed offensa, ergo &c. Imò Bertazzolus *conf.* 72. *num.* 68. ait dictum pueri stuprati nullam fidem facere contra hominem in dignitate constitutum, & bonæ famæ, vt est in præsenti, & licet verum sit per testes videntes viciſſim vnus post alium 30
per foramen coire aliquos nefandè, dici per contestes probari, vt testantur Viuius *dec.* 241. *numer.* Mascard. *concl.* 59. *num.* 15. *& concl.* 65. Ricc. *dec.* 29. *part.* 3. tamen in præsenti Beatrix dicit se vidisse ianua aperta Marchionem tentantem Marchionissam de vitio pessimo, & Angela id non deponit, remaneret ergo sola Beatrix, & sic dictum vnius inuerisimile, & falsum cum reuerentia, vnde esset solùm dictum Marchionissæ, quod sine aliis adminiculis nihil probat Sanchez *lib.* 10. *disp.* 4. Farinac. *de delictis carnis quæst.* 183. *num.* 83. Riccius *part.* 1. *dec.* 66. *& decis.* 71. Themudo *decis.* 38. *part.* 1. & sic sola confessio accusantis, & non constito de delicto commisso per euidentiam per testes, vel per indicia, etiamsi ciuiliter agatur nihil probabitur, Farinacius *conf.* 31
125. vbi agit an probetur hoc delictum per albaranum quoddam de quo ibi. Sufficerent verò testes singulares, & præsumptiones violentæ, quia non agitur de probanda sodomia in specie contra inquisitum, sed in genere illum esse sodomitam, & sic iterato, & sæpius commisisse sodomiæ crimen, vt latè Farinac. *d. conf.* 25. *num.* 57. & testes in præsenti non sunt nisi Beatrix, vocans in sociam Angelam, quæ nihil dicit.

Neque dicas, quod in crimine excepto, & 32
occulto testes alias inhabiles admittuntur, & signanter in crimine sodomiæ ex Farinacio *conf.* 156. *num.* 38. *& in tract. de testibus q.* 56. *n.* 366. Mascardo *conclus.* 1319. *num.* 13. Riccio *d.* 29. *num.* 2. *p.* 3.

Respondeo enim hoc non procedere quoties testes plures patiuntur defectus, Grammat. *conf.* 45. *&* 37. *num.* 9. *& conf.* 61. *num.* 3. vbi ait ita iudicatum suo tempore, Rolandus *conf.* 57. *n.* 38. Natta *conf.* 398. *num.* 6. imò testes isti reijcerentur etiam à statuto admittente testes inhabiles, & plene Bursatus *conf.* 20. *num.* 97. & in puncto in sodomiæ delicto, testem qui pluribus est obnoxius infirmitatibus nunquam admitti, docet Mascardus *conclus.* 1319. *num.* 13. & testem ob duplicem defectum omnino repelli probat Menoch. *de arbitrariis, casu* 99. *num.* 7.

Reſpondeo ſecundo, quod argumentum, & regula procedit quando teſtes deponunt ſuper delicto immediate: ſecus autem ſi ſuper indicio ad delictum, nam tunc omni exceptione maiores eſſe debent, ita Bart. *in l. in quæſtionibus, ff. ad l. Iul. Maieſtatis*, qui hoc admittit in crimine etiam læſæ Maieſtatis, in quo omnium conditio eſt exæquata, & allegat text. *in cap. per tuas de ſimonia*, quem refert, & ſequitur Sanfelicius *tom. 3. dec. 394.* Afflictus *in Conſtit. Regni Proſequentes*, & Dec. *conſ. 410. num. 15.*

33 Probabitur verò ſollicitatio ad hunc effectum per teſtes, quando deponerent ſe interiecto pariete audiuiſſe tergiuerſationes, & negationes mulieris, & poſtulationes, ac preces, vel minas viri, ita Calcaneus *conſ. 110.* Farinac. *de delictis carnis quæſt. 148. num. 67. & quæſt. 69. de teſtibus num. 179.* vbi ad effectum ſeparationis Tori requirit etiam famam, & adminicula, inter quæ adminicula duo approbat Sperellus *deciſ. 140. tom. 2. num. 43.* Primus ſi vir de tali nefando vitio cum aliis perpetrato diffamatus fuiſſet, quia ſemel malus ſemper in eodem genere mali habet contra ſe iuris præſumptionem. Secundus ſi mulier eſſet timoratæ conſcientiæ, ac prudens, & pudica, quæ non præſumeretur talia ſibi confinxiſſe, & abſque cauſa, vt ait Rota *d. 155. n. 15. p. 6. Recentiorum*, quæ duo ait Sperellus, iuncta cum duobus teſtibus etiam familiaribus, deponentibus de tergiuerſationibus, & reluctationibus mulieris, & de precibus, vel minis viri eſſent ad ſeparationem ſufficientia in præſenti nihil tale habemus, niſi bonam qualitatem, famam, & conſcientiam Marchioniſſæ, quæ licet pia, & deuota, tamen id ab aliis perſuaſum fuiſſe ad dicendum liquido conſtat, quia quando Marchio petit vxorem ad ſe reuerti, & ſpoliatum ſe dicebat Marchioniſſa, ipſa noluit ire, & cum ad Iudicem Eccleſiaſticum accederet Marchio pro vxore, à quo ſolum cogi poſſunt coniuges ad cohabitandum, teſte Sperello *d. 9.* ipſa petiit diuortium, Torique ſeparationem, quæ eſt præſumptio calumniæ, vt in ſimili Sperellus *dec. 138. tom. 2.*

34 Neque aliqua ratio haberi debet de eo quod poſuit Marchioniſſa à Marchione fuiſſe ſibi malum cauſatum, & non dicens de quo malo, teſtis dicit de morbo gallico quem morbum aqua hordeacea ſanauit: ridicula ſanè res, non probato Marchionem habuiſſe morbum gallicum, teſtis dicit fuiſſe ab eodem cauſatum, dicunt enim aliqui non teneri vxorem cohabitare cum marito infecto morbo gallico, licet ſit de conſilio cohabitatio, non de præcepto, *cap. 1. de coniugio leproſorum*, Natta *conſ. 24. lib. 1.* & admittit Rota *deciſ. 441. num. 6. p. 1. recentiorum*, provt de ſimili cauſa quando mariti os male olet, vt factis omnibus Medicorum diligentiis ſanari non poſſit, Riccius *p. 1. deciſ. 66.*

35 Hoc tamen neque eſt probatum, neque ad Torum ſeparandum ſufficeret, debebat enim probari Marchionem tunc habere morbum gallicum, vt bene in propoſito Sperellus *deciſ. 140. num. 27. tom. 2.* & poſita probatione prædicta tunc debebat probari non poſſe ſimul cohabitare Medicorum atteſtatione, vt de lepra etiam dicit Barboſa *in rubrica ff. ſol. matrim. p. 2. num. 28.* non enim ſemper morbus gallicus eſt contagioſus, Falloppius *de morbo gallico cap. 22.* Hercules Saxonia *de re venerea cap. 3.* ergo probari debuiſſet Marchionem tunc temporis morbo gallico laborraſſe, & ea ſpecie, quæ contagioſa eſſet, vnde Rota apud Burattum *deciſ. 815. p. 3.* ait morbum gallicum non ſufficere ad Tori ſeparationem, ſed ſolum ad debiti denegationem, quatenus tamen periculum mortis in perſona vxoris immineret, & hoc probandum eſſe dicunt omnes cum Rota *vbi ſuprà*, & quis vnquam ſomniauit morbum Gallicum ſanari aqua hordeacea, nè Medicis ſi ita ſanaretur morbus gallicus?

Quoad tertium verò caput de ſæuitia propo- 36
nitur Anteſignanus Bald. *conſ. 176. vol. 1.* ex quo colligunt omnes, praxim ad cognoſcendum an, & quando ob dictam cauſam tori ſeparatio ſit concedenda, & cum Baldo diſtingui debent tres caſus. Primus quando maritus moderatè, & ex cauſa vxorem verberauit. Secundus quando atrociter, & immoderatè, ſed remedio cautionis poteſt indemnitati coniugis in poſterum conſuli. Tertius quando eo redacta eſt res, vt nec quidem oblata per virum fideiuſſione vxor poſſit illi tuto committi.

In primo caſu quando moderatè vxor caſtiga- 37
tur à viro, teſtes deponentes de ea nihil concludunt ad ſeparationem tori, quia permiſſum eſt marito ex cauſa verberare vxorem ſuam; dummodo ad ſæua non tranſeat, *l. vnica, C. de emend. propinquorum*, Gloſſa *in §. quia verò, in verbo ſufficere, Auth. vt liceat matri, & Auia, capit. quemadmodum, §. illud de iureiur.* Bald. *vbi ſuprà* poſt alios Sanchez *diſp. 18. lib. 10. num. 16.* vbi talis moderata verberatio limites domeſticæ punitionis non excedit Surdus *de aliment. tit. 1. q. 16.* Bertazzolus *conſ. crim. 228. num. 14. lib. 1.* Guttierez *Can. quæſtion. lib. 1. cap. 24. num. 12.* & pro modo culpæ illam caſtigare poterit, Theſaurus *d. 130.* Burattus *d. 815. p. 2.* nec eſt vera ſententia Gloſſæ *in cap. ſicut alterius 7. quæſt. 1.* quæ ait dictam correctionem licere, ſed citra verberationem, quam notat Tiraquell. *l. 8. connubiali, gloſſa 1. p. 8. num. 3.* quia intelligitur de caſtigatione immoderata, & hoc caſu licitæ correctionis, nec poteſt vxor ſeparationem tori petere; nec cautionem de non offendendo, quia non dicitur probata ſæuitia, ſed licita correctio, vt poſt alios Sanchez *dicta diſp. 18. num. 16.* Rota *d. 155. p. 6. Recentiorum*, & apud Duranum *d. 72. & in Recentioribus d. 441. p. 1.* nec cogi poteſt vir ad cauendum de non percutiendo moderatè vxorem, 38
nec valet inter eos pactum, quia eſſet contra bonos mores, & daret materiam delinquendi, argum. *l. ſi plagis, ff. de verb. oblig.* poſt alios Gratianus *cap. 378. num. 71.* Rota *d. 371. num. 50. poſt. 2. vol. conſilior.* Farinac. Bertazzolus *d. conſ. 228.* & Franciſcus de Leo *in Theſauro fori Eccleſiaſtici p. 2. cap. 9. num. 129.* ait quod ſi vir, cui fuit vxor, cum cautione, vel cum præcepto de illam non offendendo reddita, eam poſtea vulnerauerit, vel ei fregerit brachia, vel caput, modum maritalis correctionis excedendo incurrit pœnam ſpreti præcepti, ſecus ſi colaphis, aut verberibus moderatis ad correctionem eam pulſat; quia præceptum intelligitur, ne illam iniuria afficiat.

Sæuitia ergo ſufficit ad diuortium, vt *d. cap.* 39
de Benedicto, vbi Gloſſa *magna 32. quæſt. 1.* Sylua nuptialis *lib. 1. num. 39.* Triuiſanus *d. 45. lib. 1.* Farinac. *quæſt. 143. num. 148.* Martinus Vranius *conſ. 67. lib. 2.* Sanchez *lib. 10. de matr. in tit. de diuortio, diſp. 18.* Ricc. *d. 8. p. 2.* non ſolum viri ſed etiam parentum illius, in cuius domo vxor detinetur, *d. cap. ex tranſmiſſa* ibi (vel parentes eius)

vbi

vbi Abbas, ſed ſi vir in alia domo portat vxorem, non eſt locus diuortio, poſt alios D. Ioannes Baptiſta Ventriglia *Annot. 9. §. 1. num. 25.* Sed non omnis, at ſolum illa, de qua infrà cum poſſit maritus vxorem moderatè caſtigare, Gloſſa *1. in cap. ſicut alterius 397. quæſt. 1. & in cap. placuit 10. in verbo poteſtatem, verſ. Caſtigare tamen poteſt 33. quæſt. 2.* Farinac. *d. quæſt. 143. num. 194. & 195.* etiam eam in vinculis, & carcere detinendo, Gloſſa vltima *in cap. Quemadmodum, de iure iurando,* Farinac. *d. q. 143. num. 205.* ex cauſa graui, Gratianus *cap. 738. num. 69.* Ciriacus *cap. 171. à num. 14.* qui enumerat omnes gradus ſæuitiæ permiſſæ, & loquitur de marito, qui per ſex annos retinuerat vxorem carceratam ob zelotypiam, nam licet aliqui dicant poſſe ma-
40 ritum carcerare vxorem ob zelotypiam, vt fuerunt Iodochus *in praxi crim. cap. 64.* Baiardus ad Clarum *quæſt. 68. num. 11.* Galganetus *ad Statuta Vrbis lib. 2. cap. 86. num. 50. fol. 697.* tamen tanto tempore non licuit, teſte Ciriaco *d. c. 171. à num. 14. cum ſequentibus.*

41 Cum ergo mulier ſub poteſtate viri ſit *Geneſ. cap. 3.* Menoch. *caſu 364. & quæſt. 75.* Tiraquell. *lege connubiali 1. num. 8. & 12.* & homo ad imaginem Dei factus ſit, vt cæteris creaturis dominetur etiam fœminæ, quæ ad Dei imaginem non eſt condita, vt authoritate *Apoſtoli 1. Corinthio.* probat S. Auguſtinus relatus in *cap. hæc imago 35. quæſt. 5.* Sanfelic. *deciſ. 358. tom. 3.* vbi nota, quod licet mulier non ſit ad imaginem Dei, eſt tamen ad eius ſimilitudinem, vt declarant Theologi *1. Corinh. cap. 11.* cum Cornelio à Lapide, & aliis, & ideò debet eſſe à contumeliis in illum iaciendis aliena, & ſummo honore, ſummaque reuerentia proſequi iuxtà illud *Epheſ. cap. 5. Sicut Eccleſia ſubiecta eſt Chriſto: ita & mulieres viris ſuis in omnibus;* propterea marito licitum eſt caſtigare vxorem, ac verberare, nec propterea illius obſequiis, ac dotis commodo priuabitur, vt benè Pariſius *conſ. 54. numer. 38.*
42 *vol. 4.* Riminald. Iun. *conſ. 74. num. 13. & 35. vol. 2.* vbi plus dicit, quod ſi maritus ob verba contumelioſa dicta ſibi, ab vxore, eam ad necem vſque verberaſſet, fuiſſet in parte excuſandus, quam Pariſij doctrinam declarat Menoch. *conſ. 299. vol. 3.* vt procedat quando vxor protulit in virum verba contumelioſa data opera, vt odio, ac inimicitiæ cauſam præbeat, & ſic ob illa diuertere poſſet, alias ſecus, quod ſequitur Sanchez *lib. 10. de matrim. diſp. 18. num. 5.* ſed contra Menoch. dico cum Sperello *deciſ. 139. numer. 78. 2. tom.* quod etiamſi vxor dediſſet cauſam ſæuitiæ quando maritus proceſſit ad ſæua, itavt tori ſeparationi ſit locus, erit ſeparatio concedenda, ſecus ſi moderata ſit ſæuitia, Sanchez *vbi ſup.* D. Ventriglia *d. Annotat. 9. §. 1. num. 14. cum ſequentibus.*

43 Exempla percuſſionis leuis ſunt primò quando maritus manibus tantùm verberauit vxorem, nam percuſſio facta manibus tantùm, etiamſi pugnis ſuper faciem ſit facta, non eſt niſi leuis ad tori ſeparationem inſufficiens, Bertazzolus *conſ. 228. num. 14. lib. 1.* Farinac. *quæſt. 144. numer. 304.* Imò quod vxor pugnis, ac alapis percuſſa, etiamſi propterea ſanguis de naſo exiuit non dicatur immoderatè percuſſa, dixit Rota apud Burattum *deciſ. 814. num. 5. tom. 3. & in recentiori tom. 6. deciſ. 324. num. 4. 14. & 15.* vbi etiamſi non ſemel tantùm, ſed etiam bis diſtinctis vicibus percuſſa fuerit, & tamen ibi agebatur de nobiliſſima muliere, & licet à dicta deciſione receſſum fuerit, vt patet in *deciſ. 155. & 191. d. p. 6.* tamen id non propter alapas contingit, ſed propter alias ſæuiſſimas verberationes, vt conſtat ex ſupradictis, de quibus D. Ventriglia *d. Annotat. 9. §. 1. num. 18.*

Rota verò *in deciſ. 239. num. 9. par. 6.* dixit ala- 44
pas pluries à viro, ſuæ coniugi etiam coram famulis inflictas abſque rationabili cauſa, non eſſe leuem percuſſionem, & viro permiſſam, ſed ibi alia concurrebant, ſcilicet qualitas nobiliſſimæ coniugis, innocentia eiuſdem, & ſæpè iterata percuſſio, ac etiam in conſpectu famulorum, quæ omnia aggrauant iniuriam, ex *l. prætor 7. in fine, ff. de iniuriis:* Vxorem fune, ſeu ferula, aut corrigia verberare, calore præſertim iracundiæ, non eſt ſæuitia pro ſeparatione tori ſufficiens, Pariſius *deciſ. conſ. 54. lib. 4.* ſed licita; ſequitur Farinac. *conſ. 157. num. 9. vol. 2.* & Rolandus *conſ. 27. n. 17. lib. 3.* ex Guidone Papa, & aliis excuſat maritum, 45
qui baculo, percuſſit vxorem etiam cum ſanguinis effuſione, quod erit iudicandum ſecundum qualitatem perſonarum, nec per crines vxorem apprehendere grauis eſſet ſæuitia Sperellus *d. 139. num. 83.* & cum mulier exprobraſſet viro ſe quædam audiuiſſe contra primæ vxoris pudicitiam, nec vellet ei poſtulanti aperire, à quo id intellexerit, vir oppoſuit ei gladium ad guttur vulnere minans, niſi verborum auctorem proferret, fuit per Rotam apud Farinac. *deciſ. 371. num. 10. poſt ſecundum volumen conſiliorum* Farinacij, deciſum illam non fuiſſe propriam ſæuitiam, cum non fuiſſet ordinata ad feriendam coniugem, ſed fuiſſet quædam ars, ſeu calliditas ad explorandum auctorem verborum ab vxore prolatorum.

In ſecundo verò caſu quando percuſſiones ex- 46
ceſſerunt modum domeſticæ correctionis, & fuerunt atroces, ex quibus inſurgit iuſtus, & probabilis timor grauis damni, excedendo terminos maritalis correctionis, & hoc caſu mulier viro reſtituitur, data tamen cautione de non offendendo, *cap. ex tranſmiſſa de reſtit. ſpoliato. cap. litteras 13. eod. tit.* Barboſa *part. 2. ff. ſol. matr. num. 14. & 26.* Sanchez *d. lib. 10. diſp. 18.* Farinacius *dict. quæſt. 143. num. 224. & conſ. 157. num. 4. vol. 2.* Rota *dec. 128. num. 3. poſt 2. vol. conſilior.* Farinacij, *& dec. 324. num. 27. part. 6. Recentiorum,* cum immoderata, ac atrocia verbera ſint prorſus viro in vxorem prohibita, *dict. cap. Quemadmodum,* vbi DD. Sanchez, & Farinacius *vbi ſuprà,* etiamſi mulier in hunc timorem ſua culpa incidiſſet, & ex ſuo crimine maritus illi eſſet infenſus, quia nihilominus iuris remediis carere nunquam debet, *d. cap. de Benedicto 32. quæſt. 1.* vbi Pelagius S. Pontifex iubet adulteram reſtitui marito, præſtita cautione de non offendendo, Baſilius Pontius *de matr. lib. 9. cap. 23. num. 6.* Rota *dec. 371. num. 13. poſt 2. vol. conſiliorum* Farinacij, non tamen ſufficit vnus actus ſæuitiæ, ſed multiplicatus, & ideò de quodam marito non potuiſſe dici 47
vſum fuiſſe ſæuitia in vxorem; quia ſemel in multis annis, vel etiam bis, vel ter moderatè percuſſit vxorem, ſed fuiſſe correctionem, non ſæuitiam, & quando maritus exceſſerit tenetur carere de exceſſu tantùm, non de correctione, vt benè Riccius *dec. 3. part. 3.* & non creditur mulieri de ſæuitia ſui viri, vt ex Rota dicit Ricc. *part. 2. deciſ. 8. & part. 3. deciſ. 146.* & arbitrio Iudicis Eccleſiaſtici remitti dicit Ricc. *part. 3. dec. 146.*

Ex quo dicunt omnes, quod mulier viro ſuo 48

eſt reſtituenda ſi probet vir matrimonium contractum, & cohabitationem, quod ſi vxor timeat à viro malè haberi, & graue aliquod damnum ſibi illatum in præteritum probauerit, tunc præſtita cautione, quod non inferat malum mulieri reſtitui debet, *d.cap.ex tranſmiſſa 8.de reſtit. ſpoliatorum*, vbi cum dicatur ibi (ſi vobis conſtiterit) deducunt DD. quòd ad hoc, vt fiat ſpolij reſtitutio debet attendi titulus ſaltem coloratus ex Velaſcho *conſult. 63. num. 20.* quia verò text. ibi ait (legitimè deſponſata fuiſſet, & ab eo cogni-
49 ta) colligunt DD. quod ante conſummationem matrimonij, non eſt locus plenæ reſtitutioni, ſcil. quo ad habitationem, & copulam, ſed ſolùm quo ad habitationem, miniſteria inter coniuges mutuò debita præter copulam, Barboſa *in Rubrica ff. ſol. matr. part. 2. num. 80.* Brunellus *de ſponſalibus concl. 12. num. 50.* Sanchez *libr. 2. de matrim. diſp. 41. num. 50. & lib. 7. diſp. 112.* qui *num. 8.* ſic conciliat duo iura, ſcil. text. *in d. cap.*
50 *ex tranſmiſſa*, vbi S. P. requirit matrimonij conſummationē, quia agit de plena reſtitutione etiam quoad copulam, ſed text. *in cap. ex parte de reſtit. ſpoliatorum*, requirit ſolum reductionem ad domum abſque copula, quia agit de ſola reſtitutione quoad habitationem, & alia obſequia, vt benè Gutierrez *de matrim. cap. 112. num. 10.* Dominus Ioannes Baptiſta Ventriglia *in praxi Eccleſiaſtica Annot. 9. §. 1. num. 1.*

51 Sequeſtrabitur, ergo mulier pendente lite inter ſe, & maritum ſuper ſeparatione tori, & cohabitationis, ſiue apud honeſtas matronas, ſiue apud Monaſterium, *d.cap.ex tranſmiſſa* ibi (alicui probæ, & honeſtæ mulieri, &c.) latè Farinacius *dec. 245. part. 1. nouiſſimarum*, Barboſa *tom. 6. in collectaneis in d.cap. 8.* & ſi non eſt materia ſufficiens pro diuortio, & ſæuitia, quæ præceſſit, fuerit grauis, reſtituitur vxor viro præſtita ſufficienti cautione, vt bene Gloſſa *in d. cap. ex tranſmiſſa*, ibi (ſufficienti cautione) quæ cautio ſuffi-
52 cit pignoratitia, vel fideiuſſoria, & regulariter non ſufficit iuratoria, quia text. *in d. cap. litteras, & cap. ex tranſmiſſa*, vbi expoſcunt cautionem ſufficientem, nomine autem ſufficientis cautionis, de pignoratitia, aut fideiuſſoria intelligitur, Gloſſa, *in d. c. de Benedicto in verbo ſub cautela 32. quæſt. 1. & d. cap. ex tranſmiſſa, in verbo ſufficienti*, Ceuallos *quæſt. 66.* Sanchez *d. diſp. 18. num. 40.* & alia Gloſſa *in cap. Quamquam de cenſibus in 6. in verbo (Idoneè)* Menochius *de Arbitrariis caſu 142.* Couarr. *lib. 3. var. cap. 3. num. 6.* Riccius *deciſ. 68. part. 2.* Gratianus *cap. 147. num. 22.* Farinacius *part. 1. crim. quæſt. 33. num. 44.* Surdus *deciſ. 320. num. 7.* & arbitrio Iudicis remittitur quanta cautio ſufficiat, cum alibi præſcriptum non ſit, Sanchez *vbi ſup. num. 20.*

53 Verum ſi vir fuiſſet diſcretus, & emendatæ vitæ, tunc ſatis erit cautio iuratoria, cum hypotheca bonorum, quia ſatis per eam dicitur conſultum indemnitati vxoris, Bald. *conſ. 176.* Rolandus *conſ. 27. num. 31. lib. 3.* Sanchez *d. diſp. 18. num 43.* idem dico de viro timente iuramentum, Gloſſa *in d. cap. De Benedicto*, Sanchez *num. 40.* Quod ſi vir non reperiat fideiuſſores, ſufficit iuratoria cautio, Bald. *d. conſ. 176. num. 20.* & patet ex text. *in d. c literas* ibi (ſi fieri poteſt) Sanchez, *num. 41.* qui ſubdit, quod ſi poſtea experientia doceat, talem virum parum obſeruare iuratoriam cautionem, conceditur ſeparatio tori, quia regulare eſt, quod in caſibus, in quibus iura deſiderant plenam ſatiſdationem, ſufficit iuratoria cautio, quando quis ob paupertatem fideiuſſores non inuenit, *l. cum non facile, ff. ſi cui pluſquam per l. falcidiam, gloſſa in cap.* Odoardus, *in verbo Iuratoria cautio, de ſolutionibus*, Guidon Papa *deciſ. 109. & 150.* Myſincer. *centur. 2. obſer. 11.* Oſaſchus *dec. 153.* Gaillus *lib. 2. obſer. 47.* Theſaurus *dec. 21.* Surdus *dec. 141.* Franchus *d. 497.* quare ſi vir eſt ſuſpectus, datur cautio de qua ſupra, Riccius *in praxi reſol. 254.* Pontius *lib. 9. de matr. cap. 23. num. 6.* ſed ſi ob inopiam inuenire nequit, tunc quia ad impoſſibilia non tenetur, non eſt ex abrupto matrimonium ſeparandum, antequam fiat experientia, an iuratoria profit, vt bene Sperellus *d. 139. 2. tom. num. 36. in fine*, D. Ventriglia *d. Annotatione 9. §. 2. à num. 11. cum ſequentibus*, & ideò dicunt DD. arbitrio prudentis 54
Iudicis remitti hoc totum, qui penſatis circumſtantiis, natura negotij perſonarum qualitate, &c. modo ad fideiuſſores dandos coget virum, modo iuratoria cautione contentus erit, Menoc. *caſu 142. 130. 139. & 149.* Ceuallos *quæſt. 66 n. 14.* Sanchez *vbi ſup. n. 42.* Hieron. Gabriel *conſ. 161. num. 9. lib. 1.*

In tertio caſu quando duo copulatiuè concur- 55
runt, ſcilicet ſæuitia præterita & talis timor futuræ, & periculum ſit, quod cautione non obſtante, vxor offendatur à viro, & hoc caſu ſicuti iure ciuili permittebatur diuortium quo ad vinculum, *l. conſenſu in principio, Cod. de Repudiis*, ſic de iure canonico vxor non eſt viro reſtituenda, ſed ſententia diuortij quoad torum eſt ferenda, *cap. litteras de reſtit. ſpoliat.* poſt alios Franchus *d. 244.* Sanchez *lib. 10. diſp. 18. n. 14.* qui reprehendit Barboſam dicentem hoc caſu præſtita per maritum cautione eſſe reſtituendam, Couarr. *d. p. 2. cap. 7.* Gutierez *lib. 1. cano. quæſtion. cap. 24.* Gratianus *cap. 838. num. 61.* Aldobrandinus *conſ. 71.* Baldus *in d. conſ. 176. n. 4.* Burattus *deciſ. 656. num. 3. vol. 2. &* Rota *deciſ 156. p. 6. in Recentioribus, & in Neapolitana matrimonij 23. Ianuarij* coram Merlino, provt in ſimili Dominus ob nimiam ſæuitiam; dominium ſerui amittit, *l. qui ſeruum, ff. de verb.* & Baro perdit ſubiectionem ſubditorum, ac in eos iuriſdictionem *l. 1.* vbi Bart. *ff. de his qui ſunt ſui, & c.* & Iudex ab officio deponitur, Bart. & alij *in d. l. 1. & l. fin. eod. tit.* nec poſita inimicitia capitali, & graui, ſatiſdationi committitur, quia tunc ſatiſdatio non mutat maleuolum animum, ſed diutius graſſandi facultatem præſtat, §. *nouiſſimè*, vbi Gloſſa *in verbo graſſandi*, quæ exponit, ideſt delinquendi de ſuſpectis tutoribus, Gloſſa *in cap. litteras 13. de reſtit. ſpoliat.* Vranius *conſ. 67. num. 23. vol. 2. d. cap. ex tranſmiſſa 8. verſ. Si autem capitali*, & ibi *gloſſa in verbo Sufficienti cautione, verſ. Si verò non poſſet de reſtit. ſpoliator.* Sanchez, Farinac. & alij apud Gratian. *cap. 738. num. 6.* Facchin. *conſ. 42. lib. 1.* Ciriacus *cap. 172. numer. 90.* omnino videndus, qui diſputat ſeparato Toro, an debeatur dos, & alimenta, & apud quem locum ſit mulier educanda; & an mulier poſt ſententiam diuortij poſſit admitti ad profitendum in Monaſterio, viro in ſæculo remanente, & profitente diſputat Vermigliolus *conſ. 471.* & duo tempora diſtinguit D. Ventriglia *d. §. 1. num. 35.* litis pendentiæ, & finito diuortio.

Reſpectu ſæuitiæ præteritæ duo deſiderantur. 56
Primò, quod actus, ex quibus illa deducitur ſint plures, ac iterati, ex quibus reſultet conſuetudo viri ſæuiendi in vxorem, Rota penes

Burat

Burattum *d.* 815. *n.* 9. & coram Coccino *d.* 155. *p.* 6. *& d. p.* 6. *& decis.* 239. vbi sic pluries practicatum dicitur in Rota *d. cap. litteras, de restit. spol.* ibi (si vero tanta sit sæuitia, &c.) Couarr. *cap.* 7. *de sponsalibus* §. 50. Gomesius *tom.* 2. *var. cap.* 2. *num.* 51. Guttierez *lib.* 1. *cano. cap.* 24. Menochius *casu* 139. Mascard. *concluf.* 1018. Barbosa *p.* 2. *in Rubrica ff. sol. matrim. num.* 23. Farinac. *p.* 4. *d.* 75. Rota Romana *p.* 1. *d.* 278. aliàs *p.* 4. *Diuers.* Sanchez *d. lib.* 10. *disp.* 18. Panzirola *cons.* 82. Franciscus Marcus *decis.* 783. *p.* 2. Card. Tuschus *litt. M, concluf.* 143. Costa *de Remediis subsidiariis, remedio* 8. Thesaurus *d. decis.* 130. Farinac. *d. quæst.* 143. *num.* 129. & ideo si mulier dicat, quod fuit verberata semel in decem annis,
57 ista non fuit sæuitia, sed correctio, quia vir sapiens debet dietim malos mores corrigere ne transeant in consuetudinem cum aliis, vt bene Sanchez *d. disp.* 18. *num.* 16. sed debet constare, quod vir sit solitus frequenter sæuire vltra modum in vxorem, Farinac. *d. quæst.* 143. *num.* 203. & fuit dictum in dicta Neapolitana separationis Tori coram Buratto. Secundum requisitum est, vt sæuitia sit magna, & immoderata, DD. communiter vbi sup. apud Burattum, Farinacium, & alios.

58 Nec sufficit sæuitia præterita, hoc est, quod præterito tempore sæuierit atrociter in vxorem, sed est necesse, quod adsit probabilis timor, quod etiam in posterum sæuiet, vt bene Abbas *in d. cap. ex transmissa num.* 2. *de restit. spoliatorum*, Sanchez *d. disp.* 18. *num.* 16. Farinac. *d. q.* 143. *num.* 140. Rota coram Buratto *vbi suprà*, & requiritur etiam, quod aliunde non possit vxori prouideri, *d. cap. litteras, & cap. transmissa*, quia si alias posset consuli vxori, non est maritus spoliandus, quæ qualis, & quanta esse debeat Iudicis arbitrio remittitur, Menoch. *casu* 139. Cæphalus *cons.* 384. Basilius Pontius *lib.* 9. *de matrim. cap.* 23. *num.* 50. Seraphinus *d.* 226. Rota *decis.* 39. *&* 156. *post* 2. *volum. consiliorum* Farinac. latè Paschaligus *cano. quæstion. tom.* 1. *quæst.* 24. vbi latissimè de materia.

59 Consurgit verò timor futuræ sæuitiæ ex antecedenti experientia sæuiendi, quia arguitur vir incorrigibilis, *l. non omnes*, §. *à Barbaris*, *ff. de Re militari*, Bald. *d. cons.* 176. *num.* 2. quia rarò corrigitur, quod in consuetudinem transiuit, *d.* §. *à Barbaris*, Aldobrandinus *d. cons.* 71. Rota *d. dec.* 155. *n.* 35. Sanchez *d. disp.* 18. *num.* 11.

60 Quod si probari posset nullam cautionem esse mulieri sufficientem, tunc stante tali probatione vxor non esset marito restituenda, nec fragilitati fideiussionis committenda, post alios Menoch. *d. casu* 139. *num.* 50. Guttierez *d. lib.* 1. *cap.* 24. qui *num.* 13. dicit cautum debere esse aduocatum mulieris, separationem petentis, vt hoc in articulis deducat cum aliis adductis per Rot. *d. dec.* 155. *num.* 39.

61 Ex quibus infertur primò grauem esse sæuitiam, quando probaretur virum tentasse aliquid ad vxoris necem, poterit enim separari, Guttierez *vbi suprà num.* 8. Velaschus *de partitionibus cap.* 6. *num.* 47. qui idem dicit si suppositi facturas, & incantationes, vel si veneficium probaretur, & Gratianus *d. cap.* 738. *num.* 47. loquens de sæuitia mariti ait, quod vir diuersis vicibus verberauit vxorem, caput illius percutiendo ad parietem, eamque denudatam in omni parte corporis verberauit per publicas vias Ciuitatis in terram proiectam trahendo per capillos, ac pugnis, calcibus; alapis cum pugione euaginato, ita maletractando, vt tota fuisset inutilis, addendo etiam carcerationem, ac detentionem priuatam in cubiculo domus in quo permansit donec de mandato Sanctissimi fuisset in Monasterium ducta, Rota *coram* Pamphilio *in Toletana separationis Tori*, & ibi verbera in facie, & oculis fuerunt sæpius reiterata, quæ reiteratio ad effectum sæuitiæ plurimum attenditur, Baldus *d. cons.* 176. *num.* 3. *lib.* 1. & post alios Rota *coram* Sacrato *in Romana separationis Tori post consilium* 157. Farinac. *num.* 16. *p.* 2.

Infertur secundò, quod si vir vxorem vulne- 62
ribus etiam cum cicatricibus dehonestauit, atrox erit iniuria, Ancharranus *cons.* 480. sic si vxore grauida existente vir infantem in vtero eius præ sæuitia necauit: nam hæc est grauis tyrannis, Sanchez *d. disp.* 18. *num.* 12. sic si maritus cultrum euaginatum in vxorem, tanquam actus ad vulnerandum tendens, enumeratur inter actus sæuitiæ ad effectum separationis Tori, Aldobrandinus *d. cons.* 71. *num.* 34. Moraldus *cons.* 44. *lib.* 1. Valenzuela *cons.* 41. *num.* 15. Rota *d.* 239. *p.* 6. *num.* 11. sic carceratio in particulari cubiculo, 63
vna cum alimentorum denegatione, ista duo simul iuncta sæuitiam atrocem indicant, tanquam ad vitæ priuationem ordinata, Aldobrandinus *vbi suprà, num.* 50. *&* 54. Monaldus *vbi suprà* Rota *d.* 706. *p.* 1. *& decis.* 239. *p.* 6. *in recentioribus*, & alia exempla ponit Aldobrandinus *vbi suprà cons.* 71. *&* Sperellus *d.* 139. *à num.* 62. & tunc dicuntur graues, quando sanguis exiuit, vel in capite, seu oculo sunt illatæ, vel cum hasta, seu baculo fracto in percussionibus, vel in pectore, ex quibus per decem dies percussa sanguinem expuerit, vel in manibus, in quibus verberata stetit per decem dies, ita vt non posset eis vti, aut similibus percussionibus, quæ fecerunt percussum stare in lecto, quarum cum nullæ fuissent in facto proposito apud Riccium *dec.* 121. *p.* 1. ait non fuisse locum diuortio.

Qualiter verò probetur sæuitia viri, tota est 64
difficultas; putant enim aliqui non sufficere testes singulares, sed debere esse omni exceptione maiores, quia agitur de causa grauissima, & reputatur causa status, ita Parisius *cons.* 541. *n.* 14. *& sequentibus lib.* 4. Natta *cons.* 616. Viuius *opin.* 470. Bertazzolus *cons.* 228. *vol.* 1. Menoch. *cons.* 850. *vol.* 9. Farinac. *de delictis carnis q.* 143. *num.* 166. Barbosa *in Rubrica ff. sol. matrim. p.* 2. *num.* 27. Rota *d.* 324. *p.* 6. *inter recentiores*, & signanter, quod testes domestici repellantur, nec viri sæuitiam probent, dixerunt Parisius, Rolandus, & alij, & Rota *decis.* 441. *p.* 1. *recentiorum, & in Romana separationis Tori* 28. *Ianuarij* 1613. *coram* Sacrato, Riccius *d.* 120. *part.* 1.

Alij distingunt, quod si agatur ad nullitatem 65
matrimonij testes debeant esse omni exceptione maiores, sed si agatur de Tori separatione sufficiunt testes singulares; Alij, & melius dicunt, quod si agatur ad probandam sæuitiam in genere tunc sufficiunt testes singulares, quia cum genus consurgat ex diuersis speciebus, testes de diuersis actibus deponentes probantur, puta si agatur de probanda iurisdictione, possessione, hæresi, vel delictum in genere, sufficit probare per testes singulares tendentes ad eundem finem, Mysincerius *centur.* 3. *obser.* 76. Surdus *cons.* 94. *lib.* 1. sed si agatur de probando aliquo in individuo requiruntur testes contestes, v.g. in præsenti

agitur de probando calce dato Marchioniſſæ per Marchionem, vt in puncto de quodam marito, qui inquirebantur dediſſe calcem vxori, & euaginaſſe pugionem, & erat vnus teſtis de viſu, & alia occurrit ad vociferationem concludit Sperellus *d. deciſ.* 139. *num.* 88. non probaſſe ſæuitiam, ſed tanquam teſtes ſingulares nihil probaſſe, & *num.* 89. cum Rota ait quod quando agitur de probando aliquo actu particulari ſæuitiæ Rota ſemper tenuit teſtes ſingulares non probare, ſed vbi agitur de probanda ſæuitia in genere ex multiplicatis, & ſucceſſiuis actibus reſultante, teſtes ſingulares admittuntur; in caſu noſtro Marchioniſſa non intendit probare ſæuitiam in genere Marchionis (quæ eſt cautela per Aduocatos conſideranda in articulis) ſed vult probare brachium ruptum, liuiduras factas in gutture, &c. quæ debent probari in ſpecie per teſtes conteſtes omni exceptione maiores, at in præſenti non ſo-
66 lum non probauit per teſtes ſingulares, ſed per teſtes de auditu Marchioniſſæ, qui nihil probant, *cap. tam ex literis de teſtibus*, & quatenus vna ex teſtibus dicit ſe audiſſe vxorem vociferantem, dici poteſt, quod eſt vnicus, *cap. licet vniuerſis de teſtibus*, *l. iuſiurandi*, *C. de teſtibus*, & vociferatio non concludit verbera, Pariſius *d. conſ.* 54. *num.* 28. *lib.* 4. Rolandus *conſ.* 27. *num.* 10. *lib.* 3. Bertazzolus *conſ.* 228. *num.* 13. Ideò bene ait Franciſcus Curtius *conſ.* 157. teſtibus deponentibus de verberibus, percuſſionibus, &c. ſi ſunt ſingulares nullam eſſe fidem adhibendam, nec fides eius adhibetur quando patiuntur exceptiones, & non ſunt idonei, nec omni exceptione maiores, prout eſſe debet Pariſius *d. conſ.* 54. *num.* 14. *lib.* 4. Viuius, & alij cum Rota Romana *in Romana ſeparationis Tori* apud Riccium *part.* 1. *deciſ.* 120. *in fine*.

In caſu verò noſtro nec in genere, nec in ſpecie de brachio rupto, & aliis probatum per teſtes ne dicam conteſtes, vel ſingulares, ſed per teſtes diuerſificantes inter ſe contrarios, & nihil deponentes, quid ergo eſt quod prætendit Marchioniſſa, ſed parcendum eſt huic Dominæ, imputandum tamen conſulentibus.

67 Quia ergo requiritur probatio ſæuitiæ certa, & neceſſario concludens, ideò non ſufficit præſumptiua cum cauſa ſit grauis, & ardua, Pariſius, Burſatus, Barboſa, Rota, & alij apud Burattum *deciſ.* 815. *& part.* 1. *in Recentioribus deciſ.* 441. *& deciſ.* 324. *part.* 6. tam circa calcem, & liuiduras propoſitas, quàm circa illarum qualitatem, Rota *deciſ.* 371. quæ cum non ſint in caſu noſtro, non erit locus petitis per Marchioniſſam, & hoc eſt, quod dici ſolet, quod minus creditur teſtibus probantibus ſæuitiam, quàm aliis, quando coarctatur probatio, Pariſius *d. conſ.* 54. *num.* 30. *& 31. lib.* 4. Rolandus *conſ.* 27. *num.* 30. *lib.* 3. Bertazzolus *conſ.* 228. *num.* 16. *in fine*.

68 Addo quòd licèt ſæuitia fuiſſet probata, tamen per diſſimulationem, Marchioniſſa oſtendit ſe iniuriam ad animum non reuocaſſe, ſed per cohabitationem, & taciturnitatem remiſiſſe, & ſic reſultat renunciatio actionis ſibi ante reconciliationem ad Tori ſeparationem competentis, ergo non poterit animum mutando illam proponere, & ad ſeparationem agere, ex *l. non ſolùm* §. 1. *ff. de iniuriis*, Bertazzolus *conſ.* 228. *num.* 15. Burattus *d. deciſ.* 85. *num.* 12. Rota *deciſ.* 135. *poſt* 2. *vol. conſilior.* Farinacij, debuit ergo ſtatim agere ſi maritus in eam ſæuitiam exercuit, non autem poſt annum, dixit Riminaldus Iunior. *conſ.* 174. *num.* 28. *lib.* 2. Sperellus *deciſ.* 239. *num.* 94. & ego addo poſt quinque, vel ſex annos, vt in præſenti, quia iniuria diſſimulatione aboletur, §. 1. *de iniuriis*, vbi Inſtitutiſtæ.

Neque dicas actionem ad diuortium non præſcribi, quamvis ius accuſandi de adulterio præſcribatur quinquennio quoad pœnam criminalem, & ciuilem, *l.* 3. *Cod. ad l. Iul. de adulteriis*, vt poſt Gloſſam *in cap. admonere* 3. *in verbo pœnitentia* 33. *q.* 2. docent omnes relati per D. Ventriglium *Annot.* 10. §. 1. *num.* 9.

Reſpondeo enim non loqui de præſcriptione, ſed de mutua reconciliatione, quæ eſt actus poſitiuus, vnde conſurgit remiſſio iniuriæ, & ſic ſumus in actu poſitiuo, non in ſolo temporis beneficio, quod etiam admittit Ventriglia, & cum eo omnes *d.* §. 1. *num.* 12. *& ſeq.* Fragoſius *tom.* 3. *part.* 3. *lib.* 3. *diſput.* 6. §. 2. *numer.* 43. *cum ſeqq.*

Neque dicas ſecundò, quod ſi hoc eſſet, ſequeretur nunquam dari ſeparationem Tori ob ſæuitias, quia vnica ſæuitia non ſufficit, ſed multæ requiruntur, quæ ſi expectentur, poterit dici antecedentes remiſſas eſſe, per patientiam, & vltimam tanquam ſolam non ſufficere; ſed hoc dici non poteſt: ergo.

Reſpondeo, quod ſi vltima ſæuitia, quæ dedit cauſam aufugiendi vxorem de domo viri, eſt vera ſæuitia, & probata, tunc præteriti actus ſæuitiæ, quia non deducuntur principaliter in iudicium, ſed ſolum ad oſtendendam conſuetudinem 69
ſæuiendi, poſſunt allegari, & operantur ſuum effectum, tunc enim cum antiquum odium ex nouis cauſis renouatum cenſeatur, non eſt reconciliatio attendenda, vt bene Burſatus *conſ.* 133. *num.* 11. Rota *dec.* 706. *part.* 1. *Recentiorum*. Si verò vltimus actus non eſt ita, tunc non poteſt iudicium ſeparationis inſtitui, ex præteritis actibus, qui per diſſimulationem ſunt remiſſi, in præſenti verò actus, qui dedit cauſam Marchioniſſæ, vt à viro recederet non ſæuitia Marchionis fuit, ſed quia noluit ad Terram N. accedere, ſed cum Baronibus N. ſtare, &c. ergo.

Sed audiamus cauſas ſæuitiæ, quidam dicunt 70
pro donatione ſtatus N. quam petebat Marchio à Marchioniſſa, res ridicula, ſtatum, & feuda donari ipſa dicit pro don. duc. 15. millium, & pro alia duc. 300. de quibus donationibus, quam inueriſimilia dicta ſint legatur factum, & quam probationes faciant depoſitiones inueriſimiles ſuprà diximus de auditu, &c.

Neque dicas tertiò, quod vltima ſæuitia, vt Marchioniſſa ſolùm dicit in art. 18. & 20. fuit de anno 1656. in Terra N. vbi erat Marchioniſſa, quod vocatis Clericis, & Presbyteris dixit eis Marchionem tentaſſe eam ad venerem præpoſteram; Marchio verò ait velle debitum coniugale ab ea, vnde præſente Marchione conqueſta fuit.

Reſpondeo primò, quod ex facti ponderatione bene probatur Marchioniſſam in Terra N. non articulaſſe vitium nefandum, ergo Angela falsò cum reu. dicit, vt ex facti ponderationibus euidenter colligitur.

Reſpondeo ſecundo, quod quædam alia mulier apud Sperellum *dec.* 140. *num.* 14. *tom.* 2. lamentabatur de marito eo præſente, quod meretricabatur, & cum tacuerit, & riſerit maritus, arguebat illa meretricium probatum, ſed non valet argumentum, quia ſilentium in odioſis non operatur conſenſum, quicquid ſit in fauorabilibus,

bus, Sperellus *dec.* 81. *num.* 20. *part.* 1. nec risus denotabat confessionem, sed ridebat de zelotypia vxoris nec tacita confessio præiudicare po-
72 tuisset, vbi nec expressa præiudicat, quia confessio propria adulteri est suspecta de collusione, ideo Promotor fiscalis debet adhærere ei, qui separationem impugnat, nè fiat fraus, vel collusio, provt seruari in Tribunalibus Ecclesiasticis dicit Gutierrez *de matr. cap.* 129. *num.* 11. & Sperellus *dec.* 140. *num.* 17.

73 Nec vlla est habenda ratio de oppio, quod dicit sibi fuisse datum in art. 17. de anno 1650. quia vt in facto testes Marchionissæ deponunt tunc Marchio non erat ibi, vt ipsa vt deponit *fol.* 19. neque de puluere sibi dato ad modum tabaci, ad hoc, vt fieret insana, & vti valeret quadam donatione, quod dici non potest cum non sit delictum in genere. Donatio non fuit sic per Marchionem in S. C. declaratum, nec verum, cum reu. deponentes, vt ex facto, licet enim veneni propinatio sit causa diuortij, *l. consensu* 8. *C. de repudiis*, §. *mitiores*, *Auth. de nuptiis*, Farinac. *quæst.* 143. *num.* 154. & *seq.* tamen nec tabacum, nec oppium id faciunt, & in præsenti nihil tale fuit, nec probatum, sed aërè assumptum, & per testes falsò cum reu. singulariter dictum singularitate obstatiua, & destructiua.

Neque dicas ex testibus Marchionissæ fuisse probatam saltem in genere malam famam Marchionis.

74 Respondeo, quod bona fama probata in genere de Marchione non solùm destruit malam famam in specie Gandinus *de præsumptio, & indiciis indubitatis n.* 15. Follerius *in pract. crim. in verbo dentur capitula*, *num.* 29. Iulius Clarus *in* §. *fin. q.* 60. Bertazzolus *conf.* 493. *n.* 20. *lib.* 2. & *conf.* 60. *num.* 17. *lib.* 1. sed etiam tollit de medio omne indicium, Baldus *in l. fin. C. de prob.* Alexander *conf.* 90. *vol.* 3. Cepolla *conf.* 40. Marsillius *singulari* 47. Bald. & Imola *in l. fin. ff. de hæred. instit.* Imò fama ortum habuit à conquestu, quo casu nihil probat Carretius *in pract. crim. in verbo Secundum indicium n.* 17. *fol.* 49. nisi dicamus famam ortum habuisse ex dicto Angelæ, &c. & proindè tanquam inanem, & vacuam non esse attendendam ad text.
75 *in l. Decurionum filij*, *Cod. de pœnis*; fama enim à iusta, & probabili causa oriri debet, Bart. *in l. de minore*, §. *tormenta alias incipit plurium ff. de quæstionibus*, Baldus, & alij apud Grammaticum *conf.* 42. & 26. vnde S. P. *in cap. cum iuuentute, de purgatione canonica* ex fama contra quendam Episcopum laborante non ita facile se contra il-
76 lum commoueri Regi Vngariæ scripsit. Nec prætereundum est, quod testes de fama loquentes per verba iuris ortam S. C. fuisse publicam famam, non probant, quia testes per verba facti deponere debent, non per verba iuris, Caballus *casu* 180. *num.* 6.

Circa quartum verò dubium, de vasis argenteis furatis, & subtractis per filium Marchionis, dico non esse sufficieniem causam diuortij, non enim Marchioni notum fuit, nec ipse erat ibi, sed Neapoli, ergo non potest pœnam pati ex eo, in quo non deliquit, argumento *l. Sancimus*, *C. de pœnis.*

77 Nec tandem propter inimicitias contractas erit locus cautioni de non offendendo; quia non fuit Marchio, qui diuortium petit, sed Marchionissa, certum enim est, quod si vir vxorem etiam nocentem de adulterio accusauerit, tunc non tenetur vxor ad illum redire, etiamsi datis fideiussoribus cauere velit, de eam bene tractando, quia non tenetur ipsa vitam suam fragilitati cautionis committere, Cæphalus *conf.* 384. *n.* 64. *vol.* 3. quia adulterium est delictum capitale, *l. Graccus*, *Cod. ad l. Iul. de adulteriis*, & adulterij accusatio est criminalis, ex qua oritur inimicitia capitalis Riccius *p.* 3. *d.* 3. *num.* 6. at in arduis negotiis non tenetur quis stare cautionis fragilitati, *l. qui ita* §. 1. *ff. ad* S. C. Trebell. quod Sanchez *d. disp.* 18. *num.* 33. intelligit lite pendente, vel vt bene Sperellus *decis.* 139. *num.* 52. intelligitur quando fuisset accusata mulier à viro de adulterio criminaliter, quod non est in præsenti, vbi non agitur de iudicio criminali, quo sensu procedit, quod notat D. Ventriglia *d. Annot.* 9. §. 1. *num.* 14. & 15. sic quando maritus coniugem de aliquo crimine arduo accusasset, & carcerari fecisset, tunc dicitur odio capitali prosequi, *l. filio*, §. *Seio*, *ff. de adim. legatis*, & propterea ipsa non tenetur fragilitati cautionis se committere, Rota *d.* 706. *p.* 1. & *decis.* 58. *p.* 1. *recentiorum*, Bursatus *conf.* 333. Triuisanus *d.* 45. & 61. Farinac. *de delictis carnis q.* 143. *n.* 145. Riccius *p.* 2. *dec.* 8. Ciriacus *cap.* 173. *num.* 8.

Supponamus verò Marchionissam fuisse à 78
Marchione querelatam (quod nullo modo dicendum est, Marchio enim amat eam totis visceribus, vt lite pendente super hoc diuortio omnibus notum est obsequia præstita in associatione, humiliatione, verborum prolatione, &c.) tunc non potest dici ortum odium capitale, quia quando maritus querelat vxorem, sed neque carceratio sequuta fuit, nec vir curat causam prosequi, tunc Rota *decis.* 371. *num.* 12. *post* 2. *vol. consilior.* Farinac. ait non esse habendum in consideratione ad effectum separationis, nec ex hoc præsumi potest ortum capitale odium.

Addo quod quando pars articulasset odium 79
capitale, debuisset in actis constare, quia sententia quæ non iustificatur ex actis, est notoriè iniusta, Parisius *d. conf.* 54. *num.* 2. *lib.* 4. Cæsar de Grassis *decis.* 2. *de solutio.* & *decis.* 13. *de sententia*, & *re iud.* vnde sententia separationis Tori lata per Vicarium Perusinum, quia non fuit iustificata ex actis fuit reuocata Rota *d.* 278. *p.* 4. *diuersorum*, & nunquam transit in rem iudicatam, *l. expressum*, vbi Bart. *ff. de appell.* & dicitur notoriè nulla, Seraphinus *d.* 1261. *num.* 50. Verallus *decis.* 87. *p.* 2. quicquid contrarium dicat Gabriel *conf.* 161. *num.* 8. *lib.* 1. quem optime reprehendit Sperellus *d.* 139. *num.* 59. *tom.* 2.

Nec curandum est ex alio de depositionibus te- 80
stium contra Marchionem, quia personæ viles, & abiectæ, quæ contra virum nobilem, & grauem non probant, §. *si verò ignoti*, *Auth. de testibus*, *l. Diuus* 9. *l. ex libero* 15. *ff. de quæstionibus l. ob carmen* §. *fin. ff. de testibus*. cum agatur de causa honoris, & existimationis, quæ debent ipsimet vitæ anteferri, Bart. *conf.* 1. *n.* 13. & 13. *vol.* 2. Capicius *d.* 5. *num.* 7. Polydorus Ripa *obser.* 20. *num.* 8. Crauetta *conf.* 2. *num.* 18. Paulus *Epistola* 1. *ad Chorinthios* 161. *Expedit mihi magis mori, quàm vt gloriam meam quis euacuet*, Deo gratias. Scripsi hodie 25. Augusti 1659.

DISCEP

DISCEPTATIO XXX.

SVMMARIVM.

1 *Exercens officium assessoris in Tribunali artis lanæ an efficiatur irregularis, & adducuntur verba Concilij Toletani circa irregularitatem inducendam.*

2 *Assessor, & quivis alius Magistratus ob Iudicium sanguinis quando efficiatur irregularis.*

3 *Irregularitas non contrahitur nisi in casibus à Iure expressis, & vtrum pro solo consilio, vel officio, absque executione irregularitas contrahatur, &* num. 11.

4 *Iura, quæ dicunt ex officio accepto in sanguinis sententia irregularitatem inducere; intelliguntur si condemnatio ad mortem, vel ad mutilationem sequuta fuerit.*

5 *Curiales tunc irregulares indicantur, si cæua sint exequuti.*

6 *In Sacris litteris semper fit mentio de reali, & actuali sanguinis effusione, vt irregularitas inducatur, & explicantur duo loci Paralipomonon.*

7 *Curia artis lanæ habet Iurisdictionem Ciuilem, & criminalem in eam artem exercentes, & vtrum habeat priuatiuè ad Magnam Curiam Vicariæ.*

8 *Iurisdictio criminalis plures habet gradus, & vtrum Tribunal artis lanæ iurisdictionem habeat criminalem circa mortis sententiam, vel mutilationem.*

9 *In dubio quis debet se gerere pro irregulari.*
Et dilucidatur textus in cap. ad audientiam, & cap. significasti de homicidio, & numero sequenti.

10 *In dubio iuris nullus est censendus irregularis, & cur?*

11 *Ratione officij tantum assumpti nulla adest irregularitatis suspicio.*

12 *Flores de Mena* lib. 1. quæst. 9. num. 9. *reprobatur.*
Et vtrum Episcopus dispensare possit in irregularitate ex leuitatis defectu.

ARGVMENTVM.

Assessoratus officium exercens in Tribunali Artis lanæ, an & quando efficiatur irregularis ob iudicium sanguinis? Nec contrahitur irregularitas nisi in casibus à Iure expressis, & vtrum pro solo consilio vel officio contrahatur irregularitas, & qualiter iura circa hoc disponentia intelligantur? Curia Artis lanæ iurisdictionem habet ciuilem, & criminalem in exercentem talem artem, & an priuatiuè ad M. C. V. Iurisdictio Criminalis plures habeat gradus, & qui sint? In dubio quando quis debeat se gerere pro irregulari.

PRO

Francisco Barba I. V. D.

SVPER

Irregularitate.

FRANCISCVS Barba V. I. D. Neapolitanus noster benemeritus non est irregularis ex eo quòd officium tempore suæ iuuentutis exercuit assessoratus tribunalis artis lanæ, vt ex pluribus sequentibus fundatur. 1

Primò: si qua esset irregularitas, vtique esset quæ desumitur *ex Concilio Toletano XI. anno Domini sexcentesimo sexagesimo can. 6.* ibi: [his à quibus Domini Sacramenta tractanda sunt iudicium sanguinis agitare non liceat, alias & ordinis honore priuatus, & loco sub perpetuo quoque damnationis teneatur relegatus ergastulo:] quem locum Gratianus inseruit *in causa 33. q. 6. in cap. his à quibus*, quare quod continetur *in c. clericis, & in cap. sententiam ne cler. vel monach.* circa hanc irregularitatem non continet ius nouum, sed ad ea vetera iura referuntur, ex quibus iuribus fundant DD. aliqui, de quibus Maiolus *de irregularitate lib. 2. cap. 6. num. 2.* quod iudex assessor, vel alius quicumque magistratus, ob iudicium sanguinis, ideſt si quempiam ad mortem damnauit vel membrum abscindi iudicauerit, hoc ipso irregularis efficitur, *d. cap. sententiam, & cap. sæpe Principes 23. quæst. vltima*, quod locum habere assumunt, non solum, si hoc iudicium sanguinis suum sortiatur effectum; verum etiamsi non sortiatur; imò & si iudicium non sit pronuntiatum; sed hoc iudicandi munus & officium assumptum fuerit, ipso facto qui sumpsit irregularis efficitur; ita Maiolus cum aliis quos sequitur. 2

Sed hæc irregularitas nulla est in casu nostro: ergo, &c. Probatur minor quia irregularitas non contrahitur, nisi in casibus à iure expressis *cap. si quis de senten. excomm. in 6. & in cap. ad audientiam de homicidio*, Plax. *in epit. delict. c. 12. num. 11.* Nauarrus *in cap. si quis aliquem de pœni. dist. 10. num. 35.* Sed nullibi in iure expressum reperitur, quod pro solo consilio, vel pro solo officio absque executione contrahatur irregularitas: ergo non debent supradicta censeri irregulares; nec aliquid facit textus *in d. cap. clericis, ne cler. vel monac.* quia ibi non dicitur quod mors sequuta non fuit, imo apparet, quod loquitur in casu, quo fuit exequuta, & ideo dicitur. Iudicent inferendas, ad ostendendum quod non solum contrahatur irregularitas, ex eo, quod quis propriis manibus aliquem occidat; sed etiam si iudicet, aut iubeat, aut consulat mortem inferendam; intelligi tamen debet si mors sequuta fuit, vt iura iuribus concordemus, nam *in cap. periculosè, de pœnit. dist. 1.* Iudæi qui Christum non crucifixerunt propriis manibus, sed consilium Pilato dederunt, aut pro eius morte instarunt, dicuntur eum occidisse, quia sequutus fuit effectus ex consilio, & instantia Iudæorum: ergo omnia iura, quæ dicunt ex officio accepto 5

in

in sententia sanguinis induci irregularitatem, intelligitur si sequuta sit aliqua condemnatio ad mortem seu aliqua mutilatio : Sed in præsenti Franciscus nostet, nec condemnauit, nec mutilauit, nec in tali tribunali fuit aliquis vnquam condemnatus ad mortem vt notorium est : ergo non est irregularis ex solo officio iurisdictionis criminalis, vt bene Blasius, Flores de Mena *q. Iur. lib. 1. quæst. 9.* quod ante eum dixit Abbas *in cap. sententia sanguinis q. 1. in fine, & q. 13. & 50.* Sylvester *in summa in verbo homicidium, il 3. quæst. 2.* Nauarrus *in manuali cap. 17. n. 193.* Felinus, Ioannes, Andreas Archidiaconus & alij, de quibus Flores de Mena *lib. 1. quæstionum iuris quæst. 9.*

5 Probatur secundò ex text. expresso *in capit. aliquantos 51. dist. ibi sæua exequuti fuerunt, vbi curiales tunc iudicat indignos, & irregulares Concilium, quando sæua exequuti sunt : sc. quando mortem aut mutilationem exequuti sunt*, non igitur ex consilio, aut Sententia contrahitur irregularitas; sed ex exequutione, & sanguinis effusione, concurrente morte aut membri mutilatione & non aliàs.

6 Probatur tertiò quia hæc irregularitas ortum habet à sacris litteris ; at verò in sacris litteris semper fit mentio de reali & actuali exequutione & sanguinis effusione ; Deus enim odit virum sanguinum, & dolosum, & effusorem sanguinis ; ita *enim dixit ad Dauid Regem Israël*, vt constat ex *lib. 1. Paralipom. cap. 22. multum sanguinem effudisti ex plurima bella bellasti, non potest ædificare domum Domino meo tanto sanguine effuso coram me :* vbi in duabus partibus semper Dominus loquitur de sanguine effuso, & alibi *Paralip. lib. 1. cap. 28. non ædificabis mihi domum, eo quod sis vir bellator, & sanguinem effudens.* Semper igitur Dominus ab altari suo prohibuit sanguinis effusionem ; at verò nunquam erit effusor sanguinis, qui nunquam eum effudit, nec ex eius consilio, aut iussu effusus est ; quemadmodum non diceretur homicida qui nunquam hominem occidit, nec eius causa occisus est ; & ita vltra DD. citatos, sententiam hanc non incurri irregularitatem, ex eo quod aliquis officium assumserit criminalis iurisdictionis, nisi in effectu mors, vel mutilatio sequuta sit, docet Aug. Barbos. post multos quos allegat *in d. cap. 5. ne cler. vel mon.* sed in casu nostro nullum habuit Franciscus criminalis iurisdictionis exercitium circa sententiam sanguinis aut mutilationem; igitur non est irregularis.

7 Opponitur primò decisio Vincentij de Franchis 679. per totum, vbi latè fundat curiam artis lanæ habere iurisdictionem ciuilem, & criminalem in eam artem exercentes, quod ipsum dicit *in decis. 722.* quam notat Tassonus *in prag. de antefato vers. 3. obser. 3. à num. 305.* ergo in casu nostro, cum assumserit hic de quo agimus officium assessoratus artis lanæ, vbi iurisdictio exercetur ciuilis, & criminalis priuatiuè ad M. C. per consequens irregularitatem incurrit.

8 Cui tamen oppositioni de facili patet responsio, si recordemur iurisdictionem criminalem plures habere gradus, vt enim clare patet tortura, relegatio, fustigatio, & similia, sunt iurisdictionis criminalis effectus, quum ergo in tribunali artis lanę dicitur adesse iurisdictionē ciuilem, & criminalem, intelligitur sanè de aliis gradibus ipsius, non verò de mortis sententia, aut mutilatione; quod patet euidenter ex probatis in actis vbi multi iudices seu assessores pro diuersitate temporis interfuerunt in tali tribunali, nunquam ad sententiam mortis vel mutilationem condemnarunt, idque vt omnino certum præsupponitur in nostris tribunalibus, quod sententia mortis, aut mutilationis nec illata nec inferri potuit in tribunali artis lanæ. Igitur Franciscus assūpsit officium, iurisdictionem habens annexam criminalem infimam, & bassam, pœnam mortis non attingentem, nec mutilationem : ergo non est irregularis ; tum quia non sufficit sola assumptio officij vt supra probauimus nisi mors vel mutilatio sequuta sit ; tum quia in casu nostro officium ad has duas pœnas non se extendebat ; ergo non est irregularis. Et hoc sensu intelligi debet factum illud de quo Maiolus *de irregularitate, lib. 2. cap. 6. num. 3.*

9 Opponi potest secundò quod in dubio debet quis se gerere pro irregulari *cap. ad audientiam* vbi DD. *& cap. significasti de homicidiis*, & petere dispensationem : sed hic casus est dubius ob contrarias opiniones ; ergo debemus tenere eam, quæ irregularitati fauet.

Cui obiectioni de facili patet responsio, si recordemur, quod dispositio textus *in dict. cap. significasti & ad audientiam*, procedit cum est dubium facti, hoc enim casu tenenda est in dubio pars securior, cum non constet ex facto probato, sc. *ex homicidio*, commisso induci irregularitatem ex iuris Sanctionibus ; sed de ipso facto dubitatur, sc. *de homicidio :* sed cum est dubium iuris, putà 10 quia dubitatur, an de iure in tali casu & facto clare probato, sit statuta & inducta irregularitas, tunc in dubio iudicandum est contra irregularitatem, quia irregularitas non inducitur nisi in casibus à iure expressis, ex tex. *in cap. si quis de sentent. excom. in 6.* non autem dicitur expressum id de quo dubitamus, ex notatis *in l. licet imperator, ff. de leg. 1.* sed expressum dicitur illud, quod verbis clare exprimitur, vel euidentibus signis colligitur, vt in tex. *in l. Gallus §. quodam teste* ibi, quod ex verbis concipi possit *ff. de lib. & posth.* at verò nullibi in Iure Canonico reperitur expresse dispositum, quod ex solo consilio, aut sententia mortis absque reali facto & exequutione contrahatur irregularitas ; nec euidenter colligitur ex verbis canonum, qui de hac materia agunt, imo omnia iura semper factum præsupponunt ; igitur non debet consulens aut iudicans se existimare irregularem, quam distinctionem de dubio facti, & iuris posuit Plazza *in tract. de delictis cap. 12. num. 11.* & Nauarrus *in capit. si quis autem de pœnitent. dist. 7.*

Ex quibus duo noto primum in casu nostro 11 nullam adesse irregularitatis suspicionem ; tum ratione officij assumpti, quod licet in se contineat iurisdictionem criminalem, tamen nunquam fuit exercita ; tum quia non continet eam iurisdictionem criminalem altam & sublimem, sed bassam & extraordinariam pœnam irrogantem, vt ex diuersis attestantibus apparet, & ex communi omnium DD. huius Ciuitatis consensu, qui nunquam recordantur, licet in maxima ætate, in hoc tribunali artis lanæ iurisdictionem criminalem circa pœnam sanguinis vel mutilationis fuisse exercitam.

Secundò nota non bene dixisse Flores de Me- 12 na *dict. lib. 1. quæst. 9. num. 9.* qui dicit quod si in hoc casu contraheretur irregularitas, esset ex homicidio vel membri mutilatione, & per consequens non dispensabilis nisi per Papam, quia

talis irregularitas in præſenti eſſet ex defectu perfectæ lenitatis, quo caſu ſecundum veriorem ſententiam, quam poſt alios ſequitur Barboſa *de poteſt. Epiſc. part.2. alleg. 39. num.47.* Nouarius *de iure Pontificio concl. 8. numer. 3.* Plazza *de delict. lib. 1. cap.11. num. 11.* Emanuel Sà *in verbo irregularitas ex occiſione licita, num. 5.* Diana *part. 4. tract 2. reſol. 69.* Rodriquez *in compendio quæſtionum regul. reſol. 81. numer.3. & reſol.52. num. 22.* poſſet Epiſcopus diſpenſare, nec bene dixit Maiolus *de irregular.4. lib.2. cap.6. num. 2.* qui dicit quod dum effectus ſequitur eſſet, diſpenſatio Papalis, ſi verò non ſequitur eſſet Epiſcopalis; ſed in re melius dixit poſt alios Sylueſter *in dict.verbo homicidium il 3. num. 3.* ibi ſi tamen effectus non ſequatur,nullam incurrat irregularitatē etiam Epiſcopalem: loquitur enim de iudicibus & aſſeſſoribus in cauſis criminalibus & ait poſt Abbatem *in dict. cap. Clericis.* quod per ſolam mortem, aut membrorum obtruncationem quis irregularitatem incurrit; ſecus ſi alia ſanguinis vindicta ſequatur, quia tunc nec Epiſcopalis requiritur diſpenſatio videatur: Sylueſter *vbi ſuprà.*

Suprà ſcriptam doctrinam approbo, non ſolùm, vt probabilem à principio extrinſeco propter quaſi innumeros Doctores ita ſentientes, ſed etiam à principio intrinſeco propter vrgentes, ac doctiſſimas rationes, ac proindè arbitror abſque vllo ſcrupulo poſſe ſequi hanc opinionem, & fieri iniuriam parti, ſi alicui proſit hæc Doctrina, & in vſu non ponatur, cum oppoſita non habeat effigiem probabilitatis.

Carolus de Baucio.

Ex ſuprà ſcriptis iuribus,& Doctrinis tam luculenter adductis ſatis liquet,nullum prorſus fuiſſe per Dom. Franciſcum irregularitatis impedimentum contractum, quominus valeat ad Ordines licitè promoueri;cum numquam hic irregularitas ipſa contrahatur,non ſequuto effectu,nempè homicidij,aut mutilationis;quod aperte conſtat ex illius definitione,à DD communiter tradita, veluti, quod ſit impedimentum proueniens ex facto &c. ac proindè non contrahitur ex ſola animi intentione, aut voluntate, ſed ex ſolo actuali homicidio, aut mutilatione, provt ex Sot. *de iuſt. & iur. lib.5. quæſt.1. art. 9.* & Medin. *lib. 1. inſtruct. cap. 2. §. 10.* & aliis optimè concludit Sayr. *de cenſ. lib.6. cap. 16. num. 5.* dum quærit ibi, an ex ſola officij aſſumptione irregularitas iſta contrahatur, re nondum ſortita effectum, necdum iudicio pronunciato, provt in caſu noſtro ſubdens etiam ibi ex eiſdem doctrinis, quod qui tentauit hominem occidere, aut lethale vulnus inflixit, à quo vulneratus miraculosè conualuit, irregularis non erit. Vnde ſatis eſt dicere, quod voluntas in mente retenta, nihil operatur, vulg. iure ac proindè in iis, quæ ſunt facti, ſola voluntas, ſeu intentio non habetur pro facto, vt *not. in cap. 1. de eo, qui mitt. in poſſ. l. promiſſor. ff. de conſt. pec.* Neque his aduerſatur opinio Maiol. *de irreg. lib.2. cap.2. num.8.* quæ merito tanquam nullis fundamentis innixa, ex iuribus ſuprà ſcriptis reiicitur etiam quod ibidem ſubdat, quod effectu non ſequuto, eſſet deſuper petenda Epiſcopalis diſpenſatio.

Pyrrhus Corradus.

Sic fuit obſeruatum, vt dicebamus.

DISCEPTATIO XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries proponitur.*
2 *Iudicis ſuſpicio malos producit exitus.*
3 *Iudice recuſato ſuſpecto, an acta facta poſt recuſationem ſint nulla.*
4 *Iudicis recuſatio qualiter olim fiebat de iure Canonico.*
5 *Iudicis ſeueritas, & crudelitas in modo procedendi, eſt cauſa allegandi ſuſpicionem.*
6 *Iudex ſi iudicetur excedere modum in puniendis delictis, recuſari poteſt, vt ſuſpectus.*
7 *Regularium appellationes, quando, & qualiter fiant ſine ſcripto.*
8 *Appellatio à correctionibus, & punitionibus Superiorum, an, & quando valeat.*
9 *Recurſus pro honoribus, & dignitatibus prohibetur Regularibus, ad alios extrà Religionem.*
10 *Superiores impedientes Regulares, ne recurrant ad Supremos, incurrunt in crimen læſæ Maieſtatis.*
11 *Pœna in foro Regularium mitiores ſunt imponendæ.*
12 *Carceratio, quando, & qualiter irroget infamiam.*
13 *Regulares, ex quibus cauſis poſſint in Monaſteriis carcerari.*
14 *Carceratus, quando quis iniuſtè dicatur.*
15 *Carcer, quando ſit ſpecies torturæ.*
16 *Defenſiones, ſi non dentur reis, eſt proceſſus nullus.*
17 *Teſtium nomina, an dentur Reo in copia repertorum.*
18 *Regularium Tribunalia, quid ſeruent in hoc ex Conſtitutionibus ſuis.*
19 *Teſtium nomina, an publicanda inter Regulares.*
20 *Teſtium nomina publicanda dixerunt Pontifices, & qualiter.*
21 *Iudex copiam indiciorum Reo dare tenetur, & cum ea terminum ad ſe defendendum, & qualiter.*
22 *Reus ponitur ad largam, compilato proceſſu informatiuo.*

23 *Reus carceratus citiùs examinari debet.*
24 *Reorum confessiones, de quibus hîc, quid operentur.*
25 *Reo interdum non sunt danda copiæ indiciorum, & quando?*
26 *Reus an possit renunciare defensionibus.*
27 *Solemnitates, quæ seruentur in foro Regularium?*
28 *Solemnitates, quæ reiiciantur in foro Regularium?*
29 *Confessio iudiciaria, quando sanet, processum nullum.*

ARGVMENTVM.

Iudices Regulares si sint suspecti, nulliter procedunt, & suspicio qualiter proponi debeat inter eosdem. Appellare an & quando possint Regulares, & quid ad Superiores, extra religionem. Recursus Regularibus, qualiter prohibeatur extra religionem: Carceris pœna qualiter Regularibus infligenda. Defensiones Regulari carcerato dandas esse asseritur, eisque non posse renunciari. Reo compilato processu, qualiter sit danda copia indiciorum. Apices legum inter Regulares quales sint sublati.

NEAPOLITANA

Nullitatis Processus Criminalis.

1 ELAPSIS annis in quadam obseruantissima Religione, diabolo cooperante, natæ fuerunt nonnullæ dissensiones, ob aliqua faciẽda in vtilitatem Religionis, & bonum commune. Sic aliqui sentiebant, & alij contrarium existimantes zelo charitatis, & boni publici, Religiosos illos, qui bonum procurabant, & pro quo ad Superiores recursum habuerunt, carceribus manciparunt non ordininariis, & religiosorum more (vt ad custodiam, non ad pœnam essent carceres) sed durissimis, priuantes eosdem voce actiua, & passiua per annos 12. & locorum prærogatiua, etsi Sacerdotes, & vt starent post Nouitios, prohibentes eisdem scribere, loqui, &c. cum secularibus per eosdem annos 12. necnon, in pœnas addiderunt, vt per totam Religionem publicaretur, tales Sacerdotes fuisse tumultuantes, publicæ quietis perturbatores, cum aliis declarationibus indignis sanè inter regulares: & quia Patres illi dum erant sub illa Tyrannidis specie recusauerunt iustis ex causis, vt ex processu apparet vbi recusabant, & vti suspectos ex causis dabant, proponebant, & accusabant P. Generalem, & Visitatorem, qui nolentes acceptare recusationem prædictam, processerunt; Sed in principio cuiuslibet depositionis, fuit apposita clausula, quod prædicti non cogitabant sibi inferri præiudicium, stante recusatione facta, superiores respondebant, non posse eos appellare, à correctione Regulæ, ex quo facto miror de modo procedendi, ac acta omnia nedum annullanda, sed nulla esse ipso iure probabo, darique appellationem, à Regulæ correctione, & qualem, & alia de quibus *infrà*.

Quibus positis: Respondeo, quòd mali sunt exitus, qui oriuntur ex eò, quod quis sub Iudice suspecto condemnetur, & accusetur, *l. apertissimi, Cod. de iudiciis*, propterea Glossa *in cap. qualiter, & quando*, vbi Marian. Soccin. *de accusationibus, & 5. part. in cap. 20. requiris de appellat.* Menoch. *de arbitrariis, casu* 152. etiam inter Regulares obseruandum, Bouerius *in Directorio part.* 3. *cap.* 1. Farinac. *in fragm. litt. I, num.* 686. Guazzin. *defens.* 1. *cap.* 19. *num.* 11. & pendente recusatione, Iudex ad vlteriora procedere non poterit; aliàs procedendo, nullum facit processum, Card. Tuschus *tom.* 7. *concl.* 911. *num.* 25. *& seq.* Guazzinus *de defensionibus, cap.* 20. Vantius *de nullitatibus ex defect. iurisdictionis ordinaria n.* 140. Farinacius *cons.* 76. *num.* 26. 2

Dicunt tamen omnes, tali modo de iure ciuili acta post solam recusationem esse ipso iure nulla, de iure verò Canonico, constito de suspicione, acta venire annullanda; cum verò appellatum non fuit, acta erunt postea annullanda, Guazzinus, & alij apud P. Camerinum *in praxi Regulari, in prælud. quæst.* 6. *num.* 13. *& quæst.* 156. *num.* 10. & quocumque tempore poterit, vt suspectus recusari, quando comparens à principio protestatur non intendere consentire, nisi quatenus iuris esset, Guazzinus *defens.* 1. *cap.* 19. *num.* 92. & licet antiquitus in recusatione Iudicis, eligi deberent arbitri, qui causam videant suspicionis, vt latè P. Camerinus *quæst.* 6. *num.* 2. in praxi tamen non seruatur, talem enim Arbitrorum electionem recessisse ab aula in Statu Ecclesiastico, & inter Regulares, dicit Farinacius *vbi suprà numer.* 929. Pater de Bictis *in praxi Regul. quæst.* 6. *num.* 31. Ergo acta prædicta posita recusatione facta per Patres, vt dicebamus, sunt inualida, & nulla. 3 4

Quæ autem maior causa poterat considerari, quam esse Iudicem nimis seuerum, & crudelem, vt DD. communiter apud Guazzin. *defens.* 1. *c.* 21. *num.* 44. at quæ maior seueritas in præsenti, quam condemnare PP. Sacerdotes in carceribus durissimis, priuando eos voce actiua, & passiua per 12. annos? Ob quem actum? ob nullum alium, nisi quod habuerunt recursum ad Superiores pro bono Religionis, & ipsi insensati Superiores carceribus PP. manciparunt, priuarunt, &c. vt diximus, & sanè carceratio fuit iniusta, & irrogauit eisdem grauamen irreparabile, vt in *Decretis Clementis VIII.* §. 10. P. Donatus *tom.* 1. *part.* 2. *quæst.* 25. quod si ex friuolis causis appellassent, & suspectos reddidissent Superiores, non fuissent admittendi *cap.* 10. *de appell. in* 6. *cap. ferus de verb. signif. cap. ad nostrum* 3. *cap. cum speciali*, 61. §. *Porro de appell.* at illa est causa friuola, quæ interponitur ex causa irrationabili, vel falsa, glossa *ibi* P. Donatus *tom.* 1. *part.* 2. *tract.* 10. *quæst.* 11. *num.* 4. 5

Hinc DD. dicunt, quòd quando reputatur, & creditur Iudicem excedere terminos iustitiæ, ob passionem, vel ob aliam causam iniquam, tunc poterit recusari, vt suspectus *cap. si quis putauerit, cap. quoties Episcopi* 2. *quæst.* 6. *quod suspecti*, 3. *quæst.* 5. dummodo sit suspectus ex iusta causa, 6

cap. Poſtremo de appell. d. cap. cum ſpeciali de appell. nec eſt neceſſaria ſuſpicio in ſcriptis, *dict. c. Poſtremo*, vbi nullum verbum fit de ſcriptura, ſed de ſola expreſſione cauſæ, quæ poterit verbaliter explicari, & vbi lex non loquitur, nec nos loqui debemus P. Donat. *1. part. tom. 1. tract. 10. quæſt. 37.* Hinc Megala *in praxi criminali Regularium, cap. 17. num. 13.* ait, quod Regularis bene appellat ab interlocutoriis verborum, 7
ſine ſcripto, & cauſæ expreſſione, quia appellare in ſcriptis, cauſamque exprimere attinet ad ſolemnitatem, ſed Regulares non tenentur ad apices, & ſolemnitates iuris, ſed ſine ſtrepitu, & figura iudicij terminant cauſas ſuas, vt latè Megala & alij *apud eundem*, Sanchez *verò in Decalogum cap. 9. num. 105. &* Nauarrus *lib. 2. Conſiliorum in tit. de appell. conſ. 20.* dicunt non requiri ſcripturam, ſed cauſam exprimi in appellatione Portellius *verò part. 1. caſu 28.* ait, quod attento rigore iuris appellatio, & recuſatio Iudicis eſt facienda in ſcriptis, & cum expreſſione cauſæ, ſed praxis hoc non ſeruat, quoad effectum ſuſpenſiuum, ſecus quoad deuolutiuum, DD. in Trid. *ſeſſ. 13. de Reform. cap. 13. & ſeſſ. 24. de Reform. cap. 20.* P. Donatus *part. 2. tract. 10.* 8
quæſt. 39. Poterunt etiam Regulares appellare à correctionibus, & punitionibus ſuorum Superiorum, ſibi inflictis, ſecundum Regulam, & ſtatuta Ordinis, quando modus in correctione exceditur, *cap. de Priore 31. de appell.* vbi punitur quidam Prior Regularis, cui appellationi cuiuſdam Religioſi non detulit, & in *cap. ſuper quæſtionum articuli 27. de offic. deleg.* ibi, (niſi modum excedant) *cap. ad noſtram, cap. reprehenſibilis, 26. de appell.* quia appellatio eſt permiſſa ad auferendum grauamen, *cap. vt debitus honor, de appell.* Ergo poterit Regularis appellare, non ſolùm in cauſa ciuili, vel criminali, ſed etiam in cauſa correctionis, Follerius *in praxi criminali canonica, cap. 36.* Sanchez *lib. 6. cap. 8. quæſt. vltim. num. 202.* Nouarius *in verbo appellare, num. 6.*

Puniunt ſuperiores, Patres N. N. ex quo ad 9
Sacram Congregationem Cardinalium, Epiſcoporum, & Regularium, recurſum habuerunt, & ſatis imprudenter ſe geſſerunt; nam ad perſonas extra propriam Religionem, pro conſequendis honoribus, & dignitatibus, prohibitus eſt Recurſus Regularibus, ſub grauiſſimis pœnis à Summis Pontificibus Dominicanis, Carmelitis, Camaldulenſibus, Cruciferis, Auguſtianis, Canonicis Regularibus S. Saluatoris, Cæleſtinis, Minoribus, Conuentualibus, nec non Obſeruantibus, Minimis S. Franciſci de Paula, & Ciſtercienſibus Congregationis Italiæ, de qua re Lezana *tom. 1. cap. 10. num 17. & cap. 15. num. 207.* qui Regulares tunc ob talem recurſum puniri poſſunt, quando litteræ fauorabiles impetratæ, perueniunt ad manus Superioris, vel dum alias oretenus officium Commendationis, executum eſt, Rodriquez *tom. 2. quæſtion. Regul. quæſt. 56. art. 2.* Lezzana *cap. 18. num. 82.* Britto
10 *de delict. & pœnis Regularium, quæſt. 127. num. 10.* Et eſt notanda doctrina communis, & ſingularis quod inferiores Principes, vel Prælati impedientes, & prohibentes ſubditos, ne recurrant ad Principes ſuperiores, incidunt in Crimen Læſæ Maieſtatis, ita Sforzaodus; & alij apud Farinac. *in praxi crimin. quæſt. 113. num. 62. & 63.* quam doctrinam extollit P. Camerinus *quæſt. 110. n. 21.* Ergo ipſi Patres, qui hos miſeros condemnarant vocis priuatione, &c. crediderunt hos vti tumultuanter, vti rebelles, & ſeditioſos caſtigare, cum non aduerterint miſeri ſe in Crimen Læſæ Maieſtatis incurriſſe, ex quo caſtigarunt ſubditos, qui ad ſuos extra Religionem Superiores recurrerunt, quod nil mirum, quia proceſſerunt præcipitanter, ad modum belli ex abrupto, ſine vlla cauſæ cognitione, quo nihil abſurdius, & hoc ſufficeret ad annullandam omnia acta, & quæcumque geſta per eoſdem. Debebant PP. recordari eius quod habetur in *Concilio Bracharenſi, carta 3. cap. 6.* quod in foro Regularium pœnæ mitiores eſſe debent, quàm in foro ſeculari; indignum enim eſt honorabilia Chriſti membra, ſeu eius Eccleſiæ indignè tractari: vnde iuxta eorum Statuta Regulares ſunt pœnis plectendi ad notata per Camerinum *quæſtion. 8. num. 19.* 11

Et incipiendo à primo grauamine, & prima 12
iniuſtitia commiſſa contra PP. N. N. &c. appareret, quia carcerant Patres ob recurſum ad Sacram Congregationem, ob obſeruantiam ſuarum Regularum: animaduertere enim debebant Superiores illi, quod in perſonis Eccleſiaſticis, præſertim Religioſis, quælibet captura, & carceratio infamiam redolere facit præſertim quando ſunt viri titulo aliquo inſignes, qui ſine grauiſſima cauſa, nec ad cuſtodiam debent carcerari: vnde dum Monaſterium, vel cella ad cuſtodiam ſatis eſt, à carcere formali, vt fama integra ſeruetur, abſtinendum erit, vt notat Boerius *in directorio part. 2. cap. 34.* & Regulares non poſſe carcerari, niſi pro delictis, pro quibus poſ- 13
ſunt puniri pœna corporali, puta exilij, relegationis, &c. vt bene Iulius Clarus *in §. fin. q. 28.* Camerinus *quæſt. 79. num. 8.* Ergo patres fuerunt iniuſtè carcerati: tunc enim dicitur quis iniuſtè 14
carceratus, ex Farinac. *quæſt. 27. & quæſt. 30. à num. 134. vſque ad num. 142.* quando quis eſt detentus de mandato Iudicis non habentis iuriſdictionem, ſecundo in capto iuris ordine non ſeruato, ſine indiciis, vel non conſtito de corpore delicti, ſed ratione loci, vt quia reus detinetur in iniquo loco: in cippis, & ferris, in quibus ſit periculum mortis: Imò carcer datus in 15
præſenti fuit ſpecies torturæ, quæ tunc eſt, quando carceratus vinculis, & frigore in carcere afficitur, ſecundum Bart. Boccium, Bertrandum, Nattam, & Baiardum ad Clarum *vbi ſuprà. n. 97. in d. §. fin. quæſt. 64.* & dicitur carcer pœna grauiſſima, & miſerrima, Tiraquell. *de pœnis temperandis cauſa 41. num. 2.* quæ morti æquiparatur, ſecundùm Boſſium *de carceribus num. 1.* ideò apud Patres Capucinos, non infligitur pœna carceris niſi à Prælatis maioribus, & cum Conſilio diſcretorum, & tantum in aliquibus caſibus vrgentibus, & per modum cuſtodiæ, vt bene P. Camerin. Capucin. *de modo procedendi cap. 1. in verb. in grauioribus, & in cap. 20. de ſubſtantiali:* Ergo quàm temerè proceſſerint ſuperio- 16
res iſti; dum omne auxilium miſeris carceratis ſuſtulerunt, prohibentes ne loquerentur, cum aliis, nec ſcriberent, nec ab aliis acciperent litteras, eos detinentes in rigoroſis carceribus, ſine vlla commoditate, ſine igne, in extremo niuibus pleno, dormire facientes in terra ſuper modicum fœnum, frigefactos, gelatos, & ſemiuiuos, cum euidenti periculo mortis ad inſtar Tyrannidis, miror ſanè quomodo tota Religio, non vertat arma ſimilia contra illos tales indiſcretos. Eſtne modus, hic procedendi inter Regula-

res,

res, sic enim membra Christi tractantur, sic fratres corriguntur, sic propinqui emendantur absit à Republica Christiana, & multò magis à Regulari hic iudicandi modus.

17 Apparet ex alio capite, quàm malè processerint Superiores, & nullitas processus, quia scilicet ex Iulio Claro *in §. fin. quæst. 50. in principio*, quod inter nullitates processus vna est, quando non datis defensionibus, reus condemnatur; quia Iudex publicato processu copiam Reo defert, vt se defendat: post alios Guazzinus *de defensionibus reorum defensione, num. 22. cap. 1. num. 7.* vbi ait, quod hæc est mera vera Guazzinus *defensione 24.* & licèt non teneatur cogere reum ad copias sumendas, tenetur tamen dare terminum pro defensionibus, Guazzin. *defens. 22. cap. 1. & defens. 28. cap. 20.* quod adeo verum est, vt etiam si procedatur per inquisitionem, adhuc dari debet copia processus, & indiciorum, *cap. qualiter, & quando. il 2. §. debet de accusationibus*, post alios Guazzin. *defens. 24. cap. 1. num. 4.* Imò in crimine etiam notorio decerni debet copia indiciorum Reo, & hanc praxim seruat totus mundus, secundùm Bossium *in tit. de Denunciationibus, num. 7.* Iulius Clarus *in d. §. fin. quæst. 9.* Guazzin. *defens. 24. cap. 1. num. 4.* Imò reo conuicto, etiam dari debet copia, DD. *vbi suprà*, & etiam reo est danda copia omnium eorum, quæ ad ipsum reum pertinent, etiamsi in minimo possent ei nocere, Guazzinus *defens. 24. cap. 3.* quia aliàs auferentur reo defensiones: DD. citati.

18 In quibus defensionibus non sunt danda nomina testium exminatorum ne odia excitentur, & pax deturbetur, nisi petente reo aliter Prælatis videbitur, sic P. Camerinus *in praxi Regulari, quæst. 90. num. 10.* sed esse danda nomina testium cum copia repertorum, etiam inter Regulares, docent Gutierrez *lib. 1. pract. quæst. 96. numer. 4.* Paz. *in praxi crimin. canonica part. 1. num. 170.* Miranda *de ordine iudicior. quæst. 14. art. 7.* Frater Ioseph. à S. Maria *in Tribunali Religiosorum, tract. 4. cap. 19.* Rodriquez *tom. 2. quæstion. Regularium quæst. 15.* nisi aliter disponatur per Regularium Statuta, vnde apud Patres de Obseruantia, ex constitutionibus suis Vallisoletanis, anno 1593. *in tit. de correct. & appell. §. ad Pacem*, & apud Patres Discalceatos in suis constitutionibus Toletanis, anno 1583. fuit dispositum in defensionibus reis Regularibus dandis, non esse danda nomina testium; sed est notanda notabilis doctrina Directorij Inquisitorum *in 3. part scholio 129.* vbi

19 dicitur: Quoniam ordo legitimæ defensionis, ob suppressam nominum testium publicationem, quodammodo videtur truncatus; propterea Iudices vitam, & mores testium, & delatorum diligenter debent inuestigare; quæ diligentia in omnibus causis debet adhiberi, aliter reus, cui non dantur nomina testium, sine defensione debita, contra iura condemnaretur, & saltem ob potentiam reorum dari debent nomina testium confusa, & separata à dictis testium ne possint scire, quod ab vnoquoque eorum dictum fuerit, vt bene P. de Bictis *in praxi regul. crimin. quæst. 90. nu-*

20 *mer. 12.* qui etiam *num. 13.* dicit apud Regulares nomina testium, pro informatione Curiæ examinatorum, esse publicanda, vt Reus contra illorum personas excipiendo, meliùs possit se defendere, & suam innocentiam demonstrare, iuxtà text. *in d. cap. qualiter, & quando, il 2. de accus. communiter* Canonistæ apud Farinac. *de delict. quæst. 29. num. 85.* Guazzin. *defens. 24. cap. 3. num. 8.* Bulla Pauli V. apud Statuta Vrbis Romæ *in Rubr. de iudiciis criminalibus*, per quam bullam 21 disponitur, vt nominata testium exprimantur, quod priùs statuit Paulus III. *in Bulla in fauorem omnium pauperum*, quod procedit, nisi reus esset potens, & periculum esset, ne testes offenderet, Farinac. *vbi supr. num. 86. & 87.* qui ait se nunquam in praxi vidisse denegationem publicationis nominum testium, præterquam in crimine hæresis.

Imò etiam, apud Capucinos *ex suo modo pro-* 22 *cedendi cap. 2. num. fin.* secundi substantialis *§. si autem.* Iudex, qui ante torturam, non dat copiam indiciorum reo, cum termino ad se defendendum, poterit castigari, vt nouissimè docet P. Capucin. *in sua praxi crim. de defensionib. q. 90. num. 15.* cum qua quidem copia indiciorum, seu repertorum, debet Iudex dare reo terminum competentem ad indicia purganda, Clarus *in §. fin. quæst. 48. in fin. principij*, qui ait, quod secundum communem praxim, eodem contextu solent Iudices publicare processum offensiuum, eius copiam reo decernere, & terminum dare ad suas faciendas defensiones, qui dicit hanc praxim per totum orbem practicari, Farinac. *quæst. 39. num. 3.* & etiam reo sponte confesso esse dandum talem terminum, dicit Guazzin. *in defens. 31.* imò ait dictum terminum dari debere simul conuicto, & confesso, quamuis eum non petat, licèt in contumacia esset condemnandus, aliàs sententia erit nulla, & Farinac. *d. quæst. 39. à numer. 52. vsque ad 57.* latè agit, an & quando possit reus termino, & aliis suis defensionibus renunciare.

Dato etiam processu defensiuo, debet Iudex reo concedere terminum ad allegandum in iure, & disputandum super causa ipsius, nec non palam audire, & disputare, cum eius defensionibus, latè Guazzin. *defens. 28. cap. 20. num. 4. & 5.* & dato reo termino ad se defendendum, atque dilatione pendente, nihil erit innouandum, Farin. *d. quæst. 39. num. 6.* Guazzin. *defens. 24. cap. 4.* qui ait talem innouationem ipso iure esse nullam, etiam parte non opponente.

Imò completo processu informatiuo, reus 23 quantò citiùs fieri poterit, debet poni ad largam, nempè in publicis carceribus, vel alibi in carcere, iuxta personæ, & causæ qualitatem, arbitrio Iudicis, vt ibi suas possit facere defensiones, *l. vnius §. cognituram. ff. de quæstionib.* & sic dicitur per omnes Criminalistas practicari, vt per Ambrosinum, Cartarium, Foller Marsil. & alios quos sequitur, Guazz. *vbi supr. defens. 23. cap. 1.* qui omnes dicunt Iudicem denegare debere copiam processus, quousque fit examen, sed eo completo dare tenetur, & ad hunc effectum, reus dum est carceratus, debet accelerari dicta informatio, & eius examen differri non debet, imò statim examini subiiciendus est, *l. 1.* 24 *ff. de custodia Reorum*; idest celeriter, vt ibi declarant DD. quos sequitur Guazzin. *defens. 23. cap. 1.* & in statu Ecclesiastico est constitutio Pauli III. in fauorem omnium pauperum, de qua nouissimè Scannar. *in tract. de visitatione Carceratorum per tot.* obseruata etiam à Regularibus, in qua disponitur, ne Iudices captum pro quauis causa, & crimine, in secretis carceribus vltra triduum antequam examinaretur retineant, quam constitutionem confirmat Pius IV. addens, nisi naturæ causarum aliud suadeant, & licet constitutiones prædictæ loquantur in iudicibus Vrbis

Romæ, tamen ſeruari debent, in toto Statu Eccleſiaſtico, & multo magis apud Regulares teſte P. Camerin. *in praxi Regul. quæſt. 90. num. 24. in fin.* igitur reus in carceribus conſtitutus examinatus iam, ponendus eſt ad largam, vt poſſit ſe defendere, & ita ſeruari, & obſeruari debere ab omnibus iudicibus, monent Criminaliſtæ omnes, vt Marſil. Ambrozin. Chartar. Foller. Clar. Guazzin. & Farin. *d. q. 39. n. 13.*

Ergo cum iſti PP. Superiores, nullis datis defenſionibus proceſſum publicauerint & ſententiam, nulliter proceſſerunt, & ſic acta ſunt nulla, & talia declaranda ſub pœna, de qua infrà.

25 Neque dicatur PP. inquiſitos firmaſſe; quandam ſcripturam, in qua declararunt ſe culpoſos, tumultuantes, &c. ac merentes caſtigari in quo ſe Religioſorum Superioribus remittebant, vt in eis darent omnes pœnas, quas volebant.

Reſpondeo enim hoc aggrauare delictum, & exceſſum Iudicantium, quia videntes patres illi ſeipſos in carceribus deſtitutos omnibus auxiliis, & ex quo appellauerant ad Sanctiſſ. nullum habebant apud Superiores, nec de iure, nec de facto acceſſum, ne in carceribus perirent: ſcripturam illam propriis manibus ſignarunt: quod patet, quia ſuper illa patres iudicantes condemnarunt miſeros prætenſos Reos, at quicumque actus, contractus, obligatio, &c. qui fiunt in carceribus ad inſtantiam, & fauorem eorum, vel inſtigante eo, qui carcerauit, ſunt nulli, & inualidi, *l. qui in carcerem, ff. de eo quod met. cauſ.* Farinac. *de carcerib. quæſt. 30. per tot.* ergo.

26 Nec poterant ipſi renunciare ſuis defenſionibus, vulg. *l. non tantum*, vbi Gloſſa *ff. de appellat.* Gomeſ. *de delict. cap. 13. num. 22.* Carrer. *in praxi crim. de Indic. & tortura*, §. *circa quintum num. 8.* Boſs. *de Indic. & conſiderationib. ante torturam, num. 74.* Clarus *in pract. §. fin. quæſt. 49.* Villalob. *in ſuis communib. litt. I, num. 22.* Bouadilla *in polit. lib. 5. cap. 3. num. 16.* vbi limitat in delictis enormibus, & delinquentibus malæ opinionis Cardin. Tuſch. *litt. T, concluſ. 326. à num. 15.* Scaccia *de iudiciis lib. 1. cap. 97. n. 790.* Simancas *de Cathol. Inſt. cap. 63. num. 35.* Farin. *quæſt. 39. quaſi per tot.* qui dicit, quod non ſolum Reo dari debet copia indiciorum, ſed etiam competens terminus ad indicia purganda, & *n. 9.* limitat præterquam ſi iudex timeret tumultum in populo ob retardatam punitionem delinquentis, quia tunc poterit etiam ad executionem pœnæ etiam capitalis deuenire, vt latè ampliat, & limitat Farinac. ſequitur Paz *in praxi tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 9.* Salgad. *de protect. 3. p. c. 14. num. 46.* Sanchez *in conſiliis lib. 6. cap. 3. dub. 15. num. 4.* Pareja *de inſtrum. edit. tom. 2. tit. 6. reſol. 8.*

27 *per tot.* P. Camerinus *in praxi Canonica Regularium quæſt. 98.* qui ampliat etiam ſi ſit renunciatio vallata iuramento, & concordat Guazzin. *defenſ. 27. & num 3.* P. Camerinus ait, quod etiamſi reus renunciauerit, poſſit renunciationem factam reuocare, quod dixerat Farinac. *num. 57.* & Guazzin. *num. 4.* & ampliant etiamſi Reus dicat (quia certo ſcit nullam ſibi competere defenſionem) quia tunc nec etiam valet renunciatio defenſionum, & malè faciunt Iudices inducentes reos ſub prætextu dictæ cauſæ ad renunciandum defenſionibus, ſic Farin. Guazz. & alij *ſup. cit.* in delictis verò, in quibus non irrogatur infamia poſſet Reus renunciare, DD. citati, ſed in caſu noſtro, erant inquiſiti de ſeditione, de tumultu, & aliis irrogantibus infamiam apud omnes, ergo.

Neque dicas, quod inter Regulares ſolemnitates iuris non obſeruantur, ex Bonifacij Octaui priuilegio, inter quos proceditur ſummariè, & ſola facti veritate inſpecta, omiſſis apicibus iuris *ex dict. priuilegio*, de quo in compendio priuilegiorum mendicantium *in verbo appellare, & in verbo correctio fratrum, num. 6.* 28

Reſpondeo enim cum S. Antonino *par. 3. tit. 9. cap. 15. §. 7.* non eſſe intelligenda talia verba, vt ſcil. in procedendo in iudicio regulari, poſtponantur omnia ciuilia, & canonica iura, quia hoc eſſet contra text. *in l. bona fides* iuncta Gloſſa *ff. depoſiti*, ſed ſunt verba prædicta intelligenda, poſtpoſitis, & non ſeruatis illis iuribus, ſiue ciuilibus, ſiue Canonicis, quæ ponunt quaſdam ſolemnitates, ſeu ſubtilitates, quæ veritatem negotij non tangunt, talia enim vocantur apices iuris, vt notat etiam Bart. *in l. ſi fideiuſſ. §. quædam ff. mand.* alia verò iura, quæ veritatem negotij tangunt, circa teſtes, defenſiones, Iudicis qualitatem, & ſuſpicionem ſunt omnino ſeruanda, & non ſolùm ea, quæ de iure Diuino, vel gentium, ſed etiam ea, quæ de iure communi Canonico, ſiue ciuili diſponuntur, & ad negotij veritatem ſpectant, apud Regulares ſeruari debent, tanquam ſubſtantialia, & eſſentialia iudicij, vt poſt alios P. Camerin. *quæſt. 8. num. 6. & 18.*

Omittuntur enim apud Regulares, ſeſſio pro 29
Tribunali, ſolemnitas non procedendi in diebus feſtiuis, quia hoc ſignificat ly procedere de plano, omittitur videre iuramenta teſtium, & apud eoſdem ſufficiunt duo teſtes conteſtes, nec litis conteſtatio requiritur, & teſtes etiam infames apud Regulares admittuntur, puta relegati, infames, &c. Quia infamia eſt de iure poſitiuo, *cap. quod tuas de ſimon. 15.* Antonin. *3. p. tit. 9. cap. 15. §. 6.* ſic mulieres admittuntur in teſtes, quæ non iure naturæ, nec gentium, ſed canonico repelluntur, *cap. mulierem, 33. quæſt. 51.* Iulius Clar. *in §. teſtam. quæſt. 6.* & quanta fides ſit talibus teſtibus præſtanda tradunt DD. apud Camerin. *in praxi Regul. quæſt. 41. per totam*, ſunt ergo ſublati apices non ſubſtantiales inter Regulares, ideo in criminalibus ſententia valet continens pœnam vltra petita, in denunciatione, vel accuſatione, Guazzin. *defenſ. 35.* nec inter Regulares requiritur locus ſolitus, dum fit ſententia, nec eſt neceſſe, vt pronuncietur de ore iudicis, ſed ſufficit, ſi Notarius illam legat Clarus, & cum eo omnes in *§. fin. quæſtion. 93.* Cardin. Tuſch. *litt. S, concluſ. 133.* Guazzin. *defenſ. 35. cap. 9.* & alia de quibus P. de Bictis *in ſua praxi crimin. Regularium. quæſt. 145.*

Neque dicas confeſſionem iudiciariam factam per patres ſanaſſe proceſſum etiam nullum, ex *Innocent. in cap. qualiter, & quando il 2. n. 7. de accuſat. de communi*, Clarus *d. §. fin. q. 55.* Farinac. *de Reo confeſſo, q. 81.*

Reſpondeo enim, id procedere in ſpontanea confeſſione facta coram Iudice de delicto commiſſo non autem in illa, de qua in præſenti, facta metu carceris iniuſtè illati, vt *ſuprà* diximus ſub prætextu delicti tumultus, cum non ita fuerit, niſi ad publicum bonum aliquod procurandum, &c.

Remanet ergo: vt quod nulliter factum eſt 30
à ſuperioribus hodiernis tollatur, caſſetur, & nulliter factum declaretur aliàs, ſine ſcrupulo culpę lethalis non erunt, ex talibus formatis actibus

contra

contra fratres suos nulliter, & inualidè, quod non est vllo modo permittendum, sed etiam ex officio, parte non petente, vti notorio excessu, declarare nullum talem processum, & acta, cum simus inter Regulares, aliàs opus esset partis petitione, &c. DD. communiter suprà citati.

DISCEPTATIO XXXII.

SVMMARIVM.

1 *Factum proponitur.*
2 *Status controuersiæ.*
3 *Regularis non potest esse exequutor testamenti sine sui superioris licentia petita, & obtenta.*
4 *Regularis neque exequutor, neque distributor, neque ordinator potest esse dispositionis alterius sine superioris licentia.*
5 *Licentia debet esse expressa, vel tacita, quæ resultet ex approbatione actus.*
6 *Licentia data Regulari exequutori, an possit reuocari per superiorem concedentem, & an sit intimanda reuocatio.*
7 *Romani sententia quod valeat exequutio sine licentia, parte non opponente reprobatur.*
8 *Exequutor testamentarius num teneatur reddere rationem exequutionis.*
9 *Exequutio testamenti fraudulenter acceptata, est reddenda ratio administrationis.*
10 *Fraudibus est obuiandum, & qualiter fraus præsumatur.*
11 *Constitutiones huius Religionis N. prohibent accipere aliquod secretò erogandum.*
12 *Aliquorum Doctrina posse superiorem vti scientia confessionis pro bono regimine reprobatur, & merito.*
13 *Exequutor testamenti debet quamprimum exequi, & implere.*
14 *Exequutor testamenti peccat mortaliter non exequendo quàm primùm.*
15 *Restitutionis omissio per hæredem vel exequutorem an noceat defuncto, & an hæredibus.*
16 *Textus* in cap. litteris, de Raptoribus *qualiter intelligatur.*
17 *Textus* in dict. capit. in litteris, *an sit mendosus.*
18 *Restitutionis omissio per hæredem, vel exequutorem licèt non noceat defuncto quoad meritum, nocet tamen quo ad satisfactionem.*
19 *Hæres, vel exequutor, qui notabiliter differt soluere debita defuncti, peccat mortaliter.*
20 *Exequutor testamentarius quando teneatur exequi.*
21 *Tempus ad exequendum quando incipiat?*
22 *Regulares de quibus in præsenti non fuisse exequutores, patet ex facto.*
23 *Regulares de quibus in præsenti sunt legatarij.*
24 *Differentia inter exequutores, & legatarios qualis sit.*
25 *Textus* in l. pecuniæ sortem ff. de alim. & lib. legatis, *qualiter procedat.*
26 *Legatum Regulari relictum cum conditione, quod nihil monasterio acquiratur est inualidum, & contra paupertatis Votum respectu Regularis, sed acquiritur Monasterio.*
27 *Regularis est inhabilis ad acquirendum, sed est capax annui redditus quoad administrationem, & vsum, cum scientia, & patientia superioris eiusque licentia.*
28 *Conditio vt nihil habeat religio in hoc legato quid operetur.*
29 *Decisio Buratt. 515. tom. 20. n. 13. qualiter procedat.*
30 *Pater Angelus Maria Verrecelli quid sentiat in hac quæstione.*
31 *Pater Verrecelli tenet superiorem non posse reuocare licentiam, sed non bene.*
32 *Legatum Relictum Regulari cum pacto, vt nihil acquiratur Monasterio, aliàs sit nullum, accedit hæredi. Secus si nihil tale dictum sit, quia tunc acquiritur Monasterio.*
33 *Regulari dicenti sibi sub Confessionis sigillo esse aliquod relictum distribuendum, non creditur nisi saltem posito Iuramento.*
34 *Fraudis præsumptione posita tenetur exequutor reddere rationem administrationis.*
35 *Licentia præsumpta an sufficiat in Religionibus obseruantibus.*
36 *Legatum soluendum pro suffragiis Animæ testatoris integre est soluendum sine vlla diminutione.*

ARGVMENTVM.

Regulares exequutores vltimarum voluntatum non posse esse ostenditur, sine superioris licentia, quæ expressa, vel tacita sufficit, & an possit reuocari semel concessa? Exequutores quando teneantur adimplere, quod accipiunt exequendum? Text. in cap. in litteris de raptoribus, *explicatur. Exequutores, & legatarij qualiter differant? Legatum relictum Regulari cum conditione, quod nihil Monasterio acquiratur, an valeat? Regulari dicenti sibi esse aliquod relictum distribuendum, & hoc dicat habere in confessione, an credatur sine Iuramento? Et legata pia an sint soluenda sine diminutione, deficientibus facultatibus, & quid si sint legata pro Missis celebrandis.*

PRO

Patribus N. & N. Religionis N.

SVPER

Solutione Vitalitij.

ANNIS præteritis per mortem cuiusdam Nobilissimæ Matronæ Neapolitanæ contingit fieri quandam dispositionem in testamento tenoris sequentis.

Item

Item ordino, che detto mio herede paghi ogni anno docati 60. per ciaſcheduno alli Reuerendi Padri D. N. & N. miei cariſſimi cognati, alli quali ordino, che ſi paghino ogn'anno da detto mio herede, acciò detti Reuerendi N. & N. li diſponghino, in quello ch'io in confeſſione l'ho conferito, ſenza douerlo riuelare, nè a' ſuperiori, nè ad'altri, quali legati annui s'intendano loro vita durante tantùm.

2 Dixit alius conſanguineus eorum in alio Teſtamento, *Alli mentionati Padri N. & N. ho pregato exequano puntualmente come le fido quello, che in confeſſione l'ho detto, da che per l'effetto diciò voglio, che à ciaſcheduno d'eſſi ſe le diano. 120. annui docati trenta loro vita durante.*

Regulares iſti hoc onus acceptauerunt cum licentia Superioris, & quia hæres eſt eorum monaſterium, eiuſdem Domus Superior ſoluit eiſdem duas annatas per duos annos continuos, ſuperuenit Nouus Superior Domus, qui Zeloſus ſuæ Religionis obſeruantiæ, prætendit hoc annuum non amplius ſoluere requiſitus de voto ab vtriſque ſc. à Superiore domus, & à Patribus N. & N. Superiori dicebam, an eſſet licentia Superioris tempore acceptationis, negabat Pater, dixi ego poſito quod non eſſet licentia, ſua negatio ſoluendi iure fundabatur. Patribus à me petentibus conſilium adduxerunt licentiam, & eis dixi, ex hoc facto mutari ſcenam, & poſſe à Superiore petere annuam præſtationem prædictam, tota enim hæc controuerſia ab hoc conſenſu Superioris dependet.

Probatur quia vel talis diſpoſitio facit hos Regulares exequutores teſtamentarios, vel eos facit Legatarios: quomodocumque dicatur poſito
3 conſenſu ſuperioris, valet: ergo, &c.

Quod ſit faciat exequutores probatur, quia licet Regulares non poſſint eſſe exequutores teſtamentorum, tamen cum licentia Superioris petita, & obtenta poſſunt eſſe, vt eſt textus expreſſus *in cap. fin. de teſtamentis in 6.* ibi Religioſus exequutor ab alio in ſua voluntate vltima deputatus non poteſt, cum velle, vel nolle non habeat huiuſmodi officium ſuſcipere, niſi à Superiore ſuo petita ſuper hoc licentia, & obtenta. Quod idem diſpoſuit S.P. *in Clementina vnica, de teſtantes.* ibi (quod vtique non poſſe niſi à Superiore ſuo ſuper hoc petita licentia, & obtenta ſuſcipere) Gloſ. *in dict. cap. fin. in verbo Religioſus* vbi omnes Canoniſtæ, & apud Hiſpanos eſt lex 2. *tit.* 10. *part.* 6. Abbas, & alij *in cap. tua nobis de teſtamentis*, vbi Couarr. Ioannes à Canibus *in tract. de exequutoribus vltimarum voluntatum particula* 1. *num.* 29. 30. & 31. Ceuallos *quæſt.* 88. & *quæſt.* 808. Gratianus *c.* 123. in quo S. C. Trid. nihil innouauit teſte Vega *in ſumm. p.* 2. *c.* 114. *caſu* 6.

4 Quod procedit ſiue exequutio ſola Monacho relicta fuerit, ſiue ordinatio, diſtributio, electio, & diſpoſitio commiſſa ſit, quia in vtroque caſu officium exequi, & ſuſcipere regularis poterit, cum licentia Superioris obtenta, tum quia iura ſuprà citata ſimpliciter loquuntur, tum quia obtenta licentia Regularis habet velle, & nolle ad illud exercendum ex Superioris licentia, ergo neque exequutionem, neque diſtributionem, neque electionem, neque diſpoſitionem poterit regularis recipere, non obtenta tali licentia, vt bene Carpius *lib.* 1. *cap.* 50. *num.* 20. qui ſubdit hoc procedere tam in diſpoſitione pia, quàm profana, limitat tamen Carpius ibi, ſed non ad mate-
5 riam noſtram; quæ tamen licentia debet eſſe expreſſa, niſi ſit tacita, quæ reſultet ex eo, quod vidit, & tacet Superior Regularem exequi commiſſionem vltimæ voluntatis, hæc enim ſufficeret ex Doctoribus citatis, non tamen requiritur in ſcriptis DD. *vbi ſuprà*, ergo cum in præſenti ſit licentia coniuncta cum ſolutione duarum annatarum facta per ſuperiorem pro tempore, tenebitur hæres illas in futurum ſoluere, & quod ſupereſt pro præteritis.

Et licet putent aliqui licentiam non poſſe de- 6
negari, nec conceſſam reuocari, & ſi deneget exequi cogetur vt poſt alios, Baldaſſar Thomaſius *tractat. de exequutore teſtamentario tit.* 8. *num.* 25. communiter tamen dicunt ſuperiorem poſſe hanc licentiam ſemel conceſſam reuocare ſuo Regulari, etiam re non integra, licet iuſtè non faciat ſine cauſa; Gloſ. *in dict. Clement. vnica de teſtamentis in verbo, obtenta.* vbi Abbas *num.* 3. Immola *num.* 1. Angelus *in verbo, exequutor, num.* 3. Syluеſter *in verbo teſtant. il* 20. Molina Theologus *de iuſt. & iure diſput.* 287. Rodriquez *tom.* 3. *quæſtionum Regularium, quæſt.* 70. *art.* 1. Sanchez *in ſimili de matr. lib.* 3. *diſp.* 36. *num.* 9. tum quia hæc licentia eſt merè gratuita omnino dependens à voluntate concedentis, ergo ad libitum poterit reuocari, tum quia non habet velle, vel nolle Regularis poſita reuocatione, quæ tamen reuocatio erit Religioſo intimanda *ex l. ſi fortè* 17. *ff. de offic. proconſulis*, latè Sanchez *tom.* 3. *de matrim. diſput.* 30. *num.* 11. & 13. Superioris verò nomine ille venit, qui habet regularem immediatè ſubiectum, poſt alios Carpius *dict. lib.* 1. *cap.* 50. *numer.* 15. *cum ſequentibus.*

Nec opinio Romani *conſ.* 609. & *ſingulari* 7
242. eſt vera, qui ait aliter acceptam exequutionem eſſe validam parte non opponente quod ſequitur Bellottus *part.* 1. §. 8. *num.* 9. quia verior eſt ſententia eſſe nullam exequutionem ſuſceptam ipſo iure, tum quia in iuribus citatis adeſt verbum *non poteſt*; tum quia licentia Superioris requiritur pro forma, tum quia non habet voluntatem ſufficientem, & ſic actus corruit ſine voluntate facientis, vt bene poſt alios Carpius *dict. cap.* 50. *num.* 3. *cum ſeq.*

Et licet exequutor teſtamentarius teneatur 8
reddere rationem de exequutione iuxta notata per DD. apud Sanchez *lib.* 4. *conſiliorum moralium, dub.* 49. tamen ſi iuſſit teſtator ſecrete, vt erogaret, tunc de illis non tenetur reddere rationem, nec declarare perſonas, in quas teſtator iuſſit ſibi expendere, id tamen procedit, niſi diſtributio eſ- 9
ſet fraudulenta; quia res expendendæ reperiuntur penes ipſum exequutorem, quia tunc reddet rationem, vt bene Sanchez *dict. lib.* 4. *cap.* 1. *dub.* 49. *in fine.* & ſi hæc diſpoſitio valeret, fieret fraus omnibus Canonibus, & voto paupertatis, quia mediante hoc modo per indirectum fieret, quod in ipſis prohibentur, ſiquidem per hunc modum diſponendi aperiretur via ad vſum legandi independenter ab omni voluntate Superioris, contra 10
Regulam quod prohibitum directo, non poteſt fieri per indirectum *l. Seius, & Augerius ff. ad l. falcidiam*, vbi Bart. *l. ſcire oportet* §. *ſi Mater ff. de tutelis cap. cum quid, ff. de Reg. Iur. in* 6. Paſqualigus *lib.* 3. *Cano. quæſtion. quæſt.* 228. *in ſimili.*

Tanto magis quod in conſtitutionibus eiuſ- 11
dem Religionis habetur *part.* 2. *cap.* 1. *fol.* 31. vt nullus procuret, aut procuret, aut promittat, ne pecuniarum quicquam ſecreto ab eis erogandum relinquatur, ſed quàmprimùm Superiori ſuo rem omnem aperiat, ergo bene fecerunt PP. N. & N. id Superiori manifeſtantes, quia ſunt duæ

prohibi

prohibitiones in præsenti, vna S. Sacrorum Canonum, altera constitutionis, nec sufficit dicere non requiri licentiam, quia in confessione fuit dictum, quia esset fraudem facere constitutionibus, & Sacris Canonibus prohibentibus, nec sacrosanctum confessionis Tribunal excusat à voto paupertatis, Carpius *lib.1.part.50.num.69.* posita ergo tali licentia totum fuit bene obseruatum, vt dixi.

12 Nec defuerunt aliqui, qui cum Pellizario *tom.2.Regularium, tract.6. cap.13.num.8.* dicant superiorem Regularem posse subdito confessario præcipere, vt sibi reuelet extra confessionem, quod in confessione habuit, vt possit vti tali notitia ad externam gubernationem, quos tamen optimè reprobat Pasqualigus *quæst. Canonicarum centuria 3.tom.2. quæst.224.* tum quia esset sacrum sigillum Confessionis peruertere, quia Sacerdos audiens confessiones sedet in Tribunali Christi, ipsum repræsentans tanquam eiusdem Vicarius, Concil. Trid. *sess.18.cap.50. de pœnitentia;* ergo Superioritas Regularis nihil prodest ad hoc, tum quia potestas clauium cum confessariis non se extendit nisi ad iudicandum conscientiam confitentium, ergo non vti ex ipsis gubernent; tum quia adest Decretum Clementis VIII. 26. Maij 1598. vbi dicitur Superiores Regulares non posse vti scientia habita in confessione ad externum regimen.

13 In præsenti verò facti specie, legatarios puto esse tales patres, non simpliciter exequutores, quia si esset negotium, quod concerneret tantùm animæ testatoris, teneretur hæres, vel exequutor soluere quàm primùm, tum quia quamprimum debet impleri, quod relictum est à testatore, *l. nulli C.de Episcopis, & clericis,* positis viribus Patrimonij, eo; quia si sint legata pia notabile detrimentum pateretur defunctus ex mora, & posita mora notabili esset pec. mortale differre exequi, *cap. qui oblationes il 1.13. quæst.* 20. vbi tales notabiliter differentes dicuntur Necatores animarum, & tanquam infideles ab Ecclesia abiiciendi, idest excommunicandi, vt plures notabiles casus refert ad propositum Palatius Rubeus *in Rubrica, donationibus inter virum, & vxorem, §.65. num.* 19. & 20. de Communi Didacus Spino *in speculo testamentorum, gloss.* 28. *num.* 8. & post Azeuedum, S. Antonin. & alios refert Sancer. *lib.8. consiliorum, moralium cap.1. dub.53. numer.6.* P. Pelliccionus *quæst.* 35. *cap.* 3. vbi latè, vnde Angelus *in verbo, exequutor, num.* 23. dicit nocere animæ defuncti non solui debita eiusdem per exequutorem, & refert ex Minorum Chronicis quemdam in Purgatorio detentum esse, donec eius debita soluerentur, & probatur *ex cap. in*
14 *literis, de raptoribus, de quo infrà.*

Neque dicas quod omissio restitutionis debitorum per Testatorem fieri mandatæ, nihil nocere defuncto: ratio est, quia vel nocet ratione peccati omissionis, & non potest dici, quia restitutio non est pars satisfactionis, nec fit ad satisfaciendum pro pœna debita pro peccatis, sed est ad cessandum à peccato.

Respondeo enim quòd licèt non noceat Defuncto, vt probat argumentum, nocet tamen hæredibus exequutoribus, &c. qui peccant mortaliter, quia *in cap. in litteris* 50. *de Raptoribus,* dicitur quod hæres tenetur, & cogitur exonerare conscientiam defuncti, & soluere eius debita, & damna ab eo illata resarcire, Genedus *collect.*80. *num.*8. nam grauiter peccat differendo abs que iusta causa per tempus notabile exequi defuncti voluntatem, idque tùm aduersus eos, quibus bona defuncti sunt debita, contra quorum voluntatem iniustè bona detinentur, eorum vsu priuantur; tum aduersus defunctum ipsum quoad eleemosynas, suffragia, & alia legata pia, quorum exequutio licèt defunctorum merita 15
non augeat, satisfactionem tamen pro peccatis eorum operatur: atque adeo in causa est, vt citius à Purgatoriis pœnis eruantur, diuinoque fruantur consortio, cum habent suffragia, vnde subleuentur, Petrus Nauarr. *lib. 3. de restitut. cap.8. à n.167. lib.8.cap.8.num.75.* Martinus Carrillo *in explicatione Bullæ defunctorum, p.2.cap.15.* Molina *disp.25.num.* 11.

Quia verò *in dict. cap. in litteris* habentur ea 16
verba (à peccato valeant liberari) clarè patet, quòd defunctus à peccato non liberatur, si eius hæredes omittant, vel negligant restituere; sed reuera si reliquit restitutionem faciendam, & hæres moratur, vel exequutor, licèt negligat restituere, liberabitur à Purgatorio, nec amplius ibi detinebitur, quàm exigunt pœnæ debitæ pro aliis culpis, & negligentia sua in restituendo: ita Sotus, Nauarrus, Nauarra, Conradus Salonius, Bellarminus, & alij apud Martinum Carrillo *in Bulla defunctorum, dict. p. capit.* 18. *in fin.*

Neque obstat textus *in d. cap. in litteris,* quia 17
vt bene Nauarrus *in manuali cap.* 17. *num.* 68. talis litera est mendosa, nam legi debet (si valeant, & non valeat) quasi ipsi hæredes, vel exequutores sint, qui restituendo, & satisfaciendo pro defuncto à peccato liberantur, non verò ipse defunctus, & addit Viualdus *in suo Candelabro aureo, p. 1. in tit. de Purgatorio, n.56.* quod si textus intelligeretur de defuncto, potius loqueretur in generali S. C. à peccatis valeat libeari, quam in particulari à peccato, deinde, aduertit, quod esset impropria loquutio textus dicere, vt defunctus valeat à peccato liberari, cum iam per Sacramentum, aut per contritionem fuerit à peccatis liber, & solum remaneat obnoxius, pœnis; sicuti impropriè diceretur de aliquo, qui vltimo supplicio erat puniendus, & Rex illi pepercerit, si esset incarceratus propter expensas factas, parentes soluunt expensas, vt ille valeat à morte liberari, vt post alios Carrillo *dict. cap.* 18. Barbos. *in cap. in litteris, num.* 50. Bellarminus *lib. 2. de Purgatorio, cap.* 16. Syluester *in verbo testant. il* 20. *quæst.* 9. Petrus Nauarra *lib.8. de restitutione, cap.* 8. *num.75. & lib. 3. c.8. num.* 168. Didacus Spino *gloss.* 18. & alij vbi *suprà.*

Quia omissio eleemosynarum, & Sacrificio- 18
rum, vel tardatio facta per hæredem; vel exequutorem, &c. non non nocet defuncto quoad meritum (quia meritum pendet ex voluntate, & intentione præcipientis, & non pendet ex aliena voluntate) nocet tamen quoad satisfactionem, quia licet defunctus non puniatur ob talem tarditatem, quia est culpa aliena, tamen nocet ei, quia non adhibetur remedium satisfactionis, seu expiationis pœnæ S. C. suffragia illa, vt bene S. Thom. *quodlibet, 6. art.* 13. Nauarrus *lib.3. de restitutione, cap.* 8. *num.* 169. post Sotum, Angelum, Armillam, S. Antoninum, & alios docet Palatius, *vbi sup.*

Vnde si exequutor, vel hæres cum possint 19
differant notabiliter soluere debita defuncti peccant mortaliter: ratio est, quia in talibus, etiam

defunctus, non potuit dilationem concedere, cum lege iuſtitiæ ſint ſtatim ſoluenda, aliàs retineretur alienum inuito Domino, Nauarrus *c.25. num. 65.* Nauarra *lib. 3. de reſtitutione c.8. n.165.* poſt alios Sanc. *lib.8. in ſum. c.1. dub.53. n.3.*

Neque dicas quod exequutor teſtamentarius, quando teſtator nullum præficit terminum, habet tempus adimplendi: ergo, &c.

20 Reſpondetur quòd licèt pro adimplendis legatis piis tam hæredi, quam exequutori detur tempus ſex menſium à die aperturæ teſtamenti, §. *ſi autem legatum Auth. de Eccleſiaſticis titulis c. 3. de teſtamentis*, vbi latè Couar. Barboſa, & alij; ad exequenda verò legata non pia, & in reliquis vltima voluntas conceditur tam hæredi, quàm exequutori annus *dict. cap. 3. de teſtamentis d. l. nulli Cod. de Epiſcopis, & Clericis*, poſt alios Sanchez *lib. 8. cap. 1. dub. 51. num. 6.* niſi tamen opus proficiendum exigeret maius tempus, & intra annum ſit captum, vt ſi ſit ædificium

21 quoddam: latè DD. citati, quem annum aliqui dicunt à die mortis teſtatoris, alij à die aditæ hæreditatis, vt latè Sanchez *d. dub. 51.* tamen in foro conſcientiæ quàm primùm tenetur, alias peccaret mortaliter, vt benè idem Sanchez *dub. 53.* verius tamen eſt currere à die aditæ hæreditatis, vt de communi, Carpius *d. lib. 3. de exequutore vltimarum voluntatum, tit. 18. cap. 1. vol. 3.* qui multipliciter ampliat, & limitat.

22 Neque dicas quòd in præſenti, PP. N. & N. non fuerunt exequutores: patet euidenter, nam teſtator de quo in præſenti tempore mortis fecit ſibi notam fieri de aliquibus obligationibus adimplendis per ſuum hæredem, quam conſignauit ſuo confeſſario, vt omnibus notum eſt: Ergo non fuit intentio teſtatoris confidendi eiſdem, cum idem confeſſario dixerit, vt apparet, ergo talis diſpoſitio videtur procurata, ergo eſt nulla.

Reſpondetur enim non repugnare quòd Patri Confeſſario fuerit data exequutio facienda, & Patribus noſtris particularis executio: non enim repugnat duos eſſe, vel plures exequutores in teſtamento, vt *in dict. cap. fin.* & aduertit Carpius *vbi ſup.*

23 Eſſe verò legatarios ſupradictos Patres clarè probatur, tum ex verbis diſpoſitionis, tum etiam ex notatis per DD. *in l. ſi quis Titio decem, ff. de leg. 20. & ex l. pecuniæ ſortem, ff. de alim. & cibariis legatis l. ſi quis eum ff. de cond. & demonſtr.* iuxta theoricam Bartol. *in d. l. ſi quis eum 37. ff. de cond. & demon.* Simon. de Pretis *de interpret. vltimar. voluntatum lib. 50. interpret. 1. dub. 2. n. 87.* & in propriis terminis concludit Gratian. *c. 446. num. 50.* poſt Cumanum *conſ. 108. num. 3.* & Ioannes à Canibus *de exequutore vltimarum voluntatum, p. 3. num. 1.* Eſcobar. *de ratiociniis cap. 27. num. 86.* quia non ſolum per teſtatorem fuit commiſſa Patribus prædictis diſtributio, & exequutio dicti legati quod importat nudum miniſterium factum, de quo loquitur Imperator *in l. nulli, Cod. de Epiſcopis, & Cler.* & I. C. *in d. l. ſi quis Titio in fin. ff. de leg. 20.* ſed cum exercitio adiunxit diſpoſitionem, & prædominium illius annuæ pecuniæ dum ait (*quali legati annui ſc. intendant Olor vita durante tantum*) quæ verba important acquiſitionem dominij in beneficium legatariorum, argument. *l. à Titio, ff. de furtis*, ergo commodum legati habuerunt Patres, ergo legatarij argumentis notatorum per Bartolum *in l. ſi quis Titio, ff. de leg. 20.* nam hæc eſt differentia inter legatarios, & exequutores, 24
in legatarium verba diſpoſitiua expreſsè, vel tacitè principaliter diriguntur in executorem verba exequutiua tantùm, quæ ad exequutionem eorum quæ diſpoſita ſunt diriguntur, Bart. & Paulus *in d. l. ſi quis Titio*, Simon. de Pretis *vbi ſuprà num. 87.* Mantica *de coniecturis lib. 8. tit. 8. num. 13.* Carpius *lib. 1. de exequutore teſtamentario cap. 1. num. 32. & 33.* Gratianus *cap. 446. num. 8.* quod ſecùs ſi verba exequutiua tantum in eum eſſent collata, quia diceretur nudus Miniſter, vt deciſum in Rota Romana dicit Ludouiſius *deciſ. 544.* quam tranſcribit Gratianus *vbi ſuprà num. 13. & cap. 563.* vbi aliam deciſionem Rotæ apud Coccinum adducit, & tandem ille dicitur nudus exequutor; qui nullum commodum nullamque actionem conſequitur ex re legata, ſed tantùm præſtat nudum Miniſterium in exequendo, quod teſtator diſpoſuit, *d. l. nulli, & l. ſi quis ad declinandum, Cod. de Epiſcopis, & Clericis*, latè Mantica *lib. 8. de coniecturis, tit. 8. num. 13.* Caualcanus, *deciſ. 8. part. 5.* nulla communicata ſpe lucri, & commodi, nec actu, nec potentia, vt poſt Manticam, latè ait Carpius *dict. lib. 1. cap. 1. num. 33.* & melius ante eum Simon. de Pretis *vbi ſuprà num. 81.* qui dicit legatarium eſſe eum, qui commodum ante legata, actu, potentia, ſeu aptitudine ſentit, ex *d. l. ſi quis Titio* cum ibi notatis Bart. Bald. Paulus, & alij, quos citat, & ſequitur Simon. de Petris *vbi ſup. n. 83.* Surdus *tit. 8. priuil. 32. num. 10.* Molina *tract. 2. diſpoſ. 288.* Carpius *vbi ſuprà num. 33.* & melius *lib. 3. cap. 8. num. 2.* actualiter dicitur ſentire commodum, quando tardius ſoluit: nam qui tardè ſoluit, minus ſoluit *l. ſolidum, cum ibi notatis per Paulum. ff. de ſolutionibus*, quia verè ſentit commodum retinendo penes ſe rem legatam, *l. huiuſmodi ff. de leg.* primo nec multum refert, an magnum, vel minimum commodum præbeat; quia etiam minimum facit vt non dicatur nudus miniſter, gloſſ. *in dict. l. pecuniæ* Berous *conſ. 86.* Gratianus *cap. 563. num. 50. & cap. 666. n. 27.* Ludouiſius *d. deciſ. 544.* vbi Additio.

Tandem facit textus *in dict. l. pecuniæ ſortem,* 25
ff. de alimentis, & Cibariis legatis, vbi habetur quod ille cui per teſtatorem committitur diſtributio, vel præſtatio annua facienda non poteſt dici exequutor merus, ſed legatarius ad differentiam eius, cui diuiſio ſortis mandata eſt, quod bene notat Goffredus *in d. l. pecuniæ ſortem*, ibi (Iſtudonus præſtationis vſurarum deſignat quòd ſit legatarius.) Ergo cum Patres dicant 80. ducatos annuos debere ipſos diſtribuere eorum vita durante, non erunt exequutores, ſed legatarij.

Poſito ergo quod ſint legatarij, videndum eſt 26
de viribus legati, at certum eſt legatum Regulari relictum cum conditione quod nihil acquiratur Monaſterio eſſe inualidum reſpectu regularis, ſed acquiri monaſterio conditione reiecta, vt pote contra votum paupertatis ex Bart. *in Auth. excipitur, num. 2. Cod. de bonis, quæ in liberis*, Sanchez *in ſumma lib. 7. cap. 17. num. 8.* Molfeſius *in ſumma tom. 1. tract. 7. cap. 20. num. 49. & 50.* Tamburrinus *de iure Abbatiſſarum, diſp. 8. q. 50.* Hieronymus Rodriquez *in compendio quæſtionum regularium reſol. 88. de leg. in teſtam. relicto num. 20. & 3.* Diana *p. 3. tract. 2. de dubiis regularibus reſol. 18.* Lezana *tom. 1. cap. 6. de obligationibus Regularium ratione voti paupertatis num. 38.* Francus *deciſ. 718.* vbi loquitur in legato

relicto

relicto monacho Religionis sc. Benedicti cum prohibitione expressa quod nihil monasterio acquiratur & tamen dicit Francus tam per M. C. Vicariæ, quàm per S. C. fuisse iudicatum pro validitate legati, non obstante quadam declaratione ad Regulam S. Benedicti, mandante Abbatibus, & Prælatis dictæ Congregationis, ne quid permitterent Monachis ad vsum in vita, cum talis concessio sit valde similis proprietati.

27 Sic Rota *in decis. 515 to. 2. num. 12. & 13.* coram Buratto ait Regularem esse inhabilem ad acquirendum *ex cap. ad monasterium de statu monachorum*, & ex Concil. Trident. *sess. 25. cap. 2. de reformatione*, Verum est capax annui redditus quo ad administrationem, & vsum, cum scientia, & patientia superioris DD. *in cap. 1.* vbi Abbas *num. 8. & in cap. 2.* vbi Berous *num. 50. de statu monachorum cap. fin.* qui clerici, vel viuentes, Abbas *in cap. 8. num. 10. de fideiussoribus*, Sylvester *in verbo religio il 6. num. 2.* Iason *in auth. ingress. num. 37. vers. limita 1. Cod de sacros. Eccles.* Rota *decis. 216. num. 12. & 18. p. 2. diuersorum* Nauarrus *cons. 75. num. 89. lib. 3. de regularibus*, quod in hac materia nihil innouasse probat Rodriquez *tom. 20. de regularibus q. 125. art. 4.*

28 Talis ergo conditio, & clausula vt Monasterium, vel Religio nihil possit prætendere, vt donatio valeat, vel legatum &c. declarat solum voluntatem promittentis, vt monasterium, vel superior permittat conniuentibus oculis dictum regularem percipere Bart. *in d. Auth. excipitur num. 2.* vbi Angelus *Cod. de bonis quæ liberis*, Abbas *cons. 44. & 63. p. 2.* Simon de Pretis *lib. 12. de interpretatione vltimarum voluntatum, interpretatione 2. dub. 2. num. 8. & 9.* sed debet conuerti in vsus pios, vel librorum, siue vestimentorum regularis, Duranus *tit. 6. de arte testandi can. 63.* latè Rodriquez *quæst. 125. art. 20.* & sic ex mente Sacræ Congregationis Concilij fuit pluries declaratum de talibus relictis esse subue-
29 niendum regularis necessitatibus, de licentia tamen superioris. Addo quod in illa causa apud Burattum *d. decis. 115. tom. 20. num. 13. in fin.* fuit adducta fides Patris Generalis Ordinis, per quam constabat suos Monachos solitos esse retinere talia relicta, quia verba dispositionis debent se accommodare conditioni personæ, vt bene Sanchez *in summa lib. 7. cap. 17. numer. 8.* Carena *resol. 199. num. 50.* & ideo Rota apud Burattum *decis. 245.* ait quod legatum census scutorum Mille factum Domui professæ Societatis Iesu, cuius quoad retentionem non est capax, cum renunciauerit dispositioni Concil. Trid. *sess. 25. cap. 3. de regularibus*, intellexit, vt censeretur factum ad effectum vendendi censum, & pretium conuertendi in necessitates religiosas: adde quòd apud Carenam *d. resol. 199. num. 8.* fuit allegatus inueteratus vsus Benedictinæ Religionis, quæ vsum, & administrationem relictorum suis monachis, & monialibus permittit. In præsenti non solum huius Illustrissimæ Religionis nota sunt exempla, sed aliorum in quibus annuentibus superioribus permittuntur, &c.

30 Ex quibus colligitur bene dixisse Patrem Verreccelli Illustrissimæ Religionis Theatinorum dignissimum Alumnum *tom. 1. tract. 3. quæst. 33.* vbi quærit an valide instituatur hæres Religiosus, vt distribuat bona pro vt sub confessionis sigillo audiuit cum conditione, ne se intromitteret Religio, & ait valere dispositionem, sed debere accetari per Regularem de licentia sui Superioris, quam si dedit Superior non poterit amplius se intromittere ita vt aliter quàm iuxta arbitrium 31
Religiosi distribuantur bona hæreditaria, & in legato relicto tali pacto, vt nihil acquiratur monasterio ait Verrecell. post alios *num. 8.* quod si testator dixerit quod nihil acquiratur monasterio alioquin legatū esset nullum, tunc si Superior 32
nō cōsentiat, vt Regularis retineat legatū illud, nō valet, & nihil erit soluendum, sed remanebit penes grauatum, vt post Sanchez, & Lugo dicit Verricell. *vbi supra num. 7.* non credi confessario dicenti sub sigillo commissum, alioquin aperire- 33
tur via fraudibus, nisi saltem eius religiosi iuramento probaretur & subdit ex Sanchez, & Lugo teneri exequutorem addere tali casu rationem, quando præsumeretur fraus, quia res distribuēdæ penes ipsum reperirentur putat tamen ipse con- 34
trarium & *quæst. 38.* latè declarat ad quid declarandum possit cogi à suo Superiore talis regula- 35
ris, quia verò licentia Superioris in præsenti fecit totum licitum, ideo est quæstio, an licentia præsumpta sufficeret in Religionibus obseruantibus ad excusandum à peccato mortali contra votum paupertatis, dum Superior facilè adiri potuisset, & putant aliqui non sufficere, cum Card. de Lugo *de iustitia disp. 3. sect. 7. num. 128.* sed Pater Verrecelli *dict. tract. 3. quæst. 16.* contrarium putat: de qua re sunt videndi laudati Authores.

Audio per Patres peti diminutionem legati 36
prædicti sub prætextu quod hæreditas non sit soluendo (sed hoc facto præsuppositio sed non concesso, quia parcant mihi patres facultates satis superque sufficiunt) neque esset pro rata diminuendum, sed integre soluendum, quia hoc etiam legatum Pium est soluendum pro conscientia testatoris, sed danda: ergo integrum solui debet, videndus Nouarius *de miserabilibus personis, priuilegio 22. num. 4. vers. legata pia:* ante omnia soluenda sunt, tanquam alienum, & de eo, quod supereſt soluentur legata non pia, & Leoncillus *de priuilegiis pauperum, part. 2. priuilegio 213. in verbo legatum 12. num. 3. vers. id tamen fallit*, in legato pauperi relicto, vel aliàs ad pias causas, quia soluendum est integrum ante omnia legata, & non patitur diminutionem, & sic decisum in Senatu Granatensi apud Larream *part. 2. decis. 61. num. 44.* ibi non deberi pro rata minui quantumvis reliqua legata quoties excedunt assem, minuantur, contrarium dicit de Franchis *decis. 236. num. 2.* Regens Rouitus *dec. 87.* Anellus de Amato, *cons. 37. num. 50.* Tiraquellus, *de pia causa, priuileg. 26. in fine*, Consiliarius Staibanus, *resolut. 106. tom. 2. in fine*; sed si sit legatum pro Missis, & suffragiis animæ nullo modo pati debet diminutionem, vt post Larream sic decisum referentem, videatur Consiliarius Hodierna *lib. 1. contro. cap. 9. num. 29. vers. talia legata diminutionem non pati*, cum quis non præsumatur pro suffragiis Animæ suæ relicta, noluisse, vt præcipuè præstentur, vt bene Paulus Rubeus *practicabilium resolutionum, cap. 66. à num. 200. cum sequentibus*, quia ergo hoc legatum est factum Regularibus, qui voto paupertatis sunt astricti, dicitur factum pauperibus, etiam si sint consanguinei, vt decisum per tribunal Reuerendæ fabricæ dicit Thorus *de pia causa, priuilegio 175.* quia pro commissis conscientiæ eorumdem præsumitur pro suffragiis &c. tum quia Vitalitium &c. nullam poterit pati diminutionem, vt DD. communiter

muniter docent, igitur rogo ſuppliciter Patrem Generalem, vt imponat ſuper hoc negotio perpetuum ſilentium, & iubeat Superiori domus totum ſoluere legatum abſque vlla diminutione. Scripſi die 25. Martij 1660.

DISCEPTATIO XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies proponitur de qua in præſenti.*
2 *Occidentes in Eccleſia, vel eius adiacentibus excommunicantur, vigore textus* in cap. diffiniuit 17. quæſt. 4. *& Neapoli vigore conſtitutionis ſynodalis.*
3 *Eccleſiæ effractores, & expilatores excommunicantur vigore* c. conqueſti 22. de ſententia excommunicationis.
4 *Foriudicatus poteſt impunè occidi vigore laicalis diſpoſitionis in Regno, & in ſtatu Eccleſiaſtico.*
5 *Statum permittens impunè occidi foriudicatum in foro fori valet, & quid in foro poli.*
6 *Foriudicatum occidens bono zelo non peccat ſecundum aliquos.*
7 *Foriudicatum occidens ſit irregularis.*
8 *Clericus an poſſit impunè occidere Bannitum laicum.*
9 *Clericus foriudicatus à laico an poſſit impunè occidi.*
10 *Foriudicatus an poſſit occidi proditoriè, & ab aſſaſſino.*
11 *Foriudicatus qualiter habeatur pro mortuo.*
12 *Vxor foriudicati quando petit dotem, & antefatum.*
13 *Foriudicatus non poteſt eſſe Officialis terra, neque parentes eius, qui receptum fecerunt.*
14 *Bannitus exercet officium extra territorium bannientis.*
15 *Foriudicatus arbiter, ceſſat arbitrium per foriudicationem.*
16 *Foriudicatus qualiter incapax ſucceſſionis.*
17 *Foriudicatus qualiter poſſit inſtrumentum liquidare.*
18 *Foriudicatus an poſſit occidi intra Eccleſiam.*
19 *Foriudicatum occidens puniri debet in foro Canonico.*
20 *Foriudicatum occidens eſt infamis de iure Canonico.*
21 *Clericis an liceat, & quando ſumere arma contra bannitos.*
22 *Foriudicatum nulliter, occidens, an puniatur, & quando.*
23 *Foriudicatum factum clericum vel Monachum, quando poſſit quis impunè occidere.*
24 *Foriudicatus eſt hoſtis publicus.*
25 *Campana pro proſequendis malefactoribus quando, & qualiter pulſanda.*
26 *Malefactorum proſequutio qualiter permittatur extra territorium.*
27 *Foriudicati gaudent immunitate Eccleſiaſtica.*
28 *Sixtus V. priuauit foriudicatos immunitate, quod reuocauit Gregorius XIV.*
29 *Foriudicatus iura ſanguinis non amittit.*
30 *Remiſſio delicti haberi debet per hæredes ſanguinis.*
31 *Vxor quando poſſit accuſare, & remittere de nece viri.*
32 *Extraneo hærede ius accuſandi, & remittendi competit conſanguineis.*
33 *Filiæ fœminæ quando admittantur ad remittendum vel accuſandum.*
34 *Pater, & Mater, aut ſoror ſi concurrat, quis remittat.*
35 *Creditores filij illius, qui occiſus eſt, nullum ius habent in pecunia peruenta ex illius nece.*
36 *Frater vterinus nihil habet in nece fratris vtrinque coniuncti, & quando.*
37 *Compater an accuſet occiſorem compatris.*
38 *Perſona occiſa incerta cui competat remiſſio.*
39 *Remiſſio, & ſatisfactio qualiter differant.*
40 *Remiſſio qualiter facienda in Regno Neapolitano.*
41 *Remiſſio quibus clauſulis ſolet fieri in noſtro regno.*
42 *Percuſſor Clerici non abſoluetur, niſi parte ſatisfacta.*
43 *Iniuria qualiter remittatur, quid ſi fiat monacho, vel moniali, filio &c.*
44 *Iniuria facta filiofamilias qualiter remittatur à Patre.*
45 *Pater occidens vxorem, an ſufficiat filiorum remiſſio.*
46 *Pupillo occiſo, quando remiſſio fiat per tutorem, & quando requiratur iudicis decretum.*
47 *Tutor non facto Inuentario, qualiter remittat, & quomodo.*
48 *Curator ventri datus an poſſit remittere pro poſthumo.*
49 *Ius remittendi Iure ciuili requiritur.*
50 *Foriudicato quæ competant.*
51 *Reſtitutio facienda hæredibus neceſſariis de iure Canonico requiritur.*
52 *Filio occiſo, Patri eſt reſtituendum, quod à filio habebat, & ſi nihil habebat, nihil reſtituitur.*
53 *Sarnetanum, de quo in præſenti, nihil reſtituere debere pro ſatisfactione ſi nihil per occiſum Patri præſtabatur.*

ARGVMENTVM.

Foriudicatum occidentes intra Eccleſiam poßunt excommunicari, & abſolui non debent niſi parte ſatisfacta, quibus danda ſatisfactio, & remiſſio à quibus obtinenda; vbi latè de hac remiſſione, & ſi licita ſit horum foriudicatorum occiſio in foro ciuili, & Canonico?

PRO

Carolo Sarnetano & aliis.

CONTINGIT in caſali S. Antimi 1
Auerſanæ diœceſis, elapſis menſibus, quod quidam Franciſcus Sarnetanus aſſociatus ab aliis occidit Lucam Verdem foriudicatum per ſententiam M. C. V. pro diuerſis facinoribus, illumque occidit intra Eccleſiam, ſiue clauſtrum S. Mariæ Montis Carmeli fratrum Reformatorum S. Franciſci, cum

cum quibus erat inimicitia, & supponit Franciscus Sanertanus, quod ibi erat refugiatus, vt se ipsum primo loco occideret. Hoc facto sacrilegio, Vicarius dignissimus Auersæ Dominus D. Franciscus Patritius eiusdem Ciuitatis, qui à multis annis Ecclesiam prædictam gubernat maximo cum honore, & applausu, cuius integritatis, doctrinæ, & solertiæ notitiam habent Curia Romana, & Collaterale Concilium, à quibus supremis Tribunalibus, eiusdem fuerunt approbata sæpè sæpius decreta, & resolutiones assumptæ in diuersis accidentibus in Diœcesi tam ampla, tam subditorum numerosa, vt notum est; processit inquam Vicarius ad citandum Sarnetanum, & socios ad dicendum causam, quare non deberent excommunicationi subiici vigore textus *in cap. definiuit* 17. *quæst.* 4. & seruatis seruandis eos occisores intra dormitorium Ecclesiæ, & monasterij prædicti censuræ pœnæ subiecit excommunicationis scilicet, Sarnetanus, cum suis recurrit ad Patrem Guardianum, & suos fratres, à quibus capitulariter congregatis veniam petijt, quod fuit optimè factum, & satisfactione data Ecclesiæ iniuriam posse ob sacrilegium prædictum, accessit Sarnetanus cum suis ad Vicarium pro absolutione, replicat Vicarius velle absoluere, sed satisfacta parte, intelligendo data satisfactione matri, & patri occisi, hoc egrè ferens Sarnetanus consuluit quosdam Neapoli, qui dixerunt non bene dicere Vicarium Auersanum, nec defuerunt nonnulli, qui excommunicationem prædictam non posse sustineri dicerent, quasi quod non fuisset lata secundum Canones communiter tamen iudicabant, quod data validitate excommunicationis, ridiculum erat dicere, satisfaciendam esse eam partem, à qua nullam poterat pati accusationem, & ius querelandi non habenti ex morte filij foriudicati occisi, esse satisfactionem dandam; iustum fuisse homicidium exclamabant seruum pœnæ occisum, mortuum iam à lege necatum exequutorem fuisse sententiæ Sarnetanum tãquam Carnificem, sicuti ergo à Carnifice petere remissionem suspensi, esset ridiculum, ita ab eodem, de quo hic satisfactionem parti esse dandam, sufficienter partem læsam fuisse Ecclesiam satisfactam.

At ego partes Vicarij reassumendo Neapoli, dixi ad eius fauorem iura esse, ridiculum oppositum existimandum, sed Vicarij petitionem esse rationabilem, & iustissimam, quod quidem, vt probem prima facie pro partis aduersæ opinione nonnulla ponderanda censeo, deinde meam proponam sententiam, & argumenta pro aduersario adducta, diluenda decreui.

2 Primò etenim dicebant non potuisse excommunicari per hoc, quod fuit occisus in Ecclesiæ claustrum &c. quia non intrat in hoc Bulla Gregorij XIV. quæ loquitur solùm de extrahentibus, non de occidentibus; vnde Curia Archiepiscopalis Neapolitana synodalem fecit constitutionem tempore Eminentissimi Philamarini, qua excommunicantur illi, qui hæc, & similia fecerunt in Ecclesia, ergo quomodo Vicarius Auersanus, cum synodalem hanc non habeat constitutionem, neque vigore Bullæ Gregorianæ id potuerit, quasi inuenta sibi illa textuali dispositione eos suppositerit excommunicationi.

Sed hæc murmuratorum dicta facili negotio solui, etenim *in d. cap. diffiniuit* 17. *quæst.* 4. expressè ex Concilio Toletano *cap.* 10. dicitur, vt illi, qui quomodolibet offenderint refugiatos in Ecclesia puniantur pœna excommunicationis, & eisdem nec bona auferri possunt, nec aliud quicquam nocumentum illis inferri, ad hoc vt ab Ecclesia egrediatur, notat Archidiaconus *in dict. cap. diffiniuit*, vbi generaliter dicitur, quod personis, aut rebus in Ecclesia refugiatis, nulla debet inferri iniuria, Suarez *de religione, tom.* 1. *lib.* 3. *num.* 2. & ibi *in verbo* (*qualiter ad requisita naturæ vsum, &c.*) dicitur, quod extra Ecclesiam, & Ecclesiæ immunitatem, potest quis exire ad corpus exonerandum, modo statim redeat, Marius Italia *lib.* 1. *de immunit. cap.* 4. §. 7. *num.* 12. *& cap.* 6. § 2. *num.* 26. vbi declarat, dummodo intra fines Ecclesiæ, non fuerit alius locus opportunus ad id perficiendum, & licèt *in d. cap. definiuit*, dicatur iudicem Ecclesiasticum teneri tradere seculari refugiatum in Ecclesia, etiam in casibus non exceptis, præstita tamen cautione iuratoria, illos non puniendi, & ita seruatum fuerit pluries, tamen hodie post Bullam Gregorij XIV. non potest fieri, vt notat Barbos. *in d. cap. diffiniuit* 17. *qu.* 4. iure ergo D. Vicarius subiecit huic excommunicationi, sicuti in simili Ecclesiarum effractores, & simul expilatores incurrere in excommunicationem, *cap. conquesti* 22. *de sententia excommunicationis*, non quidem latæ sententiæ, sed ferendæ secundum glossam *Vgonis*, de qua ibi Suarez *tom.* 5. *de censuris disp.* 22. *sect.* 2. quicquid alij dicant esse excommunicationem latæ sententiæ, de qua re plures apud Bonacinam *tom.* 3. *disput.* 2. *quæst.* 3. *punct.* 12. *num.* 1. & 11. Barbos. *de potest. Episcopi alleg.* 50. *num.* 88. Reginaldus *lib.* 19. *num.* 60. Layman *lib.* 4. *tractat.* 10. *capit.* 7. *in fine.* Carolus Thesaur. *de pœnis Eccles. p.* 2. *in verbo sacrilegium, cap.* 3. *vers. limita* 2. & hanc excommunicationem declarat Alphonsus de Leone *de censuris recoll.* 4. *litt. B, fol.* 312. *col.* 2. 3

Secundo loco murmurantes adducebant foriudicatum illum potuisse impunè occidi, vt in hoc Regno per Constitutionem quæ incipit *pœnam eorum*, vt etiam in statu Ecclesiastico, in quo contumaces capitaliter condemnari possunt impunè occidi, Ambrosinus *de processu informatiuo, lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 15. & tale statutum permittens posse impunè occidi foriudicatum validum esse dicit Iulius Clarus *in §. homicidium* de Nigris *in cap. regni misericordiam, num.* 29. Viuius *opin.* 230. Carrerius *in tit. de homicidio, num.* 2. Paschalis *p.* 4. *de patria potest. cap.* 3. *num.* 3. Gabellus *de omni genere homicidij num.* 57. Carolus Rota *in suo florigerio, concl.* 9. Menoch. *cas.* 90. *num.* 4. Farinac. *quæst.* 103. *num.* 50. qui dicunt hoc tantum valere etiam si concedat præmium occidentibus, & putant aliqui valere in foro fori, & poli, posse impunè occidi, ita vt occidens, neque peccet mortaliter, Capiblancus *in pragm.* 6. *num.* 28. Iul. Clarus *in §. homicidium*, sed quod peccet foriudicatum occidens refert Rouit. *in rubr. de exulibus, n.* 1. Petrus Dueña *reg.* 68. Marsil. *ad l.* 1. *num.* 64. *ff. ad leg. Cornel. de sicariis*, ideo iure Canonico talis opinio non approbatur, Farinac. *quæst.* 103. *num.* 349. vel saltem dicunt aliqui, quod occidens foriudicatum bono zelo non peccat, vt ait Afflictus *in constit. pœnam eorum, num.* 39. secus si id faciat liuore, & dilectione effundendi sanguinem banniti, vt plurimum fit, vel ad finem consequendi pecuniam, vel propriam libertatem: qua de re Farinac. *dict. quæst.* 103. *num.* 348. Follerius *in pragm. de foriudicatis, num.* 3. vbi *num.* 4. ait, quod occidens bannitum fit irregularis, itaut in delictis grauibus non possit recipi in testē absque 4 5 6 7

tortura, idem dicit Gabellus *de omni genere homicidij num.* 64. cum Paſchali *de patria poteſtate part.*4. *cap.*3. *num.*42. Viuius *opin* 290. Farinacius *vbi ſupra num.*251. quod poteſt procedere de iure Canonico, & non in Regno noſtro per conſtitutionem *pœnam eorum*, & ita dicit Scialoa *cap.* 17. *num.*7. *in fine*, quod adeò verum eſt, vt clericus
8 vti laicus foriudicatus à iudice laico poſſit etiam impunè occidi à laico Baiardus ad Clarum *in* §. *homicidium num.* 269. Regens Rouitus *in rubr. de ſententia foriudicationis, num.* 11. *in fine*, alij dicunt non excuſari ab homicidio, niſi ignorauerit eſſe clericum, Guido Papa *dec.* 450. Franciſc. Anſald. *de iuriſdict. part.*2. *tit.*11. *cap.*2. *num.*64. de Graſſis *effect.*20. *num.*369. verum ſi foriudicetur Clericus à iudice laico pro cauſa, pro qua non poterat cognoſci à iudice laico, & tunc punitur, ſecus ſi poterat cognoſci, Farinac. *vbi ſuprà n.* 315. & hoc caſu occiſor Clerici foriudicati gaudebit indulto Franc. *dec.* 463. Guid. Papa *deciſ.* 450. Graſſus *vbi ſup. n.*459 Riccius *collect.* 475.

10 Poteritque impunè occidi foriudicatus, etiam ad inſtantiam alterius, pecunia mediante, Amendola ad Francum *d.* 176. de Angelis ad Gillarellum *deciſ.* 13. *num.* 10. Follerius *in praxi criminali in verbo foriudicetur, num.* 12. *& in pragm. de foriudicatis num.* 15. *&* 42. Carauita *in pragm. de exulibus, num.* 16. *cum duobus ſequentibus*, Paſchalis *p.* 4. *cap.* 3. *num.* 24. Viuius *deciſione* 290. & capiens viuum poteſt impunè occidere foriudicatum, Farinacius *quæſt.* 103. *num.* 144. & in Regno eſt in electione capientis foriudicatum, vel eum occidere, vel ad iudicem adducere, Follerius *de foriudicatis, num.* 13. & poteſt occidi etiam proditoriè DD. citati.

11 Nec deficiebat vnus ex Dominis, qui dicebat foriudicatum prædictum haberi pro mortuo, ex quo lecta fuit cõtra eum ſententia & *d. conſt. pœnã eorum*, tres enim habẽtur pro mortuis, licèt viuant ſcilicet Foriudicatus *d. conſt. Hypocrita cap. nolo in fine* 12. *quæſt.* 1. & monachi facta profeſſione *l. fin. Cod. de Epiſcopis, & Clericis* vnde non poteſt facere teſtamentum, Iulius Clarus *in* §. *teſtamentum, quæſt.* 31. licèt alij dicant contrarium apud Farinacium *quæſt.* 102. *inſpect.* 1. *num.* 4. & vxori eſt dos reſtituenda, ſicuti viro mortuo, Francus *dec.* 162. *&* 689. & ſi damnatus ſit ob
12 rebellionem mulier petit à fiſco dotem, Surdus *de alimentis quæſt.* 34. & petit etiam antefatum Maſtrillus *dec.* 263. nec poteſt eſſe officialis, quia habetur pro mortuo, Rouitus *in pragm.* 1. *num.*50. *de Eccleſ. perſonis*, & Anna *ſing.* 53. & Anna filius *conſ.* 80. *numer.* 15. & ſi officialis ex banno foriudicetur tunc ſuſpenditur eius iuriſdictio, quia bannitus dicitur infamis infamia facti,
13 Afflict. *in conſtit. quæ incipit, grandis, num.* 23. & eſt textus *in l. finali C. de requirendis reis* (contra Iulium Clarum *in* §. *finali quæſt.*71.) ſed infamis infamia facti repellitur à dignitate, *l. nullæ, ex quibus cauſis infamia irrogetur*, & infamis non poteſt eſſe officialis, *l. Caſſius, Cod. de ſenatoribus, l.* 2. *Cod. ad l. Iuliam de vi priuatiua, cap. infamibus de reg. iuris in* 6. Capiblanc. *de Baronib. in pragm.* 5. *num.* 169. *cum pluribus ſeqq.* Imò neque filij, vel fratres bannitorum, qui fecerunt recaptum poſſunt eſſe Officiales in Regno *prag.* 10. §. 4. *de exulibus*; nec ſimplex contumax pro cauſa criminali poteſt eſſe Officialis, Freccia *de ſubfeudis lib.* 2. *auth.* 29. *num.* 11. & quis non admittitur in Actuarium, vel ſcribam in Regiis audientiis, ſi ſit inquiſitus *prag.* 10. §. 24. *de offic. iudic.* ſed bannitus in vno loco poteſt exercere 14
extra iuriſdictionem bannientis, Maſtrill. *de magiſtr. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 61. Danza *de pugna* DD. *tom.* 2. *in tit. de armatione per Campan. cap.* 5. *numer.* 15. Farinac. *quæſt.*56. *num.* 354. etſi datus eſſet tutor deſinit eſſe talis, & amiſit tutelam, Nallus *part.* 1. *ſecundi temporis n.* 42. etſi duo ſint arbitri, & vnus foriudicetur, ceſ- 15
ſat arbitrium, Ioſeph Ludouicus *deciſ. Lucenſ.* 37. & foriudicatus deſinit eſſe ciuis illius ciuitatis, in qua natus eſt, quo ad commoda, & honores, non verò quo ad commodum, & odium, quia quo ad hæc, non perdit ciuitatem.

Et quia eſt mortuus, incapax eſt cuiuſcum- 16
que ſucceſſionis ſibi delatæ in territorio bannientis, ſecus extra, Farinacius *quæſt.* 102. *n.* 96. nec poteſt eſſe teſtis in loco, in quo fuit foriudicatus, Clar. *dict.* §. *fin. quæſt.* 71. neque poterit præſentare, ſeu liquidare inſtrumentum contra ſuum debitorem via ritus M. C. V. Florus *voto* 84. *num.* 202. & in ſupplemento *in verbo inſtrumentum, fol.* 300. vbi dicit fuiſſe deciſum, vt aga- 17
tur ordinarie in cauſa liquidationis inſtrumenti per Foriudicatum, neque poterit rem petere vigore congrui, Magonius *deciſ. Florentiæ* 26. Riccius *collect.* 427. *p.* 6. nam foriudicatus non poteſt agere, Gaillus *de Pace publica lib.*2. *tit.*20. *per totum*, poteſt tamen contrahere matrimonium, Francus *deciſ.* 102. *num.* 25. quod idem eſt in excommunicatione, *cap. ſignificaſti de eo, qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium*, Sanchez *de matrim. lib.* 7. *diſp.* 9. Ricciullus *de iure perſonarum, lib.* 4. *cap.* 41. & poterit accuſare vxorem ſuam de adulterio, Thomas Triuiſanus *deciſ.* 3. *lib.* 2. Amendola ad Francum *deciſ.* 240. *num.* 3. at in aliis criminibus non poteſt accuſare, Decianus *lib.*3. *c.*37. *n.* 38. & tandem dicitur foriudicatus, quaſi foris vel extra omnem aditum iudiciarium ſtatutus, Scialoya *cap.* 1. *n.* 3. Danza *in tit. de variis criminibus. in principio*, Campana *reſol.* 19. *per totam.*

Nec defuerunt quidam, qui conſuluerunt, & 18
ſic practicatum fuit, quod ſcilicet poſſint foriudicati impunè occidi intra Eccleſiam, poſito, quod ibi delinquant, committant recaptus, &c. & Superiores Eccleſiaſtici requiſiti nolunt, vel negligentes ſunt in prouidendo, quo caſu dicunt DD. aliqui, quod per modum defenſionis Reipublicæ ſtatus, non per modum iuriſdictionis, & authoritatis ad tales inquietos homines deſtruendos, vt ſtatus Reipublicæ à laico defendatur, ne vi opprimantur Vaſſalli, impunè poſſunt occidi intra Eccleſiam, & allegant doctrinas Alderani Maſcardi *de interpretatione ſtatutorum*, & Hieronymi Ceuallos *de rog. per viam violentiæ*, & Pereyræ *de manu Regia*, ſed hæ doctrinæ an veræ ſint, & an poſſint applicari, videbitur apud Deum, qui iudicaturus eſt viuos & mortuos, & ſeculum per ignem. Ergo, dicebant murmurantes, foriudicatus eſt mortuus, vel pro tali habetur, poteſt impunè occidi, fuit à Sarnetano occiſus cum ſuis, &c. non potuit excommunicari à D. Vicario Auerſano, ex quo fecit actum licitum.

Contrariam vrò partem in hoc caſu conſului, 19
ac Vicarij petitionem de ſatisfactione partis petendæ laudaui, etenim dicebam, quod licèt ſtatutum laicale permittat, atque præmiet occidentem bannitum, ad notata per Plax *in epitome delictorum, lib.* 1. *cap.* 36. Afflictum *lib.* 3. *conſtitutionum Regni, conſtit.* 3. *de bannitis, & foriudicatis*

num. 14.

num. 14. Barbosa *in cap. cognoscentes de constit. à num.* 12. Id tamen de iure Canonico non habet locum, & inualidum esse defendunt communiter DD. apud Riccium *in praxi fori Eccles. resol.* 587. Farinac. *in praxi criminali, quæst.* 103. *numer.* 49. Iulius Chartarius *decis.* 1. *num.* 78. licèt Bursattus sibi contrarius *cons.* 461. *num.* 30. *lib.* 4. contrarium consuluerit, ideóque Clericis non suffragatur, nec passiuè, nec actiuè, & quod non suffragetur actiuè dicit Chartarius *numer.* 3. *& num.* 79. etenim Ecclesia reos sanguinis defendit, ne effusionis sanguinis particeps fiat, *capit. reos* 23. *q.* 5. *& in capit. in Archiepiscopatu de raptoribus, & cap. clericum* 50. *distinct.* vbi nec Clerico in Bello militanti licitum est occidere paganos, etsi infideles: ergo cum hoc statutum Iure Canonico non approbetur, & vicarius debeat iudicare secundum Canonicas sanctiones, non secundum laicalia statuta, bene dicit non
20 absoluendum, nisi satisfacta parte, vt *infrà*, & si est verum, prout verissimum saltem in foro Canonico, euidentem bannitum vigore statuti effici infamem, ex Baldo *in l. decuriones, num.* 30. *C. quibus ex causis infamia irrogetur*, qui dicit, quod licèt aliqua pœna corporali, vel pecuniaria non puniatur tamen est infamis infamia facti, post alios Chartarius *dict. dec.* 1. *num.* 15. vnde ad dignitates Ecclesiasticas non esse admittendum dicit Paschalis *part.* 4. *de patria potestate, cap.* 3. *numer.* 42. Melchior Lotterius *de re beneficiaria, lib.* 1. *quæst.* 44. *num.* 14. quod saltem de iure Canonico habere locum suprà diximus, vnde
21 DD. disputant an Clericus possit arma sumere contra bannitos, & foriudicatos pro defensione Reipublicæ; & dicunt, quod casu quo Patria Clerici esset obsessa à bannitis, qui non possint reprimi, tunc si vires laicorum non sufficiunt, poterunt pugnare Clerici contra bannitos, absque peccato, & metu irregularitatis, Genuensis *in praxi, cap.* 34. *num.* 16. de anno 1613. Danza *de pugna*, DD. *in tit. de sono Campanæ, cap.* 40. *num.* 41. nec est verum Clericos posse impunè occidere foriudicatum, quo ad pœnam temporalem, & non pœnam irregularitatis, vt dicebat Scialoya *cap.* 17. *num.* 8. cuius opinio est falsa si videas Chartarium, vbi *suprà decis.* 1. Neque possunt Clerici arma deferre contra Proditores, Decian. *lib.* 8. *cap.* 3. *num.* 24. Farinac. *quæst.* 108. *num.* 21. sed indultum concessum à Principe laico, comprehendit Clericum inquisitum in Curia laicali pro delicto, pro quo potest cognosci à iudice laico, aliàs secùs, Mastril.
22 *de indultu cap.* 3. *num.* 13. *& cap.* 29. *numer.* 16. Thorus *in supplemento, in verbo Clericus, fol.* 88. sic si quis occidat nulliter foriudicatum, & ignoret de nullitate prædicta, nec punitur Riccius *collect.* 291. contra Afflict. *in const. Regni pœnam eorum, num.* 28. & ibi Grammaticus *num.* 42. Viuius
23 *opin.* 290. sic si foriudicatus sit factus Clericus, vel Monachus, non exequitur contra eum sententia, sed remittitur ad suum iudicem Ecclesiasticum, DD. apud Scial. *cap.* 17. *num.* 9. *in fine:* ergo nulla est habenda ratio de hoc statuto in foro Canonico, in quo versantur, cum neque inter Clericos locum habeat, &c. digne ergo petit Vicarius Auersanus partis satisfactionem, vt absoluat.

24 Neque pro Murmuratoribus faciebat, quòd foriudicatus est hostis publicus, vt *in dict. constit. Regni, pœnam eorum*, diciturque Inquietator pacis, & quietis subditorum, nam aliquando ex causa foriudicationis subditorum relinquuntur artes, & eorum ministeria, Bald. *in l. obseruare, §. finali, ff. de offic. Proconsulis*, & propter foriudicatos augetur consuetudo delinquendi, & delictorum frequentia, Fabius de Monteforte *in praxi arbitraria, part.* 7. *quæst. vltima, num.* 42. & propter multitudinem foriudicatorum, & eorum potentiam delicta non puniuntur, & quando delicta non puniuntur, publica lætitia turbatur *l. nemo, vbi* Bald. *C. de Episcopali Audientia*, Grammatic. *decis.* 36. & Reipublicæ interest delicta puniri, *l. ita vulneratus, ff. ad l. Aquiliam* sed propter iustitiam boni lætantur, mali verò contristantur, vt experientia docet, ac tales foriudicati dicuntur contemptores Iustitiæ, & proditores, Grassatores, & Latrones, vt dicit Ioannes Grandis *de bello exulum, in prædicamento qualitatis, quæst.* 1. & dicuntur hostes ciuitatis, *l. Proditores, ff. de re militari*, Carolus Rota *concluf.* 9. *num.* 69. *in fine*, & in statu Ecclesiastico Banniti, reputantur hostes Reipublicæ, & rei læsæ Maiestatis, Farinac. *de consultoribus quæst,* 103. Scialoya *cap.* 16. *num.* 13. vnde insudandum est pro eorum prosequutione, vt capiantur, vt illis captis, Respublica remaneat libera, pacifica, & quieta. 25
Vnde quando habetur notitia de Bannitis, & Foriudicatis, debent pulsari Campanæ ad arma, & omnes ciues tenentur sumere arma ad prosequendos homines bannitos, & foriudicatos, *Pragm.* 1. *de prosequendis malefactoribus*, & ita etiam Romæ obseruatur, ex bulla Sixti V. de qua Farinac. *quæst.* 103. *num.* 15. & sic seruari in Cathalonia dicit Iacobus Cancerius, *var. resolut. part.* 3. *cap.* 50. *de sono emisso per totum*, exceptuantur minores decem, & octo annis, qui non tenentur prosequi, nec maiores sexaginta, qui nec etiam tenentur arma suscipere, & prosequi bannitos foriudicatos, &c. Farinac. *dict. quæst.* 103. *num.* 15. Carauita *capit.* 1. *numer.* 17. *de exulibus*, Rouitus *in pragm.* 1. *num.* 50. *de prosequendis malefactoribus*, & Officiales, & iudices, qui, contrà faciunt, puniuntur pœna scutorum mille, & alia pœna arbitraria, & tenentur ad refectionem damnorum factorum per dictos bannitos, & foriudicatos *de pragm.* 1. *de malefactoribus, & pragm.* 1. §. 50. *de exulibus*, si alij ciues contra faciunt non puniuntur *dict. pragm.* 1. vbi Rouit. *num.* 26. *de prosequendis malefactoribus*, nisi ingressu Officialis, vel alio tempore fiat emanatio banni modicæ quantitatis, per officiales, vt omnes teneantur exire armati tempore, quo pulsantur Campanæ ad arma, quia tunc contra facientes puniuntur ad quantitatem statutam in edicto prætorio, Regens Rouit. *in dict. pragm. num.* 27. *de prosequendis malefactoribus*, nec potest impediri, ne pulsetur Campana, sub prætextu irregularitatis, Baldazar de Angelis *in suo prato, suprà l. omnes, Cod. de defensoribus ciuitatis*, Genuensis *cap.* 34. & si Capitaneus habeat sufficientem numerum, vt illos prosequatur, non debet expectare alios ciues, nec eos punire, qui non venerunt, Capiblancus *in pragm.* 19. *num.* 16. *de Baronibus*, latè Scialoya, *cap.* 19. *num.* 4. *in fine*, qui latè *de Campana pulsu, eiusque requisitis* agit, & de pœna etiam, qui contraueniunt, & quia officialibus Regni 26
permittitur prosequi malefactores, etiam extra territorium, Ioannes Grandis *de Bello exulum in prædicamento* (vbi) *speciale* 12. sic officialibus Regiis, seu Præsulibus Prouinciarum etiam alterius Principis permissum est, vt possint per quin-

decim

decim milliaria ingredi etiam Prouinciam Eccleſiæ, & capere ibi malefactores, quod Baronibus non eſt licitum, *cap. Regni* 254. ſecus Baronibus, quibus hoc non eſt permiſſum, Nigr. *vbi ſupra*, ſed hodie vnuſquiſque poteſt ingredi territorium alterius iuriſdictionis proſequendis malefactoribus per viginti milliaria, *pragm. 3. de exulibus*, Ioannes Grandis *de bello exulum in prædicamento*, vbi, *quæſt.* 20. dummodo fiat percuſſio in ipſo delicto, vel in fuga, ſecus ſi delinquens poſt delictum ponat ſe in alio territorio, Bart. *in l. ſi quis fugitivus, ff. de ædilitio edict.* Marſil. *ſing.* 225. Rouitus *vbi ſupra in dict. pragm. 5. num.* 11. vbi de delicto quis conuenirideat Clar. *in §. finali, q.* 96. Danza *de pugna*, DD. *tom. 2. in tit. de armat. per Campan. capit. 5.* verum ſi in proſequutione
27 bannitorum fugiens in Eccleſiã, ab ea extrahi non poteſt, quia gaudet immunitate Eccleſiaſtica, etiam ſi eſſet inquiſitus de crimine recaptus, Fari. *de carcerat. quæſt.* 28. *num.* 47. Diana *part.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 21. Idem Farin. *de immunit. cap.* 2. *num.* 41. Sperel. *deciſ.* 104. *num.* 6. Peregr. *de immunit.*
28 *cap.* 5. *num.* 11. Thom. Delbene *lib.* 2. *de immunit. cap.* 16. *dub.* 12. ex his licet per Bullam Sixti V. inſertam, *in pragm.* 7. *de exulibus*, ſit diſpoſitum, vt exules, & banniti capi poſſunt intra Eccleſias, monaſteria, & Cellas, tam in ſtatu Eccleſiaſtico, quia in Regno Neapolitano, quod notat Ioannes Grandis *in prædicamento* vbi, *quæſt.* 2. *num.* 4. *& in prædicamento*, Pati, *quæſt.* 3. *ſpeciali* 18. quod idem in Cathalonia practicari dicit Canc. *lib.* 3. *var. cap.* 5. *num.* 5. tamen poſtea ſuperuenit Bulla Gregor. XIV. de anno 1591. quæ in ſpeciem reuocat Bullam Sixti V. & obſeruari iuſſit ſuam Bullam.

29 Reſponſio iam contra murmurantes prædictos facilis eſt; ſiquidem, licèt Bannitus, ſeu foriudicatus ſit hoſtis publicus, poſſitque impunè occidi, in vt argumento prædicto dicebatur, nihilominus, quia hoc eſt contra iura ſanguinis, quæ ſunt immutabilia iure Canonico omnino ſeruanda, propterea non poterit de ſupradictis haberi ratio in foro Canonico, vbi verſarmur; quia in eodem foro debet ius ſanguinis obſeruari: vnde cum re-
30 miſſio pertineat ad ſucceſſores ab inteſtato illius, qui occiſus eſt, quod etiam iure Regni practicatur, vt *in pragm.* 8. *de compoſitionibus*, Regens Sanfel. *deciſ.* 25. qui dicit, quod impetrans gratiæ executionem debet probare, quod remittens ſit proximior interfecti in gradum, aliàs executio gratiæ non erit probata; proximiores verò præferri debent remotioribus in nece defuncti, Farinac. *quæſt.* 13. *numer.* 16. qui dicit etiam proximiores præferri, dato, quòd non eſſent hæredes ipſius defuncti, cum hoc ius remittendi non ſit hæreditarium, nec competat ratione hæreditatis, ſed ſanguinis, & ſi concurrant filij, & vxor præferuntur filij, Paſchal. *part.* 2. *cap.* 2. *num.* 12. Franc. *dec.* 382. Foller. *in verb. audiantur excuſatores, num.* 90. Giurb. *conſ. crim.* 61. *num.* 14. Caſtil. *de vſufr. cap.* 40. *num.* 8. Tondut. *de præuen. cap.* 19. *num.* 12. *& ſeq.* Campana *de foriudicat. reſol.* 26. *num.* 14. Pilaia *in deciſ. Canon. tom.* 1. *lib.* 1. *tit.* 12. *num.* 111. Nec delinquens obtenta remiſſione filiorum, & non vxoris occiſi debet gaudere indultu, Theodor. *alleg.* 9. *in fine*, & licet Sanfel. *deciſ.* 26. dicat requiri remiſſionem vxoris ad gratiam, vel compoſitionem, tamen primam opinionem putant communiter veram; licet Reg. Valenz. *conſ.* 153. *vol.* 2. dicat quod vxor occiſi præſertim ſi ſit eius loci primo præfertur in accuſando, & remittendo de nece ſui viri, excluſis fratribus dicti occiſi, tamen contrarium deciſum fuit: ſic dicimus ſororem præferendam in accuſando, & remittendo de nece occiſi fratris, excluſa vxore dicti occiſi, refert Thor. *in ſupplemento, in verbo ius querelandi, fol.* 326. & licet Boër. *deciſ.* 233. dicat vxorem poſſe accuſare occiſorem ſui viri & Farinac. *quæſt.* 13. *n.* 14. *& ſequenti*, dicat ius accuſandi ſuper nece defuncti mariti competere vxori; imò ſi concurrat ex vna parte vxor ipſius occiſi, & ex alia concurrant hæredes ſeu conſanguinei, ipſa vxor non ſolùm in iure accuſandi ſed etiam remittendi præfertur dictis hæredibus & conſanguineis, vt ait Farin. *vbi ſupr.* quæ omnia procedunt de iure communi: nam 31
de iure regni non poſſunt procedere, etiam non exiſtentibus aliis conſanguineis mariti occiſi; nam licet de iure communi non exiſtentibus Agnatis, & cognatis mariti mortui, ipſa vxor ſuccedat ab inteſtato ipſi marito *l.* 1. *ff. & Cod. vnde vir, & vxor*, tamen in Regno coniuges non ſuccedunt, ſed à fiſco excluduntur, *conſtit. Regni, quæ incipit Dohana*, vbi Afflict. *num.* 9. Io. de Arnon *diſt.* 21. Capriol. *de ſucceſſ. ab inteſt. num.* 19. ideò hoc nunquam poſſet procedere in Regno, ſed Paſchal. *d. cap.* 1. *num.* 72. dicit cum communi Doctorum ſententia, quòd in Regno noſtro vxor admittitur in accuſando, & remittendo necem ſui viri, deficientibus agnatis ſui viri, vſque ad decimum gradum.

Sic dicimus quod ſi occiſus faciat extraneum 32
hæredem, ius remittendi competit conſanguineis occiſi, qui iure poterant ſuccedere ab inteſtato, excluſo extraneo hærede inſtituto in teſtam. Franc. *dec.* 611. Farin. *quæſt.* 13. *num.* 8. *& quæſt.* 14. *num.* 21. Reg. de Ponte *de poteſt. proregis, tit.* 1. §. 4. *num.* 17. ex quo remiſſio ſpurij occiſi non fit in patre, quia pater non ſuccedit, Farinac. *quæſt.* 11. *num.* 11. Paſchal. *dict. cap.* 1. *num.* 22. vſque *ad* 34. Nouar. *de electione fori, tom.* 1. *ſert.* 3. *quæſt.* 9. *numer.* 39. Rouitus *deciſ.* 25. qui ait ius vindicandi competere naturalibus, & illegitimis pro nece in perſonam alicuius de genere: vnde idem Nouar. *vbi ſupra part.* 2. *ſert.* 3. *quæſt.* 3. *in fine*, ex hoc infert quod competit priuilegium eligendi Regia Tribunalia miſerabilibus, & priuilegiatis perſonis, licet naturales, & illegitimi ſint; ſi agant pro nece in perſonam alicuius de genere Thor. *in compend. tom.* 3. *fol.* 361. ſic vidua eligit Regia Tribunalia pro nece nepotis ſpurij, vt deciſum refert Rouit. *dec.* 25.

Sic filio exhæredato, vel repudiante hæreditatem patris occiſi competit actio querelandi de nece patris, Reg. de Ponte, *vbi ſupra* §. 4. *num.* 21. Farinac. *quæſt.* 13. *num.* 3. *& quæſt.* 14. *num.* 19. Quia 33
verò per conſtitutionem Regni in aliquibus, filiæ fœminæ excluduntur per maſculos à ſucceſſione parentum, ſcilicet in bonis tam patris, quàm matris, Capic. Latr. *dec.* 135. *part.* 2. ideò filij maſculi præferuntur in amittendo necem parentum, excluſis filialibus, Ricc. *collect.* 776. *& collect.* 2080. *& part.* 2. *dec.* 107. Paſchal. *part.* 2. *cap.* 1. *num.* 8. Capibl. *de Baronib. part.* 2. *cap.* 18. *num.* 13. & etiam filia, quæ renunciauit bonis fraternis, non admittitur ad necem, neque ad remittendum pro morte fratris, ſed alij fratres, excluſa ſorore, quæ renunciauit, Regens de Ponte §. 4. *numer.* 28. Sanfelic. *dec.* 27. Thorus *in ſupplemento in verbo vidua*, & ſi concurrat mater, & vxor occiſi, in accuſando, & remittendo, quia mater ſuccedit filio, *Auth. defuncto ad Tertullianum*, ideò

mater

mater præfertur in remittendo, Capiblancus *dict. tom.2.cap.28.per totum.*

34 Quod si iure communi concurrat, & pater, & soror occisi, ipse pater præfertur ratione patriæ potestatis, exclusa sorore,sed si pater sit negligens in accusando de nece filij, tunc soror ipsa admittitur in accusando de nece fratris, Gloss. & Barth. *in l. & vxor, Cod. qui accusare non possunt*, Franchus *decis.*100. *num.*7. Baiardus ad Clarum *in §.finali,quæst.*15.*num.*6. at in Regno tam mater, quam pater, & fratres, ac sorores occisi admittuntur ad faciendam remissionem, cum omnes succedant in bonis ipsius occisi *dict.auth.defuncto, Cod.ad Tertullianum*, Capiblancus *tom.2.cap.*44. *num.*15.inde si remissio sit facta à matre, & non à patre,& fratribus occisi de dicta remissione occisi non gaudet indultu,& Regens Sanfelicius *d.*283.

Neque creditores occisi possunt molestare fi-
35 lium pro pecunia habita de nece Patris, si ipse filius non sit hæres Patris, vel si sit hæres, sed cum beneficio legis, & inuentarij, non actio remittendi competit filio, non vti hæredi Patris, sed vt hæredi sanguinis *dict.pragm.*8. vnde creditores hæreditarij non possunt molestare filium pro pecunia habita de nece Patris, ita decisum refert Regens Rouitus *in dict.pragm.*8. *num.*59. licet contrarium dicat Regens Sanfelic. *decis.*27. *num.* 34. sed secundùm opinionem Rouiti, tenet Follerius ad Marantam *part.*4.*distinct.*9.*num.*138. Paschalils *part.* 2. *cap.* 1. *num.* 6. Scaglionus *in pragm.*1. *num.*26. *de comp.*

Sic frater vtrimque coniunctus succedit fratri
36 vtrimque coniuncto,exclusis fratribus ex vno latere coniunctis,vt dicunt DD.*in Auth.post fratres, Codic. de legitimis hæredibus, Authentic. cessante, C. com.de succes.* Caprilis *de successionib. ab intest. lib.* 3.*num.*119. sic occiso fratre vtrimque coniuncto, alter vtrimque coniunctus admittitur ad querelandum, Farinac. & alij apud Paschal. *de patr.potest.loco citato.*

37 Sic compater potest accusare occisorem sui compatris, Petrus Garsia de Toledo *decis.* 37. Riccius *dec.* 133.*num.* 4. Baiardus ad Clarum *in dict. §.finali quæst.*14.*num.* 48. sed si consanguinea sit occisa, posset consanguinea & comma-
38 ter præferri consanguineæ non commatri, si persona incerta sit occisa, potest haberi absolutio, sub conditione quando comparuerit,&c. Paschal. *part.*1. *de patr. potest. cap.* 1.*num.*96. sed si Monachus occidatur, haberi debet remissio à consanguineis, non à Monasterio, Regens Rouitus *vbi suprà num.*18.Thorus *in compendio tom.*3. *in verb. remissio* Scialoa *cap.*24. *num.*44.

39 In casu verò nostro differt remissio, seu satisfactio in foro externo, à remissione, seu satisfactione, aut restitutione in foro conscientiæ: etenim remissio in foro externo est illa, quæ requiritur ad pacem habendam in eodem foro quæ cum sit opus iustitiæ à bonis petoptata, & à multis neglecta, Ferrettus *de re militari,in tit. de feriis,num.*150. & vbi non est pax,ibi non est Trinitas, & ideo scribitur tribus litteris. P, significat Patrem, secunda littera A, significat almum,
40 & tertia littera X. significans Christum, vt bene Francus *dec.*525. *num.*20.& sic remissio fit ad pacem, *ex pragm.*1. *de remissionib. pragm.*6. *de compos.*& fit remissio post commissum delictum, & debet fieri per principalem, & coram officiali loci, videlicet recipi debet per actuarios in capita, non autem per scribas *pragm.*19. *de officio Magistri iustitiarij*, §.16. & remittens interrogatur, &

tenetur respondere, iuxta notata *in pragm.*2. *de officio Magistri iustitiarij* §.32. Capiblancus *de Baronibus tom.*1. *pragm.*22. *& in pragm.* 6. *num.* 12. Carauita *in ritu* 275.& potest fieri per Notarium publicum,& cum Iudice loci,*prag.fin.de compos.*

Quæ quidem partis remissio solet fieri cum clausula apponi solita, dummodo non accedat 41
ad propriam patriam, vel ad patriam partis offensæ, & dummodo delictum non sit commissum in Ciuitate, aut eius subvrbiis, & dummodo guidatus non ingrediatur Ciuitatem Neapolitanam, vt pluries decisum refert Danza *de Guidatico cap.* 20.*& in pragm. vnica,num.* 11. *de officio Auditoris Generalis*, & apponi solet, dummodo non accedat ad locum partis offensæ,cui scilicet competit successio ab intestato, Paschal. *de patria potestate part.*4. *cap.*3. *num.* 24. Danza *de Guidatico, cap.* 50. *vers. quo ad tertium*, & latè Scialoa *cap.*23. *de foriudicatione, num.*38.

Hinc clericum percutiens non potest absolui, 42
nisi parte concordata, & satisfacta, *cap. Paræciani, cap.ea noscitur, cap. quamvis de sentent. excommunic.* & si aliquis Monachum percutiat, absolui non debet, nisi prius obtempta remissione Abbatis Monasterij, Ricc. *resol.* 341.*part.* 3. Pilaia *in dict. decis. can. lib.*1. *tit.fin. num.* 111. Laicus si percutiat clericum, & ab eo petit veniam, & offerat satisfacere clerico percussori, si ipse clericus nolit cum percussore reconciliari, poterit absolui percussor,Genuensis *in praxi cap.* 28.*numer.*6.sed contrarium tenet Riccius *dec.*86.*par.*1. Iniuria facta Monacho remitti debet per Monasterium, non per proximiores Monachi, (nisi occidatur,quia tunc pertinet ad proximiores) ita 43
Bossius *in practica criminali in tit. de pace*, quod si Monialis sit rapta à Monasterio remissio debet fieri à Papa, DD. citati; Maritus verò iniuriam factam vxori non potest remittere viua vxore; secus ea mortua, Riccius *decis.* 18. *part.*3. si non adsint consanguinei vxoris, quia illis existentibus vsque ad decimum gradum, *ex l.* 1. *C. vnde vir, & vxor*, & quod actio remittendi iniuriam factam vxori, spectet ad maritum, tenet Riccius sibi contrarius *in praxi fori, Ecclesiastici,resol.* 38. *part.* 1. Nouarius *in praxi electionis fori, tom.* 1. *sect.* 23. *quæst.* 3. *num.* 19. & sufficit sola remissio mariti, nec requiritur remissio mulieris adulteræ, Gaballus *resolut. criminal. resol.*245.*à num.*1. *vsque ad finem*, D.Merlin.1.*tom.contr. for.cap.*58. at in crimine raptus requiritur remissio mariti, & vxoris raptæ, vt benè Gaballus, *vbi suprà.*

Filio verò familias, si fiat iniuria, tunc actio
accusandi, & remittendi competit patri, etiam 44
inuito filio, *l.sed si vxor*, §. *filiusfamilias*, vbi Barth. *ff.de iure iurando*, Glossa,Bartholus, & Baldus *in l. in personam, ff. de pactis*, Boss. *in tit. de pace, num.*16. latè Paschalis *de patria potest.part.* 1. *capit.*10. Mastrill. *lib.*1. *cap.* 34. *numer.*75. Farinac. *quæst.*14. *num.* 34. *cum seqq.* Fachin. *lib.*9. *cap.*41. quod intellige siue iniuria descendat, ex lege prætoria,siue ciuili *ex l.Cornelia*,Boërius *dec.*201. Viuius *lib.* 3. *opin.* 216. sed veritas est, quod conclusio procedit in iniuria facta filio familias de iure prætorio, secus si de iure ciuili *ex l. Cornelia de sicariis*, & hanc pater non potest remittere,Franc. *decis.*715. Regens Rouit. *in pragm.*5. *num.*57. *de abolitionibus,& in dec.*40. *num.*6. & 11. Nellus de Bañitis 3. *part. tempore* 20. *num.* 47. Farinacius *quæst.* 14. *post num.* 37. in filio verò emancipato, non est necessaria patris remissio,sed sufficit filij, Farinac.*de variis cognitionibus,quæst.*105.*inspect.*6.

num. 259. *& ſeq.* Idem Farinac. *dict. quæſt.* 14. *numer.* 40. vbi *num. ſeq.* dicit matrem non poſſe remittere iniuriam factam filio à coniuncta perſona, Ioannes Arnonus *dialogo* 48. Capiblanc. *de Baronib. in pragm.* 3. *num.* 13. *&* 14. ſed ſi Pater occidat vxorem, non ſufficit ſuorum filiorum remiſſio, vt 45 Pater gaudeat gratia pro homicidio prædicto, ſed requiritur conſenſus proximiorum ipſius vxoris interfectæ, Gaballus *caſu* 58. Boſſius *de Pace num.* 21. Farinac. *quæſt.* 14. *num.* 47. Maſtrillus *dec.* 24. *num.* 79. vbi *num. ſeq.* dicit, quod vbi filij ſint maiores, vel ſi habitarent ſeorſim à Patre, vel ſi ſint emancipati, vel mater propter adulterium eſt interfecta, & tunc ſufficit remiſſio filiorum tantum, & ſi vxor occidat maritum, dicit Maſtrillus *vbi ſuprà n.* 81. non ſufficere remiſſionem communiorum filiorum, vt tenet Farinac. *d. quæſt.* 14. *num.* 47. *in fine*, & quibus perſonis competat ius querelandi, & remittendi, explicat latè Paſchal. *de patr. poteſt. part.* 2. *cap.* 1.

46 Caſu verò quo filius occiſi ſit Pupillus, tunc cum authoritate Tutoris, pupillus facit remiſſionem cum Iudicis decreto, Arnonus *coment.* 18. Paſchalis *vbi ſuprà cap.* 1. *num.* 80. *cum pluribus ſequentibus*, quod ſi pupillus ſit infans, tunc ipſe Tutor an decreto Iudicis poteſt remittere; Follerius *in pragm. de foriudicatis, num.* 28. Gaballus *d. caſu* 58. *num.* 8. Maſtrillus *cap.* 24. *num.* 61. Paſchalis *d. cap.* 1. *num.* 81. & quod Tutor non poſſit querelam pupillo competentem remittere abſque decreto Iudicis, & iuſta exiſtente cauſa, dicunt DD. *in l. pactum curatoris, C. de pactis*, Franc. *dec.* 535. Maſtrillus *de indultu, cap.* 24. *numer.* 62. & Carauita *in ritu* 275. *num.* 19. *cum pluribus ſeqq.*

47 vbi *num.* 23. *& ſeq.* dicit quod ſi Tutor non confecit inuentarium, & non ſatisdedit, ſi tamē remiſit cum decreto iudicis, & cauſa cognita, remiſſio tenet, nec annullabitur. Idem tenet Maſtrillus *d. cap.* 24. *num.* 64. & Tutor ad faciendam remiſſionem debet eſſe generalis, DD. *in §. certa Inſtit. qui teſt. tutor. dari poſſint*, Iulius Clarus *in §. finali, quæſt.* 58. Maſtrill. *cap.* 24. *num.* 64. alij putant ſufficere tutorem fuiſſe datum ad illum actum tantùm faciendi remiſſionem, ita Boſſius *de pace num.* 14. quæ opinio procedit, quando decretum

48 Iudicis acceſſerit, Farinac. *quæſt.* 15. *num.* 61. ſed curator ventri relictus non poteſt facere remiſſionem nomine poſthumi antequam poſthumus naſcatur, *l. poſthumo, C. de collationibus*, Bald. *in l.* 2. *§. finali, ff. de teſtam. tutel.* Farinac. *quæſt.* 13. *num.* 28. Arnonus *cautela* 72. alij dicunt remiſſionem factam à minore cum authoritate tutoris ſine decreto iudicis valere, vt latè Maſtrill. *de indultu, cap.* 24. *num.* 65. & Fachineus *lib.* 9. *cap.* 43. licèt oppoſitum teneat, Gutierrez *de tutelis p.* 2. *capit.* 7. *à numer.* 6. vſque ad *numer.* 16. & à fortiori valet remiſſio per impuberem doli capacem, cum iuramento, & authoritate tutoris, Carauita *in ritu* 275. *num.* 20. ſic etiam remiſſio facta à tutore de nece defuncti, ipſo defuncto mandante, etiam abſque ſolemnitate à iure requiſita valet, Vrſill. ad Afflict. *dec.* 262. *num.* 78. Riccius *collect.* 2080. Thorus *in verbo remiſſio tom.* 1. Danza *de pugna* DD. *tom.* 2. *de remiſſ. partium cap.* 1. *numer.* 13. facit textus *in l. magis puto, §. ſi fundum, & l. finali, ff. de reb. eorum, l.* 1. *l. prædium, C. quando decreto opus non eſt.*

49 Ex quibus infertur, quod in facto de quo dubitamus remiſſionem à parte habendam non eſſe in foriudicato occiſo certiſſimi iuris eſt, eo quod ius querelandi non habet vllus ex conſanguineis foriudicati occiſi verſa vice, quia ius querelandi, & remittendi, fundatur in iure ſanguinis, etiam ſi non ſint hæredes defuncti, Farin. *quæſt.* 13. *de accuſat. num.* 2. *& quæſt.* 14. *n.* 19. & illis competit, quibus competit ſucceſſio, Sanfel. *deciſ.* 25. Scialoya *de foriudicat. cap.* 24. 50 *num.* 33. & licèt foriudicatus habeatur pro mortuo tamen poteſt accuſare vxorem de adulterio. Amendola ad Francum *deciſ.* 240. *num.* 3. ſed in aliis criminibus ipſe foriudicatus non poteſt accuſare Scialoya *cap.* 14. *num.* 46. & licèt habeatur pro mortuo, tamen ſi dedit rem in emphyteuſim, vel in feudum, & feudatarius intendat alienare rem feudalem, ad hoc requiritur aſſenſus Domini foriudicati, vel excommunicati, Curtius Iunior *part.* 4. *de feudis à n.* 116. Scialoya *cap.* 14. *à num.* 46. & quod bannitus poſſit contrahere, & ex contractu ſe obligare, Farinac. *quæſt.* 102. *num.* 23. & etiam deportatus, & citat Farinacius textum *in l. quidam ſunt, in fine ff. de pœnis*, contrarium dicit Campana, & de Virgilio apud Scialoyam *cap.* 14. *num.* 46. quia quoad actus, & forum ciuile debet ſeruari ius Regni, ſcilicet ob bannitos occiſos non eſſe habendā ſatisfactionem à parte læſa, at cùm in caſu noſtro ſummus in foro Canonico, non ciuili curandumd e ſatisfactione facienda parti, non de remiſſione ſolemni habenda.

Vnde P. Alphonſus de Leone *de cenſuris recollect.* 2. *fol.* 206. *in tit. de abſolut. non promiſſa ſatisfactione partis num.* 328. dicit poſt Suarez, Boſſium, & alios, quod ſatisfacere ſumitur pro reſtituere honorem, famam, vel pecuniam, *ex cap.* 2. *de ſententia excommunicationis*, vbi nullus abſoluitur à ſententia excommunicationis, niſi ſatisfacta parte, niſi per partem reſtaret, vt non acceptaret congruentem ſatisfactionem, ſed id facit ad vexandum excommunicatum, quia tunc poterit abſolui præſtita tantum cautione, Genuenſis *cap.* 23. & idem dico ſi conſtet Reum non poſſe parti ſatisfacere quia abſoluitur præſtita cautione, Leone *vbi ſup. num.* 951.

Et reſtitutio eſt facienda hæredibus neceſſariis, putà filiis non verò aliis, ſicque filiis & vxori, Leſſius *lib.* 20. *cap. ſi reum* 11. quia talis hæredis reſtitutio ex homicidio, titulo expenſarum in curatione, &c. debetur hæredibus, ſiue neceſſariis, ſiue non, quia ad hæc habebat ius occiſus ante mortem, & in iuribus debitis defuncti ſuccedunt hæredes & extranei, Diana *p.* 5. *tract.* 4. *reſol.* 10.

Sub titulo autem alimentorum, quæ debe- 51 bantur ab occiſo, facienda eſt ſolum hæredibus neceſſariis, nempe filiis & parentibus, ac vxori, Imò ſi vxor æquè commodè poteſt alimentari, nec vllum pateretur detrimentum, non erit ei aliquid reſtituendum; vt ait Filliuccius *tom.* 20. *tract.* 38. *cap.* 20. *numer.* 207. & Trullench. *in præcepta decalogi tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 8. *numer.* 3. quod idem dicunt de parentibus, quia ſi filius occiſi aliquid præſtabat, alimentum erit dandum 52 ab occiſoribus, ſed ſi nihil præſtabat, nihil parentibus eſt reſtituendum, aliis verò creditoribus, amicis, vel familiaribus nullatenus tenetur reſtituere occidens, vt latè Diana *part.* 3. *tract.* 6. *reſol.* 22. *& part.* 5. *tract.* 4. *reſol.* 59. *& in ſumma fol.* 482. *de reſtitutione in particulari ob homicidium, &c.*

Cum ergo Sarnetanus cum ſuis occiderit il- 53 lum ſcilicet filium N. qui filius nihil Patri, vel Matri ſubminiſtrabat, imò qui ob plura facino-

ra fuerat declaratus foriudicatus, signum est quod nihil possit consequi Pater eius, nec consequuturus fuisset, ergo nihil restituendum, &c. ergo poterit absolui simpliciter: quod si passus esset damnum Pater, &c. tunc tale damnum debet probari, & deinde absolui, latè D. Maranta *resp. 6. tom. 2. per tot.* In casu ergo nostro sic practicandum, quod fuit practicatum ab Episcopo Licien si, & Materano, vbi inquisiti duo, & suspensi, ex quo occiderant aliquem bannitum, quia non erant personæ cognitæ.

DISCEPTATIO XXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Facti species enarratur prout ex processu.*
2 *Controuersiæ status disputandæ enucleatur.*
3 *Homicidij cum qualitate asserti, oportet probari qualitas.*
4 *Fiscus in præsenti non stat in probatis Clericum Andream commisisse homicidium.*
5 *Vulnerato non creditur, si asserat fuisse vulneratum à Titio.*
6 *Quod ampliatur etiam si assertio fuisset facta in articulo mortis.*
7 *Assertio vulnerati de consuetudine facit indicium ad inquirendum.*
8 *Testes in causa criminali debent esse omni exceptione maiores.*
9 *Mulier non admittitur vt testis in criminalibus.*
10 *Processus informatiuus quid sit.*
11 *Processus informatiuus plures habet partes, & quæ sint.*
12 *Testes pro informatione Curiæ tripliciter possunt considerari.*
13 *Testes pro informatione Curiæ sufficiunt ad faciendum Reum contumacem.*
14 *Processus informatiuus importat quandam figuram iudicij.*
15 *Testes examinati sine iuramento non dicuntur Testes.*
16 *Testes si noluerint iurare, possunt cogi, mediate tortura.*
17 *Testes, & articuli pro probanda negatiua quomodo sint producendi.*
18 *Processus informatiuus non requirit iurisdictionem in fabricante.*
19 *Processus informatiuus per iudicem laicum factus contra Clericum quid importet.*
20 *Ecclesiasticus non tenetur stare processui iudicis laici contra Clericum.*
21 *Processu informatiuo concurrente cum defensiuo, standum est defensiuo.*
22 *Irreuerentia inquisiti probatur per vnum Testem.*
23 *Probationes pro Reo sunt magis fauorabiles, quàm pro Actore.*
24 *Probationes pro Reo sunt ampliandæ.*
25 *Testes deponentes pro exclusione delicti, præferuntur Testibus pro inclusione.*
26 *Iudex facilior esse debet ad absoluendum, quàm ad condemnandum.*
27 *Testes pro defensionibus admittuntur fratres, domestici, & consanguinei, licèt simul habitent.*
28 *Mulieres non probant delictum commissum.*
29 *Exculpatio offensi tollit omnia indicia contra inquisitum.*
30 *Homicidium iure canonico punitur pœna depositionis.*
31 *Homicidij pœna ordinaria qualiter euitetur.*
32 *Irregularitas quid sit, & vnde dicatur.*
33 *Homicidium pro defensione non causat irregularitatem.*
34 *Homicidium, vel mutilatio si fiat præueniendo offensorem, non producit irregularitatem.*
35 *Irregularis non est adulter si maritum occidat sibi inuadentem.*
36 *Occidens in bello iniusto pro defensione, nullam incurrit Irregularitatem.*
37 *Irregularis non fit prouocans ad pugnam, & offendens cum moderamine inculpatæ tutelæ.*
38 *Fur occidendo Dominum se defendendo non fit irregularis.*
39 *Offendens Ministros, vt eripiat ab eis, illisque eum inuadentibus non fit irregularis.*
40 *Homicidium, de quo in præsenti, an fuerit cum moderamine inculpatæ tutelæ.*
41 *Homicidium commissum sine moderamine inculpatæ tutelæ, non producit irregularitatem.*
42 *Dubium facti homicidij, an producat irregularitatem.*
43 *Textus* in cap. significasti, & cap. ad Audientiam de homicidio *qualiter procedat.*
44 *Iura suprà allegata an procedant in foro conscientiæ, & an in aliis materiis.*
45 *Textus* in cap. ad Audientiam *non loquitur in dubio, sed in re certa.*
46 *Textus* in capit. significasti 18. §. quod si discerni de homicidio *procedit in re certa.*
47 *Textus* in cap. penult. de homicidio *procedit in re certa.*
48 *Stylus datariæ, & pœnitentiariæ circa iura suprà adducta sequitur communem opinionem.*
49 *Dubius de irregularitate debet se abstinere à ministerio Altaris.*
50 *Irregularitas numquam incurritur, nisi in casibus à Iure expressis.*
51 *Textus* in cap. 15. qui, de sent. excomm. in 6. *qualiter procedat.*
52 *Dubius facti homicidij vtrum in vtroque foro sit irregularis.*
53 *Sententia Iudicis, vel declaratio vtrum sit necessaria in dubio facti homicidij.*
54 *Irregularitas in dubio facti homicidij non est totalis, sed integralis.*
55 *Dubius an aliquem mutilauerit non censeri debet irregularis.*
56 *Poculum præbens fœminæ grauidæ ad finem abortiendi est irregularis, si dubitetur an fœtus sit animatus.*
57 *Dubius de homicidio consulto vtrum sit irregularis.*
58 *Pluribus percutientibus omnes debent se gerere vti irregulares, si non constet de quo vulnere sit mortuus percussus.*
59 *Quod procedit etiam quando occiduntur latrones publici.*
60 *Pluribus percutientibus quisnam ex eis dicatur irregularis, si vnus primo leuiter percusserit.*
61 *Irregularis quisnam sit quando ex pluribus vexantibus non constat quis vulnerauerit.*
62 *Homicidium commissum à pluribus, à quo præsumatur commissum.*

63 *Textus* in cap. ſignificaſti, *requirens moderamen inculpatæ tutelæ pro euadenda irregularitate qualiter intelligatur.*

64 *Irregularitas contracta per exceſſum moderaminis diſpenſatur ab Epiſcopo.*

65 *Moderamen inculpatæ tutelæ qualiter probetur.*

ARGVMENTVM.

Text. in cap. ad Audientiam, & in cap. ſignificaſti 18. de homicidio *qualiter procedant, vt in dubio facti homicidij quis præſumatur irregularis? Homicidium neceſſe eſt, vt probetur, nec ſufficit probari per Teſtes in proceſſu informatiuo examinatos præſertim ſi ſint fœminæ, & aliter conſtet ex proceſſu defenſiuo? Proceſſus informatiuus quid ſit, & quas partes contineat? Factus per Iudicem incompetentem ad quid proſit? Probationes pro Reo, vtpotè fauorabiles ſunt ampliandæ? Teſtes in defenſionibus quales admittantur? Homicidium iure Canonico quomodo, & qualiter puniatur? Irregularitas quid ſit, & an incurratur in homicidio commiſſo pro defenſione, & quid ſi defenſio fiat cum exceſſu moderaminis inculpatæ tutelæ, vel ſi fiat poſt opus illicitum.*

PRO

Clerico Andrea Martuccio.

CVM

Reuerendiſſ. Promoto Fiſcale eiuſdem Curiæ.

1 SVB die 18. Septembris 1669. dum in eorum domo commorabantur Iſabella Mater Marinæ de Felice cum eadem Marina in cortili venit ad eam vocandam (vt dicunt Teſtes pro Fiſco) Clericus Andreas de Martuccio, qui (vt aiunt) dixit Iſabellæ, quod volebat quoddam inſtrumentum armorum, vulgò dicto Archibuggietto, quod accommodauerat Antonio de Felice filio dictæ Iſabellæ, cui reſpondit Iſabella, Antonium eius filium dominum eſſe, cui venienti poſteà dari iuſſiſſet, in quo replicauit Clericus Andreas, quod tunc volebat, ſtante quod Antonius de Felice illud reliquerat in domo, cui reſpondit Iſabella, vt domum aſcenderet, ad finem videndi, & quærendi, ſi exiſteret inſtrumentum prædictum, ob quod Clericus Andreas Iſabellæ domum aſcendit, & cum nihil inueniſſet, à domo deſcendit, quod videns Marina Iſabellæ filia dixit (ſcil. Andrea *queſto perche lo fai*) cui reſpondit Clericus Andreas, id facio ex mea voluptate (*cioè per guſto*) & poſt deſcenſum duo pugna dedit dictæ Marinæ, quæ accepit quamdam varram, vt daret dicto Clerico Andreæ, ſeu vt illum percuteret, qui ex hoc extraxit longum cultrum, quem gerebat, & percuſſit brachium, ſeu ſpallam ſiniſtram dictæ Iſabellæ, & poſtea eodem tempore acceſſit contra Marinam, eamque percuſſit pluribus ictibus eiuſdem cultri, & aufugit, & Marina mortua remanſit; Aufugit verò Clericus Andreas cum cultro in propriis manibus.

Cauſa verò vulneris Iſabellæ, & mortis Marinæ præſumitur ab aliquibus teſtibus pro Fiſco, quod dictus Clericus Andreas Martuccius per ſex menſes antea cognoſcebat carnaliter dictam Marinam, clauſtra tamen non violando, & quia dicta Marina, & Iſabella Mater nolebant amplius, vt accederet ad eorum domum dictus Clericus Andreas, qui non obſtante dicta prohibitione accedere volebat, propterea ex odio & zelotypia commiſit talem exceſſum vulneris Iſabellæ, & mortis Marinæ.

Hoc factum ſic ſucceſſiſſe deponit Iſabella Mancino principalis offenſa *fol.* 1. Vinc. Bruno *fol.* 6. Agneſia Grandis *fol.* 9. Antonia de Roſa *fol.* 9. quæ deponunt factum vt ſuprà de viſu.

Secundò deponunt Donatus Pomella *fol.* 3. & Ioſeph dello Core *fol.* 21. *à ter.* deponunt in genere de vulnere facto in perſonam Iſabellæ, Laurentius de Flore *fol.* 3. *à ter.* Ioſeph della Corte *fol.* 4. donatus Pomella *fol.* 4. *à ter.* deponunt in genere de homicidio facto n perſonam Marinæ de Felice, Benedictus Trabucco *fol.* 12. Ioannes Bortonus *fol.* 14. Paulus Trabuccus *fol.* 12. Bartholomeus de Arria *fol.* 16. Pompeus de Dom. *fol.* 17. *à ter.* Petrus Caſcella *fol.* 19. deponunt de auditu, de publica voce, &. fama, & etiam de auditu, quod Andreas inquiſitus ſe refugiauerit intra Eccleſiam mortuorum.

Paulus Trabuccus *fol.* 15. deponit de viſu, quod dictus Clericus Andreas Martuccius, fuit à ſe viſus exire de domo dictæ Iſabellæ, cum cultro *alla Genoueſe* in manibus, quaſi demortuus vulgò sbigettito.

Adducitur fides Magiſtri Actorum Curiæ Eccleſiaſticæ Auerſanæ *fol.* 21. quæ dicit, quòd 19. Septembris 1669. extraxit dictum Clericum Andream ab Eccleſia Fratrum Carmelitanorum, & ſuper eius perſonam inuenit cultrum alla Genoueſe, in cuius manica erat macula ſanguinis, & ſic fuit carceratus.

Nec non adducitur fides Sacriſtæ, S. Mariæ Montis Carmeli Auerſæ, *fol.* 23. qua dicitur, quod die 29. Maij 1670. fuit dictus Clericus Andreas repoſitus in eadem Eccleſia Montis Carmeli.

Pro eodem Clerico Martuccio primo habemus, quod ſponte ſe præſentat die 30. Maij 1670. vt apparet *fol.* 24. & in depoſitione ſui conſtituti dicit ſe non commiſiſſe dictum homicidium, & quod currit ad rumorem, dum fuit occiſa Marina, quam inuenit mortuam, & prope eam inuenit quemdam cultrum alla Genoueſe ſuper terram, & quia aderat bona quædam manica, ideo illum accepit, & cum hoc cultro mane ſequenti ſtabat ipſe in Eccleſia S. Mariæ montis Carmeli vt Miſſam audiret, & dum ab

ea

ea fuit extractus, & inuentus cum eodem cultro, negat se habuisse commercium carnale cum dicta Marina, & idem in suis defensionibus pro Testibus nominat Antonium Panzeram *fol.* 36. Gasparem Bullo *fol.* 38. Lucam della Corte *fol.* 40. & Ioseph Panzeram *fol.* 42. qui deponunt totum, quod Clericus Andreas confessus est in depositione.

2 Proposita hac facti specie, difficultas oritur à me examinanda, vtrum dictus Clericus Andreas incurrerit irregularitatem, pro quo duo sunt examinanda: primo vtrum delictum, de quo hic sit probatum, commissum fuisse à dicto Clerico Andrea, in personam dictæ Marinæ, vel potius hoc sit dubium quo etiam casu, iuxta communem incurritur irregularis. Secundo dato quod sit probatum homicidium, vtrum sit irregularis Clericus Andreas Martuccius.

In qua difficultate eruenda Respondeo in nullo casu ex supradictis irregularitatem incurrisse.

3 Probatur primò, quia certum est homicidium irregularitatem causare, vt infrà, dummodo tamen sit probatum à Fisco, vel ab accusatore, & qui dixerit fuisse homicidium deliberatum, illam qualitatem probare debet Bart. *in l.* 1. §. *ait Prætor, ff. ne quid in flumine publico, & in l.* 2. §. *diem, ff. quemadmodum testamenta aperiantur*, & post Marsilium, Bossium, & alios ita dixit Vulpellus *cons. crim.* 127. Menoch. *de arbitr. casu* 361. *num.* 23. Baiardus ad Clarum *in* §. *homicidium, num.* 16. Surdus *cons.* 33. *lib.* 1. vnde dicunt communiter nostri, quod non solum substantia, imò qualitas animi deliberati deducta in inquisitione probanda est, qua non probata, corruit inquisitio, Giurba *cons. crim.* 2. *num.* 15. & 16. & *cons.* 63. *num.* 4. Farinacius *de pœnis temperandis quæst.* 96. *numer.* 75. & *in tract. de homicidio, quæst.* 126. *n.* 106. Gaballus *de homicidio, n.* 385. Flamin. Chartarius *in tract. de execut. sentent. c.* 1. *num.* 367. Chartarius filius *decis.* 4. *num.* 2. coniecturæ verò quæ sufficiunt ad probandum homicidium fuisse commissum animo deliberato ponit Chartar. filius *dict. dec.* 4. *per totum, cum ergo* in præsenti Fiscus non stet in probatis, quod 4 Clericus Andreas Martuccius Marinam occideret, vt infrà probauimus, consequenter dicendum est nullam irregularitatem fuisse commissam ab eo, quem non constat homicidium perpetrasse.

Quod adeò verum, est vt non credatur vulnerato 5 dicenti se fuisse vulneratum à tali, *l. si quis in graui*, §. *si quis moriens, ff. ad Syllanianum*, quod procedit etiamsi vulneratus in articulo mortis inculparet aliquem, vt per Glossam *in d.* §. *si quis*, Menoch. *cons.* 39. *num.* 67. 68. & 69. *lib.* 1. Muta *decis.* 26. *num.* 6. nec huiusmodi as- 6 sertio facta in articulo mortis facit indicium ad torturam ex Bart. Bald. Alberic. & Romano *in dict.* §. *si quis moriens, ff. ad Syllan.* Grammaticus, *decis.* 57. *n.* 13. & *seq.* Gomes. *tom.* 3. *var. c.* 13. *in Rubrica de tortura post num.* 16. Clar. *in* § *finali, quæst.* 21. Scappa *lib.* 5. *de Iure non scripto c.* 93. *num.* 17. Mascard. *concluf.* 1129. Farinac. *de indiciis ad torturam quæst.* 46. *num.* 7. & *seq.* communem esse opinionem testatur Gaballus *cons.* 200. *num.* 124. de consuetudine tamen dictum vulne- 7 rati facit indicium ad inquirendum, idest ad capiendam informationem, de qua consuetudine testantur Iulius Clar. Scappa, & Mascardus *vbi suprà*, sunt tamen plures casus, in quibus non facit indicium ad inquirendum præsertim quando fuisset accusator, quia iura prorsus abhorrent, quòd quis sit accusator, & testis in causa propria, *cap. forus* §. *in omni de verbor. signific.* Gloss. *in l. si quis in indicio, ff. de accusat. l. Diui, ff. de accusat.* Farinacius *dict. quæst.* 46. *num.* 43. & *seq.*

Probatur secundo quia testes in causa crimi- 8 nali debent esse idonei, & omni exceptione maiores, Bald. *in l. fin. num.* 4. *C. de probat.* Franciscus Marcus *dec.* 285. *num.* 4. *lib.* 2. Peguera *decis.* 17. *num.* 38. Bursat. qui de communi testatur, *cons.* 116. *num.* 39. & *cons.* 359. *num.* 34. Farinac. *de indic. ad torturam, quæst.* 37. *numer.* 29. & *de testib. quæst.* 62. *num.* 22. Cartharius *dec.* 60. *num.* 3. Mulier verò iure Canonico no admittitur, vt testis, *cap. forus, de verb signific. cap. mulierem,* 33. *quæst.* 5. Gloss. *in cap. quoniam, in verbo mulieres, de testibus;* cum ergo in præsenti clericus Andreas Martuccius non fuerit indiciatus, nisi per aliquas fœminas, consequenter non potest dici, nec etiam indiciatus ad homicidium, ergo nulla est irregularitas.

Probatur tertio quia, in præsenti duos habemus processus, vnus informatiuus, qui est patrati 10 criminis, dirigens perquisitio, & licèt aliquando fabricetur processus informatiuus circa delictum non consummatum, provt sunt tractatus ex Baiardo ad Iulium Clarum *in* §. *fin. quæst.* 38. *n.* 13. ex Bald. *cons.* 154. *lib.* 4. sic etiam super attentatis, *l. si quis contra, C. de seditiosis*, vbi gloss. *in verb. grauissimum*, Farinac. *quæst.* 17. *num.* 49. tamen dico quod, ly attentatum, & præparatum dicitur delictum consummatum, quo ad punitionem, qui processus informatiuus plures habet partes, prima est causæ introductio, secunda recognitio facti 11 criminosi; tertia est probatio delicti; quarta est constitutio, seu examinatio delinquentis, vt latè Ioannes Zuffus, *de processu crimin. q.* 1. & 3. qui processus informatiuus nullam facit probationem, quia testes pro informatione Curiæ examinati tripliciter possunt considerari. Primo mo- 12 do per respectum ad iudicem. Secundo modo, per respectum ad partes. Tertio modo, per respectum ad ipsosmet testes, & sanè per ordinem ad Reum non probatur, nisi fuerint repetiti ipso citato, vt declarat Bald. *in l.* 5. §. *si tibi col.* 2. *ff. de condit. ad turpem causam*, Salicet. *in l. fin. C. de quæstion.* Farinac. *quæst.* 72. *num.* 136. si etiam considerentur respectiuè ad testes ipsos, qui dictum suum benè sciunt à principio, tunc nullam faciunt præsumptionem, si verò considerentur in ordine ad iudicem, tunc neque probat, nisi ad faciendum Reum contumacem, qui casus 13 contumaciæ est de exceptis, & operatur idem ac casus præsentiæ rei, si fuerit confessus, Auth. *quæ in Prouincia, C. vbi de crimine*, agi oporteat, Bald. *in l. priuatum, Cod. de his, qui accusare non possunt, & in l. nec quisquam num.* 12. *ff. de offic. Proconsulis* Baldus *in l. prius numer.* 30. *Codic. de his. qui accusare non possunt*, Zuffus *quæst.* 50. *num.* 15. & informatiuus portat secum quandam figuram iudicij, *l.* 1. *C. de Iudicis*, saltem respectu 14 iudicis, & accusatoris, seu Fisci, *l. is, qui se obtulit. ff. de re iudicat. l. si quis Romæ, ff. de iudic.* vbi habetur, quod Reus litem contestando dicitur acceptare iudicium, ideo testes examinati oportet quod sint iurati, quia iuramentum est de forma, & validitate testimonij in iudicio recepti, cum sine iuramento quis non dicatur testis 15 examinatus in figura iudicij. *l. iusiurandi, C. de testibus, cap. tuis, cap. nuper*, vbi Abbas *de testibus*, Seraphinus *de priuileg. iuramenti, priuil.* 115. *n.* 6. & quòd processus informatiuus sit quoddam in-

efficax iudicium,patet quia ex teſtibus iuratis ſumit Iudex motiuum examinandi Reum,& cum eo delictum conteſtandi,ac cum eo ad conflictum quemdam iudicialem perueniendi,& ſic eſt neceſſe, quòd teſtes ſint iurati, ſaltem quoad reum, quem conſtitui coram iudice oportet, & in tantũ hoc eſt verum,quod ſi teſtes nollent iuramen-
16 tum præſtare de veritate dicenda cogi poſſunt, mediante tortura ad illud præſtandum, *l.ſi quando, C. de teſtibus*, quia teſtimonium eſt iuris publici, ideoque cogi poſſunt teſtes, Guazzin. *defenſ.*14. *cap.*11. *num.* 14. Caualcanus *de Brachio Regio, part.*3.*num.*47. Scialoya *in praxi torquendi reos, cap.*13.*num.*40. Ambroſinus *de modo formandi proceſſum informatiuum, cap.*3. *num.*7. *lib.*1. ne eorum depoſitiones euadant fruſtratoriæ, cum regulariter teſtes ſine iuramento, non probent *l.teſtium, C. de teſtibus*, & ibi Gloſſ. *in verb. Sacramenti*, Farinac.*quæſt.*74. *num.*46.

17 Quod ſi reus inducat teſtes, & producat articulos ad probandam allegatam negatiuam, tunc ſunt dicti articuli admittendi, nam reus non poteſt interrogari à iudice de qualitate defenſionis ab ipſo faciendæ, vt bene Farinac. *conſ*84.*num.*7. præſertim quando adeſt inſtigator. Secundo quando Reus præparat ſibi defenſiones, illas allegando in ſuis conſtitutis,vel offert teſtes promptos ſuper probatione partis negatiuæ, quo caſu ceſſat procedendi facultas, Farinac. *quæſt.*39. *num.*15. & in *ſpecie num.*35. Scacia *de iudic.lib.*1. *cap.* 97. *num.* 88. & ratio eſt, quia probato illo, quod offert Reus probaturus, ceſſaret tormentum : idcirco ei defenſio deneganda non eſt, priuſquam illud inferatur, vt ait Grammat.*tom.*3. *num.*22.*& conſ. crim.*64. *num.* 7. Danza *de pugna doctorum, tom.*3. *& in tit. de poteſt.ad modum belli, cap.*6. *num.*1. Et ratio rationis eſt, quia cum tormentum ſit malum irreparabile, ſi Reus inauditus torqueretur, & poſtea id probaretur, non poteſt amplius illud factum reparari, vt bene Grammat. *vot.*3. *num.*23. *& conſ.*64.*num.*8.

18 Vnum tamen aduerto, quòd fabricatio proceſſus informatiui non requirit iuriſdictionem in fabricantem, quia fabricatio prædicta eſt de ſimplici notione, non verò de iuriſdictione, ſi videmus iudicem laicum formare contra clericum
19 proceſſum informatiuum, qui ſi deinde tranſmittatur ad iudicem Eccleſiaſticum, poteſt Eccleſiaſticus de eo vti ad ſui informationem, non autem ad clericum conſtituendum, Ruinus *conſ.* 7.*n.*6. *lib.*5. quia prohibitio, quam habet Iudex Eccleſiaſticus de ſtando proceſſui facto à iudice laico,
20 non eſt præceptiua, ſed facultatiua : vnde ſi Eccleſiaſticus non tenetur ſtare proceſſui iudicis laici quoad procedendum contra clericum, poteſt illi ſtare quoad ſe inſtruendum, vt optimè notat Bald.*in Auth.clericus quoque,n.*11.*C.de Ep.& cleric.* vbi allegat textum *in cap. Paſtoralis, de re iudicata*, vt autem ex proceſſu informatiuo, Reus conſtituatur, requiritur iudicis competentia, vt benè Zuffus *quæſt.* 54. *à num.* 20. licèt ergo ex proceſſu informatiuo in præſenti apparuerit,clericum Andream commiſiſſe homicidium, tamen prædicti teſtes nihil probant, tum quia in informatiuo ſunt examinati, tum quia ſunt fœminæ, vnde nihil probant.

21 Cum ergo ſint duo proceſſus, vnus informatiuus, de quo ſupra;vnus defenſiuus, ideo videndum eſt, cui potius credendum ſit, in quo conueniunt Doctores, quòd teſtis deponens ſuper negatiua, debet in eius depoſitione remouere actum à ſenſu, non autem ſenſum ab actu, ſic addere debet aliter eſſe non poſſe, quin ipſe teſtis vidiſſet, vel audiuiſſet, vt latè Grammatic.*dec.*56. *num.* 4. Oſaſchus *conſ.* 66. poſt *num.*29. Gabriel. *comm. concl. in tit. de teſtib. concl.*4. *num.* 6. Farinac. *quæſt.*65.*num.* 228. imò ex vnico teſte plenè probetur innocentia inquiſiti, vt per Cruettam *conſ.*20. *num.* 16. per Boſſium *in tit. de oppoſit.* 22 *contra teſtes, num.*72. per Chartar.*dec.*28.*num* 25. in præſenti proceſſui informatiuo ſtandum non eſt, ſed proceſſui defenſiuo, quia probationes pro Reo ſunt magis fauorabiles, quàm pro Actore, Boſſius *de fauoribus defenſionis, num.* 2. Marſill. 23 *ſingul.*9. non attenduntur apices iuris, qui ſubtilitates magis, quàm facti veritatem reſpiciunt, Plotus *conſ.*60. *num.*25. *lib.*1. Simon de Petris *conſ.*180.*num.*8. & pro Reo in criminalibus pro- 24 bationes ſunt ampliandæ, & pro Actore reſtringendæ, Homnedeus *conſ.*102. *num.* 41. *vol.*1. & probatio Rei præfertur probationi Actoris, & magis creditur teſtibus deponentibus pro non delicto, quàm deponentibus pro incluſione delicti, Grammat. *dec.* 26. *num.* 9. *& ſeq.* Anton. Ga- 25 briel *concl.* 4. *num.* 21. *&* 44. *in tit.de teſtib.* latè Homnedeus *conſ.* 102. *num.* 30. *& ſeq.* & Iudex facilior eſſe debet ab abſoluendum, quàm ad condemnandum, *l. Arrianus, ff.de action. & oblig.* 26 Boſſius *de fauorib. defenſ. numer.*1. Iaſon *conſ.*46. *num.* 5. *vol.* 3. & multa priuilegia recolligit Menoch. *lib.*5. *præſ.* 48. & poteſt defenſio præſumptionibus probari, & coniecturis, Marſil. *ſing.*19. Grammatic.*deciſ.*29. *num.* 3. Gomeſ. *de delictis, cap.* 3. *num.* 27. poſt alios Guazzinus *de priuil.* 27 *defenſionis, cap.* 3. *num.* 3. ad quam defenſionem probandam admittuntur fratres, & alij conſanguinei, & affines vſque in quartum gradum,Boſſ. Gram.& alij apud Guazz.*def.*29.*c.*3. *n.*5. etiamſi dicti fratres ſimul habitent,Maſc.*conc.*491.*n.*7.niſi teſtes affines, & conſanguinei non probarent defenſionem, ſed adducerentur ad reprobationem teſtium Fiſci, vel partis, Guazzinus *vbi ſuprà, numer.*6. & vnus teſtis probat defenſionem, & per vnum teſtem probatur aggreſſio, vel prouocatio, & per vnum teſtem quis excuſatur à pœna, vt latè Guazzinus *d. cap.*3. *num.* 12. ergo cum per Gloſſam *in cap.quoniam, in verbo mulieres, de teſtibus*, vbi Abbas, & Felinus, Maſcardus *concl.*162. Farinac. *de teſtib. quæſt.*59. Chartar.*dec.* 95. *per totam*, & duæ mulieres neque plenè probant 28 delictum, tum de iure Canonico, tum ciuili, Decius *in l.fœminæ, num.*36.*ff. de regul.iur.* Corradus *in tit. de teſtib.in verbo,mulier, numer.*75. Farinac. *quæſt.*59. *num.*27. Chartar. *dec.*95.*num.* 56. conſequenter teſtes fœminæ in informatiuo deponentes contra clericum Andream nihil probant, & poſitis teſtibus in proceſſu defenſiuo examinatis euacuantur omnes pobationes, de quibus in defenſiua : nulla ergo probatione conſtita de homicidio contra clericum Andream, nulla poterit imaginari irregularitas.

Et eſt aduertendum, quod exculpatio tollit 29 omnia indicia, quæ contra inquiſitum militabant, Bald. *in l.* 1. *num.*33. *C.commun. de legatis*, & de communi teſtatur Plot. *inter conſil.criminal. diuerſorum, conſ.* 110. *lib.* 1. Iulius Clar. *in §. fin. quæſt.*52. vbi de communi teſtatur Menoch. *lib.*1. *præſ.*90. Maſcard.*concluſ.*389.*&* *concluſ.*1130. qui teſtatur hanc opinionem eſſe communem, Farinac. *de indiciiis ad torturam, quæſt.*46.*numer.*104. intelligendo tamen quando res eſt dubia,ſecus autem ſi de delinquente plenè conſtiterit, vt in caſu

su Iul. Chartar *decis.* 28. *numer.* 29. qui refert pro hac sententia Iulium Clarum, Gomesium, Menochium, Mascardum, & Farinacium.

30 Probatur quartò quia de Iure Canonico pœna ordinaria homicidij in Clerico est depositio, vt probat text. *in cap. Presbyter* 81. *dist. & in cap. cum non ab homine de Iudic. & in cap. inquisitioni in princ. de accusationib. & in cap. tua de pœnis, & in cap. sicut dignum*, §. *Clericus*, *de homicidio, & in cap. si quis homicidium*, & *in cap. si Episcopus* 50. *dist.* Diaz *in praxi crim. Canon. cap.* 88. Foller. *in pract. crim. Canon. in verbo*, *& si confessi*, *cap.* 33. *numer.* 36. Clar. *in* §. *homicidium, num.* 16. à qua tamen pœna ordinaria homicidij excusatur, qui animum occidendi non habet, *l.* 1.

31 §. *diuus*, *& ibi* DD. *ff. ad leg. Cornel. de sicariis, l.* 1. *in princ. & ibi* Glossa *in verbo*, *& si voluntas*, *C. eodem*, *l. cum autem*, *versic. capitalem*, *ff. de ædilitio edicto*, Bald. *in l.* 1. *col.* 5. *Cod. de seruis fugitiuis*, *& in l. data opera*, *col.* 4. *Cod. qui accusare non possunt*, Plazza *in epitome delictorum, lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 5. Couarr. *in Clement. si furiosus, part.* 2. §. 1. *post num.* 20. Farinac. *de homicidio quæst.* 126. *num.* 4. Petrus Gaballus *de homicidio num.* 232. *& seq. & num.* 250. Marius Giurba *cons. crim.* 46. *num.* 18. cum ergo in præsenti nihil releuans fuerit probatum contra Clericum Andream, puniri non poterit de homicidio, quod non constat commisisse.

32 Circa verò irregularitatem supponendum est, quod irregularitas est impedimentum Canonicum, quod directe, & immediate prohibet ordines accipere, aut aliquem acceptorum vsum, diciturque ab in & Regula, eo quòd irregularis careat regula, & non est contra Regulam ab Ecclesia præscriptam subiectum irregularitatis, debet esse subiectum capax ordinis, quia cum irregularitas impediat receptionem ordinum, debet supponere capacitatem ad eos: vnde fœmina non potest dici irregularis, nec infidelis, qui nondum recepit baptismum, cum in eis non adsit capacitas ordinum, Summistæ, *in verbo irregularitas*, & latè Suarez *tom.* 5. *de censuris, disp.* 40. *sect.* 1. *n.* 2. post aliosdoctissimus & amicissimus noster D. Ioseph Pilaia *tom.* 2. *decis.* 11. *de irregularitate in principio* Ioseph Gibballinus *de irregularitate*, *cap.* 1. *quæst.* 1. quam etiam incurrit homicidium mandans, vel mutilationem membri, *cap. Clerici ne Clerici, vel Monachi, capit. Presbyterum*, vbi Canonistæ, *de homicidio*, Nauarr. *cons.* 9. *de homicid. in antiquis*, *& cons.* 45. & de irregularitate ex vulneribus latè agit Zach. *de vulnerib. lib.* 5. *quæst. legalium*, Molina *tom.* 4. *disput.* 68. Bonacina *disput.* 7. *quæst.* 4. *puncto* 8. Auila *de censuris p.* 7. *disput.* 5. *sect.* 1. *dub.* 1. Nunc verò videndum est, vtrum irregularitatem incurrerit Clericus Andreas, dato quod probaretur homicidium commisisse.

33 Dico quod etiam si occidisset, non incurrit in irregularitatem.

Probatur primò quia occidens ad euitandum graue vulnus, vt scilicet qui occidit iniustum inuasorem, vt se tueatur à graui vulnere, aut ne turpiter ab illo deformetur, non est irregularis, vt benè Sayrus *lib.* 6. *cap.* 27. *num.* 4. cui adhæret Salonius 2. 2. *quæst.* 64. *art.* 8. *controu.* 2. *conclus.* 1. Hurtadus *disput.* 2. *difficult.* 11. *n.* 37. Villalobos, *tract.* 21. *difficult.* 24. *num.* 7. *tom.* 1. Bonacina, *puncto* 6. *citato numero* 8. Diana *part.* 4. *tract.* 2. *resol.* 6. Suarez *disput.* 40. *sect.* 2. *num.* 6. qui affert exemplum eius, qui vel grauem percussionem timet, vel ratione vulneris, aut ratione infamiæ, vt si alapa, aut virga sit percutiendus, & antequam id fiat præueniendo occidit, vel mutilatur, nullam irregularitatem 34
incurrit, Giballinus *de irregularitate cap.* 4. *difficult.* 30. *per totam*, cum ergo in præsenti noster Clericus Andreas id fecisset pro sui defensione, quia vt dicunt Testes scilicet illæ fœminæ, quod Marina pòst habito pugno à Clerico Andrea, accepta quadam Varra, vulgò *stanca di porta* contra eundem venit, vt eum occideret, vel quomodolibet percuteret, & sane si caput percussisset, periculum mortis fuisset euidens in Andrea; quod vt præueniret Andreas ipse cultro ipsam percussit, ergo fecit ad sui defensionem, sicut dicunt DD. in simili, quod non est irregularis 35
adulter si maritum occidat sibi inuadentem, & hoc ratione necessariæ defensionis, ita Auila *de censuris part.* 7. *disput.* 5. *sect.* 3. *rubrica* 3. Sayrus *lib.* 6. *de censuris*, *cap.* 17. *num.* 18. Lessius *lib.* 2. *de Iustitia cap.* 9. *num.* 15. Hurtadus *de irregularitate disput.* 2. *difficult.* 10. *num.* 39. quia *in Clementina*, *si furiosus*, *de homicidio*, absolutè, & indistinctè dicitur, quod qui se inuadentem occidit pro defensione propriæ vitæ cum moderamine inculpatæ tutelæ, non est irregularis: propterea dicit Sayrus, quod ille, qui ac- 36
cessit ad bellum iniustum, & postea, vt propriam vitam defenderet, occidit militem contra se venientem, non fit irregularis; sic irregularis non fit, qui alterum ad pugnam prouocat, & 37
postea, vt se defendat cum moderamine inculpatæ tutelæ, socium occidit, scilicet prouocatum; sic irregularis non fit, qui furatur, & postea volendo resistere à furando, occidit dominum bonorum volentem eum occidere; sic irre- 38
gularis non efficitur, qui Reum volentem eripere à Ministris Iustitiæ, vel impedire ne capiatur 39
ab eis, postea, vt se defendat à dictis Ministris volentibus illum occidere, occidit aliquem ex illis, ita Sayrus *vbi suprà* Portellius, *in dubiis Regularibus in verb. homicidium*, sed hoc intellige, dummodo fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ, aliàs pœna puniretur, Menochius *Cent.* 3. *cas.* 419. Giballinus, *de irregularitate*, *c.* 4. *Consectario* 5. *per tot.*

Sed dicere potest Fiscus, quod in hoc casu 40
non fuit moderamen inculpatæ tutelæ, vnde si quis aliquem occidit, quem satis fuerat vulnerare, tunc fit irregularis, excedendo moderamen inculpatæ tutelæ, quæ consistit in paritate armorum, in tempore, & vt non possit aliter euadere; cum ergo in præsenti Marina sine armis erat, Andreas percussit cum Armis, non adest paritas armorum, ergo non fuit occisio pro defensione cum moderamine inculpatæ tutelæ.

Respondeo enim quoad inculpatam sui defensionem, vt euadat irregularitatem quis, non est necesse talis conditio, vt communiter omnes DD. cum Sayro *lib.* 6. *cap.* 17. *num.* 11. Gibal- linus, *de irregularitate, cap.* 4. *difficult.* 14. *fol.* 230. putat Graffius *part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 63. *numer.* 13. 41
quod si fieret irregularis hic talis, non esset ex homicidio voluntario indispensabili; quia vt probat Abbas *in cap. olim. el* 1. *de restitut. spoliatorum*, *num.* 15. *& in cap. significauit de pœnit. & remiss.* pœna ordinaria non est imponenda eis, qui se defendendo iustum modum excessit, aut qui iusto dolore concitatus occidit, quod etiam dicitur *in l. si adulterium*, §. *Imperatoris*, *ff.*

ad

ad leg. Iul. de adult. Suarez *diſput.* 46. *ſect.* 1. *num.* 13. Giballinus *de irregularitate cap.* 4. *difficult.* 13. *in fine, fol.* 230. vnde in caſu noſtro propter exceſſum tantum culpa eſſet, ſed non irregularis, *vt ſup.* diximus.

42 Remanet tamen difficultas prima facie ſubſtantialis apparens, quod poſito dubio, de homicidio commiſſo à Clerico Andrea, dicendum eſt, eſſe irregularem, per textum *in cap. ſignificaſti, & cap. ad Audientiam, de homicidio*, quia licet in dubio ſit eligenda pars, quæ fauet eligenti, vnde dubius vtrum ſit illegitimus necne? non debet ſe habere vt Illegitimum, ſed poteſt adhærere parti dicenti non eſſe talem, vt bene Diana *part.* 4. *tract.* 2. *reſol.* 59. in dubio tamen facti homicidij contrarium eſt, quia debet ſe gerere, vt irregularem, *d. cap. ſignificaſti, iuncto c. ad Audientiam, de homicidio*, Couarr. *in Clement. ſi furioſus part.* 1. *numer.* 3. Sayrus *lib.* 1. *Clauis Regiæ capit.* 13. *numer.* 13. *& 24. & lib.* 6. Theſauri *cap.* 12. *num.* 16. Vaſquez 1. 2. *diſp.* 65. *cap.* 3. *& diſp.* 66. *cap.* 1. Azorius *tom.* 1. *lib.* 2. *num.* 19. Suarez *diſput.* 40. *ſect.* 5. *num.* 18. *& 19. & ſect.* 6. *num.* 12. vnde dubitans commiſiſſe homicidium pro irregulari haberi debet, vt in iuribus citatis, per textum *in d. capit. ſignificaſti*, vbi conſtabat maleficium fuiſſe commiſſum, & Presbyterum occiſum, quia dubitabatur an eſſet mortuus ex vulnere, quod in caput datum fuit. S.P. Innocentius III. dixit percutientem à ſacerdotali officio abſtinere debere, ergo noſter Andreas irregularis iudicari debet, & hoc eſt maximum argumentum pro Fiſco.

43

Reſpondeo tamen primò, quòd in caſu noſtro non ſummus in dubio, ſed ex proceſſu defenſiuo, cui, vt ſuprà dicebamus, ſtandum eſt, clarè apparet de innocentia Clerici Andreæ, vnde non procedunt textus *in d. cap. ſignificaſti, & cap. ad Audientiam.*

44 Reſpondeo ſecundò, quod iura prædicta procedunt in foro externo, ſed non in foro conſcientiæ, vnde in hoc foro poterit dubium deponere, & dicere ſe non eſſe irregularem, vt bene Suarez Giballinus, & alij, *vbi ſup.* poteritque Iudex dicere, vt conſulat conſcientiam ſuam in foro pœnitentiali, vt bene Fagnanus *in dict. c. ad Audientiam, num.* 4. quæ quidem regula in dubio facti homicidij, procedit etiam in aliis caſibus: vnde in omni materia ita eſſe iudicandum dicit Fagnanus *vbi ſuprà in dict. cap. ſignificaſti*, ſed alij dicunt, quod diſpoſitio iurium prædictorum procedit ſolum in dubio facti homicidij, non verò in aliis materiis, Diana *part.* 4. *tract.* 2. *reſol.* 52.

Reſpondeo tertio, quod in dubio facti homicidij Neminem ſe gerere debere, vt irregularem, & ad textum *in cap. ad Audientiam*, dicunt procedere, quando homicidium eſt ita dubium, vt veriſimilius ſit fuiſſe perpetratum, & ita fuiſſe declaratum ab Innocentio III. *in dict. c. ſignificaſti il* 20. & ita docent Suarez, Alphonſus de Leone, & alij apud Dianam *part.* 4. *de irregularitate, reſol.* 52. vnde Eſcobar *de vtroque foro, articulo* 1. *num.* 74. ait, in dubio facti homicidij nullum cenſeri irregularem.

45 Et reſpondet ad textum *in dict. cap. ad Audientiam*, quia ibi manet certa mors famuli, certa culpa Presbyteri, & certum vulnus, contra quem eſt iuris præſumptio, nempe mortem ex vulnere ab eo illato, ſequutam fuiſſe, ergo ſequitur neceſſario contra illum iudicandum eſſe, non tam circa homicidium, *l. ita vulneratus cum l. ſeq. ff. ad leg. Aquil. cap.* 2. *de Clerico percuſſore, cap. continebatur* 8. *cap. ſignificaſti il* 2. *eod. tit. de homicidio*, Gomeſ. *var. lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 29. Farinac. *tom.* 3. *in tit. de homicidio, quæſt.* 127. *n.* 21. *&* 25. ſed etiam circa incurſam irregularitatem, de qua loquitur textus *in dict. cap. ad Audientiam*, quamvis verſatur dubium circa circumſtantiam homicidij: nempe an ex vulnere, vel infirmitate, vel ex incuria medici, mors ſequuta fuerit.

Nec quicquam probat textus *in dict. cap. ſignificaſti* 18. *§. quod ſi diſcerni, de homicidio*, in quo etiam habemus certum occiſum ex certo vulnere, & à certo inflicto vulnerante, & habemus certam eius culpam, cum cooperatus fuerit in occiſionem, & ita habemus certum effectum, ideſt irregularitatem ex certo facto, & certo iure procedentem; dubium verò circumſtantiæ eſt, an ex hoc, vel illo vulnere mors fuerit ſequuta, quod in conſideratione non venit aduerſus certitudinem in principali, & cùm omnes auxiliantes, ſiue cooperantes concurrerint ad vulnerandum occidendumque, non in dubio ſed vere, & euidenter neceſſe eſt, vt incurrant in irregularitatem, & locum habeant aliæ rationes. Neque textus *in dict. cap. penult. de homicidio*, locum habet, in quo certe apparent plures occiſi, certæ percuſſiones, certaque culpa ex parte Presbyteri, qui quoſdam percuſſit, & remordebat eum conſcientia, de interfectione alicuius ex quamplurimis, & qui occiſi extiterunt, quod ſufficit ad irregularitatem, vt patet *ex dict. cap. ſignificaſti*, Bonacina, *de irregularit. quæſt.* 4. *puncto* 8. *num.* 18. Farinac. *tom.* 3. *quæſt.* 130. *de conſultoribus, n.* 10. *&* 11. quod procedit non veluti in re dubia, ſed in certo, cum certæ fuerint neces, & certæ percuſſiones, licèt dubia aliqua ſit circumſtantia, quæ vincere non debet certitudinem veri facti, quæ vere adeſt, & ita erit conſultius abſtinere, quàm temerè celebrare, vt textus ibidem ſubdit, & ita tenet alius Eſcobar *in Theologia morali, examine* 6. *cap.* 5. *num.* 71. 46 47

Sed contra qui dicunt aliqui oppoſitum, quod ſit irregularis, quod ita ſequitur Stylus Curiæ Datariæ, & Pœnitentiariæ Romanæ, quam opinionem defendit Diana *par.* 8. *tract.* 7. *reſol.* 6. & P. Franciſcus de Lugo *in Theologia morali p.* 1. *quæſt.* 27. *num.* 155. *& quæſt.* 26. *num.* 152. 48

Ex quibus infertur primo ex textu *in dict. cap. ſignificaſti* 18. *de homicidio* ibi (quod ſi diſcerni non poſſit) colligi quod dum vertitur in dubium, vtrum ex homicidio fuerit contracta irregularitas, vel non debet quis ſe reputare irregularem, & abſtinere à Miniſterio Altaris, *vt in dict. cap. ſignificaſti*, quæ ratio periculi tanquam generalis, & expreſſa in litera oſtendit diſpoſitionem ſpecialem ad omnes materias, in quibus illa ratio viget, vt eſt caſus *in l. Regula, §. finali*, vbi Bart. & Bald. notant *ff. de iuris, & facti ignorantia*, & quamvis textus proponat quæſtionem de Presbytero irregulari, & vulnere illato, & homicidio ſubſecuto, tamen hoc ideo fecit, quia caſus ita contingit in facto, ſicuti moris eſt in decretalibus, ſed non propterea arctare voluit regulam de tutiori parte in dubio eligenda ad ſolam materiam irregularitatis, nam ſi hoc facere voluiſſet, potius debuiſſet dicere hoc ſtatutum fuiſſe in odium homicidij per ſpecialem indecentiam exercendi ordines cum dubio irregularitatis, quod tamen non fecit Summus 49

Pontifex

Pontifex, sed fundauit decisionem in illo vniuersali principio, quod inter duo extrema in dubio illud est eligendum, in quo nullum timetur periculum ex *dict. textu omnes docent*, quòd in dubio sit eligenda tutior pars, vt benè Fagnanus *in d. cap. ad audientiam, & in cap. ne innitaris, num. 22. de constitut.* scio tamen vtrumque Escobar rem aliter explicasse, *de qua re, suprà.*

50 Infertur secundo, irregularitatem numquam incurri, nisi in casibus à iure Canonico solùm exppressis, sicut aliæ pœnæ, & censuræ, *cap. is, qui de sentent. excomm. in 6.* cui videtur aduersari textus *in cap. ad audientiam, & in dict. cap. significasti, de homicidio*, vbi habetur irregularis censendus etiam est qui de homicidio est dubius, ergo in dubio incurritur etiam irregularitas, igitur non solùm, vbi expressum est in iure; cui difficultati respondet Gregorius de Valentia *tom. 4.*

51 *disput. 72. quæst. 19. punct. 2. notabili 3.* textum *in dict. cap. is, qui*, procedere de, quando dubium est in iure, vtrùm sit inducta irregularitas, tunc dicendum est, quòd non, quia debet esse expressè iure lata, sed quando sumus certi, quòd pro certa specie pœnæ est inducta in iure irregularitas, sed crimen, & factum est dubium, si nimirum Petrus commiserit, vel non, tunc tutior via est eligenda, vt æstimetur irregularis, nam in dubio tutior via eligenda est. *d. cap. ad audientiam, & d. cap. significasti.*

52 Infertur tertio, in dubio facti homicidij, quando scilicet certum est, adesse irregularitatem, sed dubium est, an qui in talem casum in homicidium inciderit, in vtroque foro censendus est quis irregularis, quod secus est in dubio iuris, ita Couarr. *in clem. si furiosus, part. 1. in princ. num. 3.* Sayrus *lib. 6. de censuris, cap. 2. num. 16. & in claui Regia, lib. 1. cap. 13. num. 23. & 24.* Flores de Mena *lib. 1. var. quæst. 9. num. 18.* Azorius *part. 1. lib. 2. c. 19. quæsito 10. & 11.* Ægid. de Coninch. *de Sacram. & censur. tom. 2. disput. 18. dub. 2. num. 23.* Sanchez *de matrimonio, lib. 2. disput. 41. num. 9.* Gregorius de Valentia *part. 4. disput. 7. quæst. 19. punct. 2.* Vgolinus *de censuris, cap. 4. §. 2. num. 3.* Suarez *tom. 5. de censuris, disput. 40. sect. 5. num. 18.*

53 *& 19. & sect. 6. num. 1. cum seqq.* vbi concludit nullam opus esse iudicis sententiam, aut declarationem, vt in dubio facti sit irregularis, Salas *p. 2. quæst. 21. tract. 8. disput. vnica, sect. 10. à num. 170.* Rebellius *de obligat. iustitiæ, part. 1. lib. 2. part. 3. sect. 2. num. 13.* qui dicit, hoc verum est, quàm non sit verisimile fuisse sequutum homicidium, Bonacina *quæst. 1. punct. 4. num. 3. de censuris*, Fillicius *tom. 2. tract. 21. num. 166.* Ioannes Sancius *in selectis, disput. 42. num. 14.* qui hoc sentiunt in quolibet dubio facti, eo quòd ratio Pontificis *in dict. cap. ad Audientiam*, videlicet in dubio facti, tutiorem partem amplectendam esse, in omni dubio locum habere videtur, sed alij probabilius existimant, tantummodo in dubio homicidij iudicandum esse aliquem irregularem, quia textus *in dict. cap. ad Audientiam, dict. c. significasti*, loquuntur de homicidio, tum quia sumus in dubio facti, sicque materia est odiosa, vt benè Barbosa *in dict. cap. ad Audientiam.*

54 Infertur quarto, quòd irregularitas, quam quis contrahit in dubio facti homicidij locum habet quoad priuationem ordines, ac in illis ministrandis, non verò quò ad alias pœnas, quæ à iudice imponi solent pro irregularitate contracta, provt est priuatio beneficiorum, & aliæ similes, quia pœna ordinaria statuta delicto certo non est imponenda in delicto incerto, siue dubio, tum quia pœna extraordinaria proponitur pro dubij qualitate, vt bene Sayrus, Vasquez, Salas, & alij, quos sequitur Barbosa *in dict. cap. ad audientiam, num. 3.*

Infertur quinto, quòd ille, qui dubitat, an aliquem mutilauerit, non censetur se tanquam irregularem gerere, si facta diligenti inquisitione adhuc dubitat, an mutilauerit, non enim versamur in dubio facti homicidij, sed in dubio mutilationis, quæ non est homicidium, Sanchez *cap. 10. num. 49.* Bonacina *dict. punct. 4. num 4.* contra Nauarrum *in manuali, cap. 27. num. 206.* 55

Infertur etiam illum esse irregularem, qui fœminæ grauidæ præbuit poculum, siue pharmacum ad abortiendum fœtum, sed dubitat, an fœtus esset animatus, Sanchez *d. cap. 10.* Banacina *puncto 4. num. 6.* 56

Infertur sextò illum, qui consuluit homicidium secundùm aliquos se debere gerere vti irregularem, quando dubitat vtrùm suo consilio operatum sit aliquid circa homicidium patratum ab eo, cui consilium dedit, ita Mascard. *concl. 419. n. 9.* Auila, Sanchez, & alij apud Bonacinam, *vbi suprà*, sed alij dicunt, quod in dubio consulti homicidij nulla contrahitur irregularitas, de quibus Ioanes Sancius *disp. 42. num. 14. cum seqq.* sed stante prima opinione ille, qui consuluit furtũ aut homicidium, velaliter adiuuit, tenetur ad restitutionem damni, licèt dubitet an ex suo consilio fuerit sequutum homicidium, vel furtum, cum enim constet de iniusta actione consulentis, quæ est apta ad effectum producendum, & ex natura sua illum assequitur, dum de effectu subsequuto constat, possessio est pro illa actione iniusta quod effectum assecuta fuerit, ita Tabiena, Couarr. Sanchez, & alij, de quibus Barbosa *in d. c. ad audientiam, num. 6.* 57

Infertur vtimo, quod si plures percussserint, & non constet ex quo vulnere percussus obierit, debent omnes tanquam irregulares se gerere, vt post Couarr. Vgolin. & Sayrum dicit Farinac. *decis. 44. part. 2. recent.* Bonacina *disp. 7. quæst. 4. punct. 8. num. 31.* vbi *num. 40.* resoluit, quòd quando plures vulnera inflixerunt, quorum singula non sunt ex se mortalia, sed simul iuncta sunt, causa sufficiens mortis, singuli incurrunt irregularitatem, vt notat Couar. *in d. Clem. si furiosus part. 2. §. 2. num. 4.* sic etiam quando ignoratur quisnam lethale vulnus inflixerit, omnes, qui dubitant se lethale vulnus inflixisse, debent se gerere pro irregularibus, Bonacina *vbi suprà, n. 29.* 58 59

quod procedit etiam si homicidium fuerit iustum, & meritorium, vt quando occiduntur latrones publici, Rota apud Farinac. *vbi suprà*, quòd si quis occidendi animo percussit latronem, non tamen lethaliter, latro autem ex aliorum vulneribus periit, primus ille percussor irregularis est, vt contra Sayrum dicit Barbosa *in d. cap. significasti, num. 9. in fine*, quòd si vnus primus 60 leuiter solùm percussit, occidendi etiam animo & debilitauit, nihilque in animum secundi occisoris influxit, solùm secundus, qui occidit, est irregularis, & non primus: quod si primus non leuiter, sed lethaliter vulnerauit, tunc licèt alter superueniens, occidat, vterque irregularis erit, Couar. *in dict. Clem. si furiosus part. 2. §. 2. num. 4.* Maiolus *de irregularitate, lib. 5. cap. 48. §. 4. num. 6.* Nauarrus *in manuali cap. 27. num. 223.* In foro ta- 61 men conscientiæ standum est conscientiæ vniuscuiusque rixantis, quia si constet, quod quis non

non vulnerauit, vel quod vulnerauit ſed non animo occidendi, nec lethaliter, tutus eſt in conſcientia, ac proinde non tenetur ſe irregularem reputare, niſi dubitet, Sayr. *lib.7. de cenſuris, c.4.n.13.* ſequitur Auila, *d.dub.3.* In foro tamē externo ſi plures rixentur, & vnus in rixa ſit percuſſus, à quo præſumatur percuſſus tradunt Hyppolitus de Marſiliis *in prac. crim. §.quoniam, num.* 30. Iulius Clar. *in §. homicidium, num.* 37. Menoch. *arbitr. caſ.*263. *& conſ.* 108. *num.*8. Alex. Gaudenſis *reſponſo* 27. *à num.*32. Ioannes Baptiſta à Coſta *de facti ſcientia, & ignorantia, cent.3. diſt.*40. *art.* 14. Maſcardus *de probat. concl.* 1003. *num.* 55. Bouadilla *in ſua Politica, lib.*1. *cap.*8. *num.*8.

62

63 Tandem pro complemento concludo per textum *in d.c. ſignificaſti,* 18. *in verſ.* (*quia tamen id debet fieri cum moderamine, &c.*) quod vt clericus excuſetur ab irregularitate propter homicidium debet illud committere cum defenſione licito modo facta, & cum moderamine inculpatæ tutelæ, non ad ſumendam vindictam, ſed ad iniuriam propulſandam, quod habetur in Trid. *ſeſſ.* 14. *de reformat. cap.*7. loquitur de illo homicida, qui non occidit modo ſuprà relato, ſed de eo, qui eget diſpenſatione, quatenus in ſe defendendo exceſſit moderamen inculpatæ tutelæ, quia hic talis fit irregularis, non ea irregularitate, quæ à ſolo Papa eſt diſpenſabilis, ſed alia, quæ ab Epi-

64 ſcopo eſt diſpenſabilis, vt poſt Maiolum, Nauarrum, Bañes, Henriquez, Iacob. Graffium, Suarez, Auilam, Molinam, Sayrum, Farinacium, Reginaldum, Coninchum, Campanilem, Bellettum, & Bonacinam, dicit Barboſa *in d. cap. ſignificaſti, num.* 12. tunc verò dicitur facere clericus cum moderamine inculpatæ tutelæ, quando conſtitutus eſt in tali neceſſitate, vt neque

65 fuga, neque clamore, niſi interficiendo, vel mutilando aggreſſorem euitare nequit, quia ſi alio modo fiat, non dicitur ſeruatum moderamen, & ſic propter exceſſum puniendus eſſet non pœna ordinaria homicidij, ſed extraordinaria iudicis arbitrio, poſt alios Farinac. *quæſt.* 125. *num.* 293. præſumitur verò animus occidendi ex qualitate armorum, cum quibus fuit illatum, vnde gloſſa notat *d. cap. ſignificaſti,* quòd percutiens clericum pro ſe defendendo, ſi excedat moderamen, nunquam incurrit excommunicationem, ſeu irregularitatem, niſi dolo, & ex propoſito excedat, vt dicit Graffius *cap.*65. *num.*14. vnde reijciunt Couarr. ſimpliciter aſſerentem, irregularem eſſe illum, qui mutilat, aut occidit, excedens modum in defendendo, provt *ſuprà* diximus, & tradit Barboſ. *in cap. ſignificaſti, in fine, &c.*

Quare, &c.

DISCEPTATIO XXXV.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies proponitur.*
2 *Plures concluſiones proponit Gratianus in hac cauſa.*
3 *Tutor tenetur de leui culpa.*
4 *Tutores, Curatores, & adminiſtratores gerunt officium ex neceſſitate.*
5 *Culpa leuis eſt, ciuilis quædam inaduertentia.*
6 *Subadminiſtrator tenetur etiam de culpa leui.*
7 *Culpa in exigendis nominibus in tutore non præſumitur.*
8 *Culpa præſumitur, & fraus multis in caſibus.*
9 *Maritus in nominibus debitorum, qualem diligentiam exercere debeat.*
10 *Culpa eſt probanda per allegantem.*
11 *Culpa lata in non exigendo probari debet per pupillum.*
12 *Tutor qua diligentia vti debet in nomininbus debitorum.*
13 *Bart.* conſ. 102. *adducitur, & approbatur.*
14 *Negligentia in committendo qualiter probetur.*
15 *Tutoris negligentia qualiter probetur.*
16 *Negligentia tutoris qualiter probetur.*
17 *Negligentia in eo, quod poterat gerere qualiter probetur.*
18 *Negligentia qualiter probetur, & quibus concurrentibus.*
19 *Negligentia in exactione, qualiter probari debet.*
20 *Curator, vel adminiſtrator rei alienæ, ſi permitttat debitores fieri non ſoluendo, qualiter puniatur.*
21 *Negligentia in exigendo probatur per hoc, quod non exegit, quod debeat exigere.*
22 *Negligentia non præſumitur, ſed diligentia.*
23 *Negligentia probatur per hoc, quod quis non fecit id, ad quod tenetur.*
24 *Negligentia dicitur probata quando potuit haberi exactio.*
25 *Culpa leuis eſt, non facere, quod faceret diligens Paterfamilias.*
26 *Tutorem teneri de lata culpa, qualiter procedat.*
27 *Negligentia ſimplex licet puniri non ſoleat, fallit tamen ſi ſit magna.*
28 *Negligentia omnia ladit, & exemplis declaratur.*
29 *Negligentia probatur, diligentia non probata.*
30 *Negligentiæ effectus plures ſunt.*
31 *Negligentia qualiter præſumatur.*
32 *Negligentia non imputatur, vbi diligentia non proficeret.*
33 *Negligentia alia manifeſta, alia diſſoluta.*
34 *Negligentia circa officium facit, vt poſſit remoueri ab illo.*
35 *Tutoris diligentia qualis requiratur.*
36 *Dolus eſt non exigere, quod poteſt exigi.*
37 *Negligentia qualiter arguatur, & probetur.*
38 *Negligentia dicitur probata, ſi probetur non exactum in tempore.*
39 *Diligentia in officio qualis requiratur.*
40 *Negligentia creditoris annuorum reddituum, qualiter puniatur.*
41 *Obligatus ad factum certo tempore, tenetur docere de adimplemento.*
42 *Procurator, vel alius excedens fines mandati, qualiter teneatur.*
43 *Caſus fortuitus qualiter obliget cuſtodem.*
44 *Tutor dolum qualiter commiſiſſe videtur.*
45 *Culpa lata quæ, & qualis ſit.*
46 *Dolus præſumptus quis, & qualis ſit.*
47 *Regens Rouitus* deciſ. 36. num. 10. *diſtinguit multiplicem Negligentiam:*

48 *Negli*

48 *Negligentia secundùm aliquos est priuatio diligentiæ.*
49 *Liber tutoris qualis esse debeat.*
50 *Administratores quid, & qualia in libro scribere debent.*
51 *Thesaurarius Principis quid scribere debeat in libro.*
52 *Tutoris periculum circa nomina debitorum, quale sit.*
53 *Tutor, quando teneatur ad idoneos fideiussores.*
54 *Tutor, vt non teneatur pro nominibus à se contractis, quid agere debeat.*
55 *Pupillus an teneatur agnoscere nomina contracta per tutorem.*
56 *Text.* ad l. cum quæreretur, ff. de administrat. Tutorum, *qualiter explicetur.*
57 *Tutoris periculo cedit decoctio nominis debitoris.*
58 *Tutoris periculo, ne cedat, quæ diligentia requiritur in exigendo.*
59 *Diligentia Curialis qua, & qualis sit.*
60 *Tutoris negligentia in administrando qualiter puniatur.*
61 *Tutores an teneantur alimenta describere, & expensas Pupillorum in libro rationum, & quid posito decreto taxatiuo alimentorum.*

ARGVMENTVM.

Tutores non exegisse annuos reditus, & nomina debitorum pupillorum an demonstrare teneantur? Vel sufficiat eorum assertio in computorum redditione, & minoribus probandi onus transferatur. Negligentia an præsumatur in nominibus debitorum exigendis, & quomodo probari debeat.

PRO

Pupillis de Caropresio,

CONTRA

Tutorem eorumdem.

IN anno 1651. quondam Doctor Ioannes Thomas Caropresius Terræ Solofræ in suo vltimo, quod condidit, testamento, instituit hæredes Ioannem Baptistam, Iosephum, & Iacobum suos filios pupillos, quibus tutores reliquit Ioannem Matthæum Morenam, & Doctorem Marcum Antonium Caropresium coniunctim.

Qui quidem tutores onus acceptant, confirmationem petunt, tum à Curia Terræ Solofræ, tum etiam à M. C. V. feceruntque inuentarium, siue repertorium, in quo inter alia bona hæreditaria dicti testatoris posuerunt infrascripta credita functionum fiscalium consequenda ab infrascriptis vniuersitatibus Prouinciæ Principatus vltra, videlicet.

Sopra Rocca Basciarana ann.	143.
Sopra Antretta ann.	33.
Da Bisaccie ann.	17.
Da S. Stephano ann.	13.
Che sono in tutto de fiscali ann.	206.
Et di più ann.	75.

Vltra alia instrumentaria credita Regio assensu vallata suprà vniuersitatem Campi Bassi.

Dicti tutores obligauerunt se ipsos de bene, & fideliter administrando de claris, & liquidis computis reddendis, vnà cum reliquorum restitutione, finita tutela, vt moris, & consuetum est. Quæ quidem tutela per eundem Ioannem Matthæum fuit administrata per spatium annorum quinque, totum ante contagium huius Regni. Ob pubertatem pupillorum finita dicta tutela idem Ioannes Matthæus paratus est computa reddere, vnà cum reliquorum restitutione, qui tutor in suo repertorio ponit exegisse pro toto tutelæ tempore ex illis, de quibus supra scutos 473. & non scutos 1200. quos exigere debuisset pro tempore suæ tutelæ, & quod peius dicit idem tutor ad nihil aliud teneri, nisi ad id, quod exegit, plures proponens excusationes.

Primo dicit constituisse pro exactione prædictorum fiscalium illum eundem Procuratorem, quem sua vita durante constituerat Testator Pupillorum Pater, imò post mortem illius Procuratoris constituisse alium Procuratorem pro dicta exactione: vnde dicit ad nihil aliud se teneri, sed ita se gessisse, vti bonus Pater familias, & diligens. Dicunt verò versa vice Pupilli nunc facti maiores, quod licet Procuratorem constituisset tutor solitum in administrando; non per hoc poterit excusari, non soluendi id, quod asseruit non exegisse, quia vt se excusare valeat necesse esset tutorem adducere illam eandem exactionem fecisse, quam pupillorum Pater facere solebat, per eundem Procuratorem tunc temporis, quo in humanis existebat.

Sed audiamus tutorem replicantem, scilicet, quod non habeat aliam obligationem, nisi constituisse Procuratorem, quem Pater constituerat ad integram exactionem non teneri, imò obligationem producendi eandem exactionem solitam fieri per eundem Procuratorem ad eosdem Pupillos spectare, idque est, quod in contrarium hodie maximopere proponitur, cui incumbat onus ducendi talem exactionem, vtrum scilicet Tutori, vel pupillis, dicunt enim pupilli non illam adducere teneri, quia illorum creditum dictorum annuorum stat in probatis, dum ex inuentario facto per tutorem apparet id, quod exigere tenebatur, quod inuentarium, seu repertorium quantam fidem contra Tutorem faciat, dicitur *in l. Tutor, qui repertorium, de administratione Tutorum*, simulque dicunt Pupilli, quod per solam apertiuam, qua Tutor dicit non aliud exegisse annuorum introituum probatum non est pro tutore, imò teneri adducere claras, & legitimas probationes quibus non exegisse constat, nec suffragabitur Tutori constituisse eundem Procuratorem, quem testator constituerat, quia ista diligentia non sufficit ad eumdem excusandum, dum non affert liquidas probationes, quod viuente testatore non exigebatur ab eodem Procuratore, nisi tot, cum tutor teneatur diligentiam omnem adhibere tum de iure, tum de facto, vt promisit in inuentario de red-

dendo bonum computum, & diligentem adminiſtrationem etiam cum Iuramento, Tum quia ſibi conſtituit Salarium pro tali adminiſtratiotione facienda; Nec producit qualiter teſtator non exigebat, vltra quantitatem ab eo apertam, ſed ſolum producit ſe conſtituiſſe eumdem Procuratorem, nec adducit illam eamdem exactionem, quam ſolebat facere teſtator, & licet circa partitam ſcutorum 70. Vniuerſitatis Campibaſſi, pro qua ſolum dicit exegiſſe quolibet anno ſcutos 25. & adhibuiſſe diligentiam quamdam, quod perſonaliter acceſſerit ad dictam Terram pro præfata exactione nihilominus feciſſe alias diligentias probare tenebitur Tutor, & liquidis aliis probationibus oſtendere impedimentum, propter quod fuit impedita dicta exactio, nec ſufficit tutorem dicere non eſſe obligatum ad aliam diligentiam, vt in iure fundabimus, cũ ad Tutorem ſpectet facere exactionẽ integram ea maiori integritate, qua poteſt ſatisfacere, nullam concedere dilationem debitori, imò quando vult ſe excuſare propter impedimentum, non creditur tutori ſimpliciter aſſerenti de impedimento, ſed feciſſe legales diligentias, prouiſiones expediendo contra debitores procuraſſe aſſignamenta vigore Regiarum pragmaticarum, &c. comparuiſſe coram iudicibus ordinariis, vnde cum hoc non fecerit negligentia arguitur contra tutorem, vt in iure fundabimus.

2 Plures concluſiones proponit in hoc capite Gratian. *cap.* 125. inter quas licet prima facie videatur contra noſtram, quam aſſerimus probare concluſionem, tamen quia idem Gratianus, vel in ratione decidendi, vel in concluſione eiuſdem primæ concluſionis nobiſcum ſentit, ideo concluſionibus eiſdem ob factum propoſitum dixi reſpondendum, vnde ſit

3 Prima concluſio: Tutor, qui de leui culpa tenetur, *l.* 1. *C. de hæred. Tutor. l. Curatorib. l. Tutorib. de neg. geſt.* tamen in exigendis nominibus debitorum requiritur lata culpa, & dolus; vnde non ſufficit leuis, qui quidem dolus, & lata culpa ſolum attenditur, ſi minus idonea dicta nomina eſſe cœperunt per negligentiam Tutoris, *l.* 1. *cum ſeq. Cod. de arbitr. Tutel.* Alex. *conſ.* 104. *numer.* 3. *lib.* 4. Socin. *conſ.* 2. *lib.* 1. & *conſ.* 122. & 132. *lib.* 1. Montan. *de tutelis*, *cap.* 39. *num.* 56. quia

4 Tutores, & Curatores ſuſtinent hoc munus ex neceſſitate, ſicuti ſuſtinent cæteri adminiſtratores ciuitatum, *l. fin. §. defenſores, ff. de admin. rer. ad Ciuit. pertin.* ideo in exactione nominum mitius eſt cum eis agendum, *l. ſi fideiuſſor.* §. 1. *ff. qui ſatisdar. cog.* quod ſecus eſt in Procuratore, & aliis, qui non adhibent operam gratuitam; quia iſti præſtant etiam leuem culpam, vt *in l. contractus*, *ff. de regul. iur.* quaſi huiuſmodi

5 leuis culpa, ideſt ciuilis quædam inaduertentia ſit præſtanda in illis, quæ celebrantur cauſa vtriuſque contrahentis, provt hæc omnia declarat Alciat. in *l. periculo*, *n.* 3. & 4. *ff. ſi cert. pet.* vbi etiam Zaſ. *num.* 4. & 5. ampliat non ſolum in

6 Adminiſtratore, ſed etiam in ſubordinato in adminiſtratione, quamvis per Rempublicam ſubrogetur Bart. *in l. ex facto ff. de negot. geſt.*

7 Secunda concluſio eſt, quod licet iſta culpa regulariter non ſit præſumenda in tutore, vt teneatur de periculo nominum debitorum non exactorum, vnde debet probari illum eſſe culpabilem, iuxta notata per Bart. *in l. periculum* 34. *ff. ſi certum pet.* vbi Bald. *num.* 1. Zaſ. *n.* 4. & 5. Paul. ibidem, qui etiam loquitur in adminiſtratore ciuitatis, quod etiam voluit Corneus *ibidem*, dicens, quod in hac nominum exactione illa ſit probanda per allegantem, tamen præſumitur, nec eget probatione in adminiſtratore, vt in caſu *l. ad commentarienſem*, *Cod. de cuſtodia Reorum*, & in aliis 213. caſibus relatis per Lucam de Peña *in l. quemadmodum dub.* 7. *C. de Agricol. &* 8
cenſ. lib. 10. vbi enumerat caſus 213. in quibus fraus, & dolus præſumitur. Quod idem firmabat Riminald. ſenior *conſ.* 366. *lib.* 2. per text. *in l. cum quæritur & l. cum nominibus*, *ff. de admin. tutor.* quod notat Angel. *conſ.* 312. vbi requirit diſſolutam negligentiam, vt tutor teneatur de non exactis, & ita etiam intelligitur textus *in l. ſi tutor conſtit.* 16. *ff. de admin. Tutor.* provt explicat Gloſſ. *ibidem in verb. idoneè*, quemadmodum dicimus etiam in curatore adulti, qui non tenetur pro tutoribus præcedentibus, niſi poſſit ei imputari negligentia, Salycet. *in l.* 2. *in princ. Cod. de admin. Tutor.* & idem in nominibus debitorum datis in dotem Marito, qui non tenebi- 9
tur, ſi efficiantur non ſoluendo, niſi præceſſerit eius culpa, *l. Mœuia* 50. vbi Bart. *in princ. ff. ſolut. matrim.* Campegius *de dote*, *q.* 79. *tom.* 9. *tract. diuerſ. fol.* 301.

Tertia concluſio eſt, quod licet regulariter negligentia, & lata culpa ſit probanda per allegan- 10
tem, *l. quoties*, §. *qui dolo de probat.* Bart. *conſ.* 102. *lib.* 1. Decius *conſ.* 433. & *in l. periculum*, *ff. ſi certum petat.* Menoch. *de recup. poſſ. remed.* 7. *num.* 18. Maſcard. *concluſ.* 1188. *p.* 2. qui in ſpecie arguit in pupillo, quod debeat probare latam culpam in non exigendo nomina de- 11
bitorum, per text *in l. chirographis* 58. *in fine ff. de admin. Tutor.* iuncta Gloſſ. *in verbo probatum*, vnde debet conſtare tempore ſuſceptæ tutelæ fuiſſe idoneos, & facilè potuiſſe exigi, vt dicit Gloſſ. *in l.* 2. *in verb. ſuſceptæ*, *Cod. arbitrium tutelæ*, Imola *conſ.* 75. Fulgoſ. *conſ.* 25. quæ quidem negligentia optime probabitur ſi Tutor non ſit vſus illa diligentia in exigendis nominibus debitorum, quibus fuit vſus in ſuorum exactione 12
l. Mœuia ff. depoſiti, *l. Mulier* §. *ſed enim ad Trebel.* cum lata culpa ſit non adhibere eam diligentiam in alienis, quæ adhibetur in propriis, Bart. *in l. quod Nerua*, *ff. depoſiti*, Iaſ. *in l. periculum*, *verſ. Ego autem conſidero ff. ſi certum petatur*, qui ait hoc procedere in quocumque adminiſtratore ſeu Procuratore etiam priuati, ſi probatum fuerit, quod tunc debitor erat ſoluendo: idem voluit Barbat. *conſ.* 92. *num.* 17. *lib.* 3. quod notat Arman. Piſtor. *quæſt. iur. q.* 49. Gutierrez, *de tutelis*, *part.* 3. *cap.* 1. *num.* 98. Eſcobar, *de ratioc. cap.* 19. *num.* 22. & 25. Aiora *de partitionibus*, *cap.* 4. *n.* 31. Baeza *de decima Tutor. cap.* 2. *num.* 148. & *dec. Rotæ Genuæ* 76. *n.* 8. & 9.

Vnd Bart. *in dict. conſ.* 102. ad quem omnem recurrunt in materia probandi negligentiã dicit, 13
quod ſi volo probare aliquem eſſe negligentem, probare debeo, quod quis in obligatione tenetur ad factum certum, limitatum tempore, & loco, quia tunc eo ipſo, quòd illud non facit probata eſt negligentia eius, niſi ille oſtendat de impedimento *in l.* 3. §. *ſi ad diem*, *ff. de re militari*, *l. qui commeatus ff. de re militar. l.* 2. §. *ſed & ſi quis ff. ſi quis cautior.* quãdoque tenetur cõmunitas capere malefactorẽ, vt in caſu propoſito à Bar. 14
vbi ſuprà, & tunc ad probandam negligentiam communitatis debet probari primo in Communitatem ſciuiſſe illud maleficium commiſſum etiam

tali

tali tempore, & loco, *l. quidam decedens, §. finali cum l. sequenti, ff. de admin. Tutor.* Secundo probari debet, quod locus ille, vbi maleficium fuit commissum, erat vicinus prope illam habitationem, vel villam.

Si volo probare tutorem fuisse negligentem
15 in mutuando pecuniam, debeo probare verè vel præsumptiuè, quod in ciuitate erant homines, quibus potuisset dictam pecuniam mutuari cum alias non probaretur negligentia, vt *in l. Tutor secundùm dignitatem, §. 1. ff. de admin. tutor.* Item si volo probare tutorem fuisse negligentem in
16 emendis prædiis, debeo probare, quod prædia vtilia reperiebantur, quæ emere potuisset in Authentica de consanguinitate, §. 1. *col. 6.* Item si
17 si volo probare fuisse aliquem negligentem in eo, quod poterat per alium gerere debeo probare, quod facile erat sibi alteri committere, *vt in l. denique, ff. pro socio.*

Probabitur ergo negligentia si hæc duo con-
18 currant, scilicet quod quis potuit facere aliquid, & obligatus non fecit, ita Bart. *in d. cons.* 102. & *in l. si ab hostibus, § fin. ff. solut. matrim.* & *in l. item quæritur, ff. pro socio*, & *in l. tutor qui repertorium, §. penult. ff. de administ. tutor.* & *in tract. de testibus in verbo lata culpa*, Io. Andr. *in cap. statutum, de rescript. in 6.* Ruin. *cons.* 51. *num.* 8. *vol.* 5. Vnde in omnibus casibus ille erit negligens, qui non impeditus non fecit, & non est vsus mediis illis opportunis, quibus astrictus vti poterat, *cap. licet Episcopus, de rescript. in 6.* Mascard. *de probat. concl.* 1093.

Quare licet negligentia in exactione probari
19 debeat ab allegante, iuxta notata per Escobar, *c.* 19. *n.* 21. & 26. per Gratian. 125. *num.* 12. per Noguerol. *alleg.* 2. *num.* 121. *cum seqq.* tamen negligens dicitur, & sufficienter probata dicitur negligentia, quando aliquis tenetur intra certum tempus, & locum facere, quia si non faciat, probata dicitur negligentia, vt post Bart. *d. cons.* 102. dicit Ruinus *cons.* 12. *num.* 8. *lib.* 5. Menoch. *de recuper. poss. remed.* 2. *num.* 22. Roland. à Vall. *de lucro dotis, quæst.* 64. vnde Cardin. Tusch. *tom.* 5. *lit. N, concl.* 31. *n.* 4. dicit quòd tutor, curator & admini-
20 strator rei alienæ si permittat debitores effici non soluendo, quia non exigit, provt tenebatur, dicitur negligens, & dicitur probata negligentia; ideo obligatur ad omne interesse de suo, Socin. *cons.* 2. *num.* 8. *& seq.* qui ait, quod negligentia prædicta est peccatum mortale, quia poterat facere, quod non fecit, Cardinalis Tusch. *d. concluf.* 32. Probatur ergo negligentia eo ipso, quod
21 quis habuit potestatem agendi, & non egit per Gloss. *in cap. si clericus in verb. negligenter, de præb. in 6.* Nec refert si obiiceretur incertum esse, an id fecisset, quia non debebat ob hanc suspicionem omittere facere, quod suum erat, & per hoc non excusatur, *l.* 3. §. *quid ergo*, ibi si quidem non postulauit à Prætore sibi imputet, *ff. de contrar. act. tutel.* Surd. *cons.* 6. *num.* 2. & *decis.* 221. *num.* 24. *duplicata dec.* 342. *num.* 24. Ciriac. *tom.* 1. *contr.* 167. *à n.* 7. *& seq.* Et licèt regulariter negli-
22 gentia non præsumatur, sed diligentia, Mascard. *concl.* 1093. *num.* 1. quia debuissent tutores interpellari ad pecunias illas exigendas, vt post Paul. de Castro, Anchar. & alios dicit Ciriac. *tom.* 2. *contr.* 290. *num.* 19. *cum seqq.* tamen quando concurrit negligentia crassior, qua quis non intelligit, vel non facit, quod omnes intelligunt, vel
23 faciunt, dicitur in lata culpa, *l. cedere diem* 213. *§ fin. l. lata culpa* 223. *ff. de verb. signific.* quod explicat Andr. Cludius *in tract. de sequestr. cap.* 11. *num.* 8. dicens in lata culpa esse sequestratarium, si ignorabat vinum corrumpi, nisi quandoque repleatur, vel frumentum nisi interdum moueatur, de quibus Ciriac. *vbi sup.*

Negligentia ergo dicitur probata in præsenti, eo ipso quòd tutor potuit curare hanc exactio- 24
nem, & non reperitur factum id, ad quod tenebatur, vt post Ruin. & Mascard. dicit Ciriac. *contr.* 433. *num.* 9. Imò quando non teneretur de leuissima culpa, sed tantum de leui, vt voluit Curt. Iunior *cons.* 19. *num.* 5. tamen hæc culpa leuis non excluderetur, quia culpa leuis est non facere, 25
quod faceret diligens paterfamilias, & non adhibere eam diligentiam in rebus alienis, quæ in propriis adhiberi solet, §. *præterea, Instit. quib. mod. re contrahitur obligatio*, Bart. *in l. quod Neruа* 32. *num.* 26. vbi Paul. de Castr. *num.* 5. *ff. depositi*, Monoch *cons.* 645. *num.* 5. Decianus *cons.* 85. *numer.* 46. *vol.* 5. Imò dicunt communiter Doctores quod licèt tutor non teneatur de consuetudine, nisi de lata culpa, quæ æquiparatur dolo, iuxta notata per Farinac. *quæst.* 111. *num.* 425. Id tamen procedit, quando criminaliter agitur contra eum, 26
vt remoueatur, non autem quando ciuiliter conuenitur, vt in casu isto, vt bene Menoch. *cons.* 246. *num.* 62. Mastrill. *de Magistratib. lib.* 6. *cap.* 8. *num.* 3. & *cap.* 10. *num.* 36. Ciriac. *cap.* 433. *num.* 19. quod idem dicit Andreol. *contr.* 67. *tom.* 1. qui *num.* 27. ait, quòd negligentia simplex licèt puniri non soleat, tamen si sit magna, vt concurrat cum lata culpa, punitur etiam criminaliter, sic 27
imputabitur cessionario, quando sua culpa fuerit negligens in exigendo debitum cessum, qui tempore cessionis erat soluendo, sed postea fui decoctus, vt latè Magil. *de euiction. quæst.* 78. Alphonsus Guzman *de euict. quæst.* 35. *num.* 6. & *num.* 62. Salgad. *in laberinth. credit. part.* 1. *cap.* 26. *§. vnico, num.* 19.

Vnde dici solet quod negligentia omnia lædit, Glos. *in l. si quis in verb. negligentia, C. de bonis* 28
proscript. & quod negligentia sit validè damnosa, & è conuerso vigilantibus iura subuenire dixerat textus *in l. Pupillus, ff. de his qui in fraudem credit.* Imò per aliqua exempla pulcherrima declarat Hippolytus de Marsiliis *singul.* 360. putat verò idem de Marsiliis *in rubr. de probat. n.* 326. quòd probatur negligentia eo ipso, quod non
probatur diligentia, sic iudex negligens in admi- 29
nistratione iustitiæ, quod perdat iurisdictionem, & officium dicit Gaillus *lib.* 1. *obseru.* 28. Plura verò de effectibus negligentiæ scripsit Sebastian. 30
Medices *de casib. fortuitis, part.* 1. *quæst.* 9. Gomesius *in regul. Cancell. de trien. poss.* vbi ponit in epilogum 214. casus, in quibus negligentia, & diligentia producit, & quando quis dicatur negligens in relatis præsentatione, & in prosequenda appellatione tradit Menoch. *lib.* 2. *de arbitr. casu* 204.

Imò non expressa neglecta videntur: sic qui ne-
gligit expeditionem amplius expediri non potest 31
Anastas. Germon. *in tract. de indultu Cardinal. §. volumus, num.* 38. Imò negligentia alicui imputari non debet, vbi diligentia nihil proficeret, Cappella Tholosana *decis.* 257. Crauett. *cons.* 23. *num.* 3. multiplicem negligentiarum speciem DD. 32
enumerant, vt vna sit magna, alia dissoluta, alia manifesta: magna negligentia est lata culpa, quæ quidem in ciuilibus dolo æquiparatur, & mani- 33
festam dicunt, quæ causatur ex euidentia rei, Guid Papa *decis.* 346. Hinc pastor tenetur de

Cuſtodia, & vbi negat ſuo dolo, vel negligentia animal periiſſe probare debet ſuam diligentiam, Guid. Pap. *ſingul.* 171. imò negligens circa offi-
34 cium ſibi commiſſum poteſt, & debet ab eodem remoueri, gloſſ. *in cap. grandi, in verbo Regis, de ſupplenda negligentia Prælatorum in 6.* quod latè explicat Brunonus à Sole *in compend. propoſit. Iuris in verbo negligens*, Reiger. *in Theſaur. Iuris in verb. negligentia*, Speidel. *tom. 2. litera N, in verbo negligentia.*

Quia ergo regulariter à tutore illa diligentia exigitur, quam diligens, Pater familias in re-
35 bus ſuis bona fide præbere debet, vt *in l. à Tutorib. ff. de admin. tutor.* quam ſi prætermiſerit, leuem culpam appellat Imperator *in d. l. quicquid, ff. de admin. Tutor.* Ideo negligentia dicti adminiſtratoris in non exigendo à principali debitore exiſtente ſoluendo præiudicat eidem adminiſtratori, quia talis negligentia ad mixtum habet dolum, vt probat text. *in l. dolus* 44. *ff. mandati*, vbi dolus eſt non exigere, quod poteſt exigere,
36 quæ quidem negligentia, licet non poſſit operari contra tertium, de huiuſmodi dolo non participantem, vt bene Regens Rouit. *deciſ.* 43. *n.* 3. *&* 4. tamen quando debitor non ſoluit, quia creditor negligit exigere tunc eſt quædam mora affectata à creditore, quæ non debet ei prodeſſe, vt bene Regens Rouit. *dec.* 43. *num.* 11. quæ quidem negligentia probatur, & arguitur
37 eo ipſo, quod creditor potuit petere, & inſtare, & non apparet eum id feciſſe, nam quoties quis poteſt aliquod conſequi Iuris remediis oportunis, ſi illis non vtatur dicitur per eum ſtetiſſe poſt Gomeſium, Sebaſtian. Medices, Barzium, & alios dicit D. meus Conſiliarius Pratus *in obſeruat. practicis, obſer.* 12. *num.* 45. quod in ſimili dixit D. Marotta *controu. for. capit.* 36. *num.* 16. qui dicit, quod negligentia eo ipſo probata dicitur, quod in tempore præfixo non
38 fuerit facta exactio, *d. l.* 3. §. *ſi ad diem, ff. de re milit.* Bart. Felyn. & alij, quos ſequitur Gratian. *cap.* 527. *num.* 8. *&* 9. & ſubdit Marotta *num.* 17. quod hoc, quod dicimus in Tutore locum habet in quocumque alio adminiſtratore per Caualcan. *de Tutor. cap.* 1. *num.* 118. Nam rationi videtur eſſe conſentaneum, & æquitas ita requirit vt vnuſquiſque in ſuo officio diligens eſſe debeat,
39 & non negligens, vt *in l. diuus Marcus ff. de officio Præſidis, l. ſi duos,* §. *minuere, ff. de excuſat. tutor. l. qui plures* §. *nimium, ff. da admin. Tutor l. ſi quis, Cod. de officio Præfecti Prætor. Orient.* ita poſt Surd. & alios dixit D. Marotta *vbi ſuprà num.* 17.

40 Sic ex negligentia creditoris annuorum reddituum, in procraſtinanda exactione ſi debitor non ſoluendo efficiatur, ſibi imputare debet, qui non exegit vnde liberaretur fideiuſſor, poſita culpa, & negligentia creditoris, ita Antonius Heringius *de fideiuſſ. cap.* 2. §. 15. *n.* 25. Pyrr. Maur. *de fideiuſſ. ſect.* 10. *cap.* 13. *à numer.* 33. Noguerol. *in alleg.* 40. *num.* 58. Rouit. *dec.* 43. *num.* 11. Thor. *in vot.* 91. *numer.* 35. Salgad. *in laberynth. cred. part.* 3. *cap.* 12. *num.* 56. Regens de Marin. *tom.* 1. *cap.* 125. *num.* 15. D. Petrus Queſada *diſſert. forenſ. diſſert.* 12. *num.* 12. quod nouiſſimè, ſequitur ponderando Ioannes Baptiſta Muccius *quæſt. for. q.* 27. *per tot.*

41 Vbi igitur quis tenetur ad factum limitatum certo loco ipſe tenetur docere ſe adimpleuiſſe quia ſtatim dicitur probata eius negligentia niſi doceat de legitimo impedimento, Bart. *dict. conſ.* 102. Alex. *conſ.* 79. *num.* 1. *vol.* 4. Matt. *conſ.* 152. *num.* 9. Rot. Genuæ *deciſ.* 76. *num.* 6. *& deciſ.* 160. *num.* 2. Man. *deciſ.* 53. *num.* 3. Giurb. *obſer.* 81. *num.* 3. *in fine*, qui ex hoc infert, quod Nauta, qui Nauim in alio loco onerauit, quam ſibi aſſignato, cum excedat fines man- 42
dati, tenetur de caſu, & damno ſequuto, ſic *num.* 6. dicit, quod ille, qui ratione officij tenetur ad Cuſtodiam, ſibi incumbit onus probandi caſum fortuitum abſque ſui culpa, pro quo allegat Gloſſ. & Bartol. *in l. cui ita ſpecies, ff. de leg.* 2. nec mirum eſt, quia negligentia fructus conſiſtit in damno, Giurba *obſer.* 4. *num.* 19. *& obſer.* 13. *num.* 29. vbi ait quod negligentia omnia lædit, & facit amittere ius ſuum, cuius fructus eſt illud damnum, quod ſequitur, *l.* 2. *Cod. de conducend. in publ. horreis lib.* 10. Monterius *deciſ.* 24. *num.* 27. vnde punienda eſt, Viuius *deciſ.* 322. *num.* 24. *& deciſ.* 365. *num.* 5. Giurb. *dict. obſer.* 13. *num.* 29.

Imò talis tutor propter iſtam negligentiam in 44
exigendo commiſiſſe videtur dolum, iuxta notata per Carleual. *diſp.* 2. *num.* 519. vbi adminiſtratores vniuerſitatum, vel pupillorum omittendo ſolum exactionem ſuorum iurium poſſunt vniuerſitates, & Pupillos deſtruere, & omittendo tantum omnia deuaſtare, & deſtruere, vt bene Belluga *in ſpeculo Princip. rubr.* 35. *numer.* 8. *cum ſeqq.* vnde in magna culpa, & negligentia, iidem ſunt, quod patet quia magna negligẽtia culpa eſt, vt dixit Iuris-Conſultus *in l. magna* 206. *ff. de verbor. ſignific.* Et quidem culpa magna non leuis, vt *in dict. l. cedere diem* 213. ibi lata cul- 45
pa eſt nimia negligentia, *ff. de verborum*, ergo magnà negligentia dolus eſt. Iſti verò adminiſtratores non ſolum de dolo, imò de lata negligentia, & culpa tenentur, vt *in l.* 6. *ff. de adminiſtr. rerum, &c. l. dolus* 44. *ff. mandati*, vbi dolus eſſe dicitur, ſi quis nolit proſequi, vel exi- 46
gere quod poteſt, & pariter dolus præſumptus cum ipſa læſione, quæ reſultat ex negligentia dicitur dolus verus re ipſa, vt latè Caſtrill. *to.* 3. *controu. cap.* 2. *num.* 41. Chriſtophor. Creſpi. *tom.* 2. *obſerv. obſer. c.* 48. *n.* 12. *cum ſeqq.*

Propterea dictus Rouitus *deciſ.* 36. *numer.* 10. 47
diſtinguit multiplicem negligentiam ſcilicet magnam dolo equiparatam grauem, vel leuem dicens *num.* 15. quod vbi adminiſtrator tenetur adhibere diligentiam, tunc etiam de leuiſſima culpa tenetur, quod etiam *num.* 19. firmat vbi ſuus obſeruator *num.* 29. obſeruat, quod negligentia 48
eſt priuatio diligentiæ, & dicit etiam *n.* 5. *& ſeq.* Regens Rouit. quod quilibet adminiſtrator tenetur librum rationis conficere, qui quidem 49
liber non debet continere. Reliqua in, folle ſub nube, & in genere, ſed per ſingulas partes, & ſpecies declarando quid, vnde, ex quo facto, & qua cauſa, à quo, & cui, & quando datum, vel acceptum ſit, *l. cum ſeruus* 81. *l. qui ſub conditione* 110. *ff. de condit. & demonſtrat.* Foller. *in conſtit. peruenit, num.* 55. *cum ſeqq.* Bart. *conſ.* 150. & VVeſembech. *conſ.* 47. *n.* 14. Claudius Bertazzol. *in addit. ad Patrem conſ. crim.* 241. *vol.* 2. latiſſimè Eſcobar *de ratiociniis, cap.* 10. *num.* 42. poſt quem dicit Rouit. *vbi ſuprà* quod admini- 50
ſtratores in hoc libro debent ſcribere, quod receperunt, & nominatim à quibus quod ſi non fiat non videbitur reddita ratio, & in eis arguitur manifeſta negligentia, remiſſio, & dolus, Crauetta, Daumauderius, & alij, de quibus Rouit. *num.* 7. per text. *in l. apparitores Cod. de*

exacto

exactorib. Tributor. lib. 10. *& in l. neminem, verſ.*
51 *integre, C. de ſuſceptor. lib.* 10. Hinc Surd. *conſ.* 391. *vol.* 3. loquens de libro conficiendo per Theſaurarium Principis fundat de iure communi, quod tenetur deſcribere in libro etiam ſpecies monetarum, quas recipit, in quibus cadere poteſt valor extrinſecus, quod ſequitur Regens Rouit. *dec.* 36. *num.* 8. quid *num.* 9. icit, fuiſſe hoc non ſine maxima ratione introductum: nam alias ſcriptura ipſarum rationum reddendarum confuſa eſt, & ex ea non poſſet comprehendi, ſi quid machinationis in ea contineatur, quod conſiderat Bart. *in l. comperimus, Cod. de nauicular. lib.* 11. nec deprehendi poſſet an probè vel improbè ſint in eum rationes relatæ, vt poſt Plotum, & Surdum, dicit Regens Rouit. *num.* 9.

52 Vltima concluſio in nominibus debitorum contractis per eundem tutorem periculum ſemper ſpectat ad eundem, vt habetur *in l. Titia, §. ſi pecuniæ, ff. de negot. geſtis*, vnde in illis requiritur diligentia tam in contrahendis, quàm in ea etiam exigendis, qua non præſtita per leuem, ſeu latam culpam, ipſe tenebitur, *l. quicquid, C. arbitrium tutelæ*, in quibus contrahendis tutor debet probare nomen tunc contractum fuiſſe idoneum, & in contrahendo diligentiam adhibuiſſe, *l. ſi res pupillaris, 51. verſ. cum celeberrimus ff. de admin. Tutor. l.* 1. *§. ſi Magiſtratus verſ. probatio autem de Magiſtratib. conuenientibus* Barbat. *conſ.* 92. *numer.* 13. *lib.* 3. Boërius *deciſ.* 59. & ita in ſpecie eſt textus notabilis *in d. l. quo ſub conditione. ff. de*
53 *condit. & demonſtrat. & demonſtrat.* vbi tutor non eſt cogendus præſtare idoneos fideiuſſores, & debitores, cum quibus ipſe contraxit, vſque in diem mortis Domini, cum ſufficiat eo tempore, quo contraxit, Gutierrez *cap.* 1. *de tutel. num.* 9. *part.* 3. Gratian. *cap.* 125. *num.* 35. qui *num.* 36. pro nobis loquens, dicit, quod in nominibus hæreditariis diligentiam tenetur adhibere tutor, ſi fuerit idonea tempore ſuſceptæ tutelæ, ſed in nominibus contractis per eundem tutorem, ipſe tutor tene-
54 tur. Verùm tamen eſt quod tutor vt non teneatur in nominibus à ſe contractis ſufficit quod adhibuerit diligentiam, quam paterfamilias rebus ſuis adhibuiſſet, quæ ſi prætermittatur dicitur leuis culpa, provt dicimus de tutore deponente pecuniam penes Mercatorem, qui communiter reputabatur idoneus per cuius decoctionem ſi perdatur pecunia, non imputabitur adminiſtratori, imò iſta diligentia ſufficit, neque aliter tenetur tutor, quam ſi commiſerit culpam in contrahendo nomina, & non exigendo, Gloſſ. *in Auth. nouiſſima. in verb. periculum. Cod. de admin. tutor. & in l. litis, §. ſi pecunia, ff. de negot. geſtis.*

In quibus tamen nominibus contractis à tu-
55 tore pupillus facultatem habet eligendi an velit agnoſcere nomina contracta à tutore, necne per textum *in l. cum gereretur, ff. de admin. tutor.* quod intelligunt in nominibus non idoneis, quia in illis, qui ſunt ſoluendo, melius eſt, vt teneatur agnoſcere, vt bene Piſtorius *quæſt.* 49. *tom.* 1. *numer.* 15. Gratian. *cap.* 125. *numer.* 45. Riminald. *conſ.* 336. *num.* 18. *lib.* 2. per text. *in l.* 2. *ff. quam ex facto tutoris*, vbi competit Pupillo vtilis actio, finita tutela, licet ſtipulatio concepta non eſt in tutorem, quod idem dicitur *in l. tutores, & in l. ſi tutela, ff. de admin. tutor.* & ita procedit textus *in Cod. cum quæreretur, ff. de admin. tutor.* quæ
56 loquitur in nominibus non idoneis, in quibus culpa tutoris præceſſit tempore adminiſtrationis vnde ſi propter negligentiam in non exigendo, effecti ſunt non ſoluendo tempore tutelæ, tenetur tutor, reſpectu temporis, quo aſſumpſit tutelam, *l.* 2. *Cod. arbitr. tutelæ*, ſi autem nulla negligentia præcedente ſtatim poſt aſſumptam tutelam, vel caſu fortuito, effecti ſunt non ſoluendo, non aſcribitur tutori, *l. etiam, ff. de admin. tutor. l. litis, §. ſi pecuniæ, ff. de negot. geſt.* ſi verò poſt finitam tutelam deſierunt eſſe ſoluendo debitores, quos tutor non exigit, durante tutela, tunc tutor eximitur, *l. cum poſt mortem, ff. de admin. tutor.* quos caſus diſtinguit Roman. *conſ.* 413. *num.* 18. Soc. *conſ.* 2. *lib.* 1.

Vnde infertur primo periculum decoctionis debitorum ſpectare ad tutorem differentem exi- 57
gere ab eis credita pupilli, dum ſunt ſoluendo, Gloſſa *in l. ſi debitoribus*, 18. *in verb. pertinentes, C. de adminiſtr. tutor. d. cap.* 125. *num.* 49. requiritur diſſoluta negligentia cadens in culpam latam, *l. ſi tutor conſtitutus*, 16. *de admin. tutor. l.* 2. *C. arbitr. tutor.* ita vt non omnis mora imputanda ſit tutori, qui excuſat ibi ſemeſtralem dilationem, dicens, quod non dicatur negligentia, & culpa lata, quando actio non eſt peritura tempore, cum tempus ſemeſtre dicatur modica mora: Vbi ponderandum eſſe dico illud verbum Gratiani ibi: *Requiritur* enim *Curialitas in exigendo*, qui Gratianus licèt à principio nobis contrarius videa- 58
tur, tamen hic in illo verbo (Curialitas) ponit gladium ad radicem, requiritur enim Curialitas, ideſt, vt exequutoria expediri feciſſet, vt prouiſiones contra vniuerſales debitrices procuraſſet, vt 59
eaſdem cogeret ad aſſumenda temperamenta pro ſolutionibus, tunc enim non eſſet in negligentia, nec ſufficit tutori dicere conſtituiſſe Procuratorem illum eundem, quem pupillorum Pater conſtituerat, quia cum ex dicta negligentia tutor ſit in culpa lata, imò & in dolo non eſt audiendus, niſi probato impedimento, vt dicebamus.

Infertur ſecundo cum Balthaſſare Thomaſio *de tutore, & curatore, tom.* 1. *tit.* 18. *cap.* 11. *fol. mihi* 174. *col.* 2. tutores negligentes in adminiſtrando, ex quo ſe datos cognouerunt ipſorum periculo, omnia facerent, per tex. *in d. l.* 1. *& 2. C. ſi tutor, vel Curator, non ceſſit*, Gutierrez *d. part.* 3. *de tutel. cap.* 1. *num.* 100. Roman. *conſ.* 425. vbi ait, quòd quando tutor bona ſua prudenter collocauit, & non bona pupilli, vel quando ſua bona prudenter exegit, & non bona Pupilli, negligenter ſe geſſiſſe dicitur, Matthæus Cuno *de pactis, lib.* 1. *c.* 2. *n.* 56. Rot. Roman. *deciſ.* 634. *part.* 1. *diuerſ.* Montan. *de tutel. cap.* 32. *regul.* 4. *&* 9. *lib.* 2. Menoch. *conſ.* 1218. Riccius *collect.* 1211. Eſcobar. *de ratioc. cap.* 19. Didacus Spino *in ſpeculo teſtamentorum gloſ.* 29. *num.* 56. Quod adeo verum eſt vt maiorem diligentiam circa bona pupilli, quam circa ſua adhibere teneatur tutor, *dict. l. tutores, §.* 1. *ff. de admin. tutor.* Curtius Iunior *conſ.* 29. *num.* 19. Caſſan. *in conſuet. Burgand. in tit. de Infamibus, rubr.* 6. §. 4. & ſi res pupilli non locauit, ſicut ſua, Galganetus *de tutel. lib.* 3. *quæſt.* 28. Montan. *de tutel. cap.* 30. *num.* 93. *& cap.* 32. *reſol.* 2. *num.* 6. licèt alij melius putent contrarium, quod ſcilicet ſufficiat ſi tutores, vel curatores negotia pupillorum ita gerant, ſicuti propria, Bart. *in l.* 1. *ff. de tutel.* poſt alios Thomaſius *de tutelis d. tit.* 18. *cap.* 11.

Infertur vltimo ad ridiculam prætenſionem 61
tutoris, qui vigore decreti Curiæ Solofranæ prætendit ſibi alimenta taxata pro pupillorum educatione, cum tamen in libro rationum, de quo *ſuprà*, diximus qualiter ſit formandus cum Re-

gentes

gente Rouito, nihil ponat de istis alimẽtis præstitis, & licet pupilli viuere de vento non potuerint, sed alimentis ab ea præstitis, tamen necesse erat in libro rationũ describeret, vel describi faceret, dietim, & mensatim dictas expensas alimentorum, quæ non consistunt in indiuisibili, sed recipiunt magis, & minus, quia potuisset augeri, & minui: vnde dietim, & mensatim describi debebat, provt est communis conclusio in materia tutelari videnda apud DD. *suprà* citatos, & praxis nostrorum tribunalium, vbi licèt taxentur alimenta per decretum M.C. vel interdum S.C. tamen tutor tenetur omnes expensas alimentorum causa factas peculiariter in libro rationum describere, provt patet lippis, & tonsoribus præterquam quod decretum factum in terra Solofræ fuit ad instantiã tutorũ, vnde possunt pupilli hodie probare contrarium, quæ probatio non requiritur, quia tales expensæ sumi debent, idest probari debent ex libro rationum facto per tutores.

Quare, &c.

DISCEPTATIO XXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Facti species proponitur.*
2 *Possessorium competit pro annuis præstationibus personalibus.*
3 *Textus* in cap. querelam 24. de electione, *cùm concordantibus adducitur.*
4 *Quasi possessio incorporalium per vnicum actum acquiritur.*
5 *Requisita quasi possessionis, quæ sint?*
6 *Mandatum de manutenendo, & exequutiuum in præsenti competunt.*
7 *Possessio etiam cum legis resistentia sufficit ad manutentionem in possessorio posita præscriptione decem annorum.*
8 *Episcopus vigore Concilij Trident.* sess. 21. c. 4. de reform. *potest coadiutorem deputare ob populi numerum auctum.*
9 *Episcopus non potest diuidere Paræciam ob numerum populi auctum.*
10 *Coadiutori debetur congrua arbitrio Episcopi.*
11 *Congrua potest assignari, tùm in decimis, tùm in aliis.*
12 *Congrua debetur Coadiutori à Paræco si non sufficiant bona Paræci, vel Ecclesiæ.*
13 *Ordinarius propter visitationes præsumitur informatus de valore beneficiorum, & statu Ecclesiæ suæ Diœcesis.*
14 *Populus tenetur probare sufficientiam reddituum Ecclesiæ, ne teneatur ad congruam.*
15 *Declaratio Sacræ Congregationis adducitur in oppositum.*
16 *Declaratio prædicta procedit quando non consentit Rector, seu Paræcus.*
17 *Consensus præsumitur spatio decem annorum, & multo magis maiori tempore.*
18 *Obseruantia subsecuta facit præsumi iustificationem literarum.*
19 *Assensus Summi Pontificis præsumitur spatio 30. annorum, nec requiritur scientia Papæ.*
20 *Datarius est organum Papæ, & quando facit, Papa facit.*
21 *Datarius vtitur viuæ vocis oraculo, quo non vtuntur Cardinales nisi in certis casibus.*
22 *Declarationes Sacræ Congregationis quando fidem habeant.*

ARGVMENTVM.

Textus in cap. querelam de electione *declaratur, possessorium pro annuis præstationibus personalibus competit? Incorporalium quasi possessio per vnicum actum acquiritur. Quasi possessionis requisita quæ sint. Mandatum exequutiuum quando competat? Possessio cum legis resistentia an suffragetur Episcopum vigore Concilij* sess. 21. cap. 4. de reformatione, *posse deputare coadiutorem ob populi numerum auctum: non tamen diuidere Paræciam? Poputus qualiter teneatur ad congruam, & alia ad materiam explicantur.*

PRO

Reuerendo D. Fabio Vigilanti, Coadiutore S. Iuliani Terræ Solofræ Salernitanæ Diœcesis,

CONTRA

Reuerendum Rectorem eiusdem Ecclesiæ.

FACTVM.

SVPPONITVR in facto Archiepiscopum Salernitanum in anno 1612. suam Diœcesi visitantem inuenisse in Paræciali S. Iuliani Terræ Solofræ suæ Diœcesis Curatum non potuisse animarum curæ incumbere ob numerosum numerum paræcianorum, qui tunc erat mille circiter, ob quod deputauit Coadiutorem, cui assignauit annuos ducatos 25. super fructibus, & introitibus illius Ecclesiæ; & alios ducatos quatuor, vt contribueret Paræcus, & ducatos decem Rector eiusdem Ecclesiæ, & hoc fecit in Sancta Visitatione; & bullas super hoc expediuit ad beneficium D. Pompilij Vigilantis; & post modum ob eiusdem D. Pompilij resignationem à 34. annis circiter fuit prouisus Reuerendus D. Fabius Vigilanti per Sedem Apostolicam, & tum D. Pompilius: tum etiam D. Fabius sunt in quasi possessione exigendi tum ducatorum 25. solutorum ab Ecclesia, tùm quatuor solutorum à Paræco, tùm illorum decem solutorum super fructibus, & obuentionibus Rectoriæ; annuentibus, & patientibus Rectoribus pro tempore. Nunc non obstante pacifica quasi possessione 1

sione per annos quadraginta quatuor, D. Donatus Ronchæ, Rector ad præsens ab annis vndecim prætendit nolle soluere ducatos decem sub aëreis quibusdam prætentionibus non potuisse Episcopum onus imponere super beneficiis simplicibus, & comparuit in Curia Archiepiscopali Salernitana, vexando indebite cum reuerentia D. Fabium Vigilantem hodiernum Coadiutorem, & prætendit non amplius soluere ducatos illos decem; & etiam cogendum fore ad restituendum totum exactum in præteritum: quæsito quid iuris.

2 Respondeo pro Coadiutore præsente contra Rectorem, & hoc tum in possessorio tum in petitorio.

Quoad possessorium quidem, quia in annuis præstationibus etiam personalibus dantur remedia possessoria, & mandatum de manutenendo, iuxta celebrem doctrinam Innocentij *in cap. querelam, de electione*, Afflict. *decis.* 395. Rebuffus *ad leges Gallicas, tom.* 3. *in titulo, de causis possess. beneficij in præfatione, num.* 20. Menoch. *remed.* 1. *recuperandæ numer.* 87. Franchus *decis.* 90. vbi ait quod ita seruatur in omnibus curiis tam temporalibus, quàm spiritualibus, & latè defendit Felician. de Solis *lib.* 3. *de censibus, cap.* 1. *num.* 8. Regens de Aponte *cons.* 144. *numer.* 20. *&* 3. *vol.* 2. Ceuallos *comm. contra comm. q.* 656.

3 Quod probatur tùm ex textu *in dict. cap. querelam* 24. *de electione, & ex cap. sicut* 16. *in principio de re iudicata*: & poterit contra negantem agi remedio spolij, Decius *cons.* 135. *&* 215. Osaschus *dec.* 99. Mascard. *de probat. concl.* 1323. *num.* 19. Gigans *de pensionibus, quæst.* 47. *num.* 10. Felician. *vbi sup. num.* 8. Rota Romana pluries apud Seraphinum *decis.* 1351 Gregorius XV. *decis.* 507. Garsia *part.* 1. *de Beneficiis capit.* 5. *num.* 199. Gratian. *cap.* 94. *num.* 59. Maresc. *lib.* 1. *capit.* 18. Pacificus *de Saluiano interdicto, decis.* 99. *inspect.* 3. *cap.* 4. *num.* 199. Et ad hanc quasi possessionem acquirendam vnicum actum solutionis sufficere dicit Glossa *in c. si verò,* 12. *de Iure iurand.* Cardin Tusch. *tom.* 3. *lit. E, concl.* 83. *& tom.* 7. *in verb. possessio concl.* 421. *& in verb. quasi possessio concluf.* 34. Triuisanus *decis.* 54. *part.* 2. Cardin. Puteus *decis.* 192. *part.* 1. Mascardus *concluf.* 173. Gonzalez *ad Regul. Cancellariæ* Gloss. 45. *num.* 29. Riccius *collect.* 1454. Garsia *dict. cap.* 5. *num.* 59. Borrellus *in summa decisionum, tit.* 32. *n.* 216.

5 Requiritur tamen, vt talis actus sit factus scientibus illis, quibus præiudicium prætenditur illatum, & vt sit actus clarus, & non turbidus, Garsia, Gonzalez, & alij *vbi suprà*: ergo cum D. Fabius Coadiutor fuerit in quasi possessione exigendi per tot annos, erit in quasi possessione manutenendus; & si Rector nolit soluere, vt agendo jactatur erit præceptum faciendum, vt soluat, & seruatis seruandis erit
6 mandatum executiuum concedendum contra Rectorem; hic enim est casus, in quo duo mandata concedenda sunt, nostro Coadiutori scilicet mandatum de manutenendo, & mandatum exequutiuum; quæ duo mandata poterunt simul peti à Coadiutore, & pro præteritis præstationibus decursis, & non exactis poterit expediri mandatum executiuum, vt bene Rota Romana apud Postium, *de manutenendo obseru.* 202. *à num.* 60. *cum sequentibus.*

7 Dicet Aduersarius possessorium, de quo in præsenti non esse attendendum, quia est possessio Coadiutoris cum legis resistentia, scilicet cum declaratione Sacræ Congregationis, de qua infrà, quia quando ius resistit, seu admodum vehemens Iuris præsumptio non dicitur possessio, seu quasi; sed potius iniqua occupatio, quæ nihil prodest occupatori, vt late Mascard. *in verb. possessio concluf.* 1203. Gratian. *c.* 870. *num.* 16. Rota coram Pirouano post tractatum Postij *decis.* 215. *num.* 23. & dicitur improba, non manutenibilis possessio, quæ est contra prohibitionem statuti, Boccaccius, de interdicto *vti possidetis cap.* 4. *in fine*, Rota *diuers. dec.* 41. *part.* 2. ergo nihil ad nos.

Respondeo tamen nullam extare talem declarationem, vt infrà probabo in petitorio, & dato quod adesset, nihil præiudicaret huic possessorio, quia possessio, etiamsi manifeste sit contra Ius, seu etiamsi habeat Iuris communis resistentiam vehementem, prodest ad mandatum de manutenendo, quando est alicuius temporis considerabilis, Maresc. *lib.* 1. *var. cap.* 11. *num.* 54. *&* 55. Caualerius *dec.* 80. *n.* 8. Rota apud Postium *decis.* 194. *num.* 12. *&* 215. *num.* 26. *&* 217. *num.* 8. scilicet si sit decennalis Maresc. *vbi suprà*, eoque magis si sit plusquam decennalis, Rota post tractatum Viuiani *decis.* 86. *num.* 50. & apud Postium *dec.* 32. *n.* 8. *&* 33. *num.* 6. & etiam in Regaliis sufficit diuturna possessio, vt bene Giouagnonus *cons.* 9. *num.* 36. *&* 37. *vol.* 1. in quibus regulariter ex sola quasi possessione manutentio non datur sine titulo habito à Principe, Burattus *decis.* 312. *num.* 12. *&* 13. Etenim ex longæua possessione, & decennali, omni calumnia sublata, oritur titulis præsumptio, seu titulus coloratus, qui sufficit ad obtinendum mandatum de manutenendo, etiam si ius resistat: Boccacius, *de interdicto vti possidetis cap.* 18. *numer.* 49. Maresc. *lib.* 1. *var. cap.* 11. *numer.* 53. Guttierrez *practic. quæst. lib.* 3. *quæst.* 14. *numer.* 79. Giouagnonus *cons.* 11. *numer.* 23. *lib.* 1. Caualerius *decis.* 384. *&* 631. sic ad effectum manutentionis non obstat Iuris resistentia donec cognoscatur petitorium, quando habet quis præscriptionem, & priuilegium Seraphinus *decis.* 595. *& decis.* 1380.

Circa verò petitorium dubitari non potest 8 id potuisse fieri per Episcopum vigore Concilij Tridentini *sess.* 21. *de reform. cap.* 4. vbi Episcopi tanquam Sedis Apostolicæ delegati in omnibus Parœcialibus numerosis, vt vnus Rector, seu Parœcus non possit sufficere Ecclesiasticis Sacramentis ministrandis, & cultui diuino per agendo, cogi possunt Rectores, vel alij ad quos pertinet sibi adiungere alios sacerdotes ad hoc munus, ergo Archiepiscopus tunc temporis fecit id quod vigore Concilij tenebatur facere, ob multitudinem enim populi aucti prouidendum est Parœco, seu Rectori de Coadiutore, Cæsar de Grassis *decis. vnica de Parœciis*, Gonzalez *in regul.* 8. §. 9. *num.* 26. Riccius *in praxi par.* 4. *resol.* 494. Quando enim solus Curatus eodem tempore pluribus infirmis prouidere non potest non datur iusta causa diuidendi Parœciam, sed adhibendi ministros Coadiutores, Rota *in Aquilana nullitatis erectionis* 10. Maij 1613. coram Pirouano, impressa apud Farinacium *decis.* 484. *part.* 1. *recentiorum*, latè Stephanus Vveymes *ad constitutiones* 24. *ex antiquo iure desumptas*, & per Concilium Tridentinum innouatas, *constit.* 19. vbi per locum Trident. ait innouare

textum *in cap. ad audientiam, de Eccleſiis ædificandis*, & dicit Epiſcopum poſſe cogere Rectores adiungere alios Clericos ad adminiſtrationem Sacramentorum, & diuina officia, ſi vnus Rector non ſufficiat, quod, & Rota dixit teſte Garſia *part. 12. de Beneficiis, cap. 3. numer. 10.* quia non debet expectari, vt Parœciani decedant ſine Sacramentis, ad hoc, vt Epiſcopi cogant Rectores ſibi adiungere alios Sacerdotes in Eccleſiis parœcialibus, in quibus populus ita
9 numeroſus eſt, vt vnus Rector non ſufficiat, vt deciſum refert Garſia *dict. cap. 3. num. 9.* Parœciam tamen diuidere, diſmembrando partem Curæ animarum non poterit ſub prætextu quod populus eſſet numeroſus, vt deciſum refert Bar-
10 boſa *in Trident. ſeſſ. 21. cap. 4. num. 50. in fine.* Et in hac deputatione Coadiutoris poterit Epiſcopus aſſignare certam partem, quam congruam vocamus ex fructibus Eccleſiæ, vt in *Trid. vbi ſupra* Barboſa, *de poteſtate Parœci, part. 2. cap. 23. in fine.*

Quod verò talis congrua ſit arbitrio ordinarij remiſſa, patet ex Doctoribus apud Rebuffum *in tractatu, de Congruis portionibus, quæſt. 8.* Surdum *de alim. tit. 4. quæſt. 2. & ſequenti* Rota *deciſ. 5. part. 2. diuerſorum.*

11 Poteritque aſſignari talis congrua tùm in decimis, tùm in aliis bonis Rectoris, & redditibus Eccleſiæ *cap. ad audientiam, de Eccleſiis ædificandis*, vbi loquitur indiſtinctè eſſe aſſignandam ſuper redditibus, prouentibus, & obuentionibus, & *Clem. 1. de Iure patronat.* Abbas *in dict. cap. ad audientiam, num. 15.* & declarauit Sacra Congregatio *in Trident. ſeſſ. 21. de reform. cap. 4.* vbi ait licere Epiſcopo aſſignare talibus Coadiutoribus congruam arbitrio ſuo ex omnibus fructibus ad Eccleſiam pertinentibus, non diſtinguendo magis decimas, quàm alia corpora reddituum eius, & debet Epiſcopus prius arbitrari bona, & redditus Eccleſiæ ſi ſufficiant, deinde in ſubſidium cogere populum, vel alio modo prouidere *dict. capit. ad audientiam*, vbi Hoſtienſis *numer. 3.* Abbas *numer. 7.* Bald. *conſ. 132. vol. 1.* Rebuffus, *de Decimis quæſt. 6. num. 22.* & ſic declarauit Sacra Congregatio.

Quod ſi Epiſcopus viſitando videat opus eſſe
12 Coadiutore, & aſſignet congruam ſoluendam à populo ob inſufficientes redditus Eccleſiæ, tunc ſi populus prætendat ſe grauatum, quia redditus Eccleſiæ ſufficiunt poterit agere coram Epiſcopo, & ei incumbit probare redditus Eccleſiæ eſſe ſufficientes, quia ſemper præſumitur pro
13 ordinario, qui propter viſitationes cenſetur informatus de valore beneficiorum, & de ſtatu Eccleſiarum ſuæ Diœceſis; Felinus *in cap. ad aures num. 11. verſ. qua ratio non cadit, de reſcriptis*, & in puncto in materia congruæ dixit Rota *dec. 5. in principio, verſ. quia prædicta ſententia part. 2. diuerſorum*; ergo ſpectat ad eundem populum,
14 vel in præſenti ſpectaret ad Rectorem probare contrarium, cùm præſertim habeamus plures viſitationes tot Illuſtriſſimorum, & Eminentiſſimorum Purpuratorum, quorum primus, qui hoc fecit, fuit Eminentiſſimus Cardinalis Sanſeuerinus, cuius fama noſtris non contentatur Encomiis, ſed volat per orbem; vt in ſimili de quadam congrua impoſita in diœceſi Mediolanenſi à S. Carolo Borromæo, poſtea ſolum per plures annos tempore ſuorum ſucceſſorum, & deinde negabatur ſolutio, dixit Rota coram Reuerendo Don Andrea in vna Mediolanenſi Decimarum 18. Decembris 1617. de qua Farinac. *dec. 595. to. 2. inter poſthumas.*

Sed audio Aduerſarium in petitorio inſurgen- 15
tem, non poſſe Epiſcopum erigere coadiutoriam in vim decreti Concilij Tridentini *ſeſſ. 21. de reform. cap. 4.* ſed poſſe cogere Rectorem ad adiungendum ſibi tot Sacerdotes, qui ſufficiant Eccleſiis in Sacramentis adminiſtrandis, & ad hoc aduerſarius credo, quod vult adducere illam declarationem, quam affert Barboſa 1. *in collectaneis ad Tridentinum, ſeſſ. 21. de reform. cap. 4. num. 3.* eandem refert Barboſa, *de officio Parœci capit. 11. numer. 4.* & iterum repetit in ſumma Apoſtolicarum deciſionum *collect. 176.* & hic eſt mos huius Doctoris ſæpe ſæpius eandem repetere cantilenam.

Taceat tamen Aduerſarius, quia Trident. ex- 16
preſſe loquitur poſſe Epiſcopum cogere Parœcum, vel Rectorem ad deputandos Sacerdotes, &c. hoc fecit Dominus Archiepiſcopus tunc temporis ſcilicet Rectores ſi non coëgit, certe voluntarie conſenſerunt de Coadiutore eligendo; & hoc patet, tum quia non fuerunt conqueſti per quadraginta quatuor annos Rectores pro tempore, ſed paſſi ſunt Coadiutorem prædictum, vt in facto; voluntariè ergo fuit conſtitutus coadiutor, ſcilicet annuentibus Rectore, & Parœco; & hoc eſt, quod dicitur à Sacra Congregatione non poſſe ſcilicet Coadiutor conſtitui ob populi numeroſitatem inuito Rectore, ſed ſolum Rectorem Parœcumque cogi ad eligendos ſacerdotes, qui ſecum exerceant; at poſito conſenſu, qui multiplici ex capite præ- 17
ſumitur interuentus; quia ſcilicet eſt ſolemnitas requiſita, quæ ſpatio temporis præſumitur *l. ſciendum, ff. de verb. obligat.* ſicuti quælibet ſolemnitas ſpatio decem, vel 20. annorum præſumitur Rota Romana, teſte Poſtio *deciſ. 20. n. 10.* poſt tractatum de manutenendo, *& deciſ. 428. num. 11.* ergo multo magis ſpatio quadraginta quatuor annorum, de quibus in præſenti.

Accedit ſubſequuta facit præſumi iuſtifica- 18
tionem literarum, vt latè Rota apud Poſtium *deciſ. 139. num. 10. & 314. num. 8. & deciſ. 554. num. 50.* & dat robur ſcripturis, & fidem eiſdem etiam minus Authenticis, & informibus, vt bene Rota apud Poſtium *deciſ. 561. num. 7.* ergo cum in præſenti facti ſpecie præceſſerint quadraginta quatuor anni à die erectionis huius coadiutoriæ, præſumitur ſolemniter facta, & annuentibus Rectoribus pro tempore, quod non eſt contra mentem, neque Concilij, neque Sacræ Congregationis, ſed eiſdem conforme. Addo quod ex tali tempore præſumitur etiam 19
aſſenſus Pontificis, vt bene Riccius *in materia alienationis rerum Eccleſiæ*, qui ait quod per tale tempus ſolemniter præſumitur facta alienatio bonorum Eccleſiæ, & quod Papa conſenſerit Riccius *in praxi, part. 1. reſol. 33.* vbi ſpatio 30. annorum aſſenſus Papæ præſumitur, nec requiritur ſcientia Papæ.

Addo quod in præſenti eſt coadiutor D. Fa- 20
bius Vigilanti prouiſus per Breue Apoſtolicum, quod expeditur à Datario, qui non à dando dictus eſt, ſed à Datando, eo quod non ipſe, ſed Papa concedat Gratias, Pariſius *lib. 9. de reſign. benefic. quæſt. 25. num. 11.* Cuius munus eſt non ſolum apponere datam gratiis, ſed conceſſas à Pontifice partibus exhibere, & teſtari de gratia conceſſa, in qua ſoli Datario creditur, quia ſolus eſt organum mentis, & vocis Papæ Gonza-

lez

lex *in regul.* 8. *Cancellariæ*, *gloſſa* 63. *num.* 60. & ſic verbum, *datum*, ſignificat conceſſum §. *de argumentis*, *Auth. de nuptiis*: omnia enim quæ ſunt gratiæ, concernunt munus, & officium Datarij, per cuius manus Omnia tranſeunt, vt ait Gonzales *vbi ſuprà*, *num.* 57. ſine quo factum eſt nihil, quia gratiæ Papæ tranſeunt per manus Datarij, tanquam per Canalem gratiarum Lancellotus, 2. *part. de attentatis*, c. 4. *limit.* 19. *n. vlt. & limit.* 29. *num.* 3.

Quare cum Datarius gerat perſonam Papæ, Ideo geſta per eum præſumuntur geſta per ſummum Pontificem, Parifius *lib.* 11. *de reſignat benefic. quæſt.* 13. *num.* 118. *& num.* 113. & omnes Sacræ Congregationes Cardinalium, & vrbis Tribunalia illius dicto, vti legi deferunt, quia Datarius vtitur viuæ vocis oraculo, quo non vtun-
21 tur Cardinales, niſi in illis, quæ eis ſpecialiter commiſſa ſunt, vt bene Theodorus Amydenius *de ſtylo Datariæ*, *lib.* 1. *cap.* 3. & ob hanc Datarij ſummam dignitatem eius officium morte Papæ expirat, vt in Bulla Pij IV. 63. Barboſa *in ſumma Apoſtolicarum deciſionum*, *in verb. Datarius*, & Amydenius *dict. cap.* 3. *num.* 8.

22 Quare pro nobis eſt Coadiutoriæ conſtitutio ab Archiepiſcopo Sanſeuerino, Bulla Pontificia pro præſenti Coadiutore, præſcriptio 44. annorum, aſſenſus Pontificis tum præſumptus, tum verus per Bullam expreſſus, ex reſignatione ſortita effectum per collationem Papæ, conſenſus Primi Rectoris ex ſolutione collectus, & non conqueſtus. Pro Aduerſario declaratio, quæ adducitur à Barb. non eſt in conſideratione: tum quia declarationes tũc faciunt legẽ, quãndo continent hęc requiſita: Primum vt pronuncietur Conſulto Romano Pontifice: Secundum vt ſint ſolæ declarationes, & interpretationes, non autem diſpenſationes, reſtrictiones, &c. (vt eſſet iſta.) Tertium vt exhibeantur in forma Authentica ſolito ſigillo, & ſubſcriptione Cardinalis Præfecti, vt Congregationis Secretarij, Diana *part.* 5. *tract.* 2. *reſol.* 96. quod vltimum requiritur, vt faciat fidem, vt eadem Sacra Congregatio dixit teſte Diana *part.* 5. *tract.* 2. *reſol.* 12. Et ideo ait Merolla *tom.* 2. *de legibus*, *diſp.* 4. *cap.* 4. *dub.* 12. *num.* 175. Quod ſi ſint duæ declarationes contrariæ de eodem articulo; ſi vtraque facta eſt conſulto Papa, ſtandum eſt ſecundæ, quia ſe habent, ac ſi ab eodem Papa, emanaſſent; in quo caſu ſecunda abrogat primam: ſi verò tantum altera facta eſt de conſenſu Pontificis, illi ſtandum eſt: ſi tandem neutra, illi ſtandum eſt, quam pars noluerit ſequi, quia ſunt duæ opiniones probabiles Diana *dict. reſol.* 96. *& in ſumma in verb. Cardinales*, *num.* 23. *per totum.*

Ergo in caſu noſtro pro Coadiutore ſunt tot, quæ ſuprà diximus, eſt Bulla Pontificis: pro aduerſario declaratio, ſine qualitatibus, de quibus *ſuprà*, & quæ ſi eſſet cum eiſdem qualitatibus intelligeretur, non exiſtente Rectoris conſenſu, vt *ſuprà*; ergo neque petitorium poterit nocere Coadiutori, quem defendo; & tandem dico ob hanc rationem Sacram Indicis Congregationem prohibuiſſe nobis ne legamus declarationes prædictas: quia circumferuntur plures erroneæ, ſine vllis requiſitis, de quibus *ſuprà*, vt ex prohibitione apparet typis impreſſa contra legentes tales declarationes. Omni Iure ergo pro Coadiutore, eſt pronunciandum condemnando Rectorem ne moleſtet, ſed vt in futurum ſoluat, vt de præterito ſoluit. Scripſi hodie 14. Februarij 1656.

Fuit deciſum, vt diximus.

DISCEPTATIO XXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Facti Thema proponitur.*

2 *Falſi crimen homicidio, aliiſque grauioribus delictis grauius eſt; & quali pœna puniebatur antiquitus.*

3 *In crimine falſi concludens probatio oritur ex pluribus præſumptionibus, & falſitas in dubio an præſumatur.*

4 *Raſura facta in ſcriptura an falſitatem arguat; quot ex modis committatur falſitas.*

5 *Falſitas Inſtrumenti quomodo probetur, ſiue redarguatur. Lex Hiſpanorum contra falſarios extollitur.*

6 *Falſitatem committens an amittat cauſam.*

7 *Falſificans acta cauſæ vtrum illam amittat ipſo iure, vel per ſententiam.*

8 *Falſitas, quæ committitur in antedata alicuius ſcripturæ in iudicio ductæ, vtrùm dicatur in actis, vel extra acta committi.*

9 *Hodie per pragmaticam primam de falſis falſitatem committens tam in actis, quam in inſtrumentis, & teſtibus, amittit cauſam ipſo iure.*

De iure communi ſolùm falſificans acta, punitur pœna amiſſionis cauſæ ipſo iure, & vtrum hoc ſit in cauſa Eccleſiaſtica.

10 *Producens falſos teſtes, an cauſam ipſo iure amittat, & cur?*

11 *Pars, quæ falſos teſtes, & ſcripturas produxit eſt interroganda vtrùm velit vti ſcripturis, & teſtibus in iudicio productis, & cur.*

Ante huiuſmodi interrogationem non poteſt falſarius pœna falſi puniri.

12 *Sola productio falſorum teſtium non efficit, niſi producens ſcienter vtatur. Pœnaque falſitatis ceſſat ſi pars ea non vtatur, nec in ea ſe fundet.*

13 *Procuratore producente falſos teſtes, principalis vtrùm puniatur ſcientia, & patientia principalis habetur pro mandato in procuratore.*

14 *Producens falſa inſtrumenta, ſiue falſos teſtes, cum clauſula (ſi & in quantum) an puniatur pœna falſi.*

15 *Deponentes falſum in inſtrumentis nullis, ſiuè aliis depoſitionibus nulliter receptis, adhuc pœna falſi puniuntur.*

16 *Falſitas, quæ nulli nocet an ſit punienda, &* num. ſequenti.

17 *Falſitas minimè punienda ſi nulli nocet in actu, nec nocere poteſt, alias ſecus. Et vtrum ſit punienda falſitas, quæ ſuam habuit eſſentiam, & formam, vt poſſit nocere ſaltem ad aliquam præſumptionem.*

18 *Iudices non ſemper reum pœna amiſſionis cauſæ condemnant. Aduerſarius ſi ſit actor non obtinet, niſi ſuam plene probet intentionem, &* num. ſequenti.

19 *Actor committens falſitatem cauſam debet amittere, etiamſi ſuam intentionem plenè probauerit, & quid ſi Reus falſitatem commiſerit.*

20 *Mulier committens falſum an excuſetur à pœna falſitatis, &* num. 22. & 25.

21 *Pragmaticæ, & ſtatuta pœnalias fœminas an comprehendant.*

22 *Pragmatica prima de teſtibus an expreſsè excludat fœminas, ſuoſque tamen puniat procuratores,* & num. 25. *& quæ perſonæ excludantur à pœna falſitatis, & cur.*

23 *Falſi crimen adeo grauiſſimum eſt, vt famam, honorem, ipſumque hominem ad nihilum reducat, & falſarius homo ſine conſcientia, & fide dicitur.*

24 *Olim falſum committens ex Saxo Tarpeio deiiciebatur. Hodie verò per pragmaticas ſanctiones duplici pœna punitur.*

25 *Mulieres falſariæ excuſantur à pœna ordinaria, non verò à pœna amiſſionis cauſæ.*

26 *Statuta adeò ſtrictè intelligenda, vt minus lædant ius commune.*

27 *Falſitatem committens vltrà pœnas in pragmatica poſitas an teneatur ad intereſſe, & vtrum cauſæ amiſſio reſpiciat intereſſe Fiſci, vel partis.*

28 *Ioannes Arnon. in quatuor locis explicat pragmaticam primam* de teſtibus. *Et vtrum ruſticus à pœna falſi excuſetur. Et vtrum pragmatica prima de teſtibus habeat locum in cauſa ciuili tantum, vel etiam criminali.*

29 *Teſtis ſi verum deponat; attamen ſtudiosè aſſignet cauſam non concludentem, an puniatur pœna falſi.*

Et teſtis deponens, quod non attinet ad ſe, vel ſi ſit conſanguineus partis an puniatur pœna falſi.

30 *Falſarij an gaudeant indultu generali, maximè ob præteritas reuolutiones conceſſo in indultu generali, ac delictorum generali remiſſione falſi crimen non includitur.*

31 *Cardinalis, ſi ei fiat obuiam damnatus ad mortem iubere poteſt illum liberari, & vtrum ſi occurrat ei damnatus ob falſum.*

32 *Nobilis ſi falſum committat nobilitatem amittit.*

33 *Falſi crimen homicidio, & veneficio deteſtabilius eſt.*

ARGVMENTVM.

Falſi crimen omnibus aliis delictis grauioribus puniri pœnis oſtenditur. In quo probando, concludens probatio oritur, ex pluribus præſumptionibus. Ratura verò ſcripturæ quale faciat indicium? Falſitatem committens quando cauſam amittat. Et quid ſi quis falſificet acta cauſæ, & quando falſitas dicatur commiſſa in actis. Pragmatica prima de falſis, *explicatur, & an producens teſtes falſos cauſam amittat, & quid operetur in hoc declaratio circa vſum. Falſitas nulli nocens non eſt punienda, à muliere ſi committatur. Falſitas in iudicio an puniatur pœna falſi, & Idultum generale falſitatem non continere defenditur.*

PRO

Ioſepho, & aliis de Cirillo,

CONTRA

Portiam Saluo.

PORTIA Saluo hæres quondam Thomæ Saluo; egit in S. C. contra Ioſephum, & alios de Cirillo pro ſolutione Ducatorum mille, centum & nonaginta capitulis, vnà cum tertiis decurſis; & pro prædicta ſumma petiit aſſiſtentiam, non ſolùm ſuper bonis omnium debitorum, ſed etiam Ioannis Camilli de Iuliano tertij poſſeſſoris. obtenta ſententia in liquidatione, pro parte omnium debitorum, & tertij poſſeſſoris fuit petita declaratio, circa vſum; & ea facta per dictam Portiam fuit repertum in proceſſu illam commiſiſſe plures falſitates, tam circa acta, quàm circa teſtes, & inſtrumenta. Qua de re conuenti ſupponunt Portiam prædictam, alioſque delinquentes ſcilicet adiuuantes ad falſitatem committendam, puniendos eſſe pœna falſi, tam ex iure communi, quàm ex diſpoſitione pragmaticæ primæ *de falſis*: Imò Portiam prædictam puniendam fore pœna amiſſionis cauſæ, vt dicta Pragmatica diſponit. Ex aduerſo Portia ſuppponit ſe tueri poſſe ex eo quod tanquam mulier à prædicta pragmatica fuit excepta, ibi *in fine* 2. quod etiam ſi comprehenderetur, gaudere debet indultu generali, ab Inuictiſſimo noſtro Rege conceſſo, occaſione præteritarum reuolutionum: quapropter videnda ſunt plura. 1

Primò qualiter puniatur tam de iure communi, quàm Regni noſtri falſum committens in iudicio, tam circa acta, quam circa inſtrumenta, & teſtes, quibus declarauit pars ſe velle vti.

Secundò vtrum propter hoc delictum, ſtantibus terminis regiæ Pragmaticæ primæ, *de falſis*, mulier excuſetur ab amiſſione cauſæ.

Tertiò videndum eſt vtrum indultum generale, conceſſum menſe Aprili præterito ſufficiat ad excuſandam hanc mulierem, ſuoſque complices à pœna falſitatis prædictæ.

Quoad primum falſi crimen, quod adeò eſt atrox, vt noſtri in eius deteſtationem plura adduxerint: præſertim quòd homicidio, & aliis delictis grauioribus atrocius ſit; teſte Hyppolito de Marſiliis *in rubrica, ad l. Corneliam, de falſis, num.* 12. Poſt quem, Dux Criminalitatis Farinacius *de falſitate, quæſt.* 150. *part.* 1. *num.* 12. adeo antiquis exoſum fuit, vt illud committens ciuilibus ſanctionibus pœna deportationis, omniumque bonorum publicatione, multari dixerit tex. *in l.* 1. *§. fin. cum ll. ſequentibus, ff ad l. Corneliam, de falſis*, aliiſque pœnis fuiſſe hoc delictum punitum refert Marſilius *vbi ſuprà*, remiſſiuè Reigerius *in repertorio iuris, tit.* 1. *de falſo in princip.* Et ſignanter non eſt paruipendendum quod ſola ſuſpicio falſitatis pro falſitate habeatur Capyc. *dec.* 30. *num.* 41. Muſàbarellus *in tit. de falſis, numer.* 32. 2

mer. 32. Farinacius *num.* 2. Et ex pluribus præsumptionibus in hac materia oritur concludens probatio. Baiardus *ad Clarum §. falsum, num.* 10.
3 Menochius *lib.* 1. *præsumpt.* 40. *num.* 13. *& præs.* 58. *num.* 8. *& præs.* 99. *num.* 16. Quibus verò coniecturis probetur falsitas, tradit inter alios *in notabili articulo* Paulus Staibanus iunior *resol.* 11. Quod verò dixi falsitatis suspicionem haberi pro falsitate, procedit in ciuilibus, si talis suspicio sit fundata Rota *dec.* 422. *num.* 15. *part.* 1. *in Recentioribus, & decis.* 551. coram Remboldo inter impressas ab anno 1618. vsque ad annum 1624. sicut licèt falsitas in dubio non præsumatur *l. cum precibus. C. de probationibus, cap. in præsentia, de Renunciatione*; Menochius *lib.* 5. *præsumpt.* 20. Mascardus *de probat. concl.* 745. ita vt ad hoc vt falsitas euitetur omnis alia præsumptio sumenda sit, *l. iuris gentium, §. quod ferè, ff. de pactis*, Farinacius *vbi supra, num.* 193. tamen in ciuilibus suspicio falsitatis pro falsitate habetur, Ludouicus Gilkans *in arbore iudiciario criminali, cap.* 2. *tit.* 26. *num.* 23. Illustrissimus Regens Capycius Latro *consultatione* 4. *num.* 30. Regens Galeota *lib.* 2. *controu.* 29. *in fine*, qui doctè fundant quibus coniecturis possit præsumptio falsitatis euacuari. Hodierna ad Surdum *dec.* 231. *in fine.* & de rasura facta in scriptura quando arguat falsitatem,
4 consuluit Nouarius *in decis.* 218. Enumerat verò nouem modos, quibus falsum committitur. S. P. *in cap. licet, de crimine falsi*; vbi Glossa alios septem modos refert, improprios tamen, quos explicat Ioseph Vela *de pœnis delictorum, cap.* 10. & quomodo probetur, & radarguatur falsitas in-
5 strumenti, legendus est Cæsar Locatellus *in Breuiario rerum criminalium, inspectione* 5. *num.* 3. & iura exclamantia in execrationem falsitatis refert Iacobus Gagliardus *de delictis, lib.* 5. *à numer.* 95. sic legens illam sanctissimam Hispanorum contra falsarios 42. *tit.* 19. *part.* 3. *& l.* 1. *tit.* 7. *partita* 7. vbi Gregor. Lopez refert nouissimè Hisno idiomate, Fanciscus Pradilla *de delictis, capit.* 22. *& capitul.* 79. illius inuictissimi Imperatoris Caroli V. pro Siciliæ Regno explicat Marius Muta inter Pragmaticas Regni Siciliæ *tom.* 1. *tit.* 35. *num.* 49.
6 Inter alias verò pœnas, quibus de iure communi punitur; illa est, vt scilicet causam amittat, in qua falsitatem commisit, siue causa illa sit cum priuato, siue cum Fisco, vt ait text. *in l. in fraudem* 45. *§. quoties, ff. de iure Fisci*; vbi Glossa, Bart. & alij Soccinus *cons.* 60. *vol.* 4. Capycius *dec.* 67. vbi addentes Ceuallos *quæst.* 19. Guazzinus *de defensionibus reorum, defens.* 28. *cap.* 17. Card. Tuschus *lit. F, concl.* 41. Giurba *cons.* 5. *num.* 14. Cum hac tamen distinctione, si scilicet falsitas committatur in actis, vel circa acta: quia si committatur falsitas in instrumentis, seu testibus de iure communi non puniebatur delictum pœna falsi, Alexander *in d. l. Diuus, num.* 6. vbi Iason *num.* 15. *&* 16. *ff. de re iudicata.* Farinacius *de falsitate, quæst.* 150. *num.* 37. *& de testibus, quæst.* 67. *num.* 282. Bertazzolus *cons. crim.* 218. *numer.* 16. *lib.* 1. Iulius Clarus *in §. falsum, num.* 32. Peregrinus *lib.* 3. *de iure Fisci, tit.* 3. *num.* 39. Gratianus *cap.* 823. Boërius *dec.* 291. Card. Tuschus *lit. F, concl.* 41. *num.* 28. Crauetta *cons.* 400. *num.* 17. Berous *cons.* 22. *lib.* 3. cum obligatione restaurandi damna passa, Ancharanus *cons.* 173. Ioannes de Anania *cons.* 12. vbi Bolognettus *in additionibus.*
7 Hinc resoluitur quæstio, quæ fuit antiquitus disputata inter nostros, an falsificans acta causæ amitteret illam ipso iure, an verò per sententiam. Prima opinio fuit Bald. *in cap. olim, de rescriptis*, qui dicit illam amitti per sententiam, non ipso iure. Secunda opinio dicit quòd ipso iure amittat. Ita Andreas Siculus *in dict. cap. olim, de rescriptis, col.* 10. de qua Boërius *vbi supra*, sed prima opinio Baldi est verior; quia verbum (cadat) de quo *in dict. l. in fraudem* 45. §. *Quoties*, denotat ferendam sententiam, vt est verior opinio, teste Tiraquello *in dict. l. si nunquam, in verbo reuertatur, num.* 188. *C. de reuoc. donat.* Ceuallos *quæst* 19. Secunda verò opinio quæ dicit ipso iure amittere causam committentem falsitatem in actis; intelligitur posita sententia declaratoria. Boërius *vbi supra*, legatur Augustinus Barbosa *in d. cap. olim.* Card. Tuschus *dict. lit. F, concl.* 41. *num.* 39. qui id ampliat tam in causa laicali, quàm Ecclesiastica, Muta *in pragmatica Regni Siciliæ, tom.* 1. *tit.* 38. *num.* 9.

Difficultas tamen est an falsitas in antidata ali- 8
cuius scripturæ ductæ in iudicio dicatur in actis, vel extra acta; cui quæstioni respondent communiter, quod licèt talis falsitas in antidata sit vera falsitas, Franciscus Marcus *dec.* 673. *part.* 1. cum allegatis per Farinacium *de falsitate, qu.* 150. *num.* 99. tamen non potest dici in actis, sed extra acta; quia licet Epistola, seu scriptura cum dicta antidata esset in actis posita; tamen est falsitas extra acta, & ideo non amittitur causa. Bart. *in d. l. in fraudem, §. Quoties ff. de iure Fisci.* Rota Romana apud Burattum *dec.* 47. *tom.* 1. vbi Ferentillus *in addition.*

Quas difficultates, & ambages vt omnino auferent forsitan legum latores nostri Regni peculiari sanctione disposuerunt per pragmaticam primã de falsis, vt committentes falsitatem in iudicio, tam in actis, quam in instrumentis, & testibus ipso iure causam amittant; quæ quidem pragmatica supplet, seu adiuuat ius commune in eo quod non solùm facit cadere à causa illum, qui committit falsum in actis, vel circa acta causæ (de quo falsario loquitur ius commune, vt causam amittat secundùm probabiliorem sententiam Doctorum) sed etiam disponit ius Regni, falsificantem instrumenta, seu testes causam amittere: quibus in causis ius commune non puniebat amissione causæ, vt sint integræ famæ testes, scilicet Antonius Gabriel *lib.* 7. *comm. in tit. de maleficiis, concl.* 7. Menochius *de arbitr. casu* 315. Thes. *lib.* 1. *quæst. for. quæst.* 15. Farinacius *de falsitate, quæst.* 150. *num.* 37. Regens Rouitus *in dict. pragmatica prima, de falsis n.* 2. Regens Tappia *in dict. pragmatica* 1. *de falsis, num.* 2. Regnes Tap. *in dict. pragm.* 1. *de falsis, tom.* 6. *iuris Regni*; qui dicit quod per prædictam pragmaticam tollitur disputatio, de qua Boërius *dec.* 291. quia ipso iure amittitur causa ex dicta pragmatica: Muta *in pragmatica Regni Siciliæ, tit.* 35. *num.* 49. vbi multos modos refert, quibus causa amittitur, & hunc pro falsitate ampliat tam in causa laicali, quàm Ecclesiastica: latè etiam Ioannes Antonius Bosellus ad statuta Parmæ *in tit. contra Notarios, fol.* 174. & quod de falsificante diximus, dicunt etiam de mandante committi falsitatem Doctores citati; quare dixit Capycius *in dicta dec.* 67. quod 10
producens falsos testes, articulum, vel instrumentum, licet de iure communi non perdat causam, nisi falsificet acta *dict. l. in fraudem* 45. *§. quoties, ff. de iure Fisci, dicta l. diuus ff. de re iudicata*, tamen in Regno *ex pragmatica* 1. citata ipso iure amittit. Ratio autem quare falsos testes producés,

præſumitur rei geſtæ veritatis conſcius, vt bene Baldus *conſ.*446. *num.*3. *vol.*5. Crauetta *conſ.*123. *in fine*, Menochius *de arbitrariis, caſu* 315. *num.*9. & 15. Corrocius *de re furtiua, quæſt.*9. *num.*9. Rota *dec.* 159. *num.* 8. *part.* 2. quia qui vtitur falſis teſtibus, eos ad deponendum inſtruxiſſe præſumitur Riminaldus iunior *conſ.* 114. & falſum feciſſe inſtrumentum cenſetur qui falſo vtitur inſtrumento, Franciſcus Marcus *deciſ.*375. *part.*1. Tepatus *in tit de falſis, col.*3. nec in facto proprio ignorantia præſumitur. Gloſſa *in l. fin. Cod. ſi minor maior factus &c.* Card. Tuſchus *lit. I, concl.*22. & 23. Farinacius *in fragmentis, lit. I, num.* 207. Menoch. *lib.* 6. *præſumpt.*23. *num.*32. Maſcardus *concl.* 879. *num.*40. Rota *dict. dec.* 159. *numer.*9. Muſcatellus *in praxi, part.*6. in Gloſſa *termino, nu-*
11 *mer.*4. Rota Auenionenſis *dec.*50.

Fuit tamen in praxi introductum in Regno, vt interrogetur pars an velit vti teſtibus, & ſcripturis productis in iudicio, ad hoc ne poſſit allegari ignorantia; quæ praxis deſumpta fuit *ex l.* 3. *Cod. de fide inſtrumentorum, & ex l. penult.* vbi Bart. *ff. ad l. Corneliam, de falſis.* Card. Tuſchus *lit. P, concl.*877. Capycius *dict. deciſ.*67. vbi addentes Riccius *collect.*1380. Beretta *conſ.*52. Maranta *de ordine iudiciorum, in tit. de inſtrumentorum productione, num.* 38. Viuius *deciſ.*71. Rouitus *in dict. pragmatica prima, de falſis*, Boſſius *de falſis, numer.* 123. & 355. Vulpellus *conſ.* 134. Natta *conſ.*132. & 635. Iulius Clarus *in d. §. falſum, numer.*19. vbi Baiardus *num.*138. Bertazzolus *conſ. criminali* 496. Interrogatur ergo pars an velit vti teſtibus, & ſcripturis productis; & antequam fiat talis interrogatio non poterit ob falſitatem puniri. Follerius *in praxi criminali, in verbo, Item quod commiſit falſitatem.* Boſſius *vbi ſuprà, num.* 115. & 153. Honnedeus *conſ.* 91. *numer.*26. *vol.*2. Fabius Turretus *conſ.*9. *1. tom.* Burſatus *conſ.* 311. *num.* 67. quia falſitas vt ſit punibilis requiritur vſus. *cap. accedens*, vbi Abbas, & *alij de crimine falſi, l. damus*, vbi Gloſſa *Cod. ad l. Corneliam de falſis.* Menochius *dict. caſu* 315. Azeuedus *conſ.*40. *num.*10. & 61. dummodo ſcienter vtatur, Gloſſa *in dict. l.* 1. *Cod. ſi maior factus.* Crauetta *conſ.* 315. Capycius *vbi ſuprà numer.* 7.
12 Farinacius *dict. quæſt.* 159. *num.*41. Gaballus *reſol. criminalium, caſu* 144. Sola ergo productio teſtium falſorum non nocet, niſi ſcienter vtatur. Vnde dixit Rota Romana coram Merlino *in Verulana fideicommiſſi* 7. Iunij 1634. de qua inter impreſſas apud Rubeum ab anno 1631. vſque ad annum 1634. *dec.* 286. quod ceſſat præſumptio falſitatis, ciuſque pœna quando pars illa vſus non fuit, neque in ea ſe fundat. Riccius *collect.*1380. Card. Tuſchus *lit. I, concl.*320. & vbi ſcientia requiritur, ſi probata non eſt ignorantia præſumitur, *cap. ignorantia de reg. iuris in 6.* copioſe Honnedeus *conſ.*91. *tom.*2. Cephalus *conſ.*720. *num.*10. Maſcardus *concl.* 879. Menochius *caſu* 348. *numer.* 15. Simon de Petris *conſ.* 5. Burattus *conſ.* 331. Giurba *conſ. crimin.* 5. *numer.* 2. Peregrinus *conſ.*10. *num.*15. *tom.*2. ne ergo poſſit vlterius per partes allegari ignorantia, fuit inuenta talis declaratio, an vti vellet qua facta detectaque falſitate inexcuſabilis eſt eius culpa. Bart. *in l. Diuus, l.*2. *ff. de falſis.* Iulius Clarus *vbi ſuprà, num.*15. Surdus *deciſ.* 16. Muſcatellus in Gloſſa *termino, num.*6. vbi additionator Franciſcus Maria Pratus doctè addit: quæ quidem declaratio poteſt peti etiam poſt rem iudicatam, Vrſillus ad Afflictum *dec.*266. *num.*4. Marſullus ad Capicium *vbi ſupr.* Muſcatellus *loco citato, numer.* 9. Giurba *dicto conſ.*5. *num.*7. Guazzinus *defenſ.*28. *c.*14. *num.*15.

Quæ concluſio, vt propter falſitatem commiſſam in actis, inſtrumentis, & ſcripturis amittatur cauſa.

Primò ampliatur vt puniatur hac pœna qui 13
falſos teſtes produxit per ſuum Procuratorem Bart. *in l. ſi vnius*, §. 1. *ff. de falſis.* Rota apud Verallum *dec.*196. *part.*1. tum quia Reipublicæ intereſt puniri falſum, Rom. *conſ.*302. *n.*16. Cardin. Tuſc. *lit. F, concl.*47. *n.* 11. tum etiam, quia quod procurator facit, ex neceſſitate ipſe Dominus facere videtur Bart. *vbi ſup.* Giurba *conſ.* 5. *n.* 16. Imò ſcientia, & patientia principalis habetur pro mandato in Procuratore *l. fin.* vbi Bart. *Cod. de exactoribus tributorum, lib.* 10. Card. Tuſchus *lit. M, concl.*32. *num.* 29. & in puncto Verallus *d. dec.*196. *num.*4. *part.* 3. Giurba *vbi ſuprà n.*17. & cum ipſius vtilitatem reſpiciat præſumitur ipſo mandante commiſſa falſitas, Lancellottus *de attentatis, part.* 1. *cap.*1. *num.*81. Honnedeus *conſ.* 96. *num.*10. Hinc dixit etiam Bart. *in l. fin. num.*50. *verſ. itemque illa res, ff. de quæſtionibus*, quod falſitas præſumitur facta ad inſtantiam illius, de cuius agitur intereſſe; ſequitur Pariſius *lib.*9. *de reſignatione beneficiorum, quæſt.*24. *num.* 31. Rota *in Cordubenſi coadiutoria* 27. *Nouembris* 1619. coram Dunozzetto *tom.*2. *inter impreſſas, & collectas ab anno* 1618. *vſque ad annum* 1624. *deciſ.*140. *num.*15. & 16. *& ſequenti.*

Secundo ampliatur vt hac eadem pœna puniatur producens Inſtrumenta falſa, & teſtes falſos, quamvis illos præſentet cum illa clauſula (ſi, & in tanquam) Follerius *in tit. de falſis, num.* 11. & *conſ.* 140. *criminali, inter conſilia criminalia diuerſorum Conſiliorum, conſ.* 140. *tom.* 1. Capy. *dict. deciſ.* 67. *in fine.* Quando tamen declarauit ſe velle vti; vt in facto dicit ſe habuiſſe Baldaxar de Angelis *in additionibus ad* Follerium, *in tit. de falſitate, num.* 12. 14

Tertio ampliatur vt falſum deponentes in Inſtrumentis, vel aliis depoſitionibus nulliter receptis, adhuc puniantur pœna falſi; dummodo tamen non ſint depoſitiones nullæ ex defectu deponentium, putà quia inhabiles depoſuerunt, ſcilicet excommunicati, infames, Impuberes, &c. hoc enim caſu non puniuntur pœna falſi. Nouarius *lib.* 2. *quæſtion. for. quæſt.* 62. Et ſic intelliguntur Arnonus *ſoliloquio* 44. Bertazzolus *conſ. criminali* 518. *vol.* 2. Rouitus *in pragmatica* 4. *Regni, ſub tit. de falſis, num.* 19. vt bene Nouar. *vbi ſup.* 15

Neque dicant aduerſarij quod in hoc caſu falſi- 16
tas nulli nocuit, ergo non erit punienda. Antecedens propoſitio aſſeritur à multis de quibus Almonte Giazzio *in diſceptationibus criminalibus, diſcept.* 27. 1. *tom.* & 2. *tom. diſcept.* 24. *num.* 55. Antonius de Ballis *lib.* 4. *variar. quæſt. q.* 1. *n.*45. Vnde dicunt multi falſitatem alteri non nociuam non eſſe puniendam, cum Gloſſa, & Doctores *in l. Diuus Cod. ad legem Corneliam, de falſis.*

Reſpondeo enim falſitatem actu non nociuam, 17
nec potentem nocere non eſſe puniendam: ſed quoties poteſt nocere, licet actu non noceat, puniendam eſſe pœna falſi, ex Baldo *in l. ſi falſos, Cod. ad l. Corneliam de falſis*, vnde dicit ibi Baldus quòd licèt Inſtrumentum ſit nullum, tamen quando poſſet nocere alteri, Notarius punitur de falſitate, vt quia poſſet fieri ex tali Inſtrumento comparatio litterarum ſecundum Bartolum *in l. ſi quis legatum, ff. de falſis* Soccinus

conſ. 104.

conf. 104. qui dicit, quod quando illud, quod falsificatum fuit habuit suam essentiam, & formam, & nisi fuisset decreta falsitas nocuisset, vel ad plenam probationem, vel ad aliquam præsumptionem; tunc talis falsitas punienda erit *ex l. Damus*, cum Glossa ibi *Cod. ad l. Corneliam, de falsis*: quia non consideratur solùm quod actualiter noceat, sed etiam quod habita potentia posset nocere, Peguera *dec.* 80. *num.* 16. sic videmus in falsificante apocham directam Carcerario pro eius excarceratione, vbi licet non fuerit sequutus effectus, tamen puniretur, Rouitus *in Pragm.* 8. *de falsis.* Idem dicitur in eo, qui præsentauit Apocham in banco, quia licet non consequatur effectum receptionis pecuniæ, adhuc tamen puniri debet pœna mortis, *dict. pragmatica* 8. *de falsis*, Galluppus alia referens *in simili in praxi S. C. part.* 2. *cap.* 27. *à num.* 28. quia apta fuit talis falsitas ad nocendum, nisi fuisset detecta, Castillus *dec.* 163. *numer.* 17. *cum sequentibus*, sufficit ergo falsitatem damnum potuisse causare, licet non actu causauerit, ad hoc vt puniatur; teste Catalano, *de indultu c.* 36. *à numer.* 190. Quotiescumque ergo falsitas est talis, quæ potest esse nociua, & apta ad nocendum, licet cum effectu non nocuerit, tamen est punibilis, Alexander ad Bart. *in l. Damus C. ad l. Corneliam, de falsis*, Soccinus, *conf.* 63. *num.* 4. *vol.* 1. *& conf.* 104. *lib.* 1. Afflictus *decis.* 404. *num.* 13. Follerius *in practica criminali in verbo confitebuntur, num.* 102. Bossius *de falsis, num.* 82. *& sequenti*, Farinacius *quæst.* 150. *num.* 355. Et licet multi dicant quod hoc casu non ordinaria pœna, sed tantum extraordinaria pœna puniatur hic talis, qui falsum commisit, sed non nocuit, vt dixerunt Bossius *in tit. de falsis, num.* 84. *in fine*, Iodochus *capit.* 122. *numer.* 11. Peguera *dict. dec.* 80. *num.* 16. Honnedeus *conf.* 109. *numer.* 52. *& sequenti*, tamen hæc opinio communiter limitatur, vt non procedat in fabricante falsitatem, qui ex parte sua fecit quicquid potuit, vt falsitas ad effectum producatur, sed non nocuit, quia fuit detecta, provt in casu nostro Baldus *in l. qui veluti n.* 1. *Cod. ad legem Corneliam, de falsis* Soccinus *dict. conf.* 104. *vol.* 1. Veggius *conf.* 46. Follerius *in verbo, & si confitebuntur num.* 102. vbi de Angelis, Monticellus, *de testibus regula* 15. *numer.* 30. Riminaldus Iunior *conf.* 145. *lib.* 2. Farinacius *dict. quæst.* 150. *num.* 358. Rouit. *dict. Pragmatica* 4. *de falsis, num.* 35.

Ex quibus apparet sufficienter probatum fuisse partem aduersam debere causam amittere, vtpotè committentem falsitatem in actis, testibus & scripturis, quamvis per falsitatem non nocuisset alicui; quia sufficit vt posset nocere neque excusabitur si per Procuratorem commisisset, &c.

18 Neque dicant Aduersarij quod Iudices non semper condemnant reum ad pœnam amissionis causæ, idque ex eo, quia licet falsum committens perdat causam; tamen Aduersarius non obtinet, nisi suam intentionem plenè probauerit *capit. olim.* 25. *in fine de rescriptis*, Alexander ad Bartolum *in dict. l. in fraudem* §. *quoties ff. de Iure Fisci* Ruinus *conf.* 15. *num.* 4. *vol.* 5. Surdus *decis.* 282. *num.* 23. *vsque ad numerum* 26 Gratianus *cap.* 823. *num.* 16. qui ampliat quod sicut quando reus committit falsitatem, vt perdat causam debet Actor aliunde probare suam intentionem aliàs non obtinet in ea, ita etiam hoc procedit si perdit causam ex dispositione statuti, quod recepit interpretationem à Iure communi *l.* 2. *Cod. de noxalibus actionibus*, Beccius *conf.* 96. *num.* 8. Surdus *conf.* 4. *num.* 49. Curtius iunior *conf.* 7. *num.* 8. quamvis etiam statutum esset contra ius commune, Surdus vbi *suprà, num.* 24. Gratianus *dict. cap.* 633. *num.* 16. *cum sequentibus*, quem sequitur Ferentillus ad Buratt. *dec.* 47. *in fine*, Rouitus *in dict. pragmatica* 1. *de falsis.*

19 Respondeo enim quod argumentum procedit in Actore; quando enim Actor falsitatem committit, etiam si intentionem suam probauerit causam amittit, & absoluitur Reus *dict. l. in fraudem*, §. *quoties*, vbi Glossa, & Bart. *ff. de Iure Fisci*, cum aliis *suprà* allegatis: sed quando Reus committit falsitatem, tunc ad commodum actoris à causa non cadit, si ille intentionem suam non probauit, vt est casus *in dict. cap. olim. de rescriptis*; quem etiam textum, ad hoc allegat Alexander *in dict. l. in fraudem*, §. *quoties*, *in additionibus ad Bartolum*; Et quamvis etiam illo casu reo fuerit impositum perpetuum silentium, actore etiam non probante; hoc tamen non cessit ibi ad commodum actoris, sed ad commodum publicum: Quapropter si causa esset cum Fisco actore, & reus in actis falsum commisisset, etiamsi fiscus non probasset, reus causam perderet ad commodum fisci *dict.* §. *quoties*, & illud caperet potius tanquam fiscus, & ex publicatione, & sic magis fauore publico, quàm tanquam Actor, & pars vt in puncto fundat Ruinus *conf.* 15. *vol.* 5. *à num.* 4. Hinc videmus quod si Actor, & reus committant falsitatem in Iudicio, in pari causa melior erit conditio Rei, qui venit absoluendus, tanquam non constet de iure actoris, Baldus *in Rubrica Cod. de fide Instrumentorum, num.* 30. Iason. *in* §. *in bonæ fidei, num.* 87. *Instit. de actionibus*, Decianus *lib.* 3. *criminalium, cap.* 33. *num.* 9. & mirabile ac singulare dicit Surdus *dict. dec.* 282. *à num.* 24. *in fine*: Sed in casu nostro Reus non commisit falsitatem, sed Actrix, ergo erit absoluendus. Legatur Cardin. Tuschus *in verbo falsum, concl.* 41. *n.* 37.

Quoad secundum deinde dubium propositum, an scilicet Mulier excusetur à pœna prædicta.

Respondeo non excusari nisi à pœna falsitatis 20
corporali, & bonorum, non verò à pœna amissionis causæ: ita Regens Tappia *in dict. Pragmatica.* 1. *de falsis, nu.* 3. *tom.* 6. *Iuris Regni*; qui quærit an mulieres debeant facere declarationem circa vsum; & respondet affirmatiuè; quia licet vigore dictæ pragmaticæ non teneantur pœna falsi, tamen tenebuntur pœna amissionis causæ, & pro absoluto in praxi supponit Galluppus *in praxi S. C. cap.* 27. *num.* 3. qui dicit apud Practicos indubitatum esse quod Ecclesia litigans cum laico, & mulier si falsitatem committat in causa, licèt non puniantur pœna falsi quoad criminalitatem, tamen puniuntur pœna amissionis causæ, quæ est altera pœna contenta in dicta pragmatica; & sic seruari in mulieribus, & Ecclesiis dixit post Marantam, & alios Galluppus *vbi sup. num.* 3.

Probatur hæc conclusio ex eo, quia Pragma- 21
ticæ, & statuta pœnalia fœminas comprehendere ex multis fundant Campagna *in cap. Regni ad hoc, num.* 102. *& sequenti*, ne scilicet delicta remaneant impunita, Caroccius *decis.* 6. vbi quærit an Bulla Sixti V. super resistentia comprehendat mulieres, & dicit quod sic, ne delicta maneant impunita: sed cum moderamine pœnæ

impo

impoſitionis, quoniam fœminæ non ita acriter puniri ſolent etiam in grauioribus delictis ſicut maſculi, vt oſtendit ibi per exempla *num.* 20. *vſque ad numerum* 24. Sic fundat Melchior Phebus *in dec.* 119. *tom.* 2. deciſum fuiſſe fœminæ inſultantes cum armis prohibitis poſſe puniri pœnis ſtatutorum, vt in ſimili fundat Thorus *voto* 71.

22 Neque dicant quod nos ſumus in claris, quia *pragmatica* 1. *de teſtibus in fine*, excipit expreſsè mulieres ibi (Eccleſiæ autem, pupilli, minores, mulieres, & miſerabiles perſonæ à tali pœna ſunt immunes, in quam tantum eorum Procuratores, tutores, & curatores, volumus incidiſſe) ergò apertè apparet pragmaticam excludere fœminas ab hac pœna falſitatis, ex qua pragmatica fundant Doctores Eccleſias, mulieres, & perſonas omnes miſerabiles excipi à pœna falſitatis ob rationem, de qua text. *in cap. cum venerabilis, verſ. licet autem, de exceptionibus*, vt latè Nouarius *de miſerabilibus perſonis, priuilegio* 15. quem malè reprehendit Aluarus Velaſchus de miſerabilibus perſonis, & priuilegiis pauperum in procœmio *num.* 22. dicens Nouarium id fundaſſe deſtitutum ratione, & auctoritate, quia Nouarius pro ſe habet pragmaticam Regni *ſuprà* citatam, ſecundum quam fundauit prædictum priuilegium pro miſerabilibus perſonis.

23 Reſpondeo enim quod cum falſum committens grauiſſimum facinus patretur, quippè quod famam, & honorem, ac hominem ipſum ad nihilum reducit, etenim falſarius dicatur homo ſine conſcientia, & fide, teſte Afflicto deciſione vltima in fine, quem refert Marius Muta in conſuetudinibus Meſſanæ *cap.* 67. *num.* 24. & olim decemvirales ita illud crimen exhorruerunt, quod teſte Tiraquello *de nobilitate, cap.* 20. *nu-*
24 *mer.* 122. poſt Gellium *lib.* 24. *cap.* 1. illos, qui illud commiſiſſent ex ſaxo Tarpeio deiici iuſſerint, quam pœnam Iureconſulti abrogarunt, *l. ad beſtias, verſ. nec poteſt. qui damnari vt de ſaxo præcipitetur, ff. de pœnis.* Gudelinus *de iure nouiſſimo, lib.* 5. *cap.* 21. nil mirum quod per pragmaticam prædictam duplex imponatur pœna adiuuando ius commune ſcilicet pœna amiſſionis cauſæ, & pœna falſitatis ordinaria, quam vltimo loco imponit; quando deinde ſubdit, excipiendo ab hac pœna fœminas, aliaſque perſonas mi-
25 ſerabiles, intelligitur excipere illas à pœna vltimo loco poſita ſcilicet falſitatis ordinariæ, non verò à pœna amiſſionis cauſæ primæ loco propoſita; idque probatur, tum quia dicit (ab hac pœna) ſcilicet vltimo loco poſita, quæ vt patet ibi eſt pœna falſitatis ordinaria; tum quia dicit. Sed hanc pœnam incurrant tutores, procuratores, &c. ſimilium perſonarum, qui non poſſunt amittere cauſam, quia eſſet damnum talium perſonarum principalium; ſed poterunt bene puniri pœna falſitatis ordinaria; tum quia ſic eſt praxis Tribunalium, vt Eccleſiæ, mulieres, &c. non puniantur pœna falſitatis, ſed ſola amiſſione cauſæ, vt dicimus, & intendimus in præſenti, idque fundat Tappia in dicta pragmatica; & pro abſoluto ſeruari in Tribunalibus dicit Galluppus loco citato: tum quia cum de iure communi mulieres, & ſimiles non ſint exceptuatæ à pœnis falſariorum, quando ſtatutum ſeu pragmatica exceptuat illos, intelligitur vt minus lædat ius commune, quia ſtatutum ſtrictè eſt in-
26 telligendum, vt minus corrigat ius commune, *l. maximum vitium, Cod. de liber. præteritis*, Rolandus à Valle *conſ.* 55. *num.* 13. *vol.* 1. Pariſ. *conſ.* 110. *num.* 3. *vol.* 3. Bellonus *conſ.* 53. *num.* 8. Maſcardus *de interpretatione ſtatutorum, concl.* 12. Bot. *conſ.* 14. *num.* 17. *& conſ.* 79. *num.* 10. Beccius *conſ.* 12. *num.* 42. Merlinus *dec. Lucenſi* 34. *num.* 4. *& dec.* 70. *num.* 43. Carroccius *dec.* 37. *num.* 9. Azeuedus *conſ.* 39. *num.* 18. Nigerius *in Theſauro iuris, lit. S, num.* 21. *&* 117. Gratianus *diſceptat. for. capit.* 382. *num.* 21. *& cap.* 202. *num.* 10. *& cap.* 479. *num.* 39. *& cap.* 536. *num.* 12. *& cap.* 546. *num.* 13. *& cap.* 556. *num.* 16. *&* 576. *num.* 11. Card. Tuſchus *lit. L, concl.* 573. *num.* 4. Giurba *ad ſtatuta & conſuetudines Meſſanæ, gloſſa* 5. *conſuetudine* 11. *num.* 5. *part.* 1. *& conſilio criminali* 5. *numer.* 50. ergo hanc pœnam amiſſionis cauſæ incurrit, non aliam pœnam ordinariam falſitatis.

Neque dicas cum Crauetta *in pragmatica* 1. 27
& 2. *de falſis, num.* 153. *quæſt.* 14. quod pars committens falſitatem vltra illas pœnas, de quibus in dicta pragmatica, tenetur ad intereſſe, ergo cauſæ amiſſio, quæ eſt vna ex illis pœnis, de quibus in dicta pragmatica eſt pœna fiſci reſpiciens intereſſe, non verò partis, reſpectu cuius aliud datur intereſſe ſoluendum.

Reſpondeo enim nullum aliud practicari intereſſe in hac materia, niſi criminalitatem, & cauſæ amiſſionem, quæ cauſæ amiſſio nullo pacto poteſt reſpicere intereſſe, ſed potius partis; hæc namque pœna eſt, quæ parti fauet, non alia, vt bene Doctores omnes *in dicta pragmatica*, & falſum eſſet aſſerere amiſſionem cauſæ reſpicere fiſci intereſſe, diſtinctum ab illo intereſſe, quod debetur parti, cum nullum aliud ſit præter illud.

Audio aduerſarios allegare Ioannem Arnonum noſtrum regnicolam de Sancto Angelo Faſanellæ, qui tamen quatuor in locis explicat noſtram pragmaticam teſtem falſum, primam ſcilicet de falſis.

Primo in cautela 92. vbi dicit teſtis examina- 28
tus commiſit falſum, tamen ruſticus erat iudex volebat illum punire pœna falſi, cautela eſt, vt Aduocatus alleget eſſe ruſticum, quia ſic euitabit pœnam falſi, quæ doctrina licet vera ſit, tamen limitatur quando eſſet Ruſticus ſagax, licet enim mulier, minor, ruſticus &c. excuſetur à falſitatis, & ſimulationis pœna, tamen ſi fuerint perſonæ ſagaces non excuſantur, Farinacius *de falſitate, quæſt.* 162. *num.* 45. *&* 163. *num.* 127. ſed in præſenti mulier iſta eſt ſagax, quippe quæ falſitatem commiſit, dicens neſcire ſcribere, cum ſciret: ergo. Quod à fortiori procedit ſi dolo interueniente falſitas commiſſa ſit, vt bene Farinacius *de falſitate, quæſt.* 150. *num.* 339. Ioannes Baptiſta Fenſonius *ad ſtatuta vrbis Romæ, inſpectione* 2. *in fine, fol.* 417. *num.* 140.

Secundo Arnonus loquitur de hac pragmatica in cautela 16. vbi dicit ſolùm quod pragmatica prima de teſtibus, loquitur ſolum de teſte examinato in cauſa ciuili, non verò in criminalibus, quod nihil ad nos.

Tertio Arnonus loquitur de hac pragmatica 29
in cautela 14. vbi ait, ille, qui producitur in teſtem falſum tenetur pœna falſi, ſi falſum committit per pragmaticam teſtem falſum, pone quod verè deponit, ſed tamen aſſignat ſtudioſè cauſam non concludentem, vel dicit ſe non recordari, quia examinatur de aliqua re, de qua veriſimiliter debet habere notitiam, nunquid teneatur pœna falſi? dicas quod ſic, quod nihil ad nos.

Quarto

Quartò Arnonus loquitur de hac pragmatica *in singulari* 78. vbi quærit, quid si testis productus in causa deponat, quod non attinet ad se, imò quod est consanguineus partis, non habebit locum pœna, de qua *in dicta pragmatica*, sed nihil ad nos.

30 Quoad tertium dubium, an scilicet mulier hæc, aliique conscij falsitatem committentes gaudere possint indultu generali, de quo in mense Aprili præterito occasione præteritarum resolutionum, per iustissimum nostrum Monarcham concesso.

Respondeo non posse vllo pacto se defendere gratia indulti generalis, quia in generali indultu, delictorumque remissione non venit falsitas ex text. *in l. Lucius, ff. ad S. C. Turpillianum* Alexander ad Bartholum *in l. Domitianus lit. B, vers. statutum, ff. ad S. C. Turpillianum*, Angelus *de maleficiis, in verbo*, nec ad querelam *num.* 77. & Augustinus de Arimino *in additionibus, num.* 79. Afflictus *decis. vltima, num.* 22. Angelus *in sua disputatione, quæ incipit, exorta Guerra.* Marsilius *singulari* 163. Capiblancus *de Baronibus, pragm.* 6. *num.* 41. Decianus *in tractatibus criminalibus, cap.* 35. *in tit. de abolitionibus, num.* 10. Muscatellus *in practica crim. in tit. de falsis, num.* 26. Menochius *de arbitrariis, casu* 396. *num.* 11. Grammaticus *decis.* 74. *num.* 18. *& voto* 3. *num.* 11. Fabius de Anna *in addit. ad singulare* 280. Nellus *de Bannitis* 3. *part. tertij temporis, quæst.* 12. vbi ait, quod ita communiter dicunt omnes Farinacius *de inquisitione, quæst.* 6. *num.* 54. *& quæst.* 10. *num.* 7. Iulius Clarus *in §. fin. quæst.* 59. *num.* 12. Vnde merito tales delinquentes fuerunt vt plurimũ expressè exceptuati, in pluribus indultis, teste Mastrillo *de indultu, cap.* 38. imò indultum exceptuans falsarios, de quibus intelligatur, videatur Tann. *de antif. in vers.* 2. *observ.* 2. *num.* 42. Quod verò de falsariis, seu falsum committentibus diximus; debemus etiam dicere si falsitas non nocuerit, quia sufficit falsitatem damnum potuisse causare, licèt non actu causauerit Catalanus *de indultu, cap.* 36. *num.* 190. *& cap.* 43. quare pro absoluto admittitur à Doctoribus falsitatem committentem in generali indultu Regis, vel cuiuslibet Principis, non comprehendi. Ita Ioannes Aloysius Catalanus *de indultu, capit.* 38. *&* 39. Hippolytus de Marsiliis *in rubrica de falsis, num.* 12. Follerius *in praxi, de falsitate. num.* 57. Rouitus *in pragmat.* 4. *de falsis, num.* 39. Baiardus ad Clarum *dict. quæst.* 59. de Angelis ad Follerium *vbi suprà, num.* 30. Paulus Staibanus iunior Iudex M. C. Vicariæ dignissimus Iudex *resol.* 11. Ratio verò quare sub generali indultu non veniat crimen falsi, est; quia est adeo crimen exosum, vt multa, quæ in aliis criminibus concedi solent, in hoc denegentur: & inter cætera refert Menochius *vbi sup. dict. casu* 306. *num.* 12.

31 quod licet aliàs condemnatus, qui ducitur ad supplicium, si illi obuius fiat Cardinalis liberari debeat, vt pluribus Cardinalibus accidit; inter cæteros Cardinali Ximeno Archiepiscopo Toletano, qui teste Gomesio *de rebus gestis Ximenij, lib.* 3. cum audiret strepitum trahentium quendam ad Furcas, iussit illum exolui, id permitti suæ dignitati asserens. Qua de re Diana *part.* 5. *tract.* 2. *resol.* 29. tamen non liberabitur falsarius, vt dicunt Barbatia *de Cardinalibus, q.* 9. 1. *part.* Marsilius *in l.* 1. *col.* 2. *ff. de falsis*, Mastrill. *ad*

32 *consuet Baren. in fin. & in paruis*; imò nullum aliud crimen extare in orbe, quod abiectius deprimat hominis statum, & famam, & quod aliis criminibus sceleratius sit, quàm hoc falsi crimen, per quod nobilis suam amittit nobilitatem, Lucas de Peña *in l. Milites col.* 4. *Cod. de dignitat. lib.* 12. Marsilius *vbi suprà*; quando autem Princeps in suo generali indultu vult comprehendi falsarios, id exprimit, vt pluries fecisse refert Rouitus *in dict. pragmatica* 1. *de falsis num.* 30. quod non fecit in præsenti, ergo concludendum est cum Farinacio, *de falsitate, quæst.* 150. *part.* 1. *numer.* 14. Rouito *in pragm.* 4. *de falsis citata*, Peguera *decis.* 80. Menochio *dicto casu* 306. *n.* 11. aliisque aliis, de quibus, *suprà*, non compre- 33
hendi sub indultu falsitatem; vt fundat idem Marsilius *singulari* 163. est enim hoc delictum detestabilius veneficio, & homicidio, adeo, vt homo deueniat ad nihilum inter homines, quia dicitur eo casu esse sine fide, & sine conscientia, Cynus *in l. transigere C. de transactionibus*, Grammaticus *voto* 89. *num.* 10. *& sequenti*, Caluinus, *de æquitate lib.* 2. *cap.* 190. *per totum*, Bossius *in tit. de falsis num.* 72. Iulius Clarus *in §. falsum in principio*, ita, vt teste Paulo de Castro *cons.* 151. Iulio Claro *in §. fin. quæst.* 58. *num.* 17. *& dict. §. falsum*, nullum sit delictum, quod maiorem infamiam irroget, famam, & statum hominis vituperet, quàm crimen hoc: ergo nil mirum quod sub generali indultu non veniat, etiamsi tale indultum sit factum ob paecm, Afflictus *in dec. vltima, in fine*, Menoch. *casu* 302. *numer.* 16. Christineus *ad consuetudines Reclinenses, tit.* 2. *art.* 15. Grammaticus *decis.* 2.

Sic fuit decisum, vt dicebamus.

DISCEPTATIO XXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Facti series proponitur, de qua hic.*
2 *Inuentarij confectio est personalissima, & ab vno confectum, non releuat alium.*
3 *Inuentarij beneficium factum per hæredem an prosit fideicommissario.*
4 *Inuentarij confectio non est de Iure Digest. quantum attinet ad hæredes.*
5 *Inuentarij fraus an euitetur per confessionem partis.*
6 *Hæres habet contra se præsumptionem Iuris, & de Iure, si non fecerit inuentarium.*
7 *Tempus inuentarij an, & quando valeat prorogari.*
8 *Inuentarium est inuentum ad rigorem Iuris conseruandum.*
9 *Vir etiam magnæ sanctitatis non excusatur, si non conficiat inuentarium.*
10 *Inuentarij confectio quare introducta.*
11 *Visilli ad Afflictum* decisio 360. in fine *adducitur.*
12 *Præsumptio Iuris, & de Iure est contra hæredem non conficientem inuentarium.*
13 *Factum Iudicis qualiter sit factum partis.*
14 *Gezzarelli* decisio 56. num. 5. *adducitur ad materiam.*
15 *Tori decisio* tomo 3. part. 1. fol. 511. *adducitur.*
16 *Bonorum certitudo excusat hæredem, & tutorem à confectione inuentarij.*
17 *Inuentarij beneficium est personalissimum, & quare.*

18 *Eccleſia non conficiens inuentarium non tenetur vltra vires hæreditarias.*
19 *Inuentarij ſolemnitates poſſunt alterari, & mutari per conſuetudinem.*
20 *Inuentarij ſolemnitates apud Hiſpanos ſunt ſublatæ.*
21 *Annotatio bonorum ad inſtantiam creditorum facta excuſat à confectione inuentarij.*
22 *Inuentarij origo non tam abſolutè à rigore, quàm ab æquitate procedit.*
23 *Defectus accidentalis qualis ſit in inuentario.*
24 *Confuſio actorum quando inducatur contra hæredes.*
25 *Inuentarij redditio ſi petita non ſit 30. annis præſcribitur.*
26 *Hæres, qui adiuit ex teſtamento, non adit ab inteſtato.*

ARGVMENTVM.

Hæres qui vigore l. fin. Cod. de Iur. delib. *tenetur ad inuentarium conficiendum, aliàs vltra vires hæreditarias compelletur. Tale priuilegium habet ſi illud non fecerit, ex quo erant certa bona ſequeſtrata, vel annotata ad creditorum inſtantiam defuncti. Inuentarij origo qualis ſit in rigore, vel æquitate fundetur, & Eccleſia an ad inuentarium teneatur, ac alia plura ad materiam diſputantur.*

PRO

Domino Titio N,

CVM

Illis de Terra Polle.

1 TITIVS relictus hæres in teſtamento, diuerſis ſuperuenientibus impedimentis, decretum Præambuli obtinere non potuit ad finem capiendi hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij, idque quia ad inſtantiam creditorum, & legatariorum, intereſſe prætendentium, fuit M. C. facta inhibitio, ne ſe intromitteret ad decretum Præambuli, medio quo tempore, fuerunt Iudicis auctoritate bona annotata ad inſtantiam prædictorum intereſſe prætendentium, & bis fuit facta annotatio, poſtea aliter rebus ſe habentibus fuit facta inter eos tranſactio ſc. inter dictum Titium, quem hodie defendimus, & illos qui prætendebant intereſſe, ob quam factam tranſactionem fuit ablata inhibitoria & factum decretum Præambuli in beneficium Titij prædicti, qui tamen inuentarium non fecit, quæritur an vigore prædictæ annotationis factæ, videatur ſatisfactum præſumptioni legis, de qua *in l. ſi C. de iure delib.* an vero ea non obſtante teneatur vltra vires hæreditarias.

Proponuntur Argumenta partis aduerſæ.

Probatur primò tum quia inuentarij confectio 2
eſt perſonaliſſima, ita vt ab alio confectum non releuet illum, qui eum conficere tenebatur, vt dicunt Bald. & alij communiter *in l. fin. §. cum igitur, C. de iure delib.* Cauale. *de tutore, num.* 108. quos ſequitur Franciſcus Eſcobar, *de ratiociniis cap. 9. num.* 18. ex quo dicunt multi, quod ſi hæres grauatus confecit inuentarium, & reſtitutionem facit fideicommiſſario, eſt ab eodem fideicommiſſario nouum conficiendum inuentarium, ne teneatur vltra vires, Bart. *l. in ratione, §. quod vulgo, num.* 9. *ad l. falc.* Ripa, & Alex. *l. Marcellus ad Trebell. de communi,* Mol. *de primog. cap.* 28. *numer.* 6. Rota apud Rubeum *tom.* 3. *deciſ.* 535. & 530. & *in nouiſſ. nouiſſimar. deciſ.* 19. apud Coccinum, & apud Burat. *deciſ.* 521. quod quidem quomodo practicetur tradit Franciſcus Ciriac. *controuerſ. for. cap.* 486. *à num.* 20. *tom.* 3. & Fuſar. *de fideicomm. quæſt.* 512. ſed in caſu noſtro non fuit à principali confectum inuentarium, ſed ſolum annotatio fuit facta per Iudicem, ad inſtantiam ſupradictorum: ergo à fortiori ſi inuentarium confectum ab hærede non iuuat fideicommiſſario; quomodo poteſt ſimplex deſcriptio bonorum ab aliis facta, prodeſſe hæredi noſtro; tum quia hoc beneficium habet hæres ex 3
ſua prouiſione, & non inuenit in hæreditate, ideoque non tranſit in fideicommiſſarium ex reſtitutione facta per Trebellianum, quia ea ſola tranſeunt, quæ habuerunt originem à perſona defuncti *l. ſi hæres pecuniam, ad Treb. l. hæres à debitore ff. de fideic.* Bart. *d. l. in ratione*, Specul. *in tit. de inſtrum. edit. §. vltimo*: ergo non poterit talis annotatio prodeſſe huic hæredi de quo agimus, quippe quæ non facta per ſeipſum, ſed per alios, cum in confectione inuentarij non ſufficiat allegare beneficium, ſed opus ſit ipſum facere in debita forma, cum aliis iuris ſolemnitatibus, §. *Sancimus Aut. de hæredib. & fal.* Cæſar Barſ. *deciſ.* 35. Ant. Fab. *in ſuo Cod. lib. 6. in tit. de iure delib. definitione* 8. & 13. *ad hoc vt confundantur actiones, l. debitori Cod. de pact.* Francus *deciſ.* 518. Noguerol. *alleg.* 7. *num.* 51.

Probatur ſecundo, quia inuentarij confectio 4
non eſt de iure Digeſtor. quantum attinet ad hæredes, ſed Iuſtinianeo iure inuentum *d. l. ſi. §. & ſi præfatam* vbi Iaſon, Alex. & alij, Crauetta *conſil.* 134. Paul. 210. *col.* 1. (licet confectio inuentarij tutoris de iure Digeſtor. ſit inuenta *l. tutor qui repertorium, de adminiſtr. tut.* Porcellinus, *de Inuent. cap. 5. num.* 7. Rolan. à Valle, *de Inuent. part.* 1. *ver. trig. quæro*) & ita eſt inuentum, vt teneatur vltra vires hæreditarias hæres, cum præſumat lex eum occultaſſe, §. *Sancimus, Aut. de hæred. & falc.* ſed hæc eſt præſumptio Iuris, & de iure, non admittens probationem in contrarium niſi per partis confeſſionem *Aut. ſed* 5
iam confeſſi Cod. de donat. an. nupt. Gloſſ. *l. vlt. in principio, verbo præſumptioni, quod met. cauſa,* Gloſſ. *vlt. §. fin. Cod. arbitrium tutelæ,* Gloſ. magna *capit. is qui fidem, de ſponſalib.* Couarr. *in 4. part. decret. part.* 1. *capit.* 4. §. 1. Menoc. *lib.* 1. *de præſumpt. quæſt.* 3. *à num.* 16. & *quæſt.* 60. *n.* 1. & *lib.* 4. *præſumpt.* 89. *à numer.* 16. Valenzuela *conſil.* 114. *num.* 26. & *conſil.* 146. *numer.* 30. & *conſil.* 169. *num.* 86. *tom.* 2. Ioſeph Vela *differ. iuris, diſſert.* 12. *à num.* 83. *cum ſequentibus & diſſert.* 25. *num.* 35. & 21. *num.* 75. quod cum in

caſu

casu nostro non adsit confessio partis non fuisse plura bona in hæreditate, per consequens erit
6 firma præsumptio prædicta iuris, & de iure, vt teneatur absque vlla alia probatione teste Menoc. *vbi supr.* licet de hac præsumptione non curemus in foro conscientiæ; ea enim non obstante hæredem vltra vires non obligat forus poli, si re vera non fraudauit, vt post Salon. Sayr. Sylvest. Suar. Nauar. Sanchez, & alios dicit Dian. *par. 1. tract. 10. resol. 27. per totam* Ant. Mer. *lib. 18. controuer. cap. 40. per totum*: ergo in casu nostro in foro externo hæres tenebitur vltra vires, non obstante dicta annotatione, quia præsumptio de iure probationem non admittens in contrarium nisi per partis confessionem, quod non est in casu nostro: non ignoro tamen confessionem factam in inuentario per hæredem, admittere interdum probationes in contrarium, de qua re Paul. Duran. *decis.* 337.

7 Probatur tertiò, quia Iudici est impositum perpetuum silentium circa inuentarium non confectum suo tempore *d. l. fin. §. donec*, nec valet prorogare tempus à lege præfixum, quia non potest factum legis reuocare ex suo capite *l. 1. §. item vim contra*: Quæ sententiæ, &c. etenim licet Bart. *l. 1. de re iudicata*, dicat posse iudicem breuiare, vel prorogare tempus; tamen intelligitur in actu per iudicem faciendo, qualis non est confectio inuentarij, vt post Bart. Rip. & alios, tradit Guliel. de Bened. *in cap. Raynutius verbo mortuo testatore, il 1. numer. 399. de testam.* Rolan. à Valle, *de inuent. 3. part. fol. 174. ver. vnum etiam est sciendum*, quod quidem tempus non currit, quando quis adiuit hæreditatem ab intestato, quam debuisset adire ex testamento, quia sc. fuerat hæres institutus, sed id ignorans ex capite ab intestato adiuit, hoc enim casu tale tempus non currit, nisi ex quo notitiam habuit testamenti, quia non potuit dici hæreditas debita ab intestato, provt ipse adiuit, quando aderat testamentum, quod ignorauit, vt latè Orat. Mont. *controuer. 74.* licet possit se tueri inuentario prius facto, vt decidit Rota apud Duran. *decis.* 387. omnino videnda, ergo si Iudici non permittitur tempus breuiare, vel inuentarij formam destruere, quomodo poterit cum suis, quas ordinauit fieri, annotationibus, destruere inuentarij formam, vt ad propositum argumentatur Franciscus Cyriacus *controuer. for. tom. 1. controu. 127.*

8 Probatur quartò quia inuentarium est inuentum ad rigorem iuris conseruandum vt dicit Rol. à Valle *de inuent. part. 2. ver. decimo quæro, num. 3.* Farin. *in fragm. littera H, verbo hæres*, vnde omnes asserunt ligare militem *ex §. fin. Auth. de hæredib. & fal.* Rol. à Valle *vbi suprà, ver. quartò quæro*, quo rigore non excusatur minor, Bald. & Ias. *d. l. si licet* aduersus ipsum non confectum habeat restitutionem in integrum §. *Pupillus, Auth. de hæred. & falsi.* Franciscus Mar. *decis.* 249. *p. 1.* Guid. Papa *decis.* 141. & 571. Mising. *cent. 4. obser. 16.* Rol. *ver. quinto quæritur* quem etiam rigorem mulierem comprehendere dixit Bald. *d. l. fin. quæst. 2.* quia inducta ad rigorem iuris ita obligant mulieres, sicuti masculos *l. iuris ignorantia, Cod. qui admitti*, Rolan. *ver octauò quæritur*, & etiam Rusticos, imo fiscum, & Ecclesiasticum, comprehendere latè probat Rolan. *ver. vndecimò, & duodecimo quæritur*, licet admitti deinde per viam restitutionis in integrum aduersus ipsum non confectum dicant Doctores communiter, ergo si talis inuentarij confectio respicit rigorem iuris, & comprehendit omnes supradictas personas, quomodo poterit ei suppleri per simplicem annotationem etiam iudicialiter factam? est tamen controuersia an hæres non conficiens inuentarium amittat illius beneficium in totum, supponendo quod malitiosè occultauerit? Et prima opinio dicit teneri ad duplum respectu rei occultæ, Alex. *d. l. fi. §. licentia, Cod. de iure del. num. 4.* vbi etiam Ias. *num. 4.* Minad. *consil. 4.* Monticula *de inuent. particula 17. num. 7.* Filliucius *part. 3. de inuent. num. 63.* Rot. *decis. 72. num. 8. part. 2. in nouis.* Bursatt. *consil. 325. num. 115. vol. 3.* Canger. *part. 1. variar. cap. 9. num. 11. & part. 3. 2. num. 51.* Gama *decis. 122. & 148.* Artman. Pistorius *pract. lib. 2. c. 3.* Menoch. qui latissimè loquitur *consi. 471.* Secunda tamen opinio dicit amitterein totum beneficium inuentarij, Berdazzolus *consil. ciuil. 154. num. 41. vol. 2.* Fabius Turretus *consil. 47. vol. 1.* Fab. de Anna *consil. 46. lib. 2.* Thesaur. *lib. 1. forens. quæst. 10.* qui sic decisum refert, provt etiam decisum refert Fontanell. *claus. 7. gloss. 3. part. 2. num. 55. & sequentibus*, dummodo res omissæ sint magni valoris, & decisum refert Hodierna *in addit.* ad Surd. *decis. 222.* & videndus est Merenda *lib. 18. controu. cap. 42.*

Porbatur quintò quia ab inuentarij confectione non excusatur vir, licèt magnæ sanctitatis, vt 9
latè probat Rolan. à Valle *fol. 194. num. 5. cum sequent.* sicut nec excusatur Ecclesia quæ est thronus Dei, ergo quomodo poterit per simplicem illam bonorum annotationē vir alioquin ordinarius non teneri vltra vires hæreditarias? Accedit quia inuentarium est inductum ad iustitiam conseruandam, vt testatoribus faucamus, legatariis, fidecommissariis, & ipsis creditoribus, vt latissimè Sebastianus Monticula *de inuent. cap. 4.* ex quo fit habere paratam executionem, vnde potest tutor conueniri ad reddenda omnia in eo descripta antequam rationes reddat, Surd. *decis. 184.* Mauson. *de causis execut. quæst. 5. num. 33.* etiam si sit minus solemne, vt tradit Mura *in vitu 114. num. 12.* decisum referens, sequitur Hodierna ad Surdum *vbi suprà num. 2.* & antequam suum petat creditum cogitur bona descripta in inuentario, restituere, si tamen mediante liquido instrumento se obligasset restituere, Hodierna *vbi suprà*, qui idem disputat de matre tutrice an, ante redditam rationem possit suas dotes petere, & retinere post Thesaur. *lib. 2. for. quæst. 28.* & Mastril. *decis. 189.* & Castill. *decis. 32.*

Proponuntur argumenta pro hærede.

Probatur primò, quia Inuentarium non aliun- 10
de est inuentum, nisi vt certa habeatur notitia bonorum hæreditariorum; ne scil. occupari valeant, vt post alios Camil. Borrel. *in sum. decis. tom. 2. tit. 8. & seq.* ergo vbi ista præsumptio occupandi, aut fraudandi cessat, non est necesse inuentarium fieri, & in terminis terminantibus notat Decian. *cons. 85. num. 53. vol. 5.* quod si sit facta descriptio bonorum, cum non possit timeri fraus, & bonorum distractio, licet non fuerit seruata forma, & solemnitas inuentarij, excusatur hæres per dictam descriptionem à pœnis inuentarij omissi, idem post alios notauit Cang. *part. 3. variarum, cap. 2. num. 109. cum seq.* Rota apud Paul. Dur. *decis. 386. à num. 17. cum seq.* sequitur Nogue. *alleg. 19. num. 103. in fine*, post alios quos refert, & addit Canger. *vbi suprà*, illum

qui ſucceſſit ei, qui ceſſerat bonis, & non confecit inuentarium, vltra vires non fuiſſe obligatum, quia certo conſtabat in hæreditate nihil fuiſſe, quo quia in caſu noſtro non vna, ſed duplex habetur bonorum deſcriptio, præſertim auctoritate iudicis; debet omnino præſumi pro hærede, vt non teneatur vltra vires: factum enim ipſius iudicis à partibus cenſetur factum *l. ſi ob cauſam, C. de euict.* Surd. *dec.* 266. *num.* 13. & poſt alios ponderat D. Ferd. Arias de Meſa *lib.* 1. *var. c.* 6.

Accedit & id quod poſt alios fundat Vrſill.
11 ad Affl. *d.* 360. *in fin.* vbi dicit, quòd quando tutor non confecto inuentario aliunde oſtendit, quod pupillus non habebat niſi talia, & talia bona, quæ expenſis, & aliis neceſſariis non ſufficerent; ad nihilum tenetur, vt poſt alios ponderauit Canger. *dict. cap.* 2. *num.* 112. hinc etiam dicunt communiter Doctores quod ſi teſtator reſeruauit ſibi centum ad teſtandum in donatione quam fecerat, & poſt mortem hæres non confecit inuentarium; non tenetur vltra vires, quia licet lex fingat hæredem non conficientem inuentarium; bona hæreditaria ſurripuiſſe; tamen hæc præſumptio ceſſat, quando certa eſt hæreditas, latè probat Fontan. *clauſ.* 4. *gloſſ.* 5. *part.* 2. *num.* 47. Canger. *part.* 3. *cap.* 2. *num.* 114. & ſequitur Hieronym. de Leo *in deciſ. Val.* 107. *num.* 27. & licèt Vincen. de Franc. *deciſ.* 536. ſimilem caſum indeciſum referat, tamen iuxta hanc ſententiam, quod ſcil. hæres non teneatur, quando aliunde conſtat tot bona fuiſſe in hæreditate, deciſum refert Ioannes Baptiſta Tor. *in comp. tom.* 3. *part.* 1. *fol.* 514. *in fine*, 2. *col.* ergo cum in caſu noſtro non ſolùm per deſcriptionem extraiudicialem, ſed etiam iudicialem bis factam, habeatur omnimoda certitudo de bonis exiſtentibus in hæreditate omnino dicendum eſt noſtrum hæ-
12 redem non teneri vltra vires hæreditarias.

Probatur ſecundo quia ſi qua eſſet ratio, cur hæres noſter teneretur vltra vires, vtique eſſet, quia contra ſe habet præſumptionem ſurreptionis, quæ vtpote iuris, & de iure non admittit probationem in contrarium vt ponderauit Vinc. de Franc. *dict. deciſ. num.* 14. & Rot. apud Burat. *deciſ.* 557. & 637. ſed hæc ratio nulla eſt: ergo. Quod vero vlla ſit probatur, quia licet aduerſus probationem iuris, & de iure non admittatur probatio in contrarium, tamen per partis confeſſionem admittitur, vt latiſſimè Menoch. *lib.* 1. *præſumpt.* 61. ergo cum in caſu noſtro per illam annotationem factam ad inſtãtiam eorum, de quorum agebatur intereſſe, certò conſtat prædicta bona, & non alia fuiſſe in hæreditate; non poterit vllo pacto vltra vires hæreditarias teneri, nec dici poteſt annotationes prædictas fuiſſe factas auctoritate iudicis, non facto partis, quia
13 vt ſuprà dicebamus factum iudicis nihil aliud eſt quàm factum partis, præſertim quando ad partis inſtantiam factum iudicis eſt: ſi ergo in caſu noſtro annotationes prædictæ ſunt factæ ad partis inſtantiam, perinde eſt ac ſi per ipſas factum fuiſſet *vulgata l. ſi ob cauſam, Cod. de euict.* & per conſequens ipſas confeſſas fuiſſe tot bona eſſe in
14 hæreditate.

Probatur tertiò ex notabili illa *deciſ.* Gizzarelli. 56. qui *num.* 5. dicit in propriis noſtris terminis quòd quando per confeſſionem partis conſtaret iudici quod non aderant alia bona in hæreditate, quàm deſcripta per hæredem, quæ non ſufficiebant ad creditorum, & legatariorum debita perſoluenda, eo caſu hæres, & ſi inuentarium ſolemne non confecerit, creditoribus hæreditariis vltra vires non teneretur, quod etiam deciſum Mantuæ nouiſſimè refert Franciſcus Cyriacus *controuer. for. cap.* 415. *num.* 78. qui dicit quod quando aliunde conſtat certitudo bonorum hæreditariorum tunc inuentarium non conficiens, non tenetur vltra vires: idem dicit *capit.* 326. *num.* 10. eo quia ceſſat dolus argumento *l. ſeruum* 70. *§. prætor ait de acq. hæred.* idque quia in diſpoſitionibus fieri poteſt implementum aliter quàm verba ſonant, quando ſequitur teſtatoris effectus, & legis conſideratus, *l. mulier* 22. *ad Trebell. l.* 3. *Cod. de inſt. & ſubſt.* & poſt alios idem Cyr. *c.* 411. *n.* 19. *cum ſeq.*

Probatur quarto ex notabili illa deciſione ad 15
propoſitum noſtrum omnino videnda, de qua Torus *dict. tom.* 3. *part.* 1. *fol.* 511. *col.* 1. *& verbo hæres* 2. *tom. fol.* 2. vbi in terminis ſequeſtrum factum à iudice de bonis defuncti ad inſtantiam creditoris, hæredem excuſauit ne conueniretur vltra vires, licet non confecerit inuentarium, ergo ad quid recurrimus ad alia, cum habeamus deciſum in noſtro S. C. in fauorem noſtri hæredis? Accedit quod creditores iſti, qui nunc agunt, non poſſunt prætendere ſe non fuiſſe citatos, quia nulla requirebatur citatio: interdum enim etiam inuentarium reſpectu non citatorum prodeſt, vt poſt Bald. & alios Regens Capyc. Latro *conſult.* 57. *num.* 29. de qua citatione vtrum requiratur ad videndum inchoari, & perfici, latiſſimè Porcellinus *de inuent.* & Rot. apud Duran. *dec.* 387. *num.* 4. & 10. 16

Probatur vltimo: quia hæres non conficiens inuentarium, ſi certo conſtet de valore hæreditatis, non tenetur vltra vires vt poſt alios Fuluius Lan. *in addit. ad Regen. Lan. in cap.* 1. *de ſucceſſ. feudi, num.* 37. Didac. de Mari *in addit. ad Gillar. dict. deciſ.* 56. *num.* 2. ſicut tutor, contra quem ob inuentarium non confectũ proceditur, ſi oſtendat quod pupillus non habebat niſi talia bona; moleſtari non poterit, eo quod ipſum non confecerit, & de hoc poterit iudex ſe informare ex Afflict. Iaſ. *conſil.* 3. *vol.* 2. Vrſill. ad Afflict. *deciſ.* 360. *in fine*, & practicatum refert Ioſeph Mele ad Gillar. *vbi ſuprà, num.* 14.

Reſponſiones ad Argumenta Contraria.

Ad primum reſpondeo quod licet inuentarij 17
beneficium ſit perſonaliſſimũ, nihilominus ab alio factum prodeſt ei qui illud non fecit, vt patet de minori, qui ſi illud confecit; prodeſt ſuo hæredi Eſcobar *de ratiocin. cap.* 9. *à num.* 15. Cangerius *part.* 3. *cap.* 2. *à num.* 109. & quod confectum à vidua per mortem viri; & proſit filiis tradit Aiora *de partitionibus, part.* 1. *cap.* 2. *num.* 22. Gutierrez *de tutelis, part.* 2. *cap.* 1. *num.* 51. Noguerol. *alleg.* 19. *num.* 103. & in fortioribus terminis probo, quia Eccleſia non conficiens inuentarium; 18
non tenetur vltra vires, vel quia non tenetur ad ipſum conficiendum vt dicit Francus *deciſ.* 536. *num.* 29. Rouit. *in prag.* 1. *num.* 11. *de leg. piis.* Gallup. *part.* 3. *in praxi, cap.* 3. *num.* 3. vel quia tenetur, vt melior eſt ſententia, ſed reſtituitur in integrum aduerſus non factum teſte Capyc. Latro *deciſ.* 15. *à num.* 24. & tamen ſi ipſa non conficiat inuentarium, & cedat alteri priuato hæreditatem; ipſe ceſſionarius non tenetur vltra vires, licet illud non confecerit, vt deciſum refert idem Capyc. *vbi ſuprà*, quidquid re male perpenſa dicat deciſum Gallup. *vbi ſuprà*, ergo ſi prodeſt ceſſionario reſpectu omnium creditorum poſtea

concur

concurrentium quomodo dici potest personalissimum, & excludenda est nostra annotatio, respectu creditorum suprauenientium?

19 Ad secundum Respondeo quod licet de iure ciuili sit inuentum inuentarium, ne teneatur quis vltra vires, tamen omnes illæ solemnitates, de quibus nouissimè Baldasar Thom. *tract. 7. c. 15. in suis tractatib. variis* Camil. Bor. *in sum. tom. 3. tit. de inuent.* non ita sunt necessariæ, quin non possint aliquo pacto alterari, & mutari: hinc videmus remitti negotium ad consuetudinem, & si secundùm prædictam consuetudinem, sic alterantem vel mutantem fiat; valet, & prodest hæredi ad omnes effectus Rot. *decis. 629. part. 1. diuer.* Capyc. *decis. 101.* Gregorius Lopez *l. 5. gloss. 8. ver. nisi aliter, pantita sexta,* Ricc. *part. 1. decis. 66.* Visconte *litt. H, ver. hæres post mortem*, de Angelis *ad Gillan. decis. 56. numer. 4.* Noguerol. *allegat. iuris alleg. 19. numer. 101.* & prædictæ solemnitates in Hispania recesserunt
20 ab aula, vbi solum conficitur coram tabellione mandato Iudicis, absque citatione interesse prætendentium, Parlad. *lib. 2. quotid. cap. vlt. p. 4. §. 1.* & sic fit in Lusitania teste Velasco *consult. 52. numer. 22. & consult. 87.* & sic fieri in Catalonia refert Cang. *d. tom. 3. capit. 2. numer. 66.* Fontan. 2. *tom. claus. 7. gloss. 3. part. 2. num. 45.* & ante omnes dixit Bart. *l. tutor qui repertorium, de administr. tut.* posse consuetudinem induci ne fiat inuentarium, & de facto Germaniæ non fieri refert Mathias Coler. *decis. 68.* & per ipsum testatorem remitti posse in præiudicium legatariorum, vel hæredis, non verò creditorum, latè fundat Vessembeccus *consil. 86.* & nonissimè Gomes. de Baio *in praxi Ecclesiastica, quæst. 56.* post Doctores *l. nemo potest de leg. 1.* Rolan. *de inuent. quæst. 221.* & post alios Franciscus Saler. *consil. 48. §. 2.* & de tutore, cui fuit remissum inuentarium, latè agit Torus *voto 23.* ergo non ita formæ inuentarij verisimile est, legem voluisse prospicere, quin potuerit alio modo eius haberi, vt patet ex dictis.

21 Ad tertium Respondeo quod in casu nostro nihil operatur iudex, sed solum ipsimet creditores fecerũt annotari vniuersaliter bona, quod nõ poterat ab eis maior certitudo haberi, quam illa, quam habuerunt à principio, ergo si non fuerunt seruatæ aliæ solemnitates, illæ annotationes erunt sufficientes pro omnimoda certitudine, & in hoc nihil operatur Iudex, qui si aliquid operatus fuisset, id fuisset ad partis instantiam, & per consequens partes annotantes quietum reddidissent hæredem de non inuentario, quod fieri potest in eorum præiudicium, licet enim iudex non possit prorogare terminum à lege introductum in inuentario (quod tempus à die aditæ hæreditatis currit, Ant. Fab. *in suo Cod. in tit. de iure delib. definit. 9. & 20. & de errorib. prag. Decade 2. er. 6.* Criuella *decis. 143.* Ant. de Virg. *de legit. personæ, cap. 20. num. 50.* Ant. de Virg. *vbi suprà cap. 20.* imò per paucos dies post tres menses; non prodest etsi cum officialis licentia fiat, & à fortiori, si per partes hoc agatur, quia requiritur de forma id quod *in d. l. fin. §. si verò*, Nouar. *decis. 46.* cum proprium sit formæ vt non possit transgredi nec in maximo, nec in minimo *cap. quæritur §. Episcop. 22. quæst. 2.* tamen hæc omnia intelliguntur quando partes voluissent illas annotationes voluisse per viam solemnis inuentarij sine prædictis solemnitatibus quod non est in casu nostro.

Ad quartum Respondeo quod non ita vniuersa- 22
liter est verum Inuentarium pro rigore esse introductum quin aliquam patiatur æquitatem; videamus enim quod aduersus omissas solẽnitates, multoties æquitate suadente; admittuntur minores, vel Ecclesiæ aduersus alios minores vel Ecclesias, Maresc. *l. 2. var. c. 98.* Hodierna ad Surd. *d. 30.* Sforzaod. *de rest. q. 89. art. 7.* & quandoque maiores etiam restituuntur ex capite absentiæ, vel ignorantiæ de Virg. *vbi suprà, num. 52.* qui etiam dicit quod si plures sint hæredes, & non conficiant inuentarium omnes in solidum tenentur vltra vires, & quod mulieribus regulariter ob omissas solemnitates inuentarij, concedatur restitutio in integrum post Francum *decis. 229.* tradit Capyc. Latro *consult. 57.* Quid ergo tantum debemus considerare rigorem, vt non possimus aliunde, vt præsertim istis annotationibus veritatem, & inuentarij finem habere.

Ad vltimum Respondeo ob non confectionem 23
inuentarij non excusari eum, qui est magnæ vir Sanctitatis, quia vere deficit in substantialibus ipsius legis, sed in casu nostro non deficimus in substantialibus, quia habemus finem inuentarij adimpletum: quamvis enim inuentarium legitime confectum præsumatur dolo carere, esto quod reperiatur res omissa: potius enim præsumitur in eo error, quam dolus tali casu, Farin. *decis. 199. vol. 2.* Rot. apud Gregor. XV. *decis. 169.* Gratian. pluries decisum referens *c. 711. num. 11.* Gama *decis. 148. & 122.* secus si scienter omiserit aliquid apponere: quia tunc non obstante protestatione addendi, & minuendi (quæ de facto facit cessare dolum, Gama *decis. 148.* Rota Genuæ *decis. 35.* Marta *part. 1. de claus. clausula 134.*) illius beneficium amitteret Gratianus *capite 34. & 532.* Griuella *decision. 143.* Ceuall. *commun. contra communes, quæst. 731.* & addit Gratianus id procedere etiam si leuis culpa adesset, referens decisum per Rotam fuisse nullum inuentarium tutoris, qui in eo non descripserit massariam pecudum, quæ in hæreditate remanserat, quamvis pretium dictæ massariæ venditæ per eundem tutorem fuisset depositum in banco, tanquam res pertinens ad hæreditatem, & omnino etiam subdit quod ob hanc culpam per eandem Rotam fuit remotus tutor tanquam suspectus, licet fuisset testamentarius, absque tamen infamia. Quamvis inquam id verum sit, tamen si aliunde constat de hæreditatis viribus, cur recurrimus ad alias solemnitates? si enim homo sanctissimus illud non fecit, defecit omnino in substantialibus, sed in casu nostro aliunde habemus veritatem rei per illas 24
annotationes: ergo.

Ex quo apparet primò, quod sicut confusio intium non inducitur contra hæredem quando adiuit hæreditatem cum beneficio legis, & inuent. *d. l. fin. §. in comput. Cod. de iure delib.* vbi Doctores Porcell. *de inuent. cap. 4.* Monticula *cap. 1. numer. 65.* Rolandus, *de inuent. vtilitate 10.* Phanducius *de inuent. part. 5. num. 19.* Surd. *decis. 310. num. 13.* Ioseph Sesse *decis. Arag. 46.* Vrsill. ad Afflict. *decis. 237.* Francus *decis. 39.* Aponte *consil. 37. vol. 1.* Faber. *in tit. Cod. de iure delib. definit. 9.* Peregrin. *consil. 14. lib. 4.* Menoch. *lib. 3. præsumpt. 11. num. 16.* Facchin. *lib. 6. controuer. cap. 32. & sequenti* Farinac. *decis. 326. part. 2. tom. 3.* Barbat. *de fideicomm. part. 1. c. 7. num. 55.* Amat. Siculus *resol. 56.* per quod inuentarium censetur ac si hæreditas esset iacens. Do-

ctores *sup.* licet hoc impugnet Ant. Mer. *lib.* 18. *controu. cap.* 47. sicut inquam per inuentarium hoc fit, ita etiam per descriptionem bonorum secundùm DD. *vbi suprà.*

25 Apparet secundò redditionem inuentarij si petita non sit, 30. annis præscribi, Colerus in decisionibus German. 20. *numer.* 18. vbi eius additio.

26 Apparet tertiò hæredem qui adiuit ex testamento, & inuentarium fecit, vel cœpit facere; non posse adire ab intestato *l. fin. C. de Cod.* quia sunt duo diuersi modi adeundi, quando sunt illæ personæ, quibus debetur hæreditas sc. ascendentes vel descendentes, secus si transuersales, Theodorus *alleg.* 17. *num.* 8.

Ita fuit decisum, vt scripsimus, inter doctissimos arbitros.

DISCEPTATIO XXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Facti species proponitur, de qua in præsenti.*
2 *Controuersiæ status in quo consistit.*
3 *Subrogatio posterioris creditoris in locum primi qualiter fiat.*
4 *Subrogatio creditoris continet tacitam cessionem ministerio legis.*
5 *Subrogatio intelligitur, quoad actiones personales.*
6 *Subrogatio intelligitur, etiam quò ad priuilegia.*
7 *Subrogatio censetur facta quoad hypothecarias etiam.*
8 *Subrogatio posito pacto de subrogando quid operetur.*
9 *Subrogatio vtrùm operetur, quoad prælationem.*
10 *Textus* in l. 1. Cod. de his, qui in priorum creditorum locum, *adducitur, & explicatur.*
11 *Subrogatio operatur suos effectus, ignorante etiam debitore.*
12 *Subrogatio operatur etiam si creditor dimissus sit pupillus, vel alia persona priuilegiata.*
13 *Subrogatio facit creditorem præferri, tum pro sorte, tum pro interesse.*
14 *Fructus dotis qua actione petantur.*
15 *Dos quomodo sit ius vniuersale.*
16 *Hypotheca pro sorte procedit etiam in fructibus, & vsuris liquidandis.*
17 *Creditor, qui prior est in tempore pro sorte, præfertur etiam pro vsuris.*
18 *Surdi* decisio 271. *qualiter procedat.*
19 *Creditor subrogatus pro extinctione crediti dotalis, præfertur aliis, etiam pro fructibus.*
20 *Assensus Regius pro sorte extenditur ad fructus.*
21 *Tonduti Sanligerij locus* tom. 2. cap. 21. *adducitur punctualis.*
22 *Oleæ locus* tit. 4. quæst. 1. num. 32. *punctualis affertur.*
23 *Textus* in l. Lucius ff. qui pot. in pignor. *ad quæstionem affertur.*
24 *Vsura dotis debentur ex natura contractus, etiam viro decocto.*
25 *Larreæ* decisio 37. *refertur, & occurritur.*
26 *Doctores, & decisiones vltramontanæ pro articulo adducuntur.*
27 *Actus vitiatur quando incidit in casum, à quo incipere non poterat.*
28 *Actus non vitiatur interdum, si incidat in casu, à quo incipere non poterat.*
29 *Cæcitas licet impediat magistratum, nontamen illum aufert.*
30 *Seruitus, qua pro parte acquiri non potest, poterit pro parte retineri.*

ARGVMENTVM.

An posterior creditor subrogatus in locum primi, censeatur subrogatus non solum pro sorte principali, sed etiam pro fructibus, vsuris, & interesse?

PRO

N. Creditore subrogato in locum anterioris Creditoris.

SVPPONITVR in facto Titium 1
de anno 1615. nuptui tradidisse Constantiam sororem suam, Ioanni, dote scutorum 5000. postea verò de anno 1616. contraxit varia debita; tandem de anno 1618. ad effectum soluendi dicta scuta 5000. dotis promissæ Constantiæ, accepit ad censum à Iulio eandem pecuniarum quantitatem, pacto adiecto, quod dictus Ioannes creditor dotis cederet in actu solutionis dicto Iulio iura talia, qualia, &c. translatiuè, & non extinctiuè, & prioritatis, & potioritatis contra ipsos obligatos, omnesque alios, ad effectum vt dictus Dominus Iulius, vltra quascumque alias cautelas, dictis iuribus vti, & experiri valeret, tam agendo, quàm excipiendo contra quoscumque in euentum euictionis dicti census, & litium, & quarumcumque molestiarum, quoquomodo iudicialiter, vel extraiudicialiter inferendarum, ac in omnes, & quoscumque alios casus, &c. & fuit conuentum ne vnquã dubitari posset de identitate pecuniarum, fuit etiam conuentum, quod illæ deponerentur in Banco, & non amouerentur, nisi ad effectum prædictum, & in actu solutionis declararetur, quod fiebat cum pecuniis eiusdem D. Iulij, qui protestatus fuit, quòd non intendebat dare ad censum, nisi cum dictis cautelis, & non aliàs, aliter, nec alio modo.

Ad formam dicti pacti pecuniæ depositæ, & solutæ creditori dotis, qui cessit iura, sed cum postea tractu temporis, Iulius fuisset immissus in possessionem prædij censiti ad effectum sibi satisfaciendi de fructibus decursis, insurrexit Antonius creditor alterius census impositi de anno 1616. & prætendit, tanquam anterior excludere Iulium: dicit Iulius, quòd licèt ipse sit creditor de anno 1618. tamen quia concurrentibus requisitis, Gloss. *in l. Aristo, ff. quæ res pignori obligari possint*, successit, & subingressus fuit in locum

cum creditoris dotis, vnde euaſit anterior Aduerſario, qui poſtea contraxit.

2 Virtus huius legalis ſubingreſſionis non negaab Antonio ſed replicat, quod non operatur, niſi quo ad ſortem, non autem quoad fructus, qui debentur ex ſecundo contractu.

Ego tamen præſuppoſita facti ſpecie, iudicandum eſſe exiſtimo ſubingreſſionem, de qua hic, non ſolùm quoad ſortem, imò etiam quo ad fructus, & intereſſe, qui debentur ex ſecundo contractu, ſuam operari prælationem, quod quidem, vt probem, diſcurrendo per Iuris tramites, duas propono concluſiones.

3 Prima quarum eſt, quòd pecunia data à Iulio Titio dotanti, cum onere, pacto, & conuentione illam dandi Ioanni Marito, operatur, vt idem Iulius emptor cenſus, ſit ſubrogatus in locum Mariti, ſcilicet Ioannis, cui ſatisfactum eſt, per regulam text. *in l* 1. *Cod. de his, qui in priorum Cred. locum, &c.* vbi omnes DD. *l. Ariſto, ff. qui res pignori oblig. poſſ.* Regens de Ponte *conſ.* 87. *vol.* 1. Cuiac. & Donel. *ad tit. Cod. de*

4 *his qui in priorum Cred. locum*, & miniſterio legis tacita ceſſio in fauorem Iulij Creditoris intelligitur facta ad notata per Pancirol. *conſ.* 118. *numer.* 23. per Decium *conſ.* 109. *numer.* 3. & latè per Surdum *conſ.* 444. *numer.* 14. *lib.* 3. vigo-

5 re cuius ceſſionis tranſeunt non ſolum actiones perſonales competentes Titio Marito, vtpote antiquiori creditori per text. *in l. pupillorum* 7. §. *fin. ff. de rebus eorum*, *l.* 1. §. *nunc tractemus*, *ff. de tutel.* Felician. *de cenſib. lib.* 3. *cap.* 2. *numer.* 18. Bellonus *de his, quæ incontinenti fiunt lib.* 1. *c.* 5.

6 *numer* 3. ſed etiam tranſeunt omnia priuilegia non perſonæ, ſed cauſæ tributa, *l. ſi ventri*, §. *vlt. ff. de priuil. creditor. l.* 2. *ff. de ceſſione bonorum*, *l.* 3. *Cod. de priuil. fiſci*, Neguſantius, *de pignor. membr.* 3. *part.* 5. *num.* 45. Cuiacius *lib.* 3. *quæſt.* Paul. *in dict. l. Ariſto*, Barboſ. *in l. poſt dotem*, *num.* 61. *ff. ſoluto matrim.* & non ſolum

7 ſucceſſit Iulius in actione perſonali, & priuilegiis competentibus cauſæ, ſed etiam in Iure hypothecæ *d. l.* 1. *Cod. de his, qui in priorum creditorum locum, &c.* & in hoc omnes conueniunt.

Quæ concluſio ampliatur, vt poſito pacto de

8 ſubrogatione, ſuccedat Iulius creditor in eandem hypothecam, Marito competentem, vt contra Gloſſam *in d. l. Ariſto*, dicunt Cynus, & & Salycet. *in l.* 1. *Cod. de his qui in priorum Creditorum locum, &c.* Bart. *in dict. l. Ariſto*, *numer.* 7. *verſ. quæro ergo*, Carroccius *de locato part.* 2. *quæſt.* 14. Felicianus *lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 18. Rodriquez *de ann. reddit. lib.* 2. *quæſt.* 16. *numer.* 53. Fab. *lib.* 8. *C. tit.* 9. *diffinit.* 4. Theodor. *alleg.* 68. *numer.* 10. *ex l. ſi prior* 13. §. *ſi tertius*, *ff. qui potior. in pignor. d. l. Ariſto. verſ. denique*, *l. Pupillorum* 7. §. *fin. ff. de rebus eorum*, quia tacita ceſſio legis poteſtate inducitur.

Et in hoc errauit Cardinalis Mantica *lib.* 21.

9 *de tacitis*, *tit.* 28. *num.* 4. dum ait, mirum eſſe, vt poſt factam ſolutionem antiquiori Creditori, & eius iura extincta, poſterior in eius locum ſuccedat, quia dici debet, Iura antiquiora non extingui, ſed illæſa in poſteriorem transferri, quod adeo verum eſt, vt ſi poſterior in locum primi ſuccedat, non ſolum prælationis Ius acquirat, reſpectu illius rei, ſed etiam ratione fructuum, & penſionum, per text. *in l. quamvis*, *Cod. in quibus cauſis*, *&c.* Bart. *in l. fin.* §. *fin. ff. de Iure fiſci*, latè Mandell. de Abba. *conſ.* 215. *lib.* 2. vbi additio *litt. A.*

Ampliatur ſecundò, quod diſpoſitio textus 10
in l. 1. *Cod. de his qui in priorum creditorum locum, &c.* vt locum habeat non eſt neceſſe, vt nominatim hoc exprimi debeat, ſed ſatis eſt facto ipſo exprimi, vel verbis, ad hoc ſufficientibus id declarari, quia non conuenit ponderare verba, ſed debemus effectum expectare, *l. & ſi poſſeſſori*, §. *item ſi verò*, *ff. de Iure iurando*, *l. fideicom.* 10. §. *ipſe verò*, *ff. de legat.* 3. Cranetta *conſ.* 706. *num.* 8. *lib.* 4.

Ampliatur tertio vt extraneos ſoluens priori 11
Creditori ſuccedunt in eius locum etiam ignorante debitore. Donellus *in l.* 1. *Cod. de his qui in priorum creditorum locum*, *&c.* & ratio eſt, quia licet debitorum pactionibus Ius Creditoris nequeat immutari, *l. pacto*, *Cod. de pactis*, *l. licet*, *Cod. famil. her.* tamen quia Creditoris intereſt debitum ſuum conſequi, & aliis Creditoribus nulla irrogatur iniuria, neque vlterius debitor damnum aliquod patiatur; cum etiam inuitus alium Creditorem accipere compellatur, *l.* 3. *Cod. de hæred. vel action. vendit.* ideo non requiritur conſenſus debitoris, vt optime Donellus *lib.* 15. *Comment. cap.* 43. Anton. Fab. *lib.* 8. *Cod. tit.* 9. *defin.* 4. igitur ſoluens Creditori, etiam debitore ignorante, acquirit Ius prælationis, Capic. *deciſ.* 79. *à num.* 2. Carleual. 2. *tom. lib.* 1. *tit.* 3. *diſput.* 35. *num.* 9. & ratio eſt quia debitoris ipſius conſenſus non debet expectari, cum nihil eius interſit, *l. de vnoquoque* 47. *ff. de re iudicata*, tum quia in hac ſucceſſione tacita ceſſio miniſterio legis intelligitur facta, & iurium ceſſio, inuito debitore fieri poteſt, *l.* 1. *Cod. de nouat. d. l.* 3. *Cod. de hæred. vel action. vendition.* de Georgio *alleg.* 29. *num.* 24.

Et propterea ſtatutum eſt, vt creditor cuius 12
pecunia antiquior Creditor dimiſſus eſt, in illius locum ſubrogetur, etiamſi debitor ſit pupillus, vel alia perſona prohibita alienare, quia ſine decreto, aut alia ſolemnitate, à lege requiſita, tranſit Ius prioris ad ſequentem *ex l. ſi pupillorum* 7. §. *vlt. ff. de reb. eorum* quoniam nullum præiudicium ex hac ſubrogatione irrogatur debitori, atque ideo decreto opus non eſt, *l. fin. Cod. de in integr. reſtit.* Gaſpar Rodriquez *lib.* 1. *de ann. reddit. quæſt.* 14. *num.* 20.

Secunda concluſio prælatio quæ competit 13
Creditori ſubrogato non ſolùm pro ſorte intelligitur, ſed etiam pro fructibus, & intereſſe, vnde in 14
præſenti Iulius, qui pecuniam dedit Titio pro illa danda Ioanni Marito præfertur, non ſolum pro ſorte, imò etiam pro fructibus dotis, quia fructus dotis petuntur actione de dote, ſicut ipſa dos, *l. ſi marito*, §. *fin. ff. ſolut. matr.* & aliquando conuertuntur in dotem, *l. ſi ante nuptias* §. *fin. ff. eodem tit.* Item quia dos eſt Ius vniuerſale, *l. quod dicitur*, *ff. de impenſis in rebus dotalibus factis*, & 15
ideo acceſſiones omnes in ea includuntur, & quia fructus pars rei cenſentur, *l. fructus pendentes*, *ff de rei vendicat.* Surd. *de alim. tit.* 8. *prin.* 51. *numer.* 3. latè Acoſta *de priuil. Credit. regul.* 3. *ampliat* 10. *à num.* 15. & 16. ideo hypotheca & 16
prælatio competens pro principali locum etiam habet pro redditibus, & rationibus, ac fructibus liquidandis, Surd. *de alim. tit.* 9. *quæſt.* 46. *numer.* 3. Benedictus Ægidius *in l. ex hoc Iure p.* 2. *cap.* 8. *ff. de iuſt. & Iure*, Maqueda *in l. priuilegia numer.* 88. *ff. de priuil. cred.* Amar. Rodriguez, *de concurſ. credit. part.* 1. *art.* 4. Molina *de Iuſt. diſp.* 222. & 223. & ampliant etiam pro redditibus reddituum, vt latè Acoſta *dict. reg.* 3. *ampliat.* 1. *n.* 3.

Pro

Pro quo etiam facit, quod dixit Rota *part. 4. diuerſ. dec. 319.* quod cenſus ſolutus in ſatisfactionem creditoris, qui habebat anteriorem hypothecam, præfertur, non ſolùm pro ſorte principali ſed etiam pro fructibus cenſus debiti, vel debendi concedenda eſt cum de iure, qui prior eſt in ſorte, prior quoque in vſuris debet declarari, Cardin. Tuſch. *litt. H, concluſ. 129. num. 24. & ſeqq.* Felicianus de Solis *de cenſib. tom. 1. lib. 3. cap. 5. num. 18.* Mainard. *lib. 3. cap. 33.* Pacificus *de Salnian. interd. inſpect. 3. cap. 4. num. 7. & 8.* Gaitus *de Credit. capit. 4. quæſt. 10. numer. 1176.* Barzius *deciſ. Bononiæ 108. numer. 1. cum ſeqq.*

18 neque de Surdo *deciſ. 271.* aliter loquente habenda eſt ratio, quia loquitur in legatis, in quibus verius eſt fructus non ſequi hypothecam ſortis, Coſta *de poſt. ratæ, quæſt. 60. num. 5.* Francus *deciſ. 374. num. 10. & 12.* Theſaur. *lib. 4. quæſt. forenſ. quæſt. 25. num. 7.* ſed nos verſamur in contractibus, in quibus longè diuerſa ratio eſt, teſte Neguſantio *de pignor. membro 5. part. 1. num. 19.*

19 Facit in ſimili, quod quando quis pecunias dedit ſub annuo cenſu, vt debitor illas conuerteret ad debitæ dotis ſolutionem, talis hypotheca non ſolum pro ſorte, ſed etiam pro penſionibus decurſis, & decurrendis competit cum eodem iure prioritatis, ita Peregrin. *de fideic. art. 42. n. 96.* Paſchal. *de patria poteſt. part. 2. cap. 7. num. 32. 49.*

20 *& 57.* vbi etiam probat aſſenſum Reg. extendi etiam ad fructus decurrendos, & idem etiam oſtendit *num. 65. & 67.* vbi reſpondit ad argumentum quod fit ex mutatione perſonæ, & *num. 72.* vbi reſpondit ad præiudicium quod fit poſterioribus creditoribus, Franciſcus Milaneſius *dec. Sic. 8. à num. 369. ad 380.* per text. *in l. Lucius ff. qui potior. in pignor.* Gratian. *cap. 43. num. 31. & ſeqq.* Cancer. *lib. 1. var. cap. 9. à num. 176. cum ſeqq.* Fontanel. *de pactis nupt. in vlt. addit. in fine, ſecundi voluminis fol. 650.*

21 Facit etiam quod dicit Tondutus Sanling. *tom. 2. quæſt. ciuil. cap. 21.* quem rogo videri in hoc articulo, qui licet videatur tenere oppoſitum, tamen in caſu ſuo erat primum creditum ſine vllis vſuris, ſed in præſenti creditum primum eſt dotis, quod iure actionis producit intereſſe, & vſuras, & ſic Tondutus bene perlectus nobiſcum ſentit, vt videre eſt, *num. 17. & 18.*

22 Facit etiam quod dicit Olea *de ceſſ. Iurium, tit. 4. quæſt. 1. num. 32.* qui poſita regula, quod creditor habet eamdem prælationem pro vſuris, quam habet pro ſorte principali, per tex. *in d. l. Lucius, ff. qui pot. in pig.* adducit pro hac eadem regula Guſman. *de euict. quæſt. 13. à num. 5.* quod idem dicit Rodriquez *de concurſ. credit. 2. part. artic. 1. num. 10.* Fontanella *clauſ. 7. gloſſ. 2. part. 8. num. 76.* Noguerol. *alleg. 17. à num. 17.* Acoſta *de priuil. credit. regul. 2. ampliat. 4. num. 17. & regul. 3. ampl. 5. num. 2.* qui allegat Felicianum, Maynardum, Pacificum, & Bazium, quos refert idem Tondutus *num. 2.* idque intelligunt quando intereſſe, & vſuræ dependent ab eodem fonte, pro qua ſententia facit Thorus *in compend. tom. 2. in verbo, creditor. qui pecuniam*, quod idem dicit Olea *in quæſt. 2. & alibi*, pro qua concluſione videatur etiam Regens de Marinis *tom. 1. contro. 75.* vbi Additio plura notat Arnonus *reſol. 7. per totam*, vbi eleganter ſcripſit, *à num. 29.* Capyc. Latro *d. 16.* Galluppus *de concurſu creditorum, cap. 8.*

23 Pro qua concluſione firmanda facit pluries citatus textus *in dict. l. Lucius, ff. qui pot. in pign.* vbi ille creditor, qui præfertur in ſorte principali, præferri debet in vſuris, quod procedit etiam in vſuris debitis ex natura contractus, vt affirmant Neguſant. *part. 5. membr. 1. num. 10. & 14.* Burſatus *conſ. 103. lib. 1. num. 10. & num. 18. & 21.* vbi ait ſic fuiſſe deciſum, Surdus *deciſ. 250. numer. 16.* Roſſental. *de feudis. cap. 1. concluſ. 19. num. 1. cum ſeqq.* Maſtrill. *deciſ. 119. num. 11. cum ſeqq. part. 2.* Regens Valenzuela *conſ. 16. num. 31. 32. 42. & 43. vol. 1.* Peregrinus *conſ. 114. lib. 5. per totum*, vbi loquitur etiam de vſuris acceſſorij, & per officium iudicis debitis, Caſtill. *deciſ. Sicil. 17. num. 31. 32. 42. & 43.* Gratian. *cap. 730. num. 18. cum ſeqq. tom. 4.* Fontanell. *tom. 2. clauſ. 7. gloſſ. 2. part. 8. numer. 76.* Gaitus *de credito, cap. 4. quæſt. 10. n. 1176.* Merl. *tom. 1. q. forenſ. c. 43. n. 7.* Regens de Marinis *lib. 1. quotid. c. 76. à n. 5. vſque ad n. 9.* quos ſequitur Noguerol. *alleg. 17. n. 20.* D. Franc. Salg. *par. 2. labeberinth. cap. 27. n. 70.* Regens Pratus *ad Paſchalem, part. 2. cap. 7. de patria, pot. fol. 385. col. 2. in princ.* vbi dicunt præferri creditorem cenſuarium pro ſorte, & vſuris futuris quibuſcumque creditoribus contrahentibus cum creditore priuſquam vſuræ, & redditus naſcerentur, & incipere deberi, quia attenditur vnitas obligationis primordialis, in qua continentur annuæ præſtationes, & ad hoc adducunt textum illum capitalem *in d. l. Lucius.*

Quapropter cum vſuræ pro dote debeantur 24
ex natura contractus, exiſtente etiam fallimento viri iuxta notata per Noguerol. *vbi ſuprà, num. 26.* qui ait ſic fuiſſe determinatum in fauorem Blanchæ Spinolæ vxoris Melchioris de Negro, & D. Fauſtinæ Cattaneo vxoris Ludouici Spinolæ, quæ, non obſtante fallimento maritorum, & creditorum concurſu, habuerunt prælationem pro dotibus, & vſuris earum, & idem fuiſſe deciſum in aliis caſibus, quare cauendum eſt à Larrea *deciſ. Granatenſi 37.* qui probat Regiam 25
facultatem conceſſam ad obliganda bona maioratus, non extendi ad dotis vſuras, & intereſſe, & quòd ita fuit deciſum in Senatu Granatenſi, quibus adductis per Larream ſatisfacit Noguerol. *dict. alleg. 17. num. 28.*

Tandem facit Matthias Colerus *deciſ. Germa-* 26
niæ 57. & dec. 270. & in tract. de proceſſ. exequut. part. 1. cap. 2. num. 219. atque ita etiam fuit deciſum Alipſienſibus, Victeburgenſibus, Ienenſibus, Francofurtenſibus, & Scabitiis, Brandemburgenſibus, vt teſtatur Raynaldus Rota *in addit. ad Danielem Mollerium, part. 1. conſtit. 28. num. 34.* Georgius Schul. *in Synopſi Iuſtit. lib. 4. tit. 6. de act. §. caterum, & §. illud obſeruandum fol. 596.* quam etiam ſententiam explicauit, & confirmauit Auguſtus Elector Saxoniæ *in ſuis nouellis part. 1. conſtit. 28. in princip.* Mattias Berlichius *part. 1. concluſ. 65. de prælat. dotis à num. 1. vſque ad num. 117.* vbi ampliat & limitat Vvrmbſec. *tit. 37. obſeruat. 3.* Hartman. Piſtor. *pract. for. tit. 27. obſeruat. 17.* Schurphius *conſ. 1. conſt. 22.* Ioannes Altuſius *in dialogo lib. 1. cap. 72. de iure prioritatis, num. 2.* Hartman. Eſaias, *in ſiſtemis pract. obſer. cap. 94.* Ioannes Melonius *de iure prælationis, à fol. 89. per tot.* Chriſtophor. Philippus Riccheer *de pignoribus, memb. 2. claſſ. 1. diſp. 3. cap. 2. fol. 77.* Hartman. Meyeres *de priuil. credit. tit. 10. per totum*, Ioannes Baptiſta Sgnardanzerius *de pignorib. cap. 32. per totum.*

Neque dicatur pro parte aduerſa, quod in præ- 27
ſenti vſuræ dotales pro tempore matrimonij tantùm debeantur, non verò ſoluto matrimonio, quia reſpondeo, quòd licèt actus vitietur quo-

ties

ties in eum incidit, à quo incipere non poterit, *l.98. in fine, ff. de verb. signif. l.71. ff. de fideiuss.* & exempla in iure passim occurrunt *in* §. 20. *Instit. de inutilibus stipulat. l.* 3. §. *vltim. ff. de his, quæ pro non scriptis, l.* 11. *ff. de seruit.* tamen dicta regula non caret dubio, & sanè è diametro contrarium axioma proponit I.C. *in l.*85. §. 1. *ff. de regul. iuris*, & Summus Pontifex *in cap. factum* 73. *de regul. iuris in* 6. quod nec suis destituitur in iure exemplis in stipulatione viæ id docet textus *in l.*2. §. *his, ff. de verb. oblig.* & in seruitute acquisita *l.*8. §. 1. *ff. de seruitut.* in legato nominis *l.*5. *ff. ad leg. falcid.* solutio tamen dicti dubij, & difficultas ita declaratur per Bachonium *in l.* 20. *ff. de statu hominum*, quod regula proposita fallit primò in illis actibus, qui semel obtinuerunt suam perfectionem *l.*2. *ff. de his qui sunt sui, vel alieni Iuris*, ita cæcitas non remouet aliquem à Magistratu *l.* 1. §. 5. *vers. sed melius de postulando*, quod notat
30 Amaya *in l.*46. *num.*61. *Cod. de decurionibus, lib.* 10. Reuardus *in l.* 85. §. 1. *de regul. iuris*, sic seruitus licèt per partes acquiri non possit, per partes tamen retinetur *dict. l.* 8. §. 1 *ff. de seruit.* ea enim, quæ ab initio iure constituta sunt, non ita facile dissoluuntur, vt latissimè Ioannes Tabor. *in suo* Barbosa *enucleato, lib.* 1. *cap.* 25. *num.*6. igitur in præsenti cum à principio fuerit contractus validus, quò ad sortem, & interesse, nil mirum est, si ex post facto illud interesse non deberetur, pro quo etiam facit, quod fuit ponderatum per Dominum discurrentem in discursu mihi transmisso in versic. *quando enim*, qui etiam ponderat, vt bene quod illi actus, qui fiunt in eodem die, loco, & coram eisdem testibus, dicuntur correspectiui, non tamen si deficiat primus, deficere debet secundus, quia non dependet inter se in conseruari, sed in fieri, in quo rogo videri doctissimum Fontanellam *tom.* 2. *decis.* 559. pulchrè discurrentem ad materiam, qui *in decis.* 560. *num.*6. ait, quòd licet obligatio prior extinguatur per conuersionem in aliam, tamen remanet quoad prærogatiuas, & priuilegia.

Quare omni iure puto dicendum prælationem competere dicto Iulio creditori tum quoad sortem, tum etiam quoad interesse, quod tanto magis procedit, quia cessionem habuit translatiuam, & non extinctiuam, vt in facto etiam ponderatur, per D. Collegam in eadem facti specie.

Quare, &c.

SVMMARIVM.

1 *Facti series narratur.*
2 *Nemo transfert plus iuris, quam quod ipse habet.*
3 *Subingressio, vt pariat fructus sufficit, vt creditum, in quo ipsa fit à natiuitate facere posset fructus.*
4 *Qualitas supradicta, si deficiat, non nocet subingressioni.*
5 *Actus in sui primordio perfectus non vitiatur, si incidat in casum, à quo incipere non posset, & præsertim quando defectus superueniens est in causa efficienti.*
6 *Quando contractus in alium transfunditur deficiente primo, remanet secundus.*
7 *Mixtio vnius contractus operatur, vt alterius accipiat qualitates.*
8 *Mixtum assumit naturam simplicis sibi fauorabilioris.*
9 *Sors census irredimibilis pro mortua habetur.*
18 *Prælatio quando verificari nequit in sorte, verificanda in fructibus, cum hi loco sortis succedant.*
11 *Fundo censito euicto datur locus repetitioni sortis, & interesse.*
12 *Quæ cautela operatur, vt etiam euictione non sequuta, detur repetitio.*

DE EADEM RE.

TITIVS dedit nuptui de anno 1615. Con- 1
stantiam sororem Ioann. cum dote ducatorum quinque mille, & postea de anno 1616. concontraxit varia debita.

De anno 1618. ad effectum soluendi dicta scuta quinque mille dotis promissæ Constantiæ accepit ad censum à Iulio eandem pecuniarum quantitatem, pacto adiecto, quod d. Ioan. Credit. Dotis cederet in actu solutionis dicto Iulio iura talia qualia, &c. translatiuè, & non extinctiue & prioritatis & potioritatis eorum: ipsos obligatos, omnesque alios ad effectum, vt dictus D. Iulius vltra quascumque alias cautelas dictis iuribus vti, & experiri valeret, tam agendo quàm excipiendo contra quoscumque in euentum euictionis dicti census, & litium, & quarumcumque molestiarum, quoquo modo iudicialiter, vt extraiudicialiter inferendarum, ac in omnes, & quoscumque alios casus, &c. & fuit conuentum, ne vnquam dubitari posset de identitate pecuniarum: fuit conuentum, quod illæ deponerentur in Banco, & non amouerentur, nisi ad effectum prædictum, & in actu solutionis declararetur, quod fiebat cum pecuniis eiusdem D. Iulij qui fuit protestatus, quod non intendebat dare ad censum, nisi cum dictis cautelis, & non aliàs, aliter nec alio modo.

Ad formam pacti fuerunt d. pecuniæ depositæ, & solutæ Creditori Dotis, qui cessit iura; sed cum postea tractu temporis, Iulius fuisset immissus in possessionem prædij censiti ad effectum sibi satisfaciendi de fructibus decursis, insurrexit Antonius Creditor alterius census impositi de anno 1616. & prætendit tamquam anterior, excludere Iulium.

Dicit tamen Iulius, quod licet ipse sit creditor de anno 1618. tamen quia concurrentibus requisitis Glossa *in l. Aristo, ff. quæ res pign. oblig. poss.* successit, & subingressus fuit in locum Creditoris dotis, euasit etiam anterior Antonio, qui postea contraxit.

Virtus hius legalis subingressionis non negatur ab Antonio, sed replicat quod non operatur, nisi quoad sortem non autem, quoad fructus, qui debentur ex secundo contractu.

Et licet quando subingressio fit de credito 2
fructifero in aliud fructiferum, etiam fructus debebentur cum anterioritate primi, tamen hæc anterioritas in dote non potest considerari; nisi pro fructibus decursis constante matrimonio, quia cum postea fructus amplius non debeantur, sicuti non possunt prætendi ab ipso creditore dotis, ita nec ab illius cessionario, cum nemo plus iuris in alium transferre possit, quàm quòd ipse habeat.

Hæc difficultas, ad quam reducitur totum 3
huius causæ momentum videbatur posse tolli, considerando quod ad effectum subingressionis, satis est, quod creditum, in quod debet fieri subingressio sit aptum natum à sui primordio facere fructus, & exemplificantes in dote, & legitima

dixerunt Maſtrill. ad Gregor. *de cenſ. q. 6. n 95.* Giurb. *obſer. 11. num. 4.*

4 Dum ergo ſufficit, quod hæc qualitas crediti fructiferi adſit de illo tempore, quo fit ſubingreſſio, non debet aliquod nocumentum afferre, ſi poſtea deficiat, Bald. *in l. generaliter 11. num. 7. ver. ſed ego dico, Cod. de Epiſc. & Cleric.* Aleograd. Iun. *controuerſ. 45. numer. 29.*

5 Quando enim actus fuit legitimè perfectus, etiamſi poſtea deueniat ad caſum, à quo incipere non poſſet, non propterea debet irritari, *cap. factum legitime, de reg. Iur. in 6. l. in ambiguis §. non eſt nouum ff. eodem.* maximè quando defectus ſuperueniens non eſt, niſi in cauſa efficiente, quia tunc actus perfectus nullo modo vitiatur Maſtrill. *ad Gregor. de cenſ. quæſt. 5. n. 244.* & quamvis etiam eſſet partim in cauſa efficiente, & partim in materiali, adhuc tamen non poſſet irritari actus in eſſe productus, Bart. *in l. pluribus, §. & ſi placeat, num. 3. in fine, verſ. aut res erat.*

6 Ponderando præſertim, quod dum vnus contractus in alium transfunditur, etſi deficiat primus, non tamen deficit ſecundus, in quod fuit facta transfuſio, & in quo conſeruatur ſemper aliqua portiuncula primi, & ſi hic ſecundus ratione nouæ informationis dicatur nouus contractus ſicuti ſi de radice vitis propagaretur aliquis ramus, & deindè ſiccaretur radix non propterea ſiccaretur ramus propagatus, quia nouam emiſit radicem Caſtren. *conſ. 164. numer. 3. lib. 2.* Ruinus *conſ. 115. num. 16. lib. 3.* Aleograd. *conſ. 17. num. 47. lib. 1.*

7 Quod in caſu noſtro videtur poſſe de facili admitti, quia cum Iulius nollet facere cenſum, niſi illum informaret de anterioritate, & prioritate dotis, noluit etiam facere ſimplicem contractum cenſus, ſed illum voluit vnire, & incorporare cum dote, ac proindè dos, & cenſus ratione mixturæ fuerunt ſimul vniti & effecti vnius ſubſtantiæ, & naturæ eiſdem fruuntur priuilegiis, Cutell. *de donat. tom. 1. diſcurſ. 1. partic. vnic. numer. 67.*

8 Nihil adueniente quod dos quoad fructus contineat temporalitatem, donec ſcilicet durat matrimonium, quia cum fuerit admixta cenſui, qui eſt perpetuus, aſſumpſit illius naturam. Tum quia in mixtis prævalet ſimplex potentius, Cutell. *dict. part. vnic. num. 67.* Tum quia ipſum mixtum ſemper aſſumit naturas illius ſimplicis quod ſibi fauorabilius, & vtilius eſt Ancaran. *conſ. 7. num. 1.* Cyriac. *controu. 4. num. 62.*

Et ſicuti ſi debitor dotis pro illius ſolutione vendidiſſet fundum, emptor fuiſſet tutus, aduerſus quoſcũque creditores, inter medios, nec potuiſſet expelli, niſi per ius offerendi, & interim feciſſet fructus ſuos iure dominij, ita etiam debet dici in creditore cenſus, qui ſi non emit fundum, emitur ius percipiendi fructus ex fundo, & cum cenſus aſſimiletur emptioni, & venditioni, idem quoque in illo ſeruari debet; quod, & ſi, non tam clarè, dicit Milanenſ. *deciſ. 8. num. 381.*

9 Facilius quia cum ſors cenſus ſit perpetuo alienata, & facta irrepetibilis. Ideoque habeatur pro mortua Capyc. Salet. *contr. 61. num. 5.* Illa prælatio, quæ daretur ſorti, debet dari illis fructibus, quia ſuccedunt loco ſortis, & habentur pro vna, & eadem re cum ipſa ſorte mortua, vt indiuidualiter aduertunt Maſtrill. *ad Greg. de cenſ. quæſt. 6. num. 94.* Millenſ. *deciſ. 8. num. 269. & deciſ. 13. num. 26. cum duobus ſeqq.* Caſtrill. *deciſ. 17 num. 44. 45.* Giurb. *obſeru. 11. num. 20.*

Vlterius cum ſub ingreſſio, ſeu ceſſio iurium 10
fuerit facta in caſum euictionis, & quarumcumque moleſtiarum, quoquomodo iudicialiter, vt extraiudicialiter inferendarum, videtur indubitatum, quod cum hæc promiſſio verificetur etiam in moleſtiis de facto illatis, Rot. poſt Merlin. *de pignoribus, dec. 118. num. 6.* Poteſt Iulius hoc caſu vti anteriotate ſortis, etiam pro fructibus, Antoninus de Amat *reſolut. 7. num. 41.* Rot. *rec. par. 9. deciſ. 218. num. 26. verſ. & exercere.*

Sique fundus cenſitus euinceretur, eſſet locus 11
repetitioni ſortis, vna cum damnis & intereſſe Rot. poſt. Merlin. *deciſ. 133. num. 14. 15.* quibus eſſe locum, etiam euictione non ſecuta; dummodo fuit promiſſa in caſu quarumcumque moleſtiarum Antonin. de Amat. *reſol. 87. per totam,* abſque vlla prorſus difficultate, pro hoc intereſſe incluſo ſub tertiis, ſeu fructibus conuentis, tam ante, quàm poſt euictionem ſecutam datur 12
actio cum eadem anterioritate ſortis, Donat. Anton. de Marin. *var. reſol. lib. 1. cap. 76. num. 1. & infrà,* Thor. *in ſupplemento comprehend. deciſ. verb. creditor anterior. pro ſorte,* an ſit anterior etiam pro intereſſe.

Et hæc per modum diſcurſus, &c.

DISCEPTATIO XL.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies proponitur, & tota ſeries.*
2 *Iuris patronatus exiſtentia, & pertinentia qualiter conſtet.*
3 *Iuris patronatus tranſlatio cum aſſenſu Epiſcopi valet, & quid ſi transferatur in pium locum.*
4 *Ius patronatus ſi donetur compatrono non requiritur aſſenſus, & quid ſi donetur filio compatroni.*
5 *Ordinarij conſenſus in tranſlatione iuris patronatus quando requiratur.*
6 *Patroni conſenſus in tranſlatione iuris patronatus quando requiratur tacitus.*
7 *Iuris patronatus legatum interdum non requirit aſſenſum, & quando.*
8 *Iuris Patronatus ſucceſſores quando aliis præiudicent.*
9 *Ius patronatus gentilitium & familiare quando ſit, & an poſſit fieri hæreditarium.*
10 *Epiſcopus compellitur aſſenſum præſtare in iuris patronatus tranſlatione etiam à Metropolitano.*
11 *Textus* in cap. nullus 17. de iure patronatus, *declaratur.*
12 *Conſenſus qualiter ſuppleri debeat, & à quo.*
13 *Conſenſus aliquando ſuppletur, aliquando habetur pro obtento.*
14 *Conſenſus in tranſlatione iuris patronatus eſt irreuocabilis.*

ARGVMENTVM.

Iuris Patronatus exiſtentia qualiter conſtare

constare debeat. Eius translatio cum assensu Episcopi valet, & quid si transferatur in locum pium. Patrono si donetur non requiritur assensus, & quid in filio patroni: tacitus assensus Episcopi an sufficiat: Patroni quando præiudicent successoribus. Gentilitium & familiare quando sit ius patronatus. Episcopus compellitur assensum præstare per Metropolitanum. Textus in cap. Nullus 17. de iure patronatus *declaratur* & consensus *qualiter, & à quo suppleri debeat.*

PRO

Verificatione Bullarum Iuris Patronatus illorum de Campanili.

1 IN anno 1600. mense Decembris V. I. D. Curtius Tipaldus testamentum condidit, & inter cætera reliquit constructionem Cappellæ faciendam sub titulo Sancti Francisci de Paula extra Portam Medinam, pro quo negotio peragendo reliquit petium quoddam terræ, cum dote ducator. 23. census annui, quem possidebat, & quod Cappella esset de Iure patronatus pro se hæredibus, & successoribus, simulque reliquit construendam esse Cappellam prædictam ad arbitrium, & voluntatem Dianoræ Tramontanæ suæ vxoris suorumque filiorum *fol.* 1. in particula testamenti, fuerunt hæredes Ioannes Gentilis, Petrus, & Hieronymus Tipaldi, vt ex fide Præambuli *fol.* 20. & testamenti *fol.* 4. producentes instrumenta census pro dote, cum diuersis censuariis *fol.* 3. 4. 5. & 6. fuit supplicatum Cardinali Aquæ Viuæ in anno 1606. pro assensu, qui fuit præstitus & reseruatum ius patronatus, pro filiis, & hæredibus eiusdem Q. Curtij, & præsentatus fuit, à Dianora Tramontana vti matre, & tutrice filiorum, Clericus Franciscus Antonius Tipaldus, filius eiusdem præsentantis, & Q. Curtij *fol.* 17. & obtinuit institutionem *fol.* 18. percepit fructus *fol.* 6.

Franciscus moritur in Curia ob obitum cuius fuit collatum à Papa Paulo V. Abbati Ioanni Dominico Perroni, qui post duos menses moritur, & ob hoc, hæredes præsentauerunt D. Cornelium Grecum, qui comparuit pro institutione, die 10. Decembris 1629. *fol.* 1. alterius processus, & fuit præsentatus procuratorio nomine à Fratre Vrbano Tipaldo nomine Liuiæ Tipaldo filiæ Q. Curtij fundatoris *fol.* 9. adducitur præambulum Liuiæ *fol.* 10. vbi declaratur Ius patronatus spectare, & spectauisse ad eandem; qui quidem D. Cornelius Grecus, non fuit institutus, vt pote præsentatus à persona non legitima *fol* 41. non enim habebat præambulum patris legitimum, fuit datum ab Eminentissimo Boncompagno Cler. suo familiari D. Bartholomeo Soldano.

Liuia in vltimis constituta reliquit per viam legati Ius patronatus prædictum Vincentio Campanili suo nepoti *fol.* 48. Vincentius constituit Procuratorem ad præsentandum, cum casus euenerit, Ioannem Baptistam Campanilem *fol.* 49. Possidebat hoc Ius Patronatus Canonicus Giandactasius ob ignorantiam Liuiæ Tipaldæ patronæ, quam credebatur mortuam esse. Ioannes Baptista præsentat D. Matthæum Campanilem *fol.* 53. & per mortem Giandactasij confertur Dom. Baldassarro Sereno, quia non iustificauit debita requisita super pertinentia, eo quòd non habebat præambulum respectu hæreditatum fratrum, & quia ad fauorem Campanilis legatarij Q. Liuiæ non aderat assensus Archiepiscopi, fuit excluſus D. Matthæus Campanilis, & datum D. Baldassarro Sereno *fol.* 72. conceditur assensus ab Eminentissimo Philamarino, dummodo non molestetur D. Baldassar Sereno *fol* 74. Hoc præsuppositio facto, resultat iuris conclusio, esse exequendum præstitum assensum pro futuris vacationibus, provt præstitus fuit, quod sane

Probatur quia de existentia Iuris patronatus 2
constat ex processu, provt ex fundatione dotatione, &c. De pertinentia Liuiæ constat ex fide, quòd fuerit hæres patris, &c. De translatione in personam Vincentij Campanilis constat ex legato, & licet requiratur consensus Episcopi, *cap. illud cap. cum seculum*, vbi DD. *de Iure patronatus* Calderinus *cons.* 6. Lambert. *de iure patronatus, lib.* 1. *quæst.* 6. *art.* 1. Rota *in Aretina Cappellania Iuris* 1584. coram Bubalo, *& in Lucana Parœcialis* 1589. coram Comitulo, tamen hic fuit præstitus assensus: ergo manutenendus est ipse Campanilis in gratia obtenta; quando enim Ius patronatus relinquitur laico, requiritur Episcopi consensus, sed si pio loco, tunc non requiritur DD. *in cap. cum seculum*, sicuti neque si donetur inter viuos, Ecclesiæ requiritur Episcopi consensus, *cap. venit. de iur. patron. in* 6. à 3
contrario sensu Calderin. *vbi sup.* sicuti neque requiritur Episcopi consensus; quando pater filios hæredes instituēdo, vni ex eis assignasset titulo prælegati ius patronatus, vt post multos, singulariter notat Lamber. *lib.* 1. *quæst.* 6. *p.* 2. *principali, art.* 20. *fol.* 276. *numer.* 1. sicuti si donetur ius patronatus à compatrono alteri compatrono, neque requiritur consensus, *cap. ex insinuatione* 14. *de iur. patron.* vbi gloss. *in verb. contulisset*; quia hæc non est propria alienatio sicuti possunt compatroni conuentiones permutationes, donationes, & cessiones, facere, absque tali consensu, Peregr. *cons.* 87. *vol.* 3. quod si donetur filio compatroni, tunc oportet concurrere consensum Rota apud Verallum *p.* 1. *decis.* 84. *& p.* 2. *decis.* 131. Campanilis *in diuersorio rubr.* 11. *cap.* 13. *num.* 368. Achilles de Grassis *dec.* 10. *de iur. patron.* Farinac. *decis.* 707. *p.* 2. Barbos. *in d. capit. ex insinuatione* 14. *numer.* 4. *de iur. patronat.* 4

Qui quidem consensus Episcopi, vt bene Gl. *in cap. nullus, in verb. Conferat, de iure patron.* tum in reseruatione, tum in translatione ipsius, potest interuenire, ex post facta, vt latè Lamber. 2. *p. de iure patron. lib.* 1. *quæst.* 11. *art.* 16. *n.* 5. Rocchus *in verb. pro eo, num.* 6. *&* 9. Campanilis *rubr.* 11. *cap.* 13. *num.* 361. & pluries fuit decisum in Rota, vt in Tuden. *Parœcialis* 9. *Aprilis* 1612. *& in Sgobiensi Cappellaniæ* 13. *Ianuarij* 1623. coram Vbaldo, clarè Barbosa *de potest. Episcop. tomo* 3. *alleg.* 70. *n.* 3. *& allegat.* 71. *n.* 18. 5

Neque requiritur expressus consensus, nam 6
sufficit tacitus Lambert. *lib.* 1. *p.* 1. *art.* 6. *q.* 2. *n.* 3.

Gratian. *cap.* 577. *num.* 39. & ideo ſi fuiſſet facta præſentatio, & admiſſa per Vicarium, tunc præſumeretur interueniſſe conſenſum ipſius Epiſcopi, Lambert. *p.* 20. *lib.* 1. *quæſt.* 1. *art.* 8. *& art.* 11. Gabriel. *conſ.* 36. *num.* 52. & dixit Rota *Infirmana Iuris patron.* 10. *Decembris* 1568. coram Orano, *& in Lucana iuris patron.* 31. *Ianuarij* 1614. coram Manzanedo, *& in Aſculana iuris patron.* 24. *Februarij* 1616. coram Veroſpio Sigiſmundus, Finch. *de iure patron. cap.* 6. Carpzoutus *de iure patron. definition.* 15.

7 Addo quod nec requiritur conſenſus Epiſcopi in legato iuris patronatus, quando ex eo non fit deterior conditio Eccleſiæ, de qua agitur, vt bene Zabarella *in cap. illud de iure patron.* vel quando euidens vtilitas reſultauerit, vt ait Rota coram Seraphino *deciſ.* 1322. Riccius *collect.* 764. *limit.* quæ vtilitas reſultat ex eo, quia cum anteà dictum Ius patronatus eſſet hæreditarium, & tranſitorium ad hæredes, quoſcumque etiam extraneos ex propria natura Iuris patronatus, ſecundum Abb. *in cap.* 1. *de iure patron.* Lambert. *p.* 1. *lib.* 1. *art.* 4. *quæſt.* 2. *& art.* 50. *quæſt.* 29. Couarr. *lib.* 2. *var. cap.* 18. *num.* 9. Seraph. *deciſ.* 378. & fuit dictum in *Florentina Iuris patronatus* 11. *Februarij* 1614. coram Lancelloto, *& in d. Aſculana iuris patron.* 24. *Februarij* 1616. coram Veroſpio, *& in Florentina Canonicatus* 15. *Maij* 1616. coram Buratto, vel quando fundatio Iuris patronatus fuiſſet facta pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus, quo caſu comprehendunt etiam hæredes extraneos, vt ait Rota *vbi ſuprà*, ſed ex dicto legato fuit limitatum, & reſtrictum ad deſcendentes de Campanili, quæ reſtrictio cum ſit extranei hæredis excluſiuè, ſine dubio concernit vtilitatem ipſius Eccleſiæ, quia ſic citius redigi poteſt in libertatem, vt in ſimili, ſi feudum hæreditarium reſtringatur per vaſſallum ad certum genus perſonarum hoc dicitur in ipſius Principis vtilitatem propter ſpem proximioris deuolutionis ob lineam finitam: nam quo pauciores hæredes habet fundator, eo citius feudum redire poteſt ad ſuum Dominum, Intrigl. *de feudis cent.* 2. *art.* 7. *num.* 2. *& 3.* Lanar *conſ.* 8. Giurb. *dec.* 108. *num.* 17.

8 Neque dicas, quod hoc ſolum potuiſſet fieri à primo acquirente, ſeu fundatore, non autem à ſucceſſoribus in ipſo iure patronatus, quia nullas, præter primum fundatorem, poteſt præiudicare ſequentibus in gradu, & ſucceſſoribus, mutando, vel alterando ius patronatus, vt benè Pariſius *conſ.* 48. *numer.* 8. *lib.* 4. Addentes *ad Alexandrum conſ.* 18. *n.* 6. *lib.* 50. Rota *in Pampilorem Vicaria* 28. *Maij* 1563. coram Rubeo, *& in ead.* 12. *Maij* 1595. coram Peñia, *& in Aretina Cappellania* 1. *Iuris*, coram Bubalo.

Reſpondetur enim quod argumentum benè procedit, ſi ius patronatus ab initio fuiſſet Gentilitium, & familiare, & ſic conditionaliter, & qualificatiuè competiſſet illis tantum de parentela; ita enim non potuiſſet, ex facto ſucceſſorum mutari, naturam, & effici hæreditarium in præiudicium illorum de parentela ſequentium in
6 gradu, notant DD. *in cap.* 1. *de iure patron. in* 6. Ferrettus *conſ.* 134. *num.* 50. De Curte *de iure patron. in verb. ipſe, vel is, num.* 73. Lambert. *in eod. tractatu art.* 8. *quæſt.* 20. *p.* 2. *lib.* 1. Molina *lib.* 1. *de primogenitura, cap.* 24. *num.* 31. Rota *in Salernitana iuris patronatus* 9. *Februarij* 1586. coram Robuſterio, niſi eorum tantum vita durante, vt declarando dicit Calderinus *conſ.* 19. *de Iure patronatus*, & Lambertinus *artic.* 8. Secus dicitur de Iure patronatus hæreditario, quia hoc poteſt à quocumque hærede cedi, & transferri in alium, etiam titulo ſingulari in præiudicium filiorum deſcendentium, & legitimorum hæredum, vt latè Gratianus *cap.* 577. *num.* 41. & 42. Molina *de primogenitura Hiſpana cap.* 24. *num.* 30. Rota *in Salernitana iuris patronatus*, de qua Viuianus *lib.* 14. *cap.* 20. *num.* 27.

Quod ſi Epiſcopus nollet in caſu noſtro conſenſum præſtare, poteſt compelli ad eum præſtandum auctoritate ſui Superioris, ſcil. Archiepiſcopi, &c. ita Azorius *part.* 2. *lib.* 4. *cap.* 3. *quæſito* 10. vbi cum Panormitano reſoluit, quod quando requiritur conſenſus vnius in fauorem, & gratiam alterius, ſi renuerit conſentire abſque legitima cauſa, poteſt adiri Superior, vt cogat eum ad conſentiendum, latè Antonius Maſſobrius, *in ſua praxi habendi concurſum, præludio* 7. *dub.* 20. & Lambertinus *ipſe lib.* 1. *part.* 2. *quæſt.* 1. *art.* 16. vbi ait Diœceſanum nolentem conſentire reſeruationi iuris patronatus, poſſe compelli per ſuperiorem, imò poſſe eundem ſuperiorem conſentire, ſi Diœceſanus renuat ſine cauſa, quod clarè probatur, ex text. *in cap. nullus* 17. *de iure patronatus*, ibi (Roman. Pontifici nuncietis) & ſic text. dicit, quod vbi Præſul recuſat, vel differt inſtituere, poterit adiri ſuperior proximus Roccus de Curte, *de iure patronatus, verbo* (pro eo) *quæſt.* 5. *num.* 22. Lambertinus *lib.* 1. *part.* 1. *quæſt.* 2. *art.* 17. *& part.* 2. *quæſt. artic.* 20. Franciſcus Marcus *deciſ.* 491. *num.* 4. *fol.* 1. Mandoſius *conſ.* 7. *num.* 17. Palatius Rubeus *de donationibus, inter virum, & vxorem*, §. 22. *num.* 4. Campanilis *in d. diurſorio Iuris Canonici, rubr.* 11. *cap.* 3. *num.* 475. & notant comm. Canoniſtæ *in d. cap. Nullus*, quos ſequitur Viuianus *lib.* 3. *Rationalis Iuris Pontificij, pag.* 376. Alagona *in Compendio Iuris Canonici pag.* 510. Antonius Auguſtinus *in collectaneis decretalium, lib.* 3. *tit.* 33. *cap.* 22. & poſt Concilium Lateranenſe *part.* 15. *cap.* 18.

Quod ſi obijciat Ingenioſus *in dict. cap. nul-* 11
lus 17. *de iure patronatus*, negligentiam Epiſcopi Adonenſis ſuppleri à Papa, ergo non à Metropolitano.

Repondeo cum communi, quod ibi Epiſcopus erat exemptus, & immediatè ſubiectus Sedi Apoſtolicæ, ergo propter talem exemptionem, non poterat Metropolitanus ſupplere negligentiam Epiſcopi, & aſſenſum, quem denegabat, ita Lambertinus *lib.* 1. *de iure patronatus, part.* 2. *art.* 2. *num.* 9. Stephanus 40. *in ſumma Bullarij, in verbo Archiepiſcopi, auctoritas verſ.* 19. *num.* 21. *in fine*, & propterea ab Epiſcopo exempto ad Papam fit deuolutio, vt bene Epiſcopus Campanalis *dict. cap.* 13. *num.* 482.

Quod ſi iterum vrgeat quis dicendo, quod licèt talis decretalis miſſa eſſet illi Epiſcopo Adonenſi, qui non recognoſcebat Superiorem, nihilominus Papa Gregorius IX. non poſuit eam reſpectu Epiſcopi particularis, ſed reſpectu omnium Epiſcoporum, veluti legem vniuerſalem, ergo nulla ratio.

Reſpondeo, quod text. *in d. cap. nullus*, ſolùm loquitur, & procedit in caſu, quo agitur, de ſupplendo conſenſu Epiſcopi, ſine cauſa legitima illud recuſanti, in conceſſionibus faciendis per laicos, quæ prædictum conſenſum requirunt per modum auctoritatis, ita vt per illum forma inducatur, provt in ſpecie dicti textus, tradit Palatius Rubeus *diſt.* 22. *num.* 3.

Oportet

12 Oportet enim animaduertere, quòd consensus, qui supplendus est, in aliquo actu potest dupliciter considerari. Primò, scil. per modum auctoritatis ad actum solemnisandum, ita vt formam illius constituat, & hoc casu, si Episcopus, nolit consensum præstare, non possumus recurrere ad Archiepiscopum, sed ad Papam tantum quia cum talis consensus, sic consideratus ad actus validitatem requisitus censeatur, & vt talis, præcisè in specifica forma debeat exhiberi, ex text. *in l. obligatio, §. tutor, ff. de auctoritate tutor. & in cap. penult.* iuncta Glos. *in verb. mandantibus, de re iudic. in 6.* & hoc casu talis consensus quantumcumque sine causa ab Episcopo denegatur, per Archiepiscopum minimè suppleri potest, sed recurrendum esse ad Summum Pontificem, qui omnes iuris defectus supplere potest, ex regula text. *in cap. proposuit, de concessione prebendæ*, & in hoc procedit textus *in d. cap. nullus.*

13 Secundò consensus Episcopi in aliquo actu requiri potest, solùm ad maiorem deliberationem, seu ad colligendam ipsius Episcopi voluntatem, & hoc casu suppletur consensus per Archiepiscopum, Decius *in cap. Auaritiæ, num. 13. de præb.* latè Lambertinus *d. art. 25. num. 6.* & notanda est alia iuris conclusio, quod consensus aliquando suppletur, vt in multis casibus, de quibus Lambertinus *vbi supr. art. 20. num. 6.* aliquando habetur pro obtempto, vt latè Costa *in l. cum tale, §. si arbitratu ampliat. vltima, num. 65. ff. de condition. & demonstrationib.*

Vnde dicunt nostri, quod si maritus non possit alienare bona stabilia sine consensu vxoris, vt est apud Lusitanos, & Castellanos, & velit, sed vxor contradicat, poterit maritus adire Iudicem, qui causam contradictionis diligenter examinet, quam si iniustam iudicauerit, suo arbitrio contrahendi potestatem, poterit concedere, vt bene Menoch. *casu 25. num. 6.* Tiraquell. *de iure mariti, Gloss. 8. num. 125. cum seqq.* Azeued. *in l. 4. tit. 3. lib. 5. nouæ recompilationis*, Caldas Pereira *de extinctione emphyteusis, cap. 12. num. 11.* Gonzal. *in reg. 8. Cancellariæ, gloss. 47. num. 37.*

14 Posito ergo, quod gratia, siue assensus Eminentissimi fuerit data, provt de facto data est, sequitur nihil posse contra eam opponi, quia est irreuocabilis, gratia, præsertim si sit concessa cum causæ cognitione, Afflict. *decis. 138.* Cardinalis Tuschus *lit. G, conc. 67. per tot.* Reg. Galeota *in responso fiscali 23. per totum*, quæ quidem gratia perficitur solo verbo absque scriptura, Bart. *in l. Humanum in fine, Cod. de legib. l. in princ. C. de communi, de manumissionibus, l. fin. C. sententiam rescindi non posse, l. si qua per calumniam, C. de Episcopis, & Clericis, l. falsus, C. de furtis*, ita quod si post gratiam factam solo verbo, Papa, vel alius Princeps, qui gratiam concessit moriatur, gratia non expirat, Bald. *in l. humanum in fine*, & est text. *in cap. si super gratiam, de offic. Deleg. in 6.* de communi Gabriel *lib. 6. communium conclusionum vol. 1. de prebendis, num. 20.* Brun. à Sole *in compendio propositionum iuris lit. G, in verbo gratia*, & alij DD. *vbi suprà.*

Vnde ex omni capite sperat Campanilis per Eminentissimum Cardinalem Philamarinum gratiam concessam, iam conseruandam esse in persona, cui concessit, & conseruandum assensum pro futuris vacationibus talis iuris patronatus, ex reg. text. *in cap. Decet, de reg. iuris, in 6.* Decet gratiam Principis perpetuò esse mansuram. *Sic fuit practicatum vt scripsi.*

DISCEPTATIO XLI.

SVMMARIVM.

1 *Facti species proponitur.*
2 *Modus procedendi in præsenti facto.*
3 *Testis de auditu auditus, nec facit indicium ad capturam.*
4 *Testis de auditu qualiter animaduertendus.*
5 *Testes de auditu alieno, ad defensam probant, & quid in assassinio.*
6 *Testes singulares, an, & quatenus probent.*
7 *Duæ fœminæ qualiter probent in Tribunali. S. Officij.*
8 *Testis inueriſimilia deponens qualiter probet.*
9 *Sortilegium, de quo in præsenti non est hæreticale.*
10 *Maleficium hostile punitur sequuto effectu.*
11 *Iactans se maleficia commisisse, qualiter puniatur.*
12 *Sortilegium ad mortem, de quo in præsenti non est probatum.*
13 *Religionis actu facti per Inquisitum S. Officij eneruant Fisci probationes.*
14 *Abiuratio de leui, non cadit in sortilegio non hæreticali.*
15 *Confessione facta de delicto, Iudex quid facere debeat?*
16 *An mulieres sortilegæ, puniantur pœna exilij?*
17 *Confessio spontanea, æquipollet spontaneæ comparenti.*
18 *Confessio tantum non operatur; vt possit sequi condemnatio quando non constat de corpore delicti.*
19 *Delicta in Tribunali S. Officij requirunt etiam probationem in genere.*
20 *Defensiones Reorum in Tribunali Sancti Officij sunt obtruncatæ, ideo Inquisitores curare debent verificari confessiones.*
21 *Confessio non nocet confitenti, constito de eius bona fama.*
22 *Confessio renunciando defensionibus, an noceat confitenti?*
23 *Qualitas personæ, de qua in præsenti quid operetur?*
24 *Delictum non aliter probatum, quàm per confessionem qualiter puniatur.*
25 *Confessio post denunciationem, licèt non sit verè spontanea, tamen minuit pœnam.*
26 *Confessio sceleris misericordiam consequitur*
27 *Confessio sceleris facit præsumi delictum sine dolo.*
28 *Causa delinquendi est consideranda.*
29 *Intentio, & animus delinquentis, est attendenda ad punienda delicta, non delictum ipsum.*
30 *Delictum non est, vbi deficit animus offendendi, & voluntas nocendi.*
31 *Causa maleficij, de qua in præsenti confessione non fuit animo credendi pactis dæmoniacis.*
32 *Bonus animus in re mala, quid operetur.*

ARGVMENTVM.

Sortilegium quando, & quomodo punitur? Probationes in Tribunali Sanctæ Inquisitionis qualiter faciendæ, & de pœnis & iuramento in eodem seruandis.

PRO

N. in Sancto Officio inquisita.

1 IN Sacrosancto Tribunali Sanctæ Fidei Neapoli per Illustrissimum Dominum Nuncium Neapolitanum recto fuit denuntiata N. ab aliquibus fœminis, videlicet ab A. B. C. quod sortilegium, maleficiumque commiserit dicta N. tum ad finem captiuandi sibi beneuolentiam cuiusdam Domini, tum etiam ad finem nocendi quibusdam, qui sibi beneuolentiam prædictam dicto Domini non adesse præsumpserant, procurauerant, &c. quam quidem N. defendendo, eiusque partes assumendo in hoc Sacrosancto Tribunali firmiter assero, omnino esse licentiandam, præcepto dumtaxat iuncto, vt in futurum se abstineat à similibus.

2 Quod quidem, vt probem triplici vtar medio, Primò quidem dicta denunciantium ponderando, non quidem pro eis repellendis cum habuerim eos pro tepetitis, sed vt eorum dicta considerentur ad Iudicis instructionem faciendam; Secundò verò qualitatem huius delicti, eiusque substantiam, & pœnas, recensendo. Tertiò confessionem eiusdem eneruando.

Dixit A cum iuramento deponendo de auditu à duabus personis cuiusdam ministri primi ordinis, quem, & quos nominat, quod cum reperiretur dicta N à domo expulsa dicti ministri, recurrit ad B, vt operaretur ad finem, vt iterum in gratiam rediret, & ait B. se modum nescire, sed quod C. id sciebat, & N. inquisita fecit vocari ad se C. cui dedit, nonnulla munera, pecuniam, &c. vt faceret poculum reconciliationis, & amoris cum dicto Domino, provt dicit denuncians fuisse factum, verùm aduertendum est, quod dicta A. cum obiurgasset C. de poculo amatorio prædicto dixit C. non id se fecisse, sed aliam, quæ pecuniam accepit.

3 Sistamus in hoc teste, Illustrissime Domine, qui de auditu alieno est, sicque de auditu auditus, qui non probat, *cap. licet ex quadam de testibus*, Farinac. *de testib. quæst. 69. num. 2.* Camillus Borrellus *in summa decis. tom. 2. tit. 13. de testibus de auditu, num. 13. cum plurib. seqq.* Ludouicus Gilhausen, *in arbore iudiciario crimin. cap. 6. part. 3. de testibus num. 128.* huius testis depositio nullum facit indicium, & præsumptionem, vel vt alij dicunt probationem facit admodum leuem, nec ad capturam sufficientem in homine bonæ famæ, quia bona fama tollit contrariam præsumptionem, quæ ex illius testis depositione possit oriri.

4 Videatur tamen, & diligenter animaduertatur, quod si talis testis dicat se audiuisse ab aliquo, qui si examinatus fuisset repelleretur tunc nihil probaret, quia testes repelluntur, quorum repelluntur authores, Borrellus *vbi sup. num. 51. & num. 54.* vbi ait, quod multo magis repelluntur, si dicat audiuisse ab inimico principalis rei, quod sequitur Carena *part. 3. tit. 6. §. 2. in fine.*

Pro defensione verò rei, testes de auditu faciunt præsumptionem, indicium, & aliqualem probationem, Farinac. *vbi supra num. 13.* Gilausen *num. 130.* Pilaia *in dec. camon. tom. 2. lib. 4. decis. 3. num. 12.* An verò in assassinio testes de auditu auditus probent ad finem inferendi torturam, dixerunt Felicius *alleg. 3. num. 18. part. 3.* Giurba *consil. 41. num. 3.* & in antiquis disputat Gregorius Lopez insignis Hispanus *in l. 20. gl. 1. tit. 9 part. 4.* Barbosa *in cap. tum litteris de test. & atteſtat.* 5

B. dicit se nescire cognomen huius mulieris, dictum eius est singulare, nullum enim dat in contestem dixit fuisse vocatam ab hac inquisita, eique dictum, vt vocaret C, & poculum amatorium faceret pro captiuanda beneuolentia cuiusdam Domini, &c. & B. dixit C, & simul locutos fuisse N, de qua agimus cum C, & secretè fuisse allocutas, & post octo dies C. accessit ad domum N. nostræ inquisitæ, quæ ei duxit cor pulli nigri cum centra Gallinacea nigra, certos pulueres; & ait quod comedi faceret ab illo Domino, &c. quia sic captiuasset beneuolentiam, nec non dedisset quosdam fructus, (vulgo dactili,) & Fœmina quædam, quæ suprà assumpserat, quia sic ab omnibus amaretur, & quod in dicta domo dictæ N. fecit sibi vrinam dari sui ipsius, & dixit quædam verba, & postea dixit pedibus calcari, vt procuraret à dicto Domino; quia sic ab eo amaretur, & secutum fuit, pro præmio dicit dicta N dedisse quædam munera, & pecuniam, &c. 6

Depositio huius testis nihil probat; tum quia singularis, qui neque in causis Fidei coniunguntur, neque ad effectum torturæ, Farinac. *vbi sup. de testib. quæst. 64. num. 20.* Gillausen *in arbore iudiciario p. 3. cap. 3. num. 92.* Cantera, *de testib. cap. 2. num. 17.* tum quia non deponit de tempore, & aliis requisitis in testibus, eorumque depositionibus, tum quia deponit inuerisimilia, quia dicit primo loco fuisse locutum in secreto, quando agebatur de faciendo poculo amatorio; secunda verò vice, quando adduxit res illas, de quibus suprà dixit denuncians vidisse, &c.

Si enim in primo tractatu secretè locuti sunt, quomodo secundo loco deinde vidit, &c. peterem scire sexum huius testis, provt, & alterius *suprà* nominati, quoniam certissima est conclusio Tribunalis Sanctæ Fidei mulieres in hoc casu non esse testes omni exceptione maiores, vnde nec duas, nec tres fœminas in præsenti conuincunt, Farinac. *de testib. quæst. 59. numer. 36. & seqq.* Antonius Faber *in suo C. lib. 4. tit. 15. defi. 58.* Cantera, *de hæresi, quæst. 178. num. 76.* Gilhausen, *de testibus cap. 6. p. 3. num. 66.* Castrus Palaus *in suis tractat. moralib. tom. 1. tract. 4. disput. 8. punct. 15. §. 1. num. 7.* Sousa *in Aphoris. inquis. lib. 2. cap. 13. num. 16.* 7

C dicit, quod N, de qua in præsenti sui notitiam habuit per medium B. eamque vocat ad se, vt poculum amatorium faceret, sicque C dedit ei cor gallinaceum cum eius rostro, seu corona (vulgo centra) quosdam etiam pulueres, &c. ad finem faciendi poculum amatorium, nec non deponit N. dixisse C, vt faceret quædam maleficia, 8

quæ

quæ ipsa noluit facere, licet promisisset centum nummos aureos, & talia maleficia fecisse immò conqueſtam esse nolle amicitiam habere cum dicta N, & C, cuius quidem denunciatio vnica est, quæ non plene probat, tum quia inueriſimilia deponit, tum quia dicit noluisse facere; postea subdit se fecisse, sicque contraria dicit, vnde vt contraria deponens nihil probat; immò se ipsam destruit, tum quia de loco, & tempore nihil dicit, vt accidit in testibus Susannæ Danielis *cap.* 13. tum quia animosè dixit; quo quidem casu procedunt concluſiones DD. *in cap. accuſatus, §. licet de hæreticis in 6.* cum notatis per DD. apud Farinac. *de teſtibus, quæſt.* 65. Gillauſen *in arbore crimin. cap. 6. p. 3. de teſtib. num. 99.* Souſa *in aphoriſ. inquiſit. lib. 2. capit. 6. §. 1. numer. 12.* Camillus Borrellus *tom. 2. tit. 12.* Carena *part. 3. tit. 6. §. 7. num. 46.*

9 Quoad qualitatem verò delicti, Illuſtriſſime Domine, ſortilegium hoc non esse hæreticale, dico, quia non est abusus Sacramentorum, nec rerum ſacramentalium, nec verborum Sactæ Scripturæ, &c. provt deciſum per Curiam Archiepiſc. Neapolitanam; dicit Riccius *in tit. de hæreſis crimine, reſol. 424. num. 11.* Carena *part. 2. tit. 12. §. 7. num. 20.* immò excuſandas plerumque esse propter ignorantiam, dicit Peña *comm. 68.* Carena *p. 2. tit. 12. §. 7. in fine*, qui enim ſortilegium non hæreticale commiſerit, ſufficit ei, ſi pœnitentia ſalutaris detur, provt obſeruat *Genuenſ. in cap. 68. num. 8.* Carena *part. 2. tit. 12. §. 31. num. 358.* immò etiam viſa leuitate mulierculorum ſolent dimitti factis eis præceptis, ne amplius id faciant.

10 Qui verò mandat hoſtile maleficium perpetrari punitur pœnis, ſequuto effectu prædicti maleficij Torreblanca *de magia, lib. 3. cap. 13.* Pater Diana *part. 4. tract. 7. reſol. 10. ver. nota verò*, Souſa *in aphoriſ. inquiſ. lib. 1. cap. 58.* qui verò iactauit ſe plura experimenta, & ſortilegia exercuiſſe propter iactantiam punitur, *cap. quam ſit graue, de exceſſibus Prælatorum*, vbi Barboſa *n. 5.* in arbitrium tamen Iudicis iuxta cumulata per Menoch. *caſu 331.* vnde licet in præſenti fuiſſet ſequutum maleficium, quia tamen non conſtat de morte ſequuta, vel de infirmitate cauſata, &c. non intrat pœna ordinaria, ſed extraordinaria, & mitior, iuxta notata per Carenam *part. 2. tit. 12. §. 34. num. 291. cum ſeqq.*

12 Quapropter circa illud, quod dicitur de ſortilegio ad mortem quæſito per dominam N. à C. nullam esse habendam conſiderationem, dico, quia non est probatum corpus delicti, cum enim ſit ſortilegium, quod poſt ſe relinquit aliquod extrinſecum veſtigium facti per conſequens non conſtito de corpore delicti, videlicet de infirmitate, morte, &c. ſecuta, non poterat de eo haberi ratio ab Illuſtriſſimo Inquiſitore, Farinac. &
13 alij DD. *vbi ſuprà* immò probando actus Religionis à reo factos contrarios ſibi oppoſitos probatur indirectè innocentia, vel ſaltem maximæ probationes Fiſci eneruantur, Bertrandus *conſ. 37. vol. 2.* Pater Maſſinus *in praxi Sancti Officij part. 10. aſſert. 190. in 2. impreſſio. fol. 110.* Carena *p. 3. tit. 9. §. 3. in fine.*

14 Vnde non cadit abiuratio de leui cum tali muliere ob mandatum ſortilegium non hæreticale, poſita eius qualitate, & teſtium defectu quoad eorum dicta, &c. provt bene Pegna *comment. 14. part. 2.* Zanardus *tom. 2. cap. 64.* Lupus *de ſancta inquiſitione in tit. de ſortilegiis*, vnde ſpero dimittendam esse hanc honeſtam matronam de nobili genere natam, non obſtantibus denunciationibus, de quibus *ſuprà.*

Contra N. prædictam, illud maximoperè ob- 15
ſtat, quod confeſſa fuit mandasse maleficium fieri, ob quod videtur partes iudicis esse in condemnando, quia reus, qui crimen confeſſus est, pœnam condignam pati debet, *l. 1. ff. ad S.C. Turpillianum*, & taliter confeſſus quoad iuris interpretationem pro iudicato habetur, *l. 1. ff. & C. de confeſſis*, Manc. *de conſ. c. 1.* Cæſar, Barz. *d. 141. n. 6.* Marius Giurba *conſ. 16.* cõfeſſo enim crimine nihil videtur remanere Iudici faciendum, nec etiam ſententiam esse neceſſariam, *d. l. 1. ff. ad Sen. C. Turpillianum*, & mulieres ſortilegæ poſt fuſtigationem 16
ſolent in exilium mitti, Paber *in tit. Cod de malef. def. 1.* alij dicunt relegari, Præſes Abauo *in §. ſortilegium, num. 98.*

Verùm, enim verò licèt propter ſpontaneam 17
confeſſionem nunquam quis mitiùs puniatur, ex relatis à Farinacio *de reo confeſſo, & conuicto, quæſt. 81. num. 172.* & à Iulio Claro *in §. fin. q. 60.* Tamé in Tribunali Sancti Officij mitiùs puniuntur illi, qui in primis audientiis, delicta ſua fatentur, quàm qui id agunt teſtibus indiciis, & interrogatoriis preſſi, vt bene DD. apud Carenam *part. 3. tit. 9. §. 7.*

Et est aduertendum, quod ad hoc, vt ex con- 18
feſſione poſſit ſequi condemnatio; quando ſumus in dilecto relinquente veſtigium poſt ſe, ex ſola confeſſione non poteſt ſequi condemnatio, ſed de neceſſitate requiritur probatio corporis
delicti, Farinacius *de inquiſit. quæſt. 2. num. 7. &* 19
8. Souſa *lib. 2. cap. 2. num. 6.* Præſes Abauo *in praxi crim. in verbo confeſſio, num. 12.* & ſic, qui in iudicio confitetur imagines Sanctorum fregiſſe, non ſtatim poteſt damnari, ſed est verificandum corpus delicti: Pater Maſſinus *part. 10. aſſert. 240.* Carena *de ſortileg. part. 3. in §. de probationibus corporis delicti*, quia verò in Tribunali Sancti Officij defenſiones rei ſunt obtruncatæ, ideò Inquiſitores curare debent, vt confeſſio verifice- 20
tur in circumſtantiis, & qualitatibus maximè ſubſtantialibus per eum confeſſis, Farinac. *dict. quæſt. 81. num. 30.* & Carena *part. 3. tit. 8. §. 12. num. 58.*

Quoties verò Iudici conſtat de bona fama, & 21
qualitate, confitentis, ſiue ante, ſiue poſt ſententiam, nunquam confeſſio nocet confitenti, vt ait text. *in l. 1. §. ſi quis vltro, ff. de quæſtionibus ibi liberandum eum, qui de ſe fuerit confeſſus, cuius poſt damnationem de bona vita conſtat.*

Addo, quod confeſſio, de qua in præſenti 22
fuit renunciando, etiam defenſionibus, & Sancti Officij miſericordiæ ſe remittendo, quæ non per hoc est ſufficiens ad condemnandum, provt bene Baiardus ad Clarum *in §. fin. quæſt. 49. num. 64.* ſi talis remiſſio ad Sancti Officij benignitatem ſit facta coram Iudice ſedente pro Tribunali, tunc per talem actum inducitur confeſſio, & non intelligitur reuocata, neque Iudex neceſſitatur ad eam reuocandam, etiamſi gratiam, & miſericordiam non facit, ſecus ſi talis remiſſio defenſionum ſit facta extraiudicialiter, vt in ſimili deciſum refert Anna ſenior *in cap. 1. de vaſſallo decrepitæ ætatis, num. 21.* hæc tamen confeſſio, quia tacita est, non ſufficit ad condemnandum, DD. apud Carenam *d. part. 3. tit. 9. §. 19. in fine.*

In præſenti verò est maximopere attendenda 23
qualitas perſonæ mandantis maleficium, &c. quia ſufficit ad liberandum, *l. de minore 10. §. pluriſimum,*

rimum, ibi (*vel cuius æstimationis quisque in Ciuitate sua est*) *ff. de quæstionibus, l. non omnes 5. §. à Barbaris, ff. de re militari*, Menoch. *lib. 1. præsumpt. 89. num. 133.* Farinac. *de indic. quæst. 47. à num. 199.* Giurba *cons. 13. num. 16.* & in talibus delictis, vt quis pœnæ ordinariæ addicatur plena, & concludenter requiritur probatio, *cap. literas de præsumpt.* ibi, (*quo circa mandamus, quatenus eum propter solam suspicionem quamvis vehementem noluimus illum de tam graui crimine condemnari*) Roias *de Hæret. quæst. 2. assert. 6. numer. 105.* Simanchas *de catholicis institutionibus, tit. 50. num. 21. & tit. 51. & in Enchiridion. tit. 34.* Farinac. *de hæresi, quæst. 187. §. 1.* Peña *2. part. directorij comment. 80.* Antonius Sousa *lib. 2. aphorismorum, cap. 50 num. 8.* Paramus *lib. 3. de origine inquisitionis quæst. 6. num. 86.* Diana *part. 4. tract. 8. resol. 36.* Castrus Palaus *tom. 1. moral. tract. 4. disput. 8. punct. 10.*

24 Quando ergo delictum non alio modo probatur, quàm per confessionem tunc extraordinariè puniri debet reus, Ferrarius *cautela 5.* Grammaticus *vot. 20.* Anton. Gabriel *lib. 7. com. concl. concl. 19. num. 16.* Triuisan. *dec. 33. num. 33. par. 2.* Bertazzol. *concl. 27. à num. 50. & 8. lib. 1.* Farinac. *tom. 3. quæst. 8. num. 137.*

25 Actus enim confessionis post denunciationem, licèt non sit actus verè, perfectéque spontaneus, tamen minuit pœnam, Bald. *in l. ea quæ Cod. de condit. indebiti, per* text. *in l. eum qui ff. de iure iurando*, etiam si post denunciationem statim confiteatur, Menoch. *casu 347.* Farinacius *part. 3. quæst. 81. num. 174.* & in hoc Sacrosancto Tribunali de more habetur, & hoc modo cum om-
26 nibus se gerit iuxta illud *prouerbiorum 28.* de quo in *cap. in primis 2. quæst. 1.* ibi (*qui confessus fuerit scelera sua misericordiam consequetur, & cap. non dicatis 12. quæst. 1.* ibi, (*si hoc vltrò confitetur parcitur illi, & oretur pro illo*) *cap. qui admissi 15. quæst. 8. & cap. innotuit de electione, l. quisquis §. sanè Cod. ad l. Iuliam Maiestatis*, Simanca *tit. 55.*
27 *num. 6.* Sousa *lib. 2. cap. 20. numer. 34.* qui ait, quod hæc talis præsumitur sine dolo deliquisse, ideóque Tribunal Sancti Officij exercet officium Patris, studiosius emendationem, atque correctionem delinquentis, quam Iudicis seueritatem affectans, habens æquitatem ante oculos, *argumento l. quod si Ephesi in fine, ff. de eo, quod certo loco*, Carena *fol. 400. col. 2. num. 103.* qui loquitur in casu grauissimo de quodam Heremita, qui confecit libellum famosum contra B. V. & Iesum Christum ad alium finem, quàm iniuriandi.

28 Confirmatur hoc totum, quia licet facinus esset certum, & indubitabile, reusque confessus fuisset, tamen consideranda est causa, quæ ad facinus fuit incitamentum, nam qui non pœnam confessioni, sed defensionem dedit, is causam interitus quærendam, non interitum putauit, *l. verum 40. ff. de furtis*, ibi (*neque enim factum quæritur, sed causa faciendi in omnibus enim humanis actibus præcipuum*,) quod est attendendum, vt in illorum cognitionem deueniatur, est causa, siquidem cognosci non possunt, secundùm Philosophum *1. Physicorum, & 1. posteriorum cap. qui occidit 23. quæst. 8. cap. cum causam de testibus, cap. intelligentiam, de verb. signific. l. si qui filium, §. Sabini, ff. ad Trebell. Roman. cons. 65. num. 7.* & causa cognita facillimè eius effectus cognoscitur, *l. semper, §. negotiatores, ff. de iure immunitatis, l. si cui §. 1 ff. ex quibus causis maiores, l. 2. §. omnes, ff. de iudiciis, l. Titia §. vsuras. ff. de leg. 2. l. qui omnibus ff. de excus. tut.*

Quia ergo in criminibus causa illorum mate- 29
rialiter consistit in voluntate, vt latè probat Decianus *lib. 2. criminalium, cap. 2. num. 50.* ideo est semper necessariò inquirendus animus, ac intentio, quibus committitur, vt ait Cicero *lib. 2. Rethoricorum*, ibi, (*voluntatem in omnibus rebus spectari conuenit*) & alibi eodem libro (*non ex euentu cogitationem spectari oportere, sed qua cogitatione, & spe animus ad maleficium profectus sit considerare, quo animo quid quisque faciat, non quo casu vtatur ad rem pertinere, & oratione* 14. quod etiam ait Seneca *lib. 1. de beneficiis, cap. 16. & lib. 6. cap. 8.* Diuus Augustus *de rebus Apostolorum, serm. 28.* S. Isidorus Peluliota *lib. 2. epist. 289.* ibi, *a voluntate, animique destinatione res perpenduntur, cap. homines falsum 22. quæst. 2. cap. paratus 23. quæst. 1. cap. & si Christus, §. penult. de iureiurando*, Petrus Gregorius *lib. 30. syntagmatum cap. 2.* nam maleficia, voluntas, & propositum delinquentis distinguunt, *l. qui insania 55. ff. de furtis, l. quod Reipublicæ 33. ff. de iniur. l. 3. §. si quis dolo ff. de Tab. exhib. l. 1. ff. si familia furtum fecerit*, Petrus Herodius *lib. 6. rerum iudicatarum, tit. de iniuriis cap. 20.* Card. Tusch. *lit. D, conclus. 160.* Nouarius *lib. 1. quæst. 28. num. 51.* Bouadilla *lib. 2. in polit. cap. 21. num. 203.* Giurba *cons. 85. num. 16.* & magis discernuntur per animum, & finem, quibus crimen perpetratur, quàm per ipsum facinus, *l. Diuus, ff. de sicar. l. fraudis, ff. de re iudic. d. l. verum, ff. de furtis*, Tiraquellus *de pœnis temperandis, causa 51, numer. 7. & 9.* Farinac. *quæstion. 87. numer. 7.* 30

Neque crimen potest animaduerti, vbi desit voluntas, animusque offendendi, vt ait Sanctus Aug. *in libro de libero arbitr. asserens peccatum adeò esse voluntarium vt sine voluntate peccatum non sit, l. 1. C. ad l. Corneliam de sicariis*; crimen enim contrahitur si & voluntas nocendi intercedit, *cap. vnum §. criminis appellatio 25. distinct.* Sanctus Thomas *part. 2. quæst. 74.* Glossa, & DD. *in l. 1. C. si aduersus delictum*, Vasquius *lib. 1. controuers. quæst. 19. num. 5.* nam voluntas est, qua peccatur, & delinquitur, iuxta illud *Lucæ cap. 8. Ex corde procedunt fornicationes, adulteria, homicidia, &c.* & Diuus Augustinus *lib. 4. retractationum*, ibi, *voluntas est, qua peccatur, & rectè viuitur*, Decianus *lib. 1. crim. cap. 2. num. 50.* 31

Causa ergo maleficij, de quo in præsenti, quod confessa fuit N, non fuit animo credendi dæmonis adesse pactum expressum, vel tacitum, sed potius persuasione vetularum credidit illis rebus posse id cooperari, vt in simili Decisio Granatensis apud Carenam *part. 3. num. 68. fol. 392.* omnino videnda, etenim magna nequitiæ pars euanuit ex bono animo, & fine, quo res est peracta, iuxta illud Plauti *in cap. in re mala, animo si bono vtare adiuuat*: & in Pseudo. ibi, *bonus animus in re mala dimidium est mali*, idem ait Libanius *declamat. 23.* & bona intentio praui medij malitiam minuit aliquid enim à voluntate adimit, vt latè Marquez *nel Gouernatore Christiano, lib. 2. par. 7. fol. 32.* nullus ergo animus fuit credendi dæmo- 32
niacis assertionibus, pactis, &c. ergo D. N. relaxari debet, quia non est puniendus quis pœnis grauibus, vbi deficit verus dolus : *l. 1. §. diuus, ff. ad S. C. de sicar. l. in lege, ff. eod. l. 1. C. eod. tit. l. absentem, ff. de pœnis*, Menoch. *casu 324.* Farinac. *tom. 3. quæst. 87.* Decisio Granatensis *vbi suprà, num. 69.*

num. 69. ergo omni iure sperat D. N. posita eius bona qualitate probata, confessione prædicta in nihilum refragante, esse absoluendam, sufficienter punita per carcerem formalem vnius mensis.

DISCEPTATIO XLII.

SVMMARIVM.

1 *Factum narratur.*
2 *Mandans committi homicidium in Ecclesia gaudet immunitate.*
3 *Regula* qui per alium, *qualiter procedat.*
4 *Mandans extrahi ab Ecclesia est excommunicatus.*
5 *Homicidium committens in Ecclesia tunc est exceptuatum ab immunitate, quando fit ad finem gaudendi.*
6 *Homicidium in præsenti patet non fuisse ad finem gaudendi.*
7 *Homicidium commissum in Ecclesia S. Io. Lateranensis fuit dictum non exceptuatum, & quare.*
8 *Homicidium, vt censeatur exceptuatum, quid requiratur.*
9 *Extrahentes ab Ecclesia non semper sunt excommunicati.*
10 *In dubio fauore immunitatis est respondendum.*
11 *Immunitati magis fauent Iuristæ, & Canonistæ, quam Theologi.*
12 *Occidens in vna Ecclesia si ad aliam confugiat gaudet illa, & declaratum per Sacram Congregationem affertur.*
13 *Extractus ab Ecclesia eidem debet restitui, non aliis Ecclesiis.*
14 *Delictum commissum in palatio Principis grauissimis punitur pœnis, nisi fiat impetu quodam, &c.*
15 *Considerandæ remittitur Iudici in præsenti qualitas occidentis, & occisi, & causa, &c.*
16 *Homicidium commissum impetu, & repentino quodam animi motu in Ecclesia gaudet.*
17 *Immunitate, vt priuetur quis; quas debeat adducere fiscus probationes.*
18 *Veræ, & concludentes probationes requiruntur, vt quis priuetur immunitate.*
19 *Casus plures referuntur similes nostro, & fuit dictum gaudere immunitate.*
20 *Immunitatis causa, an gaudeat, vel non gaudeat, ad Iudicem Ecclesiasticum spectat, sed pro repositione facit decretum Iudex laicus, & quando.*
21 *Probationes ad finem excludendi ab immunitate quales esse debeant.*
22 *Incertitudo vitiat dispositionem, in omni materia.*
23 *Monachi, & Clerici, an, & quando possint esse testes in causa immunitatis.*
24 *Clerici quando deponunt contra Reum, qualiter debeant deponere.*
25 *Testes examinati contra Reum, qualiter debeant illum recognoscere.*

ARGVMENTVM.

Mandans committi homicidium in Ecclesia gaudet immunitate, mandans tamen extrahi est excommunicatus: Homicidium in Ecclesia commissum quando dicatur exceptuatum: Immunitatis fauore in dubio est iudicandum, cui magis fauent Iuristæ & Canonistæ, quàm Theologi. Probationes ad finem excludendi ab immunitate quales esse debeant. Et an personæ Ecclesiasticæ possint esse testes in causa immunitatis, &c.

Auersanæ Immunitatis Ecclesiasticæ.

IN Ciuitate Auersæ contigit elapsis diebus, quod D. Paulus de Tufo, cum aliis associatus per Ciuitatem prædictam deambulando, pro suis peragendis negotiis, inuenerunt casu D. Iosephum Aurinetam, in platea S. Hieronymi eiusdem Ciuitatis prætendit Fiscus, dixisse eundem D. Paulum, eisdem associantibus, vt occiderent Aurinetam, qui statim tormentarios stlopetos contra eundem iecerunt, & eodem tempore d. Aurineta, cum videret illos sequentes, aufugit in Ecclesiam S. Hieronymi, quem aliqui ex dictis associantibus persequuti fuere intus eandem Ecclesiam, & inuadentes eius personam, percusserunt eum cultro, vulgariter *Cortella*; & eodem tempore visi sunt extra Ecclesiam, post aliquod temporis spatium, repertus fuit idem D. Paulus cum aliis in Ecclesia S. Aloysij eiusdem Ciuitatis, vbi custodiuntur à Curia sæculari, & Ecclesiastica discussione pendente immunitatis: quæritur ergo ad omnes tum scil. D. Paulus, tum cæteri alij gaudeant immunitate Ecclesiastica, ex tali prætenso homicidio in Ecclesia commisso in personam eiusdem D. Iosephi Aurineræ; fuit enim, vt supponitur homicidium commissum in Ecclesia S. Hieronymi, quæ Ecclesia distat ab Ecclesia S. Aloysij, per plus trecẽtorum passuum. 1

Ego requisitus de voto, affirmatiuè respondeo, vnde probabo primò quo ad personam D. Pauli, Secundò quoad alios associantes, Tertiò, quas probationes debeat habere Vicarius Auersanus, vt excludat ab immunitate, & quæ concurrant in casu nostro

Quoad primum scil. circa personam D. Pauli de Tufo breuiter me expediam, quia super eo scripsit Illustr. Episcopus Maranta, pro hac eadem causa requisitus, vnum tamen addo, quod ipse maximopere laborat in probando, in præsenti facto, mandatum non constare occidendi in Ecclesia; Ego tamen dico opus non esse in hoc, tanto negotio, cum apertè DD. communiter probent, & asserant, mandantem homicidium committi in Ecclesia, gaudere immunitate, vt latè Pater Thomas Delbene *de immunit. c. 16. dub. 19. sect. 8.* Lezzana *in verbo immunitas, num. 11.* Bonacina *disp. 3. de immunit. quæst. 7. § 4. num 9.* Diana *part. 1. tract. 1. resol. 10.* quia vt bene DD. citati, mandans homicidium committi in Ecclesia, non 2

dicitur occidere, vel mutilare, sed mandare homicidium, sicut autem censura lata contra facientes aliquid, non ligat mandantes, vel consulentes, nisi in sententia censuræ exprimantur: vt in casu *Canonis, Si quis suadente Diabolo* 17. *q.* 4. per quem textum excommunicatur percutiens Clericum suadente Diabolo, non tamen incurriſſet mandans percuti Clericum, niſi expreſsè extenderetur per text. *in cap. mulieres, de sent. excomm.* ita pœna priuationis immunitatis lata contra homicidas, vel mutilatores non afficit mandantes, vel consulentes, quia Bulla excipit homicidium physicè commissum in Ecclesia, & intelligitur de homicidio consummato in Ecclesia, vt bene Castrus Palaus *de immunit. p.* 4. *num.* 17. Diana *p.* 1. *tract.* 1. *resol.* 10. & *p.* 6. *tractat.* 1. *resol.* 7. ergo cum D. Paulus de Tufo mandauerit occidi, etiamsi mandasset occidi in Ecclesia, non erit priuatus, immunitate.

3 Neque dicas primò, quod qui per alium facit, per seipsum facere censetur, *cap. qui per alium, de Regul. iur. in* 6. sed occidens, vel mutilans in Ecclesia priuatur immunitate, ergo eadem priuabitur mandans homicidium, vel mutilationem; quia hæc non est extensio legis pœnalis, sed interpretatio, iuxta legis dispositionem.

Respondetur enim, quod faciens aliquid per alium, censetur per seipsum facere, non realiter, sed fictione iuris, at pœna priuationis immunitatis imposita est ob mutilationem realem, seu realem occisionem, non verò ob eam, quæ fictione iuris talis reputatur, quia S. P. in dicta Bulla loquitur, de homicidiis, & mutilationibus, & tollit facultatem interpretandi, & extendendi suam constitutionem ad alios casus in Bulla non expressos, & tale argumentum procedit quoad culpam, non quoad pœnam, vt bene Auila *de censuris p.* 2. *cap.* 1. *disp.* 3. *dub.* 20. Donatus, *de immunit. resol.* 131.

Neque dicas secundò, quòd mandans extrahi aliquem ab Ecclesia, incidit in excommunica-
4 tionem Bullæ Gregorij XIV. ergo etiam mandans aliquem occidi in Ecclesia priuabitur immunitate.

Respondetur enim, quod argumentum non currit, quia à disparatis non fit illatio *l. Papinianus exuli, ff. de minoribus*, in Bulla autem dicitur excommunicari extrahentes, vel attentantes extrahi, sed non exceptuantur occidentes, vel attentantes occidere, ergo pro persona D. Pauli de Tufo nulla potest cadere difficultas: erit ergo immunitate suffultus, quamvis dedisset mandatum ad occidendum in Ecclesia, quod non est probatum in actis; sit ergo vera conclusio, quod mandans homicidium, vel mutilationem in Ecclesia, siue in ea consistat, siue extra eam, gaudet immunitate, quia non dicitur propriè occidere, vel mutilare, Farinacius *in apendice cap.* 16. *num.* 231. Bonacina *in Decalogum* 1. *præcepto, d. disp.* 3. *quæst.* 7. *p.* 6. §. 2. *num.* 10. Thomasius *de immunit. & libertate Ecclesiastica tra.* 1. *tit.* 3. *n.* 238. *fol.* 110. Pacis Iordanus, *de immunit. lib.* 11. *tit.* 3. *num.* 254

Quo ad personas verò aliorum sociorum, quos
5 prætenditur occidisse Aurinetam (idque remittitur probationibus factis in Curia Ecclesiastica, & quales esse debeant infrà dicetur) dico gaudere debere immunitate Ecclesiastica.

Probatur primò, quia illi sunt exceptuati ab immunitate, qui occidunt in Ecclesia, vel Cemeterio cum animo habendi immunitatem, eaque gaudendi, quod si non animo gaudendi, committatur homicidium, vtique gaudebit, vt benè Pater Gambacurta *lib.* 5. *de immunit. capit.* 17. *num.* 20.

Neque verò satis est culpabile esse homicidium in Ecclesia commissum, vt priuet immunitate, sed necesse est habere coniunctam aliquam temeritatem, seu præsumptionem, quod indicant illa verba Textus (homicidia, & mutilationes in Ecclesiis committere non verentur) quo videntur excusari, qui repentino iræ motu, vel culpabili facto, occidunt in Ecclesiis, quoniam motus ille iræ excusat ne priuetur immunitate; hæc Gambacurta.

Remigius de Gondis, *de immunitate*, vnicus, principalis Magister, *de immunitate, fallentia* 3. dicit *num.* 3. ibi, quod si ex proposito aliàs non deliquisset, nisi intuitu Ecclesiæ, non gaudebit, sed si constat, quod aliàs erat commissurus delictum, gaudebit, quia non videtur occidisse cum acimo gaudendi: hoc idem dicit insignis Hispanus Ludouicus à Gorrea *in cap. inter alia fol. mihi* 176. *n.* 30. & 31. qui vt probabilem hanc opinionem admittit.

Idem dicit insignis Ioseph Sesse *decis. Aragoniæ* 141. *à num.* 8. qui dicit ex communi opinione, quòd si quis delinquat in Ecclesia, sine spe gaudendi, quòd gaudeat immunitate ex Abbate, & aliis, quos allegat, & ait, quod si probari possit delictum non esse commissum sub spe gaudebit, hoc autem probabitur ait Sesse, si probetur quod non ex proposito, & consulto, sed ex animi affectu, & impetu commissum sit in Ecclesia, vel etiam casu fortuito, & bene Bellug. *in speculo Principum fol.* 50. & Quesada *var. quæst. iuris q.* 1. qui dicit homicidium commissum impetu quodam in Ecclesia, non priuari immunitate, quia vt bene Sesse spes immunitatis trahit secum electionem, & propositum, ista autem non procedunt in eo, qui irâ, iusto dolore, ac impetuoso animi affectu quocumque deliquit, vt eleganter probat Menoch. *de arbitrariis, casu* 361. *num.* 18. vbi dicit, quod ira, animi motus, & iracundia tollunt qualitatem cogitati, atque præmeditati, animi, & delicti, Menoch. *num.* 19. & testatur Sesse, de communi opinione.

In casu nostro apertè ex facto probatur proiecisse hos tales scoplos tormentarios extra Ecclesiam in Aurinetam, quem volebant ibi occidere, & si occidissent ibi gauderent immunitate, vt nullus dubitat hodie post Bullam, quod si secuti eum fuerunt intus, fuit ex ira durante, ac impetu quodam, non animo gaudendi, sed animo occidendi tantùm, vt fecerunt: vnde proposito hoc eodem casu doctus Donatus, *de immunit. resol.* 132. *in fin.* ait (obserua amice Lector istam pulchram resolutionem) vnde bene immunitatem si defendat quis debet dicere gaudere immunitate hos tales miseros refugiatos intus Ecclesiam S. Aloysij. 6

Quod clarè patet, quia Bulla in tertio casu 7
excipit eos, qui homicidia, & mutilationes membrorum in Ecclesiis, eorumvè cœmeteriis, committere, non verentur, ergo fundatur in irreuerentia fundata in spe defensionis, & immunitatis gaudendæ, quam habere volebat ille, qui cum tali animo occidit, ergo cessante tali ratione debet cessare exceptio, & decisio illius text. *argumento l. adigere*, §. *quamvis, ff. de iure patronatus.*

Et ex hoc principio fuit in anno 1639. decisum

sum Romæ, homicidium quoddam commissum in Ecclesia S. Ioannis Lateranensis gaudere immunitate, quia fuit habitum pro vero, quod non animo gaudendi immunitate fuit commissum, vt bene Diana *p. 6. tract. 1. resol. 7. vers. Sed quid dicendum, & in summa in verbo Immunitas:* In dubio verò non præsumitur deliquisse in Ecclesia aliquem ad finem gaudendi immunitate, vt bene Gutierrez *pract. q. lib. 3. q. 1.*

8 Ex hoc eodem principio desumit Ioann. Maria Vermigliolus *cons. 103.* decisionem articuli, per quam dictum fuit, quod ad finem priuationis immunitatis requiritur, quod homicidium committatur in Ecclesia, & animo consequendi impunitatem, aliàs secus, quod etiam dixerat prius Guazzinus *defensione 1. cap. 38. num. 14.* Sperellus *decis. 59. num. 35.* quia Bulla Gregoriana denegat immunitatem occidentibus, vel mutilantibus in Ecclesia in illis terminis, in quibus loquitur tex. *in d. c. fin. de imm. Ecclesiarum*, ex doctrina Bartoli *in l. non solum, §. liberationis, ff. de lib. legata*, applicata per Rotam *decis. 479. numer. 9. p. 2. recentiorum*, & apud Decianum *decision. 67. num. 8.*

9 Probatur secundò, quia licèt Bulla Gregorij XIV. dicat extrahentes ab Ecclesia incurrere pœnam excommunicationis, & alias, de quibus Peregr. *de immunit. cap. 15.* tamen non sic sicca interpretatione Bulla intelligitur, sed cum grano salis explicatur, vnde si Clerici, vel Monachi, expellunt refugiatum, non ad finem, vt perdat immunitatem, seu vt facilius incidat in manus iustitiæ, sed ex eo præcisè, quod est homo facinorosus, inquietus, iniuriosus, & tædiosus Religiosis, non incurrunt in pœnas contra extrahentes, vt in puncto doctus Bordonus *de immunit. Ecclesiast. resol. 1. num. 22.* quia pœnæ prædictæ cadunt super illos, qui præsumunt, quales sunt, qui temerè, & dolosè agunt contra Bullam, ex Cardinale *in Clementina 1. de priuilegiis quæst. 39.* Sanchez *lib. 9. disp. 32. num. 38.* quia verbum *Præsumere*, quo vtitur Bulla importat temeritatem, malitiam, & dolum: ergo qui non ita operatur, non facit contra Bullam: nam ille dicitur dolo agere, qui malo animo operatur, dolo enim æquiparatur malus animus, *l. dolum, ff. de dolo*, Beia *p. 2. casu 3. §. in hanc*, Delbene *d. cap. 16. dub. 19. sect. 6.*

10 Probatur tertio; quia in dubio, fauore immunitatis est iudicandum, vt pluribus rationibus probat Barbosa *voto 117. lib. 3.* Regens Valenzuela *in defensione monitorij* Pauli V. *p. 1. num. 43.* D. Solorzanus insignis Hispanus *lib. 2. de iure Indiarum, cap. 24. num. 38.* Diana *tom. 5. tract. 1. resol. 12. in fin. & tom. 5. tract. 1. resol. 23.* vbi alios refert Delbene *tom. 2. de immunit. cap. 16. dub. 37. num. 17.* Fontanella, *de pactis nupt. clauf. 4. gloss. 12. num. 86.* & idem Delbene *d. cap. 16. dub. 46.* ait quod quando sumus in dubio, an delictum sit exceptuatum necnè, vt reus gaudeat immunitate, non potest Iudex Ecclesiasticus iudicare, quod is non gaudeat, & addit cum Farinacio, Maranta, Giurba, Sperello, & Guazzino, Maranta, *p. 2. resp. 36.* quod si Episcopus, vel eius Vicarius, Reum Curiæ seculari tradat, casu quo debet gaudere, vel sumus in dubio, tunc præter pecc. mortale sacrilegij, ac iniustitiæ, & damnorum obligationem incurrit irregularitatem, si Reus ad mortem damnetur, & reddit rationem, quia in casibus non exceptuatis, vel dubiis nullam potestatem in Reum habet, &

consequenter si Curiæ sæculari eum tradat, maximam iniuriam infert ipsi Reo, & Ecclesiæ contra virtutem iustitiæ, & religionis, & adducit Nouarium *in summa Bullarij, in tit. de immunit. numer. 31.* quod sequitur nouissimè diguissimus Iudex Competentiarum Regni Aragoniæ, scilicet Antonius Frances *p. 3. voto 8. num. 82. cum sequentibus* qui *numer. 37.* dicit Bullam Gregorij XIV. in Hispaniis esse in viridi obseruantia, licet quoad modum procedendi sit aliquantulum alterata.

In dubio ergo pro immunitate, est iudican- 11
dum, & fauendum Ecclesiæ, *l. sunt personæ, ff. de Religiosis, & sumptibus funerum*, Turrecremata *in cap. si quis in atrio 17. quæst. 4.* Decianus *cons. 80. num. 22. vol. 3.* Giurba *cons. 10. numer. 23.* Sperellus *decis. 41. num. 14.* Barbosa *de iure Ecclesiastico lib. 2. cap. 3. num. 69.* quam totis viribus Christiani tenentur defendere, Bald. *in cap. quisquis num. 50. de elect.* quem sequitur Valenzuela *lib. 50. disp. 33.* & si Theologorum munus est illam defendere, vt latè Baldellus *in Theologia morali, lib. 50. disp. 33.* à fortiori Canonistæ, & Iuristæ defendere eam tenentur cum à iure positiuo hæc immunitas nata, nota magis sit istis, quam Theologis, & in casu quo dubitatio aliqua adesset, & pro vtraque parte, disputabilis esset, adhuc ad fauorem immunitatis esset omnino resoluendum: nam in conflictu opinionum, semper ea opinio est amplectenda, quæ fauet Ecclesiæ, Felinus *in cap. 1. num. 104. de const.* Boërius *fol. 1. in quæstionibus heroicis, lib. 3. sub tit. de immunit. Ecclesiarum capit. 4. numer. 38. & 39.* Decianus, Maynardus, & Bellettus apud Dianam *part. 1. tract. 2. resol. 65.* qui dicunt, quod quando sumus in dubio, an aliquod statutum sit contra immunitatem Ecclesiasticam, debemus amplecti eam opinionem, quæ fauet Ecclesiæ, & addit Sousa *in Bullam Cœnæ, cap. 14. disp. 46. num. 5.* quem refert Diana *part. 5. tract. 1. resol. 23.* non esse curandum de communi opinione, quando contraria fauet iurisdictioni Ecclesiasticæ, quod etiam docet Sanchez *tom. 1. consiliorum, lib. 2. cap. 4. dub. 15. num. 31.* Pater Suarez *contra Regem Angliæ, lib. 4. c. 34.* qui dicit, quod ex duobus contrariis opinionibus, illa sequenda est, quæ Religioni fauet, sequitur Barbosa *lib. 3. votorum, voto 117. à num. 45. in fine.*

Probatur tertiò, quia est probabilis senten- 12
tia, secundùm quam declarauit Sacra Congregatio immunitatis pluries, quod si quis occidit in vna Ecclesia, & confugiat ad aliam, gaudeat illa alia, quam declarationem refert Donatus *resol. 119.* Probetur primò, quia minor potest vti suo priuilegio minoritatis contra alium minorem, *l. in causa cum concordantibus, ff. de minoribus*, ergo etiam vna Ecclesia, poterit vti suo immunitatis priuilegio contra aliam Ecclesiam, vt quamvis alia Ecclesia offensa sit ab aliquo ibi delictum atrox committente; secunda ratio est, quia alia Ecclesia, ad quam Reus confugit, nullam ab eo passa est, aut irreuerentiam, aut iniuriam, ergo nulla subest causa, cur eum non defendat, tertia ratio est, quia in hac alia Ecclesia, ad quam Reus confugit, cessant omnes rationes, tum *cap. fin. de immun. Ecclesiarum*, tum etiam Bullæ Gregorij XIV. quia non implorat auxilium illius Ecclesiæ, in qua deliquit, neque in illius legem immunitatis deliquisse, neque puniri in eo, in quo deliquit; & ex hac Sacra Congregatio immunita- 13
tis, sæpius resoluit restitutionem extracti esse

faciendam illi Eccleſiæ, à qua extractus fuit, & non aliis Eccleſiis, quia illa particularis Eccleſia offenſa, habet interdictum, de libero homine exhibendo, cui peculiariter fuit facta offenſio, ergo datur intelligi Eccleſiam particularem eſse offenſam, cui peculiariter eſt facienda reſtitutio, vt ex litteris Illuſtr. D. Paulutij habetur anno 1632. de qua Diana *part. 6. tract. 1. reſol. 2. & in Summa in verbo immunitas Eccleſiaſtica, num. 39. fol. 275. col. 1.* contra alios dicentes ſufficere ſi reſtituatur Epiſcopo, vel eius Vicario.

14 Probatur vltimò, quia delicta commiſsa in palatio Principis, ſeu Magiſtratus Prætorio, vtpotè commiſsa in loco publico, & Principis maieſtatis dicato, dicuntur commiſsa in loco ſacro, ex text. *in l. vnica, C. de palatiis, & domibus domus, lib. 11.* & puniri poſse hos delinquentes talibus in locis, pœna etiam mortis, vt teſtatur Reg. de Aponte *tit. 1. de poteſt. Proregis, de diuerſis prouiſionibus fieri ſolitis, §. 2. num. 15.* & Præſes Merlinus *cap. 66. tom. 1.* & tamen ſi quis occidat in palatio, & locis prædictis ob aliquam cauſam non data opera, puniri non debet pœna ordinaria; ergo ita in præſenti, voluerunt enim occidere extra Eccleſiam, nec habuerunt animum illam offendendi, provt ex facto, quia proiecerunt ſcoplos extra Eccleſiam, vnde homicidium eſt in Eccleſia, non data opera, commiſsum, ſed caſualiter, ergo eſt circumſtantia loci caſualis, dato quod homicidium eſset præmeditatum, non enim erant expectantes in Eccleſia, vel ante eam, vt occiderent, quo caſu ſi occidiſsent deinde, eſset ad finem gaudendi factum.

15 Præſertim erit à Iudice conſiderandum quali cauſa, & graui dolore hoc fecerit D. Paulus, quod bene notum eſt, & quantum hoc excuſet, vt poſt Farinacium, & alios dicit Præſes Merlinus *cap. 97. tom. 1. d. cap. 66.*

16 Quod etiam probatur ex adductis à Domino Præſide Merlino *tom. 2. cap. 55. num. 33.* ibi, præſumendum non eſt fretum ſpe Eccleſiaſticæ immunitatis deliquiſſe eum, qui iracundiæ calore deliquit, vel qui impetu quodam intra Eccleſiam occidit, quia requiritur, vt non gaudeat, quod ſcil. occiderit animo gaudendi, vel committendi in legem, vel iniuriam Templo inferendi, quod nihil tale eſt in homicidio commiſſo repentino quodam animi motu, vt bene Bouadilla *in ſua Politica, lib. 2. cap. 14. num. 26.* Sperellus *dec. 161.* in hac eadem doctrina, & Canoniſtarum concluſione fundatur deciſio Collat. Conſilij, de qua Viſconte *in additionibus ad Franchum dec. 709.* vbi quis occidit in Dormitorio Eccleſiæ SS. Roſarij Terræ Poliſtinæ, & fuit ordinatum non eſſe extrahendos, eadem ratione fuit dictum apud Reg. Sanfelic. *dec. 19. num. 10. tom. 1.* quia non fuerat homicidium commiſſum animo gaudendi immunitate.

17 Circa tertium articulum, ſcilicet de probationibus requiſitis, dico tertium eſſe, quod in materia gaudendi, vel non gaudendi immunitate, non eſt per præſumptiones decidendum; ſunt enim à Iudice Eccleſiaſtico probationes faciendæ, nec proceſſui Curiæ ſæcularis ſtandum eſt, Farinacius *conſ. 76. & 168. à num. 21. vſque ad num. 39.* Ambroſinus *de immunit. cap. 11. num. 3.* de Ballis *de inſultantibus in Eccleſiis, num. 50.* Riccius *collect. 2792.* qui dicunt proceſſui ſæcularis non eſſe ſtandum per Iudicem Eccleſiaſticum; alij enim dicunt à Papa Clemente VIII. fuiſſe diſpoſitum per litteras in forma Breuis directas ad Panormitanum Archiepiſcopum 6. Februarij 1597. quas tranſcripſit Genuenſis *in praxi cap. 98.* ſufficere ſi ſe informet Epiſcopus de qualitatibus commiſſi criminis ſummariè ſimpliciter, & extraiudicialiter, quantum pro ſuæ conſcientiæ formatione ſibi viſum fuerit, & ita in Sacra Conſulta deciſum refert Farinacius *conſ. 186. lit. A*, Caſtillus *deciſ. 156.* Gambacurta *de immunit. cap. 16. num. 8. & 9. & cap. 15. num. 6.* ſi verò aliquod dubium ſit ſuper qualitate criminis, maior diligentia adhiberi debet, Giurba *conſ. 50.* dicit verò Farinacius *conſ. 76. num. 3.* non poſſe Epiſcopum delinquentes Curiæ ſæculari tradere, niſi conſtito prius de delicto plenè, certè, & concludenter, quia non poteſt dici verè de delicto conſtare per præſumptiones argument. *in l. Lucius*, vbi Bart. *ff. de condit. & demonſtr.* quia coniecturæ, & indicia probationem de iure non faciunt, niſi in caſibus expreſse, Alexander *in l. licet Imperator, ff. de leg. 1. num. 4.* vbi Iaſon *num. 13.* Gama *dec. 363. num. 3.* Alij verò cum Remigio *de immunit. quæſt. 2. numer. 12.* dicunt ſufficere ſummariam cognitionem iudicij, alij tandem dicunt cum Gama *vbi ſuprà*, quod ſi de remiſſione criminoſi agatur de vno ad aliud Regnum, tunc plena requiritur delicti probatio, vt nec ſatis ſint indicia, & coniecturæ, Gama *deciſ. 279. num. 1. & 2. & deciſ. 363.* Auendanus *de exequendis mandatis, cap. 7.* Gratus *conſ. 92. num. 24. vol. 2.* aut verò de vno ad aliud eiuſdem Regni Iudicem remitti petitur Reus, & tunc indicia, & coniecturæ ſufficiunt, Gama *deciſ. 363.* Guazzinus *de defenſione 1. cap. 17. num. 66.* Gratus *vbi ſuprà, num. 24.* ſi verò agatur de immunitate Eccleſiæ in delicto, cui Eccleſia non patrocinatur, nunc ſi non plenè, ſed per indicia probatum ſit crimen, quæ ſufficiant ad torturam, ſatis erit ne fruatur immunitate, Gama *deciſ. 179. num. 2. & dec. 281.* Caſtillus *d. 156. n. 9.* Guazz. *d. c. 31. n. 9.*

Ego tamen omiſſis omnibus dicendi modis puto cum Illuſtr. Sperello *dec. 101. tom. 2. n. 17.* poſt alios, quos allegat, Reum qui confugit ad Eccleſiam, non eſse Curiæ ſæculari conſignandum, niſi conſtito prius coram Epiſcopo non per indicia, & præſumptiones, ſed per veras, & concludentes probationes, ipſum aliquod crimen exceptum commiſiſse, quam ſententiam præter Farinac. *conſ. 76. num. 3.* Ambroſinum *cap. 11. de immunit. num. 4.* Peregrinum, atque Caſtillum tenet Dominus Sperellus *vbi ſuprà, num. 17.* & patet per verba Bullæ, ibi *(Cognito, &c.* an ipſi verè crimina ſuperius expreſsa commiſerint) at non poteſt dici verè conſtare, de eo quod præſumptionibus conſtat, *l. vnica*, ibi (quia ex coniectura non propriè ſcriptus videretur) *ff. ſi tab. teſta.* nullæ extabunt, Falconius inſignis Aduocatus Romæ, inter conſilia Farinacij *conſ. 76. in fine*, qui omnes dicunt præſumptiones iuris in ciuilibus eſse probationes, in criminalibus verò, non eſse veram probationem, ſicut in ſimili, vbi vera requiritur confeſſio, non ſufficit ficta, Bald. *in l. cogi, C. de petitione hæreditatis*, latè Sperellus *dec. 101. tom. 2.* ſicuti indicia ſufficientia ad torturam putabat Sanfelicius *dec. 325. tom. 3.* vt probata qualitate aſſaſſinij, Clericus priuetur fori priuilegio, ex Regente Salernitano *deciſ. 21.* an verò hodie ſufficiant indicia indubitata, & quæ ſint indicia indubitata, & qualiter ſit formandus proceſſus in vtroque foro in cauſa extractionis, & an Iudex ſæcularis poſſit vti proceſſu Iudicis Eccleſiaſti-

18

ci,

ci, vel è contra, legatur Sperellus *d.dec.*101. qui reprehendit Ciarlinum *cap.* 12. *per totum*, adducit Farinacium canentem palinodiam, & doctiſſimè de more impugnat Gambacurtam, & alios, quod ſi Princeps ſtatuat certum modum probandi delicta, non præiudicat Eccleſiaſticæ immunitati probandæ, Giurba *conſ.*90. *per totum*, & idem Giurba *conſ.*100. vbi qualiter proceſſus, & quid pro extractione fieri debeat, Ciarlinus *cap.* 151. *tom.* 2. *&* *cap.* 155. *&* 162. oportet ergo probari delictum qualificatum per concludentes probationes, non per præſumptiuas, latè Vermiglio-
19 lus *conſ.*97.

Et in puncto de proijcientibus ſagittas, & ſtlopos tormentarios extra Eccleſiam, & venientibus deindè ad Eccleſiam, vbi vnus interfecit aliũ, vbi fuit dictum non potuiſſe priuari immunitate, neque in compedibus poni, latè tradit Ciarlin. *tom.*2. *c.*54. *&* *cap.* 10. *n.* 41. qui communiter reprobant Fontanell. *dec.*200. *num.*17. *&* 18. provt eum etiam reprobat Diana *part.*6. *tract.*1. *reſol.*29. quod ante omnes dixerat Oltradus *conſ.*54. & alij apud Farinac. *de immunit. cap.* 19. *num.* 297. & nouiſſimè Pacis Iordanus *de immunit. Eccleſ. lib.*11. *tit.*3. *num.*254. *cum ſeq.* & D.Sanfelic. *deciſ.*137. *tom.*1.

20 Admirari tamen non poſſum eorum ſententiam, qui dixerunt, ad Iudicem ſæcularem ſpectare interdum cognitionem, an delictum ſit exceptuatum per Bullam Gregorij XIV. quaſi quod ſit mixti fori, tum ad Eccleſiaſticum, tum ad ſæcularem ſpectans, provt tenuerunt Belluga, Remigius, & quos refert Anaſtaſius Germonius *lib.*3. *de Sacrorum immunit. cap.*16. *num.*21. quam ſententiam ſequitur Pereira *de manu Regia part.*2. *cap.*56. *num.*12. & alij relati à Marta *part.*2. *cap.*1. *num.* 10. Fagundez *præcepto* 20. *lib.* 4. *cap.*4. *numer.*57. Suarez de Paz *in praxi, tom.*1. *lib.*2. *cap.*19. *num.*40. quando verò eſt in fortiis Curiæ ſecularis, tunc Iudex laicus facit decretum de repoſitione, Maranta *part.*2. *reſp.*45.

Talis enim ſententia repugnat tum tenori ſupradictæ Bullæ, quæ vbique recepta eſt, & ſecundũ eam plures deciſiones Collat. Conſil. emanarunt, vt deciſum refert Reg. de Aponte *dec.* 14. Præſes Merlinus *tom.* 1. *cap.* 6. *&* *ſequentibus*, *&* *tom.* 2. *cap.*55. Reg. Sanfelic. & alij: in Bulla enim dicitur ſolùm iudicem Eccleſiaſticum eſſe competentem in hac materia, quod etiam prius patebat ex *cap. fin. de immunit. Eccleſiarum*, *&* *ea cap. ad Epiſcopos* 17. *quæſt.* 4. *&* *cap. metuentes eadem cauſa*, *&* *quæſt.* & ſic bene concludit Lotterius *tom.*1. *de beneficiis*, *quæſt.*13. *num* 96. quia cauſa immunitatis, vtpotè Eccleſiaſtica, ab Eccleſiaſticis Iudicibus debet tractari, neque valet circa hoc contraria conſuetudo, quia Conſtitutio Gregoriana, vt bene Diana *part.* 1. *tract.* 1. *reſol.* 1. *&* Genedus *quæſtion. Canonicarum*, *quæſt.*42. *num.* 12. *&* Bonacina *in Decalogum*, *diſp.*3. *quæſt.*7. *p.*10. *num.*3. tollit omnes conſuetudines in contrarium, vnde hodie non ſunt audiendi Doctores aſſerentes, quod licet in aliquibus caſibus pro immunitate aſſiſtat ius Canonicum, contrarium tamen de conſuetudine ſeruari teſtantur: & eam fore attendendam opinantur, quia per Conſtitutionem Gregorij, omnes conſuetudines penitus tollũtur, vt bene Card. Tuſch. *in verbo immunitas*, *concl.*59. *num.* 19. *vſque ad num.* 25. qua poſita conſtitutione, non eſt audiendus Ludouicus Correa *p.* 1. *num.* 18. vbi ait magnam habere vim conſuetudinem, circa immunitatem Eccleſiarum, & ſic in multis caſibus Iudices recurrunt ad eam, cuius *Correæ* ſententia eſt falſa: nam hodie Iudices in caſibus contingentibus non ad aliam conſuetudinem debent recurrere, quam ad Bullam Gregorij XIV. alioquin cenſuras non effugient, neque aliquid facit, quod quandoque Epiſcopi, & Pontifices dictis conſuetudinibus non contradicunt, quia Pacianus aſſerit *de prob. lib.* 1. *c.* 29. *num.* 87. Raudenſis *deciſ. Piſana* 36. *num.* 265. *p.* 1. Farinacius *in appendice cap.* 1. *num.* 15. illos non conſentire, ſed ſimulare ad maiora mala euitanda ex *cap. iamdudum*, *de prob.*

Vnde poſita Bulla Gregoriana, dico contra Pereyram *vbi ſuprà num.* 10. cognitionem loci, an ſit Sacer, & Religioſus ad gaudendam immunitatem non ſpectare ad Iudicem laicum, ſed priuatiuè ad Eccleſiaſticum, ita Marius Giurba *conſ.* 10. *num.* 7. Bonacina *in Decalog. diſp.* 3. *quæſt.* 7. *p.* 3. *num.* 16. Peregr. *de immun. cap.* 13. *num.* 18. Marta *de iuriſdict. p.* 2. *cap.* 50. *num.*4 Raudenſis *vol.* 2. *conſ.* 17. *num.* 12. & patet ex *cap. ex parte de verb. ſign.* vbi eſt caſus de hoc, nam ibi tractatur, an territorium Eccleſiæ ſit violatum, & dicitur, quod talis cognitio ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum, imò Comitiſſa habens intereſſe appellat ad Archiepiſcopum, vt bene Diana *p.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 49. Nouar. *in ſumma Bullarum*, *de immunit. num.* 95. qui etiam dicunt ad Iudicem Eccleſiaſticum ſpectare cognitionem, ſi captus à ſatellitibus affirmet fuiſſe captum in loco ſacro, illis negantibus.

Cum ergo probationes debeant eſſe conclu- 21
dentes ad finem priuandi aliquem immunitate Eccleſiaſtica, & in Curia Epiſcopi tales eſſe debeant, apud quem euidenter debet conſtare de homicida, vt ex Bulla apparet, ibi (Conſtito verò de delicto) quando enim lex requirit probationem intelligitur de vera, non de præſumptiua, nam quando hanc vult ſufficere, id exprimit, *cap.* 1. *de homicid. in* 6. & ad tollendum ius quæſitum, Eccleſiæ & Reo competens requiritur regulariter plena probatio, Bald. *in l. Iudices*, *C. d. Iudiciis*, Caſtrus Palaus *tom.* 2. *diſp. vnica punct.* 13. *num.* 8. Sanchez *tom.* 2. *opuſculor*, *lib.* 6. *c.* 1. *dub.* 12. Ciarlinus *cap.* 10. *à num.* 61. Caſtillus *d. deciſ.* 156. *num.* 9. Diana *p.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 8. *&* *p.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 112. *&* *p.* 5. *tract.* 1. *reſol.* 9.

In præſenti verò facto illi qui in Eccleſia S. 22
Aloyſij nunc compedibus ligati reperiuntur, ſeu ferrati; erant ibi per prius, non enim liquidò conſtat, non antea fuiſſe ad tempus delicti, erant enim ibi propter alias cauſas, & cum D. Paulus ſe poſuit in Eccleſia S. Aloyſij, inuenit illos in dicta Eccleſia, nec aliter conſtare dicitur: nam aliter teſtes non deponerent veritatem, cum ergo non conſtet de perſonarum identitate, quis dicit, quod iſti ſunt illi, qui occiderunt in Eccleſia S. Hieronymi, ergo ob hanc incertitudi- §
nem, non poterit ferri contra eos priuationis immunitatis ſententia, incertitudo enim vitiat omnem actum, & diſpoſitionem, *l. idem Pomponius*, §. *fin. ff. de reiuend. l. duo ſunt Titij*, *ff. de teſta. tutela*, *l. tutor incertus*, *ff. eod. l. vbi non apparet*, *ff. de verb. l. ſi ſic* §. 1. *ff. deleg.* 1. *l. cum poſt*, §. *gener*, *ff. de iur. dotium*, §. *Incertis Inſtit. deleg.* Fulgoſ. *conſ.* 183. & procedit in ſententia in contractibus, & in vltimis voluntatibus, Fulgoſius *conſ.* 204. Calderinus *conſ.* 6. *de priuilegiis*, Alexander *conſ.* 46. *lib.* 4. Cardin. Tuſch. *tom.* 4. *litt. I*, *concluſ.* 65. Thomas de Thomaſettis *regula* 146. Gratianus *tom.* 4. *cap.* 640.

num. 29. *& cap.* 682. *num.* 7. *& cap.* 715. *num.* 7. *& 8. & cap.* 736. *num.* 61. *& cap.* 742. *num.* 15. *& tom.* 5. *cap.* 1000. *num.* 19. latè Cardin. Tusch. *d. concluſ.* 65. *num.* 25. *&* 26. qui hoc ampliat, in fauorabilibus, & fauore libertatis, ergo posita hac illiquidatione personarum, quomodo poterit Vicarius eos tradere Curiæ seculari.

23 Accedit quod assumpsit, in testes Dominus Vicarius tres Monachos, & duos Clericos contra immunitatem Ecclesiasticam, & contra miseros hos refugiatos, quorum depositiones non valent, & de Monachis legantur DD. apud Portellium *in dubiis Regularibus, in verbo Religiosus, num.* 6. vbi post omnes fundat *ex Canonistis in cap. Veniens, il secundo, de testibus*, quod nunquam Religiosus potest esse testis in causa capitis, maxime contra Reum, ob periculum irregularitatis, Clerici verò admittuntur, vt testes contra laicum coram Iudice Ecclesiastico, sed super crimine Ecclesiastico, vt latè Farinacius, *de testibus, quæst.* 61. *num.* 70. & quando veritas aliter haberi non posset, DD. communiter apud Carolum de Grassis, *de effectibus Clericatus, effect.* 9. *per tot.* qui *numero* 30. ait quod procedit non solum si deponerent immediate super delicto, sed etiam mediatè, quia probato vno, censetur etiam probatum omne aliud, per quod peruenitur ad illud vnum, *l. oratio, ff. de sponsalibus*, & quando Clerici deponunt contra Reum, minus creditur quam laicis pro Reo deponentibus, Glossa *in c. Clerici* 82. *dist.* Farinacius *quæst.* 61. *numer.* 82. Menoch. *de arbitr. casu* 98. imò quando deponunt contra Reum non sufficit deponere tacto 24 pectore, sed opus est, vt iurent tactis Euangeliis, siue scripturis more laicorum, *cap. nuper, de testibus*, Guid. Papa *decis.* 65. & ad hoc, vt testimonium Clerici in hoc casu valeat debet examinari in Ecclesia, vel in ea saltem iurare: DD. *in cap.* 1. *de iuram. calumniæ*, Campegius, Boccacius, Maluesius, & alij quos refert, & sequitur Carolus de Grassis *de effectib. Clericatus, effect.* 9. *num.* 46. ergo quia processus Reuerendiss. Vicarij continet defectum probationum, non habet locum Bulla ad finem tradendi Curiæ sæculari; Monachi enim non sunt contestes, nec idem deponunt, sed variant, & sunt offensi, eo quod delictum fuit factum in eorum Ecclesia, & consequenter iniuriati, ergo magis illis, qui deponunt pro, quàm istis, qui contra, vt late Bordonus *tom.* 4. *contro.* 1. *num.* 123. *cum sequentib.*

25 Portellius *vbi suprà in verbo Regularis.* Neque tales testes Ecclesiastici examinati contra immunitatem in Curia Ecclesiastica recognouerunt, an illi qui compedibus sunt ligati in Ecclesia S. Aloysij, fuerint illimet, qui fecerunt delictum, provt debere fieri ad liquidandas personas, DD. dicunt apud Carenam, *de testibus, tit.* 7. *num.* 51. & apud Bordonum, *contro.* 1. *tom.* 4. *num.* 250. & modum confrontationis ad finem liquidandi personas ponunt Ambrosinus *lib.* 2. *cap.* 19. Scac. *de Iudiciis, cap.* 66. Chisserius *in praxi Regulari cap.* 9. *numero* 16. Peyrinus *in Formulario litt. R, cap. num.* 13. debebat ergo posita discordia testium, & defectibus probationum id facere, ergo tales compedibus ligati, remanent sine recognitione formiter facta, an scilicet sint illi iidem, qui delictum commiserunt, quia ad finem liquidandi personas debebant, misceri alij cum talibus compeditatis, seu ferratis, & postea debebant ad aspiciendos proponi ab eisdem testibus, an inter illos essent delinquentes DD. supracitati.

Tandem, nec est omittendum Dominum Vicarium Auersanum processisse in hoc facto contra tot decreta Sacræ Congreg. immunitatis, & contra praxim, de qua Ciarlinus *cap.* 154. quem rogo vt videat, & contra decretum Sacræ Congregationis, die 20. Ianuarij 1654. & contra alias Sanctiones apud eundem Ciarlinum *vbi suprà.*

Quare, &c.

DISCEPTATIO XLIII.

SVMMARIVM.

1 *Facti species narratur.*
2 *Abbatia Sancti Petri ad Crapollam extat in Diœcesi Massæ Lubrensis.*
3 *Cappellanus Sancti Petri celebrat cùm licentia Episcopi Massæ Lubrensis.*
4 *Festum celebratur còm licentia Episcopi Massæ Lubrensis.*
5 *Vicarius Generalis Massæ Lubrensis accessit singulis annis ad celebrandum; & solemnizandam festiuitatem Sancti Petri ad Crapollam.*
6 *Episcopus Massæ Lubrensis mittit Concionatorem ad Ecclesiam Sancti Petri ad Crapollam.*
7 *Abbatia Sancti Petri ad Crapollam fuit antiquitus parœcialis Massæ Lubrensis.*
8 *Episcopus Massæ Lubrensis defendit immunitatem Abbatiæ prædictæ* & num. 9. & 10.
9 *Immunitas defenditur ab Episcopo Massæ*, & num. 10.
11 *Clerici Massæ Lubrensis celebrant festum Abbatiæ.*
12 *Episcopus Massæ Lubrensis solemnizare facit matrimonia in dicta Abbatiali.*
13 *Episcopus Massæ Lubrensis visitat Abbatiam, de qua* suprà.
14 *Episcopus Massæ Lubrensis prohibet benedictionem palmarum in Abbatia S. Petri ad Crapollam.*
15 *Archiepiscopus Surrentinus furtiue visitat Abbatiam prædictam.*
16 *Sub spolio Massæ Lubrensis continetur Abbatia Sancti Petri ad Crapollam.*
17 *Breuia adducuntur alienationis bonorum prædictæ Abbatiæ, directa Episcopo Massæ Lubrensis.*
18 *Abbatialis Cappella prædicta polluta benedicitur de licentia Episcopi Massæ Lubrensis.*
19 *Episcopus Massæ Lubrensis exercet Iurisdictionem cùm Cappellano dictæ Abbatiæ.*

ARGVMENTVM.

Abbatiam S. Petri ad Crapollam esse in Diœcesi Massæ Lubrensis non dubitatur, nec eius Cappellanum celebrare cum licentia Episcopi Massæ Lubrensis, nec festum cum licentia eiusdem Episcopi celebrari. Concionator ab eodem mittitur: & priùs fuit Parœcia Massæ Lubrensis: per eum defenditur

ditur illius Immunitas, & idem facit matrimonia solemnizare, & idem eam visitat aliaque ad materiam, &c. Visitatio Diœcesis ad Episcopum illius spectat, & visitat Ecclesias etiam exemptas, in qua possessione est manutenendus, nec contra hoc datur præscriptio. Quid prætendat Archiepiscopus Surrentinus, qualiter fuerit responsum per Episcopum Massæ Lubrensis tum in iure, tum in facto, & causa hæc quam habuerit effectum.

PRO

Episcopo Massæ Lubrensis,

CONTRA

Archiepiscopum Surrentinum super Iure Visitandi.

1 MODERNVS Episcopus Ciuitatis Massæ Lubrensis principalis meus, octo abhinc ferè annis, quod administrat illam Episcopalem Ecclesiam semper pacificè; & quietè, provt eius Episcopi prædecessores, exercuit suam ordinariam iurisdictionem seruata forma Sacrorum Canonum, & S. T. Concilij, in quadam Abbatiali, nuncupata Sancti Petri in maritimis Crapollæ, & in alia Ecclesia illi vnita nuncupata Grancia Sancti Iacobi, in Casali Pedaræ quæ extant in territorio, & intra fines Diœcesis Massæ Lubrensis, vti Ecclesiis sub eius iurisdictione.

Verùm quia die 30. Mensis Augusti 1652. Archiepiscopus Surrentinus sub prætextu accedendi recreationis causa ad scopulos, *detti delli Galli*, qui parum distant ab dictis maritimis Crapollæ, priuate accedit ad dictam Abbatialem, & velle etiam visitare dictam Granciam in extracta *fol.* 5. *à tergo fol.* 8.

De quo statim dictus Episcopus habuerit notitiam, stante quod pro toto tempore suæ administrationis prædictæ Ecclesiæ Massæ Lubrensis, prædicta Abbatialis & Grancia, nunquam fuerunt visitatæ, nec in illis iurisdictionem aliquam exercuerit dictus Archiepiscopus Surrentinus, ad finem tuendi eius iura, capere fecit informationem contra Cappellanum eiusdem Abbatialis; illumque citare fecit, ex quo turbare feciſſet eius ordinariam iurisdictionem, vt ex processu extracta *fol.*...

Sub die 4. Septempris eiusdem anni, Episcopus Massæ Lubrensis amicabiliter scripsit dicto Archiepiscopo, quod dum pro toto dicto tempore non fuerunt ab eo visitatæ dictæ Ecclesiæ, vti suspendere voluisset, & sibi assignare legitimas, causas, ac rationes dictæ prætensæ visitationis, vt acquiescere potuisset absque præiudicio iurium dictæ suæ Episcopalis Ecclesiæ, & ordinariæ iurisdictionis, qui nullam legitimam causam, nec rationem assignando formiter respondit velle omnino illas visitare in extracta vt *fol.* 10.

Vnde per dictum Episcopum habita dicta responsione, & quod peius, eidem relatum à diuersis personis, quod ad effectum prædictum dictus Archiepiscopus volebat accedere, etiam cum multis personis armatis, dictus Episcopus ad euitanda, tumultus, contentiones, & altercationes; quæ hinc, inde ex causa prædicta oriri potuissent; cum non sine graui excessu, & scandalo laicorum, & considerando, quod Ecclesia Dei non est custodienda more castrorum, & volendo solùm tueri, & defendere iura prædictæ suæ Ecclesiæ Episcopalis, & eius ordinariam iurisdictionem, cum terminis à iure sibi permissis vti semper omni futuro tempore, sine præiudicio aliquo conseruentur, & ne potuisset dictus Archiepiscopus deinde allegare se pacificè, & quiete visitasse, & stante, quod nullus notarius accedere volebat ad dictum Archiepiscopum accedentem ad visitandam dictam Granciam, pro conficiendis debitis protestationibus, metu prædictarum personarum armatarum, coactus fuit dictus Episcopus pro causis prædictis, ad finem se protestandi, & impediendam dictam prætensam visitationem, prædicta die emanare publicum edictum, prohibendo sub pœnis, & censuris, quod nullus ad dictam prætensam nullam visitationem, dare debuisset consilium, auxilium, nec fauorem, nec associare, nec ad illam cooperari, nec de ea conficere actum publicum, nec priuatum, quod affigere fecit in valuis dictæ Granciæ, & parœcialis dicti loci Sanctæ Agathæ in extracta vt *fol.* 11. *à tergo.*

Nihilominus his non obstantibus die sequenti scil. eiusdem mensis de facto accedere voluit ad dictam Granciam pertranseundo per diœcesim Massæ Lubrensis per loca, quæ non erant sub iurisdictione dictarum Abbatialis, & Granciæ cum *Rocchetto discooperto, cum solo mozzetto, & pileo viridi Pontificali*, cum cruce eleuata ante se in extracta *fol.* 24. *à tergo* 26. *à tergo* 33. 52. *à tergo* 81. *à tergo.*

Et peruento ad dictam Granciam statim ante ianuam illius foris dictam Ecclesiam, occurrerunt quamplures personæ armatæ, etiam igneis armis, quas secum asportauerant à Ciuitate Surrenti; minando, & multa dicendo contra dictum Episcopum, in extracta, vt ex *fol.* 25. *&* 26. *à tergo* 28. 30. *à tergo* 33. 43. *à tergo* 51. *à tergo* 81. *à tergo.*

Qua de causa non potuerat ab aliquo impediri, nec protestari, & sic continuo adstiterunt donec & quousque dictus Archiepiscopus discessit à prædicta Grancia. Qui Archiepiscopus non contentus de hoc, & prætendendo addere grauaminibus noua grauamina, & omnino suppeditare iura dictæ Episcopalis Ecclesiæ, & ordinariam iurisdictionem dicti Episcopi, & procurare vt à suis Diœcesanis vilipenderetur, provt alias in variis occasionibus suo loco, & tempore proponentur, animando eius dyscolos subditos, illosque recipiendo, vt discederent ab obedientia sui Pastoris ausus fuit exercere etiam iurisdictionem in propria Diœcesi dicti Episcopi in eius contemptum; promulgando edicta, illaque affigi faciendo in locis publicis dictæ Ciuitatis Massæ Lubrensis, & notificari faciendo eidem Episcopo in suo proprio Palatio, cum maximo eius despectu, & admiratione totius Ciuitatis in extracta *fol.* 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 21. *&* 22.

Quapropter dictus Episcopus ad finem puniendi

niendi tranſgreſſores prædicti edicti, à ſe emanati, & affixi; illoſque declarari incidiſſe in pœnis, & cenſuris, in illis contentis; & ad finem informandi Sacram Congregationem, & alios ſuperiores de prædictis exceſſibus commiſſis; & ad fundandum eius iura, & reijciendum quamcumque prætenſionem dicti Archiepiſcopi; ne vllo vnquam futuro, tempore poſſit, nec valeat vlterius prætendere viſitare dictam Abbatialem, & Granciam, ad inſtantiam ſui, & ſuæ Epiſcopalis Curiæ promotor fiſcalis capere fecit informationem, vt *fol.*... & ex depoſitionibus multorum teſtium, fide dignorum examinatorum, & ex ſcripturis in huiuſmodi proceſſu deductis concludenter conſtat, infraſcripta v.g.

2 Primò Abbatialem Sancti Petri ad Crapollam, ſiue in maritimis Crapollæ, & Granciam Sancti Iacobi in Caſali Pedaræ extitiſſe, & extare in territorio Maſſæ Lubrenſis, & ſatis diſtare à Ciuitate, & Diœceſi Surrentina in extracta omnes teſtes deponunt, & eſt indubitatum.

3 Secundò Cappellanus dictarum Abbatialis, & Granciæ tam de præſenti, quam de præterito celebrauiſſe, & celebrare in illis cum licentia tantum Epiſcopi Maſſæ Lubrenſis pro tempore, quod fuit, & eſt indubitatum, & nihilominus ex dicta informatione, & ex depoſitionibus Cappellanorum patet, in extracta, vt *fol.*7.29.31.39. 42.45.48.50.*à tergo,&* 54. 77. *à tergo* 79.*à tergo* 4 84.86.*à tergo*,90. *à tergo* 95. *à tergo.*

Tertiò ſolemnitates fieri ſolitas tam in dicta Abbatiali in die Lunæ in Albis ſecunda die Paſchatis Reſurrectionis, quàm in dicta Grancia in die 25. Iulij in Feſtiuitate Sancti Iacobi, titularis dictæ Granciæ, ſemper fuerunt factæ cùm licentia Epiſcopi Maſſæ Lubrenſis pro tempore: in extracta *fol.* 7.42.46.48.50.*à tergo* 54.60.*à tergo* 66. *à tergo* 72. *à tergo & à tergo* 73.77. *à tergo* 79. *a tergo* 84.87.90. *à tergo* 95.

5 Quartò in dicta die feſtiuitatis, & ſolemnitatis dictæ Abbatialis ſemper quolibet anno acceſſiſſe Vicarium Generalem dictæ Ciuitatis Maſſæ Lubrenſis, & Capitulum illius Cathedralis ad celebrandum, & officiandum, & multoties acceſſiſſe etiam Epiſcopum Ciuitatis eiuſdem ad celebrandum, vel faciendum Cappellam Canonicalem, & cum dicta occaſione viſitaſſe, & ordines neceſſarios dediſſe, in extracta vt *fol.*3.*& eodem à tergo fol.*5.2.27.28.*à tergo* 29.30.*à tergo* 38. *& à tergo* 39.42.45.*à tergo* 46.48. *&* 9.50.*à tergo* 54.61.*à tergo* 67.68.*à tergo* 77.*à tergo* 78.79. *à tergo* 80.84. *& à tergo* 87. *& à tergo* 90. *à tergo* 6 95. *& à tergo.*

Quintò quolibet anno dicta die Epiſcopus Maſſæ Lubrenſis pro tempore miſiſſe Concionatorem à ſe approbatum ad prædicandum in dicta Abbatiali Sancti Petri ad Crapollam, & in dicta Grancia per Confeſsarios ab eodem Epiſcopo, eiuſque Curia approbatos fuiſſe adminiſtrata Sacramenta pœnitentiæ, & Sanctiſſimæ Euchariſtiæ, & de præſenti per eoſdem adminiſtrantur in extracta, vt ex *fol.*3.7.29. 31.*à tergo* 38.39.42.*à tergo* 46.48.54.61.67. *à tergo* 62.67. 7 77.*à tergo* 79.*à tergo* 84.*à tergo* 87.90. 95.

Cum licentia eiuſdem Epiſcopi Maſſæ Lubrenſis pro tempore in dicta Abbatiali Sancti Petri ad Crapollam, & in dicta Grancia per confeſſarios ab eodem Epiſcopo, eiuſque Curia approbatos fuiſſe adminiſtrata pœnitentiæ, & ſanctiſſimæ Euchariſtiæ, & de præſenti per eoſdem adminiſtrátur in extracta vt ex *fol.*3.7.*à terg.*31.*à tergo* 38.39.42.48.50.54 *à terg.* 62.67.*à terg.*77. *à ter.*79.*à ter.* 84. *à ter.* 87. *à ter.* 90.*à tergo* .95.

Septimò prædictam Abbatialem Eccleſiam Sancti Petri ad Crapollam antiquitus fuiſſe Parœcialem Caſalium Torchiæ Sanctę Agathæ, Pe- 8 daræ, & aliorum locorum prædictæ ciuitatis, & Diœceſis Maſsæ Lubrenſis; & deinde ob maximam incommoditatem, & diſtantiam per Epiſcopum Maſſæ Lubrenſis Iura Parœcialia cum fonte Baptiſmi fuiſſe tranſlata à dicta Abbatiali in Eccleſia Sanctæ Mariæ Caſæ Feſtinæ, caſalis Sanctæ Agathæ, Diœceſis Maſſæ Lubrenſis, vbi de præſenti extat ſub iuriſdictione tantum Epiſcopi Maſſæ Lubrenſis, in extracta, vt ex *fol.* 35.*à ter.*39.*à ter.* 44. *à tergo* 52. 57. 61. 67. *à ter.*76.*à ter.*82. *à ter.* 92.*a ter.*

Octauò dum ad prædictam Abbatialem Sancti 9 Petri ad Crapollam in anno 1627. die 4. Aprilis, die feſtiuitatis eiuſdem, acceſſiſſet quidam Caporalis, nuncupatus Aloyſius, alias *lo Romano* cùm birruariis, ad carcerandum Ioannem Baptiſtam Palumbum, refugiatum in dicta Abbatiali Eccleſia, pro defenſione immunitatis Eccleſiaſticæ, ibidem acceſſit fratrem Mauritium Centinum, olim Epiſcopum Maſsæ Lubrenſis, & iuris, & facti remediis eieciſſe dictum Caporalem cum birruariis: in extracta, vt ex *folio.*29.42. *à ter.* 62. *à ter.* 79. *à tergo* 84. *à ter.* 87. 96. 101.

Sub die 5. Martij anni 1629. Cum Berardinus Caputus, alias Chiouetiello, dùm in Grancia Sancti Iacobi prædictæ Abbatialis confugeret illuc peruenerunt Birruarij Regiæ Curiæ Gubernatoris Maſſæ Lubrenſis, cum Notario Honuphrio de Ianuario actuario, ad eundem carcerandum, provt de facto carcerauerunt in Sacriſtia dictæ Granciæ, violando immunitatem Eccleſiaſticam: ſed per dictum Bernardinum Caputum, habito recurſu ad D. Fratrem Mauritium Centinum, olim Epiſcopum Maſſæ Lubrenſis, mediante monitorio, & cenſuris in illo comminatis, fuiſſe repoſitum in Eccleſia, & reintegrata immunitas Eccleſiaſtica, in extracta *fol.* 42.*à tergo* 64.*à tergo* 79. *à tergo* 84. *à tergo* 96. 102.

Sub die nona menſis Auguſti inſtantis anni 10 1652. dum acceſſiſſent Birruarij Regiæ Curiæ Gubernatoris Maſſæ Lubrenſis, ad carcerandum & exequendum contra Aloyſium Caputum, manentem refugiatum in dicta Abbatiali Eccleſia, 11 eandem immunitatem mediante informatione, & cenſuris Eccleſiaſticis, à moderno Epiſcopo Maſſæ Lubrenſis fuiſſe defenſam in extracta *fol.* 33.42.*à ter.* 62. *à ter.* 79.*à ter.* 80. 84. *à ter.* 87.96. 102. *à ter.*

In die 25. Menſis Iulij cuiuſlibet anni feſtiuitatis Sancti Iacobi Apoſtoli titularis prædictæ Granciæ dictæ Abbatialis Sancti Petri, acceſſiſſe ad celebrandum, & officiandum Eccleſiam dictæ Granciæ ſolum presbyteros, & clericos Caſalis Sanctæ Agathæ, & aliorum locorum conuicinium, Diœceſis tantum Maſſæ Lubrenſis, in extracta *fol.* 7.*à ter.*29.31. *à ter.* 38. 39. 42. 45. *à ter.* 48. 50.*à ter.* 54.*à ter.* 62. 67. 77. *à ter.* 79. 84.*à ter.*87. 90.*à ter.* 95.

In Eccleſia prædictæ Granciæ, in variis tem- 12 poribus, fuiſſe de licentia Epiſcopi Maſſæ Lubrenſis pro tempore ſolemnizata quàmplura matrimonia à Parœcis, & œconomis dicti Caſalis Sanctæ Agathæ dictæ Diœceſis Maſſæ Lubrenſis, ſub qua Parœciali exiſtit dicta Grancia, & extabant ſponſi, & de licentia eiuſdem fuerunt adminiſtrata Sacramenta pœnitentiæ, & Euchariſtiæ

chariſtiæ à dictis Parœcis : in extracta *fol.* 7. *à ter. fol.* 27. 29. 31. *à ter.* 38. 39. 41. 45. *a ter.* 48. *à ter.* 51. 54. *a ter.* 67. *à ter.* 77. *a ter.* 79. *à ter.* 84. *à ter.* 7. *& à ter.* 95. *à ter.*

De Menſe Octobris 1648 prædictam Granciam fuiſſe viſitatam, in dicta viſitatione generali à prædicto moderno Epiſcopo Maſſæ Lubrenſis, qui in eadem Grancia deinde complcuit Viſitationem perſonalem dicti Caſalis Sanctæ Agathæ in extracta *fol.* 37. *à ter.* 40. 43. 45. *à ter.* 48. *à ter.*
14 64. 68. *à ter.* 78. 80. 84. *a ter.* 87. *à ter.*

Per Epiſcopum Maſſæ Lubrenſis pro tempore fuiſſe prohibitum, ne in Eccleſia dictæ Granciæ fierent benedictiones palmarum, & ouorum, vt fideles cognoſcerent propriam Eccleſiam Parœrœcialem, in extracta *fol.* 7. *à ter.* 31. *à ter.* 38. *à*
15 *ter.* 51. 78. 87. *à. ter* 95. *a ter.*

Quod dum de Menſe Februarij 1644. acceſſiſſet Archiepiſcopus Surrentinus Otij cauſa, & & commoratus eſſet in Colleg. Societat. Ieſu eiuſdem Ciuitatis Maſſæ Lubrenſis, deinde redeundo ad eius Diœceſim Surrentinam, & tranſeundo per dictum Caſalem Sanctæ Agathæ Maſſæ Lubrenſis Diœceſis, aſſociatus à nonnullis, & ſignanter à D. Horatio Maldacea, tunc, & per multum tempus deinde Vicario Generali dictæ Ciuitatis Maſſæ Lubrenſis, ſimul acceſſerunt ad dictam Granciam Sancti Iacobi : & quia tunc temporis Iacobus Gallus, tunc Epiſcopus Maſſæ Lubrenſis graui infirmitate laborabat, de qua deinde obiit, cum hac occaſione dictum D. Horatium Maldaceam, tunc vt dictum eſt Vicarium Generalem dicti Alexandri Galli Epiſcopi Maſſæ Lubrenſis, coram dicto Archiepiſcopo Surrentino viſitaſſe dictam Granciam Sancti Iacobi, & diuerſos ordines dediſſe in extracta *fol.* 32. *à ter-*
go 37. 43. 46. *à tergo* 51. *à ter.* 63. *à ter.* 70. 74. 81.
16 87. 88. *à ter.* 91. *à ter.*

Ex quo dicta Abbatialis, & Grancia non ſunt comprehenſæ ſub compoſitione ſpoliorum Cameræ Apoſtolicæ ſub die decima ſexta Februarij 1644. ſequuta morte primo D. Ioannis Felicis Petrorchini tunc Abbatis dictæ Abbatialis Sancti Petri ad Crapollam, fuit factum ſpolium, & alia ad dictam Cameram Apoſtolicam ſpectantia per commiſsarium Apoſtolicum dictæ Ciuitatis, & Diœceſis Maſsæ Lubrenſis, ex cauſa quod prædicta Abbatialis, & Grancia ſunt in Terrtorio, & intra Diœceſim Maſsæ Lubrenſis: non obſtante quod prædicta Abbatialis habeat multos alios redditus, & ſtabilia reſpectiue in Ciuitatibus Surrenti, Vici, Neapolis, & aliis locis: in extracta, vt *fol.* 34. *à ter.* 36. 53. *à ter.*
17 57. 72. *à ter.* 77. 82. *à ter.* 92. *à ter.* 99.

In nonnullis conceſſionibus factis per Abbates pro tempore dictæ Abbatialis aliquorum ſtabilium ad dictam Abbatialem ſpectantium, literæ Apoſtolicæ in forma Breuis deſuper expeditæ, fuerunt directæ Epiſcopo Maſſæ Lubrenſis, & Archidiacono eius Cathedralis, in dictis literis habetur dictam Abbatialem Eccleſiam Sancti Petri ad Crapollam eſſe Diœceſim Maſſæ Lubrenſis; & in eis etiam apponitur clauſula, dummodo tamen ſingulis viginti nouem annis, pro tempore extante emphyteuta, in actis Curiæ Epiſcopalis Maſſæ Lubrenſis declarare debuiſſet dictum petium terræ eſſe de directo dominio dicti Monaſterij, ſtante quod dicta Abbatialis ſit Diœceſis Maſſæ Lubrẽſis, in extracta *fol.* 100. *à ter.*
18 Die 28. Aprilis 1633. dum ſupradicta Grancia Sancti Petri ad Crapollam ſub titulo Sancti Iacobi, remanſiſſet polluta, provt in actis, fuit benedicta ab Abbate Ioanne Felice Petrorchino cum licentia Vicarij ciuitatis Maſſæ Lubrenſis tunc temporis, in extracta *fol.* 103.

Epiſcopi Maſſæ Lubrenſis pro tempore, & ſi- 19
gnanter Modernus Epiſcopus, in annis 1647. & 1650. pro exceſſibus commiſſis à D. Ioſeph Caputo Cappellano ordinario dictæ Abbatialis Sancti Petri ad Crapollam, eiuſque Granciæ, & illius Procuratore, & Exactore, œconomo, & negotiorum geſtore, præuia informatione, & carceratione, ſeruatis ſeruandis fuiſſe correctum, punitum, & caſtigatum in extracta *fol.* 96. *à ter.* 97. *à ter.* 98.

Ex quibus, & aliis in dicta informatione ſufficienter probatis, clarè, & indubitate conſtat totalis, & omnimoda, plena, ordinaria iurisdictio, quàm ex iuris aſſiſtentia, & Sactorum Canonum, & Sacri Conc Trident. diſpoſitione habuerunt, & habent Epiſcopi Maſſæ Lubrenſis pro tempore in dictis Abbatiali S. Petri ad Crapollam, & eius Grancia Sancti Iacobi, de qua nullatenus poteſt dubitari, nec modo aliquo turbari à dicto Archiepiſcopo Surrentino, cum eius prætenſa inordinata, vſurpata, & clandeſtina vſurpatione, & alia iura, quæ prætendit exercere.

DISCEPTATIO XLIV.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies proponitur.*
2 *Epiſtola, & edictum enunciatur per Epiſcopum Maſſæ Lubrenſis emanata.*
3 *Edictum conſeruatorium, & monitoriale Archiepiſcopi.*
4 *Notificatio Epiſcopo, replicatio eiuſdem.*
5 *Inſtantia Fiſci Promotoris ad informationem capiendam.*
6 *Memoriale porrectum Sacræ Congregationi, & commiſſio cauſæ Cardinali à Sanct. Cruce.*
7 *Articuli, ſeu poſitiones ſuper iuribus Archiepiſcopi Surrentini.*
8 *Teſtium depoſitiones.*
9 *Ciuitas Maſſæ Lubrenſis fuit olim vnita cum Ciuitate Surrentina.*
10 *Colligitur ex hiſtoriis vnio Maſſæ cum Surrentina Ciuitate.*
11 *Ciuitas Surrentina, & Maſſa à Turcis deuaſtata, & quando.*
12 *Abbatia Sancti Petri ad Crapollam ponitur in Cancellaria Apoſtolica in Diœceſi Surrentina.*
13 *Abbatia Sancti Petri ad Crapollam ſoluit decimas Papales cum ciuitate Surrentina.*
14 *Abbatia Sancti Petri ad Crapollam contribuit ſeminario Surrentino.*
15 *Abbates Sancti Petri ad Crapollam præſtant obedientiam Archiepiſcopo Surrentino.*
16 *Abbatia prædicta ponitur ſub Diœceſi Surrentina in viſitatione ad limina.*
17 *Abbates S. Petri ad Crapollam non dant obedientiam Epiſcopo Maſſæ Lubrenſis.*
18 *Bona Abbatiæ prædictæ fuerunt alienata, commiſſo Breui Archiepiſcopo Surrentino.*
19 *Abbatia Sancti Petri ad Crapollam fuit ſem-*

per viſitata ab Archiepiſcopo Surrentino.

20 *Archiepiſcopus Surrentinus formauit proceſſus viſitationum Abbatiæ prædictæ.*

21 *Abbatia Sancti Petri ad Crapollam ponitur in Regiſtro Beneficiorum Surrentinæ Diœceſis*

22 *Archiepiſcopus Surrentinus Angriſanus viſitauit Eccleſiam S. Petri.*

23 *Archiepiſcopus de Petio viſitauit Abbatiam hanc.*

24 *Surrentini ſolent ire ad feſtum S. Petri ad Crapollam.*

25 *Epiſcopi Maſſæ Lubrenſis de actibus prædictis notitiam habuerunt.*

26 *Decreta adducuntur ſuper electione miniſtrorum viſitationis.*

ARGVMENTVM.

Facti & iuris probationes illius celeberrimæ quæſtionis iuriſdictionalis, inter Archiepiſcopum Surrentinum, tunc D. Antonium de Petio, & Epiſcopum Maſſæ Lubrenſis D. D. Vincentium de Iulij, vbi motiua facti duplici informatione ponuntur pro vtraque parte. Iuris motiua pro Epiſcopo Maſſæ Lubrenſis: inter quos tandem ſopita fuit differentia, vt ex actis apud Curiam prædictam.

PRO

Archiepiſcopo Surrentino

CONTRA

Epiſcopum Maſſæ Lubrenſis.

1 EActvm ſuper iuribus Illuſtriſſimi Archiepiſcopi Surrentini in Abbatialem Eccleſiam Sancti Petri ad Crapollam, & Sancti Iacobi eius Granciam, licèt ſitam in Ciuitate Maſſæ Lubrenſis; reſeruatam tamen in omnibus ſub iuriſdictione Metropolitani Surrentini; & comprehenſam cum beneficiis ciuitatis, & Diœceſis Surrentini.

2 In primis Epiſtola Reuerendiſſimi Epiſcopi Maſſæ Lubrenſis, tentantis infringere, & impedire iuriſdictionem, & viſitationem ipſius Illuſtriſſimi Domini Archiepiſcopi; eiuſque reſponſio *fol.* 1. & 2.

Edictum Epiſcopi Maſſæ Lubrenſis affixum in Eccleſia Sancti Iacobi, aſſerentis ſe turbatum ſub figuratis prætextibus; & coloribus, nimis præiudiciale iuriſdictioni, & poſſeſſioni immemorabili Archiepiſcopi Surrentini, & dignitati Archiepiſcopali, ad finem illum impediendi, & deterrendi eius miniſtros cum grauiſſimis pœnis, & cenſuris, ipſo facto incurrendis, & declarandis infrà terminum trium horarum *fol.* 3. omninò legendum.

Edictum conſeruabile Domini Archiepiſcopi; & inſuper monitoriale Epiſcopo Maſſæ Lubrenſis, vt deſiſtat à turbatione, & iactantiis prædictis illum informando de eius bono iure, & poſſeſſione viſitandi ab immemorabili *fol.* 4. & 5. 3

Notificatur Epiſcopo, eiuſque replicatio *fol.* 6. 4

Citatio ad informandum contra D. Ioſephum Caputo Procuratorem Eminentiſſimi Abbatis *fol.* 7.

Inſtantia Fiſci promotoris pro capienda informatione ad finem demonſtrandi dictum ius, & poſſeſſionem immemorabile, & prouiſum, quod capiatur informatio etiam ad finem conſulendi Sacram Congregationem *fol.* 8. 5

Memoriale Porrectum Sacræ Congregationi à qua fuit cauſa commiſſa Eminentiſſimo Domino Sancta Crucia *fol.* 8. *à tergo.* 6

Citatio ad teſtes *fol.* 9.

Articuli ſeu Fiſci poſitiones ſuper iuribus Archiepiſcopi Surrentini, quæ exercet, & habet in Abbatia prædicta, tanquam beneficio Diœceſis Surrentinæ *à fol.* 10. *vſque ad* 13. 7

Teſtium depoſitiones ciuium Maſſenſium, & Surrentinorum, in dignitatate Eccleſiaſtica conſtitutorum, & nobilium, & proinde omni exceptione maiorum, vltrà ſcripturas publicas, & indubitabiles, *à fol.* 14. *vſque ad fol.* 38. 8

Primus articulus: ciuitas Maſſæ Lubrenſis, ſemper dicta Maſſa di Sorrento, ex eo quod vnita cum dicta ciuitate, & territorio, faciebat vnum corpus cum ea & in anno 908. ſeu 913. erecta in Epiſcopatum, ex eo quod Epiſcopalis Eccleſia Surrentina fuit erecta in Archiepiſcopatum: & à dicto tempore ſemper Abbatialis Eccleſia Sancti Petri prædicta ea tempeſtate Cœnobium Monachorum, fui reſeruata ſub iuriſdictione Archiepiſcopi Surrentini; ex traditione antiquiſſima, & fama ſuprà centenariam deponunt teſtes. Primus ſuper 1. *fol.* 14. Secundus ſuper 1. *fol.* 17. Quartus ſuper 1. *fol.* 23. *à tergo.* Quintus ſuper 1. *fol.* 26. Vndecimus ſuper 1. *fol.* 34. Imò in iſto articulo Archiepiſcopus allegat titulum, & allegans titulum tenetur oſtendere *cap. cum Eccleſ. Sutrinæ de cauſa propriet.* neque poteſt dari fama ab anno 903. vſque ad præſens tempus DD. 9

Series Archiepiſcoporum Surrentinorum *fol.* 39. 10

Hiſtoriæ Regni Neapolitani, v. g. *Beltrano nel Regno di Neapol. ſtampato l'anno* 1640. *Il Cardinale Baronio negl, annali, tom.* 10. *Il Cardinal Belarmino nella ſua cronologia. Tomaſo coſto, & altri citati, nell. hiſtoria, ſeu deſcrittione della citta di Maſſa, dedicata all. Eminentiſſimo Pallatto del partito cap.* 13. *fol.* 59. & 60.

Sed videatur Capiccius in hiſtoria Regni Neapolitani: *tom.* 1. vbi loquens de ciuitate Surrenti *à pagina* 502. *in pagina* 532. ſubdit ſequentia verba v. g. *Præeminet Archiepiſcopus Surrentinus Epiſcopis Stabienſi, Maſſano, præeſt item Abbatiæ Crapollæ, quæ cœnobium fuerat Sancti Petri ad Cermerinam Sancti Benedicti, cœnobium antea Sancti Petri ad maritimam magnam addita Abbatia ſaluatoris ad dom mouam, in proceſſu fol.* 41.

Articulus ſecundus Ciuitas Surrenti, & Maſſæ à Turcis deuaſtatæ in anno 1558. ob quam cauſam 11

cauſam non poſſunt produci ſcripturæ ex Archiuio Archiepiſcopali penè conſumpto, vltra hiſtorias *ſuprà* enunciatas, adſunt memoriæ, & Epithaphia in Palatio Archiepiſcopali, in proceſſu *fol.* 42. & 43. teſtis primus ſuper 2. *fol.* 14. *à ter.* teſtis ſecundus *ſuper* 2. *fol.* 17. *à ter.* Teſtis quartus ſuper 2. *fol.* 23. Teſtis quintus *ſuper* 2. *fol.* 26. & alij.

12 Articulus Tertius: Abbatia Sancti Petri ad Crapollam regiſtratur in Cancellaria Apoſtolica Ciuitatis, & Diœceſis Surrentinæ, & ita explicantur bullæ in proceſſu *fol.* 44. & *fol.* 45.

Ita aſſerunt, & fatentur iidemmet Abbates, *fol.* 48. & 49.

Item *fol.* 66. & 67. item *fol.* 69. item *fol.* 70. *à ter.*

Ita ſemper aſſerta in Synodis Prouincialibus, & in proceſſibus, contra Abbates formatis *à fol.* 156. & *ſequentibus vſque ad finem.*

13 Articulus quartus Abbatia S. Petri ad Crapollam ſoluit decimas Papales [quando imponuntur] cùm Ciuitate, & Diœceſi Surrentina; producitur taxa de anno 1542. facta ab Illuſtriſſimis Dominis Nuntio Neapolitano, & Archiepiſcopo Surrentino, & aliis deputatis Apoſtolicis, in proceſſu *fol.* 50.

Producitur fides exactionis ab Abbate Petrocchino decimarum impoſitarum ab Vrbano Papa VIII. felic. record. & duorum pro centenario ſanctiſſimi Domini Innocentij Papæ X. *fol.* 51.

Adeſt depoſitio teſtium v. g. primus teſtis ſuper 4. *fol.* 15. ſecundus teſtis ſuper 4. *fol.* 18. Quartus teſtis ſuper 4. *fol.* 24. Quintus teſtis ſuper 4. *fol.* 26. *à tergo*; Vndecimus teſtis ſuper 4. *fol.* 34. *à ter.* & alij.

14 Articulus quintus Abbatia prædicta vti beneficium Ciuitatis Surrenti contribuit Seminario Surrentino, ad quod non contribuunt beneficia Ciuitatis Maſsæ, neque aliorum ſuffraganeorum.

Producitur citatio facta Abbati de anno 1572. ad dandum notam reddituum pro dicta taxa facienda *fol.* 52.

Erectio Seminarij in Conclio Prouinciali, præſente Abbate de Crapolla, & Epiſcopo Maſſæ Lubrenſis *fol.* 53.

Vltima taxa Seminarij facta in anno 1636. in proceſſu *à fol.* 54. *vſque ad fol.* 58.

Adſunt proceſsus, & ſententiæ, in quibus fuit condemnatus, & executus pro cauſa prædicta: in proceſsu *fol.* 206. 168. & 151. in quo grauatur de taxa ducatorum triginta, & petit moderari, provt vere moderata fuit in ducatis 22.

Quæ ſolutio fuit continuata vſque ad annum 1644. quo tempore peruenit Abbatia prædicta in poſſe Eminentiſſimi Palleotta qui vti Cardinalis Camerarius prætendit exemptionem: & hac de cauſa fuit licentiatus vnus è ſeminario, diminutuſque numerus. Ita teſtes, vt Primus ſuper 5. *fol.* 15. Secundus ſuper 5. *fol.* 18. Tertius ſuper 5. *fol.* 22. Quartus ſuper 5. *fol.* 24. Quintus ſuper 5. *fol.* 26. *à ter.* Sextus ſuper 5. *fol.* 28. Vndecimus ſuper 5. *fol.* 34. *à ter.*

15 Articulus Sextus Abbates pro tempore tenentur in primo die Maij feſto ſanctorum Philippi, & Iacobi Tituli maiois Eccleſiæ Surrentinæ, & in die Sanctiſſimi Sacramenti per ſe, & eorum Procuratorem, cùm aliis Abbatibus Sancti Petri ad Cermennam, Sancti Petri ad maritima magna, & Sancti Saluatoris, infrà Miſsarum ſolemnia, præſtare obedientiam Archiepiſcopo Surrentino, ad quam non vocantur beneficiati Ciuitatis Maſsæ, neque ſuffraganeorum, de quo bis in anno conficitur actus publicus per notarium.

Producitur fides ab anno 1612. vſque ad annum 1641. in proceſsu *fol.* 60.

Et ab anno 1641. vſque ad annum 1652. producitur fides per extenſum *fo.* 61. *vſque ad folo.* 63.

Aliquando non ſolum Procuratores, ſed etiam Abbates perſonaliter *fol.* 15. *à ter.* 24. 35. ſuper 6. *articulo.*

Et aliquando etiam præſente hodierno Epiſcopo Maſſæ Lubrenſis deponunt teſtes, de viſu v.g. Primus teſtis ſuper 6. *fo.* 15. Secundus teſtis ſuper 6. *fo.* 18. Quartus teſtis ſuper 6. *fol.* 24. *à tergo* Quintus teſtis ſuper 6. *fol.* 27. Sextus teſtis ſuper 6. *fol.* 28. Octauus teſtis *fol.* 31. Vndecimus teſtis ſuper 6. *fol.* 35. & alij.

Producitur etiam obligatio, & confeſſio Abbatis in proceſſu *fol.* 159. *à ter.*

16 Articulus ſeptimus: In omnibus relationibus ad limina refertur inter beneficia, & Abbatias Ciuitatis, & Diœceſis Surrentinæ.

Producitur fides relationis in proceſſu *fol.* 64.

17 Articulus octauus in obedientia, quæ ſingulis annis præſtatur Epiſcopo Maſſæ Lubrenſis à Beneficiatis dictæ Ciuitatis Maſſæ, in die Viſitationis Beatæ Virginis, nulla mentio fit Abbatiæ Sancti Petri ad Crapollam, licet ſitæ in Ciuitate Maſſæ, quia vere eſt Diœceſis Surrentinæ, deponunt teſtes octauus ſuper 8. *fol.* 31. decimus ſuper 8. *fol.* 33. *à tergo* teſtis vndecimus ſuper 8. *fol.* 35. teſtis duodecimus *fol.* 37.

18 Articulus nonus: Abbatia prædicta poſſidet aliqua ſtabilia, & cenſus in Ciuitate Maſſæ Surrenti, & vici, & in omnibus Breuibus commiſſis in euidentem, aſſeritur Abbatia prædicta eſſe Diœceſis Surrentinæ.

Producuntur Breuia prædicta *à fol.* 65. *vſque ad* 70. & *à fol.* 70. *vſque ad* 72.

Quod autem eſt notatione dignum, quod ita notorium eſt in Romana Curia, quod Abbatia prædicta, licèt ſita in Ciuitate Maſſæ, ſit tamen reſeruata cum beneficiis Ciuitatis Surrenti: quod expedito Breui in euidentem, committitur Archidiacono, & Primicerio Maſſenſibus, fuit appoſita clauſula, quod ante conſignationem poſſeſſionis, decretum, cum inſerta forma regiſtretur in actis Cancellariæ Archiepiſcopalis Curiæ Surrentinæ, & ita fuit ſeruatum.

Vide in proceſſu *fol.* 66. & 67.

Ex quo modo non ſolum tolerantibus, ſed ſcientibus Capitulo, & Curia Epiſcopali Maſſæ Lubrenſis, fuerunt exequuta Breuia, & habitum pro comperto, quòd Abbatia prædicta ſit Diœceſis Surrentinæ, vide *fol.* 69.

Articulus decimus Abbatia prædicta fuit ſemper viſitata, & viſitatur ab Archiepiſcopo Surrentino, præſentibus, & citatis Abbatibus, recipientibus, & victualia præbentibus Domino Archiepiſcopo Viſitatori.

In cuius rei euidentiſſimam probationem producuntur inſtrumenta, & pacificæ Viſitationes poſt Turcarum inuaſionem, & Archiepiſcopalis Archiuij deſtructionem.

Prima Viſitatio Archiepiſcopi Bracatij ſub die 5. Nouembris in proceſſu *à fol.* 73. *vſque ad fol.* 81. de anno 1571.

Secunda Viſitatio eiuſdem Brancatij ſub die 26.

Ianuarij, in processu *à fol.* 82. *vsque ad fol.* 75. de anno 1574.

Tertia Visitatio Archiepiscopi Donzelli sub die 28. Nouembris, in processu *à fol.* 86. *vsque ad fol.* 104. in qua formatur processus contra Abbatem, de malo regimine, & aliis, vt in actis & examinantur testes Ciuitatis Massæ, quæ fuit de anno 1581.

Quarta Visitatio eiusdem Donzelli, sub die 15. Nouembris in processu *à fol.* 105. *vsque ad fol.* 112. de anno 1584.

Quinta Visitatio Archiepiscopi Buongiouanne sub die 3. Ianuarij, in qua etiam formatur processus contra Abbatem, eiusque Cappellanos contra quos procedetur ad condemnationem, & expulsionem à seruitio, in processu *fol.* 113. *vsque ad fol.* 127. de anno 1590.

Sexta Visitatio Archiepiscopi Baldino sub die 23. Ianuarij in processu *fol.* 128. *vsque ad fol.* 130. de anno 1594.

Septima Visitatio Archiepiscopi Prouenzalis sub die 15. Octobris in processu *fol.* 131. *vsque ad fol.* 134. de anno 1600.

Octaua visitatio Archiepiscopi Angrisani sub die 16. Aprilis in processu *fol.* 135. *vsque ad fol.* 137. de anno 1617.

Nona visitatio eiusdem Archiepiscopi Angrisani die 9. Iulij in processu *fol.* 138. de anno 1620.

Aliæ visitationes tempore eiusdem Archiepiscopi vsque ad annum 1640. factæ per eius Vicarios deperditæ in Archiuio, deducuntur ex testium depositionibus v. g. Testis primus super 10. *fol.* 15. *à tergo.* Secundus super 10. *fol.* 19. Quartus super 10. *fol.* 25. Quintus super 10. *fol.* 27. Septimus super 10. *fol.* 30. Nonus super 10. *fol.* 32. Vndecimus super 10. *fol.* 35. Duodecimus super 10. *fol.* 37.

Decima visitatio hodierni Archiepiscopi de Pezzo prima eius generali visitatione Ciuitatis, & Diœcesis de mense Februarij in processu *à fol.* 139. *vsque ad fol.* 142. de anno 1643.

Vltima visitatio in pace facta de præsenti anno sub die trigesimo Augusti, & 5. Septembris, eiusdem Archiepiscopi de Pezzo *à fol.* 143. *vsque ad fol.* 150. de anno 1652.

20 Articulus vndecimus de processibus formatis ab Archiepiscopis Surrentinis in actu visitationis, vel pro causis visitationis: in processu *à fol.* 113. *vsque ad fol.* 127. & *à fol.* 156. *vsque ad fol.* 169. formatus à Fabio Quaranta V. I. D. sua tempestate celeberrimo, de ordine Archiepiscopi Donzelli, & alios processus *à fol.* 170. *vsque ad fol.* 214. formatus ab Archiepiscopo Donzello.

Ex quibus deducuntur infrascripta.

Primò quod Archiepiscopus Surrentinus habet ius, & possessionem visitandi Abbatiam prædictam.

Secundò quod contra Abbatem est in possessione procedendi citandi, & exequendi.

Tertiò idem exercendi in Cappellanos dictæ Abbatiæ, citatos, condemnatos, & rationabili de causas expulsos.

Quartò quod est in possessione testes citandi, & processus formandi in ciuitate Massæ Lubrensis, pro causis concernentibus dictam Abbatiam.

Quintò quod ex numero testium citatorum, & examinatorum in supradictis processibus omnium ciuitatis Massæ, de populo, & de Clero, est ita notorium ius ipsius Archiepiscopi in Abbatiam prædictam, quod in dubio reuocari non potest, nec allegari excusatio, seu ignorantia in contrarium.

Articulus duodecimus in Regesto Beneficiorum, cum eorum redditibus totius Ciuitatis, & Diœcesis Surrentinæ, edito in anno 1583. per b. m. Archiepiscopum Donzello, inter alia adest nota, seu Platea redditiuum, & introituum dictæ Abbatiæ Sancti Petri ad Crapollam, vti verè beneficij Ciuitatis Surrenti. Vide in processu *à fol.* 152. *vsque ad fol.* 154. 21

Articulus decimustertius quod Archiepiscopus Angrisanus gubernauit Ecclesiam per spatium triginta annorum v.g. ab anno 1611. vsque ad annum 1641. 22

Producitur series Archiepiscoporum Surrentinorum in processu *fol.* 40.

Et quod in vltimis annis, v. g. ab anno 1620. vsque ad annum 1640. ob eius decrepitam senectutem visitari fecerit dictam Abbatiam per suos Vicarios, sat est probatum super *art.* 10. sed scripturæ ob incuriam notarij & loci incommoditatem fuerint deperditæ, deponunt testes v. g. Primus super *art.* 13. *fol.* 16. Secundus super 13. *fol.* 20. *à tergo.* Tertius super 13. *fol.* 25. Quintus testis super 13. *fol.* 27. *à tergo.* Septimus super 13. *fol.* 30. Vndecimus super 13. *fol.* 35. & decretum sanctæ Visitationis, quod fiat nouus Archiuius, prout iam fuit exequutum in processu *fol.* 214. *à tergo.*

Articulus decimusquartus quod in Visitatione 23
da anno 1643. ipsius moderni Archiepiscopi Ecclesiæ Sancti Iacobi, Granciæ dictæ Abbatiæ, sitæ in Casali Sanctæ Agathæ, fuerit receptus cum publica lætitia, & sonitu campanæ, & explosis tormentis bellicis ab Incolis illius loci, in transitu per viam publicam: Et quod ibi accesserit etiam V. I. D. D. Horatius Maldacea tunc temporis Vicarius Generalis Massæ Lubrensis, ad deosculandum manus dicti Illustrissimi Domini Archiepiscopi, nomine sui Episcopi infirmi; deponunt testes. v. g. Primus testis super 14. *fol.* 16. Secundus super 10. *fol.* 20. de visu, quia interfuit vti Magister Ceremoniarum. Quintus super 14. *fol.* 27. *à tergo.* Duodecimus super 10. *fol.* 37. per totum. Fides, & attestatio Reuerendi Patris Petri Antonij Perrella Theol. Societatis Iesu, qui interfuit in dicta Visitatione *fol.* 216.

Articulus decimusquintus quod feria secunda 24
Paschatis, in qua celebratur festum Abbatiæ Sancti Petri ad Crapollam, sint soliti accedere plures laici, & Presbyteri è Ciuitate Surrenti, & præsertim Confraternitas Sanctæ Euphemiæ. Deponunt testes v. g. Primus super 15. *fol.* 16. Secundus super 15. *fol.* 21. Tertius super 15. *fol.* 25. Quintus super 15. *fol.* 28. Vndecimus super 15. *fol.* 36.

Deponunt etiam quod celebrante Abbate de- 25
seruierint Missæ presbyteri, & Canonici Surrentini, & paramenta ab Archiepiscopatu detulerunt: deponit primus testis, qui interfuit *fol.* 16. & 17. secundus super 15. *fol.* 21. & alij.

Articulus decimussextus quod de prædictis omnibus Episcopi Massæ Lubrensis pro tempore notitiam habuerint, vltra testes nouiter examinatos deducitur ex processibus olim factis, in fine processus existentibus; in quibus plures testes de capitulo, & clero dictæ Ciuitatis Massæ deposuerunt.

Et adducuntur Scripturæ irrefragabiles, ad quas

quas non poterunt replicare aduersarij:

Primò citatio personalis, facta Abbati de Crapolla ad comparendum in Synodo Prouinciali Archiepiscopi Brancatij; & ad dandam notam reddituum pro facienda taxa, præsente, & votum dante Domino Episcopo Massæ Lubrensis *fol.*52. cuius acta originalia conseruantur.

Secundo deducitur memoriale porrectum per Abbatem de Crapolla in Concilio Prouinciali Archiepiscopi Donzelli de anno 1584. per Abbatem Iulium de Feltro, petentem moderari taxam seminarij, & restitui bona exequuta pro pœna, quod non comparuerit personaliter, in Visitatione Abbatialis Ecclesiæ Sancti Petri, & Sancti Iacobi, factæ ab ipso Archiepiscopo Donzello, & in Concilio Prouinciali prouidetur (Quod Reuerendissimus Episcopus Massæ Lubrensis recognoscat acta, & iustitiam faciat, tam pro pœna Fisco tangente, quàm pro Seminario) quod memoriale, & acta originalia totius Synodi conseruantur illæsa, in Archiepiscopali Archiuio in processu *fol.*151.

Vide quomodo non solùm per patientiam, & tolerantiam Episcoporum Massæ Lubrensis; sed per scientiam Iudiciariam sunt informati de iuribus Archiepiscopi Surrentini, super dictam Abbatiam in omnibus subiectam ipsi Archiepiscopo.

26 Articulus Vltimus videatur decretum super Electione Visitatoris, & notariorum Sanctæ Visitationis *fol.*155.

Et tandem producitur alia informatio vltimo loco capta: Ex qua constat quo polluta Ecclesia Abbatiali annis præteritis, ex causa cuiusdam rixæ, cùm sanguinis effusione, accessit quondam Episcopus Angrisanus cum eius Curia ad informationem habendam, illamque rebenedicendam, & reconciliandam, & non Episcopus Massæ Lubrensis; quia Ecclesia prædicta, licet sita in territorio Massæ, est tamen in totum subiecta Iurisdictioni Archiepiscopi Surrentini. Vide in processu *fol.*217. *& seq.*

DISCEPTATIO XLV.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus Massæ Lubrensis pleno iure impediuit Visitationem Abbatiæ Sancti Petri ad Crapollam prætensam per Archiepiscopum Surrentinum.*
2 *Abbatia Sancti Petri ad Crapollam variè prætenditur de Diœcesi Surrentina.*
3 *Historiæ pro Archiepiscopo adductæ nihil probant.*
4 *Surrentinam, & Massæ Lubrensis Ciuitates fuisse à Turcis deuastatas non releuant.*
5 *Responsio ad quintum quod registretur Abbatia in Diœcesi Surrentina.*
6 *Solutio decimarum Papalium nihil probat in præsenti.*
7 *Contributio seminario non probat pro Archiepiscopo Surrentino.*
8 *Abbas Sancti Petri ad Crapollam non tenetur ad obedientiam Surrentini Prælati.*
9 *Relationes ad limina nihil probant in præsenti.*
10 *Abbatia Crapollæ dedit obedientiam Episcopis Massæ Lubrensis.*
11 *Bona Sancti Petri ad Crapollam fuisse alienata cùm Breui Archiepiscopo Surrentino nihil releuat.*
12 *Visitatam fuisse Abbatiam prædictam per Surrentinos Archiepiscopos nihil releuat.*
13 *Visitatio nulliter facta non dat quasi possessionem.*
14 *Iurisdictio Archiepiscopi non probatur ex processibus assertis super Visitatione.*
15 *Registratio in alio Archiuio non præiudicat ordinario.*
16 *Visitationem factam fuisse per Archiepiscopos Surrentinos non releuat.*
17 *Visitatio per Archiepiscopum præsentem non probat.*
18 *Surrentinos Presbyterosaccessisse ad Abbatiam prædictam nihil releuat.*
19 *Scientia Episcoporum Massæ Lubrensis non probatur.*

ARGVMENTVM.

Responsiones Domini Episcopi Massæ Lubrensis, aduersus prætensa iura Domini Archiepiscopi Surrentini, super prætensa Visitatione Abbatialis Sancti Petri ad Crapollam, & eius Granciam Sancti Jacobi, existentium in Territorio, & Diœcesi Massæ Lubrensis.

RESPONSIONES

Ad factum Archiepiscopi Surrentini,

PRO

Episcopo Massæ Lubrensis.

IN primis pleno iure Dominus modernus Episcopus Massæ Lubrensis, intendens quod dictus Dom. Archiepiscopus Surrentinus volebat turbare suam ordinariam Iurisdictionem, & iuris assistentiam; quas vigore Sacrorum Canonum & S.T.C. habebat; & habet in dictis Abbatiali, & Grancia in visitando illas, processit ad emanationem, & ad affixionem edicti; illum impediendo; nam dum pro toto tempore suæ administrationis suæ Ecclesiæ Massæ Lubrensis dictus Dominus Archiepiscopus nunquam tentauerat illas visitare, nec epistolæ missiuæ eidem amicabiliter, scriptæ, & transmissæ, nullam iustam causam suæ prætensæ Visitationis allegauerat; sed potius eius deliberatam intentionem demonstrauerat, velle illas visitare, merito processit ad emanationem, & affixionem prædicti edicti, pro tuitione suæ ordinariæ Iurisdictionis, & iuris assistentiæ, ad finem, ne quietè, & pacificè, absque vllo contradictore illum faciisset, & vsus fuit remedio iuris; cùm Ecclesia Dei non sit custodienda more Castrorum, nec per illud potest imputari dicto Domino Episcopo, voluisse vilipendere dignitatem Archiepiscopalem; nam vim vi repellere licet, & ad dictum actum Visitationis, dictus Dominus Archiepiscopus 1

concurrebat vti Epiſcopus, & ordinarius incompetens, & par in parem non habet Imperium, ſed indebitè dictus Dominus Archiepiſcopus tentauit illa viſitare, excedendo etiam in modo accedendi, & aliud edictum emanandum, illudque exequendum in aliena Diœceſi.

2 Quapropter dictus Dominus Epiſcopus ritè ac rectè proceſſit contra D. Ioſephum Caputum Procuratorem, & Cappellanum prædictarum Abbatialis, & Granciæ, & ad alios actus pro conſeruatione ſuorum Iurium, & informando legitimos Superiores.

Quod Abbatialis, & Grancià prædicta ſunt Diœceſis Saurrentinæ, vanum eſt probare, cùm ſit contrafacti euidentiam: quod teſtes deponentes Domium Archiepiſcopum Surrentinum habuiſſe, & habere iura in dictis Abbatiali, & Grancia ſint Maſſenſes, & Surrentini, in dignitate Eccleſiaſtica conſtituti, & nobiles, ac proinde omni exceptione maiores; hoc expreſsè negatur: nam in iure adſunt quamplurimæ exceptiones, etiam contra tales Perſonas, quapropter dicti Teſtes ſunt exprimendi per nomina, & cognomina, vt cognoſci poſſit quinam ſint; nec ſuffragatur, quod aliqui ſint Maſſenſes; nam multiſſimi ſunt inimici, & odioſi dicti Domini Epiſcopi ex diuerſis cauſis, & alij ſpecialiter adhærentes dicto Domino Archiepiſcopo, ab eo allectati, & protecti.

Quoad primum articulum, quod Diœceſes
3 Surrentina, & Maſſenſis antiquitus erant vna Diœceſis, tranſeat.

Ad ſeriem Archiepiſcoporum Surrentinorum non reſpondetur: nam non exprimitur ad notamentum dicti Domini Archiepiſcopi ad quem finem ponitur; ideo melius ſe explicet.

Quod Capacius in ſua hiſtoria loco citato dicat inter cætera, quod Archiepiſcop. Surrentinus præeminet Abbatiali S. Petri ad Crapollam debet intelligi ſecundum ſubiectam materiam: nam ſi præeminet Epiſcopis Stabienſi Equenſi, & Maſſenſi cum quibus ordinariâ iuriſdictionem exercere nequaquam poteſt: ſed ſolum vti Metropolitanus in caſibus à iure permiſſis; tanto magis præeminet dictæ Abbatiali, ac proinde non facit ad caſum: ſed quatenus ex hoc prætenderetur inferri quod poſſit illum viſitare, hoc negatur, vltra quod Croniſtæ, quando non aſſignant cauſam, & rationem eorum dicti illi nullam fidem faciunt.

Quo ad ſecundum articulum, quod Ciuitas Surrentina ab inuaſione Turcarum fuerit de-
4 uaſtata, & hac de cauſa non reperiuntur ſcripturæ. Reſpondetur quod maiorem deuaſtationem paſſa fuit Ciuitas Maſſenſis, & nihilominus reperiuntur multiſſimæ ſcripturæ antiquæ, factæ ante deuaſtationem; ac proinde non militat hæc ratio in Ciuitate Surrenti, quæ tenetur exhibere ſcripturas.

Quoad tertium quod Abbatia Sancti Petri ad
5 Crapollam regiſtratur in Cancellaria Apoſtolica Ciuitatis, & Diœceſis Surrentinæ, & quod ita exprimatur in Bullis. Reſpondetur quod ſunt videndæ Bullæ, & deinde quatenus &c. Iterum reſpondetur quod non eſt res magni momenti, quatenus in Bullis diceretur dictam Abbatialem eſſe Diœceſis Surrentinæ: nam cum prius ante diuiſionem prædictarum Diœceſum, omnia loca Ciuitatis Maſſæ Lubrenſis, vocabantur Diœceſis Surrentinæ; ideo non mirum ſi dicta Abbatialis per priùs ante diuiſionem adſcripta in Diœceſi Surrentina, ſi deinde ſic fuiſſet nuncupata; ſed neque hoc iuuat Domino Archiepiſopo Surrentino, tum quia narratio non cadit, nec fundat diſpoſitionem, ſiue diſpoſitiuam: tùm etiam, quia in aliis Bullis nuncupatur Maſſæ Lubrenſis Diœceſis: Nec ſuffragatur Domino Archiepiſcopo, quod ipſimet Abbates Abbatialis Sancti Petri ad Crapollam ſic confeſſi ſint, & contra eos per Archiepiſcopos fuerit proceſſum, quia hoc eſt videndum, nec poterant Abbates præiudicare ſuo ordinario; & res inter alios acta, tertio non præiudicat.

Quoad quartum articulum, quod dicta Ab- 6
batialis ſoluit decimas cum Diœceſi Surrentina. Reſpondetur hoc non poteſt præiudicare ordinariæ iuriſdictioni, nec iuris aſſiſtentiæ Domini Epiſcopi Maſſenſis; ex quo non ſunt actus neceſſarij, ſed voluntarij Abbatum, vltra quod in caſu ſpolij Abbatis, fuit factum à Commiſſario Apoſtolico Diœceſano Maſſenſi.

Quoad quintum articulum, quod dicta Abbatialis contribuat pro Seminario Surrentino, ad 7
quod non contribuunt beneficia ciuitatis Maſſæ, neque aliæ ſuffraganeæ. Reſpondetur erectionem dicti Seminarij fuiſſe factam in Concilio Prouinciali, & ſic Seminarium eſſe Prouinciale ad quod non contribuunt alij Beneficiati, quia non adſunt talia beneficia, niſi ſolùm hæc Abbatia: Nam alia Beneficia Ciuitatis, & Diœceſis Maſſenſis, potiùs ſunt Cappellaniæ miſſarum, quàm ſimplicia beneficia; provt eſt in aliis ſuffraganeis. Vnde ſi Abbas pro tempore fuit condemnatus ad contributionem, non mirum, quia Seminarium fuit, & eſt Prouinciale: vltrà quod dicta Abbatialis habuit quamplurimas iuriſdictiones, & redditus in Ciuitate, & Diœceſi Surrentina, licèt de præſenti ob vſurpationem pauca retineat; qua de cauſa iuſte Eminentiſſimus Pallottus non intendit contribuere, & male fuit licentiatus vnus de Seminario, licèt probationes factæ, aſſertis ſcripturis, & teſtibus per Dominum Archiepiſcopum Surrentinum deberet oſtendi ad finem magis firmiter reſpondendi.

Quoad ſextum articulum, quod Abbas pro tempore Abbatiails Sancti Petri ad Crapollam, 8
tenetur in primo die Maij, & in feſto Sanctiſſimi corporis Chriſti cuiuſlibet anni per ſe ſe, vel Procuratorem ſuum, cum aliis Beneficiatis Surrentinis præſtare obedientiam Domino Archiepiſcopo Surrentino. Reſpondetur quod hoc expreſsè negatur. Verùm ſemper Archiepiſcopi hoc prætenſerunt, & ad obedientiam vocauerunt Abbates pro tempore, eo modo, & forma, provt vocauerunt Dominos Epiſcopos ſuffraganeos: ſed ſicut Domini Epiſcopi ſuffraganei non acceſſerunt ad obedientiam, ita nec Abbates pro tempore Abbatialis prædictæ; vnde ſi contrarium probatum, falsò fuit probatum & probationes debent oſtendi, vt falſitas demonſtretur, nam certiſſimum eſt numquam Abbates pro tempore prædictæ Abbatialis ſancti Petri ad Crapollam acceſſiſſe, nec per ſe ſe, nec per Procuratores ſuos ad dictam obedientiam; ſed ſolùm prædictam prætenſam obedientiam fuiſſe extortam à moderno Domino Archiepiſcopo Surrentino in anno 1643. violenter, in præiudicium Eminentiſſimi Domini Cardinalis Pallotti, vt eſt notorium, & publicis documentis demonſtrabitur. Nec ſuffragatur quod aſſeritur per dictum Dominum Archiepiſcopum, quod præſente Domino

mino Epiſcopo Maſſæ Lubrenſis fuerit præſtita dicta obedientia; nam ſatis conſtat dictum Epiſcopum fuiſſe conuitatum ad videndum nonnullas leues oblationes ridiculas, quæ à ſuis ſubditis in ſignum obedientiæ offerebantur, & ad hunc effectum fuiſſe ſibi aſſignatum ſecretum locum in Eccleſia, in quo non poterat vociferari, & ſe proteſtare; vnde ex hoc nihil releuans ad ſui fauorem dictus Dominus Archiepiſcopus probat; nec prætenſa Confeſſio; & obligatio Abbatis pro tempore nihil releuat, cùm ſit res inter alios acta, quæ ordinariæ iuriſdictioni, & iuris aſſiſtentiæ dicti Epiſcopi Maſſenſi nihil derogat, nec officit.

Quo ad ſeptimum Articulum, quod in relationibus ad limina dictæ Abbatialis, & Granciæ
9 Sancti Petri ad Crapollam referatur Ciuitati, & Diœceſi Surrentinæ. Reſpondetur quod nihil operatur dum etiam Reuerend. Epiſcopus Maſſæ Lubrenſis in Relationibus ad limina non refert Abbatialem Sancti Petri ad Crapollam eſse, & fuiſſe Diœceſis Maſsæ Lubrenſis, cum ita ſit de iure, & de facto.

Quoad octauum articulum, Quod in obedien-
10 tia, quæ quolibet anno præſtatur Dominis Epiſcopis Maſsenſibus, nulla fiat mentio Abbatis prædictæ Abbatialis Sancti Petri ad Crapollam. Reſpondetur quod negatur reſpectu Epiſcoporum prædeceſsorum; reſpectu verò moderni Epiſcopi non fuit facta mentio, quia dum in principio ſuæ adminiſtrationis iam erat Abbas Eminentiſſimus Pallottus, non fuit à prædicto Domino moderno Epiſcopo vocatus, ob reuerentiam, quia Cardinalis.

Quoad nonum Articulum; quod in litteris
11 Apoſtolicis ſuper alienatione bonorum prædictæ Abbatialis, cum clauſula, ſi in euidentem, in illis ſit aſsertum dictam Abbatialem eſse Diœceſis Surrentinæ, & exaggeratur vti res admiranda, quia aſsenſus adnotetur, & regiſtretur, in actis Curiæ Archiepiſcopalis Surrentinæ. Reſpondetur ex iam ſuperius allegatis, hoc nihil operari ad fauorem dicti Domini Archiepiſcopi, & ſimiles litteras in forma Breuis vltimis temporibus fuiſſe commiſſas Dominis Epiſcopis Maſſenſibus, & aſſertam dictam Abbatialem eſſe Diœceſis Maſſæ Lubrenſis, cum eadem clauſula, quod dictus aſſenſus adnotetur, & regiſtretur in actis Epiſcopalis Curiæ Maſſæ Lubrenſis, vltra quod neque hoc poterat præiudicare ordinariæ Iuriſdictioni, & iuris aſſiſtentiæ, dicti Domini Epiſcopi Maſſenſis.

Quo ad decimum Articulum quod ſemper di-
12 cta Abbatialis fuit viſitata, & viſitatur per Dominos Archiepiſcopos Surrentinos pro tempore. Reſpondetur quod hoc expreſsè negatur, & prætenſæ viſitationes quæ allegantur nunquam fuerunt factæ; ſed tantum Archiepiſcopi pro tempore cauſa otij, & recreationis, accedendo ad prædictam Abbatialem, & Granciam Sancti Petri ad Crapollam; deinde ad finem demonſtrandi ſe viſitaſſe, apparere fecerunt in viſitationem, quod otij, & recreationis cauſa egerunt: quod confirmatur, quia nunquam formiter, & ſeruata forma Sacrorum Canonum, & S. C. T. viſitauerunt, provt clarè patet ex eiſdem ſcripturis, & teſtium depoſitionibus, quando oſtendentur, conſtare faciet, & actus illegitime factus, ex iuris diſpoſitione habetur pro non facto: tanto magis,, quia in anno 1643. præſente dicto Domino Archiepiſcopo Surrentino, & conſentiente, ac non diſcrepante, dicta Abbatialis, & Grancia fuit viſitata per Generalem Vicarium Domini Epiſcopi Galli, olim Epiſcopi Maſsæ Lubrenſis, & ad præſens Viſitatio, quam prætendebat facere prædictus modernus Archiepiſcopus Surrentinus fuit contradicta, & impedita ac proinde attentata, & nulla, vt ex iuribus ſuprà allegatis patet.

Etiam Reſpondetur quod dato, & non con-
ceſſo, quod Viſitatio ab Archiepiſcopo prætenſa 13
ſit vera, nullam potuit inducere poſſeſſionem, cum nulliter, & non formiter facta ſit propter diuerſas rationes. Primò quia ad præſcribendum contra Ius commune, requiritur titulus *cap. 1. de præſcript. in 6.* qui non oſtenditur; neque viſitationes ab ipſo allatæ dant illum, cum tantum aſſeratur fuiſſe factas per ſpatium 70. annorum, per quod non inducitur, neque præſumitur titulus, Gloſſa *in allegato, cap. 1. 2.* quia prædictæ viſitationes non fuerunt factæ formiter ad præſcript. Sacrorum Canonum, & Sacri Concilij Tridentini, cum nunquam illos præceſſerit edictum, neque fuerit viſum illud affixum in locis publicis, vt ex informat. fol. & tandem debebat illud præcedere, vt notat Rota, *de viſit. lib. 1. cap. 2.* neque adimpleuit mandata S. C. T. quod mandat viſitationes fieri ſingulis annis, vel ſaltem viſa complectitur per biennium *capite 8. ſeſſ. 7. cap. 3. ſeſſ. 24.* quod non fuit ab Archiepiſcopo ſeruatum, vt ex productis ab ipſomet Archiepiſcopo videri poſſit. Tertiò quia iſta prætenſa Viſitatio, non habet ſubſtractum; neque fundamentum, neque finem, cùm cultus, & connexio Cappellarum dictæ Abbatialis, & Granciæ reſidere penes Epiſcopum Maſſæ Lubrenſis, reuiſio compoſitionis penes Abbatem qui ſemper accepit rationem à ſuis procuratoribus de redditibus prædictorum annuorum Canonum, quibus non ſe immiſcuit Archiepiſcopus. Vnde dicendum eſt, quod iſta prætenſa Viſitatio dicti Archiepiſcopi, eſt vti ſuperficies ſine fundamento, & ſublato, & ſuperficie ſine ſolo præſcribi non poteſt *l. vbi lex ff. de vſucapion.* Ex quibus omnibus deducitur prædictam prætenſam iuriſdictionem potius debere vocari vſurpationem, & verificatur, quod fuit dictum in reſponſione ad decimum Archiepiſcopos, acceſſiſſe cauſa otij, & recreationis, & paria ſunt in iure aliquid non fieri, & illegitimè fieri, *l. 2. Cod. de ſucceſſorio edicto l. 1. §. 1. ff. quod cuiuſque vniuerſitatis nomine, in deciſ.* 368. Marſilius *in ſingul.* 274. Cephalus *conſ.* 109. *numero* 1. & 3.

Quo ad Vndecimum Articulum, quod ex pro- 14
ceſſibus formatis, vt prætenditur per Archiepiſcopum Surrentinum apparet eoſdem Archiepiſcopos habere Iuriſdictiones allegatas in dicto articulo in dictam Abbatialem, & illius perſonas. Reſpondetur quod hoc expreſsè negatur, cum ſit contra notorium publicum, & manifeſtum, & contra omnem iuris ordinem, & diſpoſitionem; & allegatos teſtes de Clero, & Populo Maſſenſi non poſſunt eſse niſi falſidici, ſuſpecti, & dicto Domino Archiepiſcopo adhærentes, & ab eodem protecti; vnde neceſse eſt, vt ſua iura dilucidet, ſi magis ſpecialem reſponſionem deſideret.

Quo ad Duodecimum Articulum, quod in 15
Regiſtro reddituum beneficiorum Ciuitatis, & Diœceſis Surrenti ſint regiſtrati Introïtus dictæ Abbatiæ Sancti Petri ad Crapollam. Reſpondetur ex iuribus ſuperius allegatis hoc non derogare

ordina

ordinariæ iuriſdictioni, & iuris aſſiſtentiæ dicti Domini Epiſcopi Maſsenſis.

16 Quoad decimumtertium, quod Archiepiſcopus Surrentinus Angriſanus, eo quod vixiſset per annos triginta, ob eius ſenectutem, viſitare feciſſet dictam Abbatialem cum ſua Grancia per Vicarium ſuum Generalem. Reſpondetur quod expreſsè negatur, & teſtes repulſat vti falſidicos, & deponentes contra veritatem, ſtatim ac dabitur Domino Epiſcopo Maſsæ Lubrenſis nota prædictorum teſtium: nam ſi fuiſsent factæ tales viſitationes, licet non per proprium Archiepiſcopum, reperirentur regiſtratæ, cum aliis viſitationibus, nam parum intereſt quod viſitatio fiat per proprium Epiſcopum, an per Vicarium; nam qui per alium facit, per ſe ipſum facere videtur, & reperirentur regiſtratæ in eodem regiſtro viſitationum; quæ cum non reperiantur regiſtratæ, provt obſeruatur in omnibus Curiis, denotat non fuiſse factas, & ſic teſtes ſunt falſidici, & prætenſæ
17 Viſitationes allegatæ ſuſpectæ, & nullius fidei.

Quoad decimumquartum articulum, Quod dictus Dominus modernus Archiepiſcopus Surrentinus in anno 1643. viſitaſſet dictam Granciam S. Iacobi, iam ſuperius in reſponſione ad decimum articulum ſufficienter reſponſum eſt: ſed quia in præſenti articulo multa ridicula proponuntur, ideo relinquuntur abſque reſponſione; ſed ſolùm ponderanda per quem, ſeu quos de iure ſpectabit; nulla habita ratione de depoſitionibus te-
18 ſtium, & atteſtationibus factis vti falſis.

Quoad decimumquintum articulum, quod in feſtiuitate ſolita fieri in ſecunda die Paſchatis Reſurrectionis in dicta Abbatia ſancti Petri ad Crapollam; acceſſerunt Presbyteri Surrentini, & alij, vt *in dicto articulo*. Reſpondetur quod negatur expreſsè, & teſtes id deponentes ſunt fal-
19 ſidici, & contrarium conſtat.

Quoad decimumſextum articulum, quod de prædictis articulis Domini Epiſcopi Maſſæ Lubrenſis pro tempore notitiam habuerunt. Reſpondetur quod eſt falſum; ſed hoc Depoſitionibus teſtium magis firmiter reſpondebit.

Reſpectu aſſertarum ſcripturarum, adductarum à prædicto Domino Archiepiſcopo in eius proceſſu: Reſpondetur vt *infrà*.

Quoad citationem factam ab Archiepiſcopo Surrentino Brancatio Abbati dictæ Abbatialis ſancti Petri ad Crapollam, ad comparendam in Synodo Prouinciali. Reſpondetur quod quatenus ita ſit, non mirum, quod in dicta Synodo tenebantur accedere Epiſcopi comprouinciales, & tanto magis Abbas dictæ Abbatiæ Conſiſtorialis, & forſan exempta, qui tenebantur accedere ad Concilium Prouinciale; & ex cauſis ſuperius allegatis tenebatur contribuere Seminario Prouinciali.

Quoad memoriale porrectum per Abbatem de Feltro dictæ Abbatialis ſuper moderatione taxæ, quod fuit remiſſum Domino Epiſcopo Maſſæ Lubrenſis. Reſpondetur quod nihil officit, cum agebatur de negotiis ſpectantibus ad Concilium Prouinciale.

Vnde dictus Dominus Epiſcopus Maſſenſis miratur quomodo ex prædictis iuribus nimis friuolis aëreis, & figuratis prætendat dictus Dominus Archiepiſcopus Surrentinus turbare ordinariam iuriſdictionem, & iuris aſſiſtentiam dicti Domini Epiſcopi Maſſæ Lubrenſis, & vſurpare
20 eius iuriſdictionem. Quapropter

Quoad vltimum articulum, dictus Dominus Epiſcopus Maſſæ Lubrenſis, dicit quod dictus Dominus Archiepiſcopus Surrentinus rectè, & diligenter conſideratis Sacris Canonibus & dicto S. C. Tridentino videbit, quod ſupradicta Viſitatio prædictæ Abbatialis ſancti Petri ad Crapollam, cum ſua Grancia ſancti Iacobi, ad ipſum ſolùm Dominum Epiſcopum Maſſenſem ſpectauit, & ſpectat licet numquam viſitaſſet.

Et quoad aliam vltimam informationem captam, quod polluta dicta Abbatialis, fuit ab Archiepiſcopo Surrentino benedicta. Reſpondetur quod vel hoc fecit de licentia Ordinarij Maſſenſis: provt etiam fecit ordinationes in eius Diœceſi; vel inſcio Epiſcopo Maſſenſi: nam cùm fuiſset aliàs polluta, fuit benedicta de ordine dicti Domini Epiſcopi Maſsenſis, & hoc dicit nullo modo approbanda dicta teſtium, quos vti falſidicos reprobat.

Vltra quod licet dictus Dominus Archiepiſcopus maiora horum probaſset: neque ex hoc in aliquo potuit, nec poteſt præiudicare ordinariam iuriſdictionem dicti Domini Epiſcopi Maſſenſis; quod in omnibus habet in dicta Abbatiali ſancti Petri ad Crapollam, & eius Grancia ſancti Iacobi, intentionem fundatam, & iuris aſſiſtentiam, & pro ſuo proceſsu, & informatione habet quamplurimos Canones, Gloſsas, Deciſiones, & Doctores, provt ſuo loco, & tempore demonſtrabit, quæ reſiſtunt prætentioni dicti Domini Archiepiſcopi Surrentini, & manutenent dictum Dominum Epiſcopum Maſsenſem ſolùm in poſſeſſione illas viſitandi, licet nunquam viſitaſset.

Multa allegantur inter alios acta, quæ non præiudicant Epiſcopo Maſsæ Lubrenſis ſumitur *ex cap. inter dilectos, de donationib.*

DISCEPTATIO XLVI.

SVMMARIVM.

1 *Viſitatio Diœceſis iure Ordinario ad Epiſcopum illius ſpectat.*
2 *Epiſcopus de iure habet fundatam intentionem viſitandi omnes Eccleſias ſua Diœceſis.*
3 *Epiſcopus vitat Eccleſias exemptas.*
4 *Epiſcopus manuteneri debet ob aſſiſtentiam iuris.*
5 *Mandatum de manutenendo in viſitatione datur Epiſcopo.*
6 *Præſcriptio non datur contra iuris aſſiſtentiam.*
7 *Fundatoris diſpoſitio non præiudicat iuribus Epiſcopi viſitantis.*
8 *Viſitatio alterius Diœceſis repugnat iuri naturali, Gentium, Sacris Scripturis, ordini Eccleſiaſtico, & legibus ciuilibus.*

DE EADEM RE,

PRO

Epiſcopo Maſſæ Lubrenſis,

CONTRA

CONTRA

Archiepiscopum Surrentinum.

1 NVLLO iure posse, neque potuisse spectare ad Archiepiscopum Surrentinum Visitationem Ecclesiæ Abbatialis sancti Petri ad Crapollam, & eius Granciæ sub titulo sancti Iacobi; sed pleno iure spectare, & spectauisse ad Episcopum Massæ Lubrensis, cum in eius territorio, ac Diœcesi sitæ, & positæ sint: & in eis exercuit, & ad præsens exercet omnimodam iurisdictionem præfatus Episcopus Massanus, vt constare fecit in memoriali in facto ex processu exarato.

Nam trita, & indubitata est iuris conclusio quod Episcopus habet de iure communi fundatam intentionem exercendi iurisdictionem quoad omnes Ecclesias, & subditos in tota sua Diœcesi, & in qualibet eius parte, etiam in inuitos *cap. conquerente, de offic. Ordin. cap. cum Episcopus eodem tit. cap. omnes Basilicæ, 16. quæst. 7.* Quapropter obtinet vniuersale dominium totius Diœcesis; vt nobiliter dixit Cotta *in verb. Episcopus*, ex mente Innocentij, *in cap. si quis Episcopus de hæretic.* Et omnia loca pia quæ ipsi tanquam vero Domino subsunt, *cap. ad hæc, cap. de Xenodochiis, de religiosis domibus*, Borrellus *cons.* 81. De Ponte *cons.* 18. *vol.* 1. ex mente Felin. *in cap. de quarta.* Et est caput Diœcesis secundum Verallum *in dec.* 306. *part.* 1. & potest quicquid sibi placet in sua Diœcesi facere Guido Papa *in decis.* 103. cum sit supremus & legitimus administrator suarum Ecclesiarũ, & monasteriorum. Bellamer. *dec.* 693. & quælibet Ecclesia si sit sub Episcopatu debet esse sub ditione Episcopi, secundum quod notabiliter dicit Bart. de Capua. *singul.* 9. *cum in dicto loco dicatur Princeps, cap. si quis princeps, de maior. & obedientia*, & Cappellam esse in Diœcesi probatum fuit ad notata per Rotam coram Peña apud Tamburinum *tom.* 1. *d.* 45. *& dec.* 46. & locum esse in diœcesi probatur modis quibus suprà, & aliis apud Rotam coram Vbaldo apud Tamburinum *dec* 65. *& 66. tom.* 1. *de iure Abbatis, decis.* 68. 69. 70. 71. 72. 73. & 74.

2 Amplia primò quod Episcopus de iure habet intentionem fundatam, vt possit visitare omnes Ecclesias sibi subiectas, *cap.* 1. §. *hanc autem*, & ibi Geminianus *de censibus, lib.* 6. Socinus *de visitatione, col.* 4. *num.* 4. *vers. & quæro*: Et subiectæ sunt illæ, quæ existunt in sua diœcesi Rota *decis.* 186. *num.* 1. *part.* 1. *diuers.*

3 Amplia secundò quod Episcopus propria auctoritate visitare potest, etiam Ecclesias exemptas, existentes in sua diœcesi. Rota *diuers. decis.* 188. *num.* 2. *part.* 1. & *in dec.* 2. *de censibus, in antiquis.* Achil. de Graff. *decis.* 2. *de exception.* & quando probatur locum esse exemptum & quando nullius, latè agit Rota coram Ortembergo apud Tamburinum *dec.* 47. *post* 1. *tom.*

Amplia tertiò quod propter iuris assistentiam, nulla possessione probata, Episcopus debet manuteneri in possessione iurisdictionis quoad omnia in sua diœcesi, vt per textum *in cap. cum personæ, in fine*, & ibi notant omnes, *de priuil. lib.* 6.

5 Amplia quartò quod propter iuris assistentiam nulla probata possessione neque quasi possessione, debet dari Episcopo mandatum de manutenendo, vt dispositum in supradicto textu, & tenuit Rota apud Verallum *dec.* 203. *part.* 2. & *in vna Bononiensi S. Petrony* 28. Aprilis 1595. coram Cardin. Mantica *& in vna Veronensi Iuris* 18 Martij 1595. coram Card. Pamph. Quod adeò verum est, vt Episcopo sit danda ista manutẽtio, siue sit in Ciuitate, vel alibi per diœcesim, & siue per se, & siue per Vicarios suos, quovis modo solitus sit exercere istam iurisdictionem; quia ad huc mediante assistentia iuris communis, dicitur ei acquisita quasi possessio indifferenter quoad omnes; suprà quibus manuteneri debet, vt tradit idem Verallus *dec.* 306. *p.* 1. vbi allegat Antonium de Butreo *in cap. fin. num.* 46. *de causa possess. & propriet.* & coram Vbaldo apud Tamburinum *dec.* 49. 50. *&* 51. *&* 54. 55. *&* 56. 57. 58. 59. 60. 63. 64. *&* 67.

6 Amplia quinto quod propter dictam iuris assistentiam, & intentionem fundatam licèt aliquis contra ordinarium alleget præscriptionem, ordinarius siue sit in possessione subiectionis, siue non potest vti iurisdictione contra eum, quousque præscriptionem probauerit; vt dixit Lupus, *in dict. cap. cum personæ, num.* 4. *vers.* 2. *casu* per illum textum in fine subdens, hoc esse propter odium præscriptionis, & propter iuris communis fauorem, cuius Lupi opinionem sequitur ibi Anchar. *in* 2. *notab.* Soccinus *in cap. recepimus, num.* 72. *de priuil. lib.* 6. Geminianus *in* §. *si verò, vers.* 2. *casu.* Franc. *in* 2. *notabili*, & fuit sensum per Rot. *in vna Salaman. iurisdictionis* 18. Aprilis 1581. coram Carcuccio, *vt in decis. diuers.* 145. *part.* 1. *& in allegat.* Veronensi Iurisdictionis, coram Card. Pamphilio & *essentialis est alia decisio* coram Pamph. 53. apud Tamburinum.

In qua fuit dictum quòd Episcopus propter Iuris assistentiam deberet manuteneri, & danda fuerit, ei manutentio in facultate exercendi suam iurisdictionem, donec contra eum per tres conformes immemorabilis probaretur.

7 Amplia 6. quod licet aliquis aliquam Ecclesiam fundauerit, illam subiiciendo in fundatione quoad Visitationem administrationi & electionem Confessariorum alicui personæ Ecclesiasticæ, excluso Visitatore; & in ea Confessarios approbare, & omnem aliam exercere Iurisdictionem; vt fuit resolutum per Rotam *in vna Abulen. Iuris visitandi* 10. Nouembris 1600. coram Ludouisio.

Vnde ex supradictis, & ex narratis clarè, & manifestè apparet Visitationem Ecclesiæ Abbatialis S. Petri ad Crapollam, & eius Granciæ, sub titulo Sancti Iacobi spectare, & spectauisse ad Episcopum Massæ Lubrensis propter iuris assistentiam, cùm sitæ, & positæ sint intra Diœcesim Massanam, & in eis Episcopi pro tempore omnimodam iurisdictionem exercuerunt, vt ex memoriali in facto, & omnino repellendum esse petitionem prætensam, & aëream Domini Archiepiscopi Surrentini, illam visitandi: cùm ei ius in omnibus resistat, sicuti iam probatum fuit.

8 Cui etiam prætentioni Domini Archiepiscopi, repugnat Ius naturale, in quo fundantur omnes leges, & præcepta sub generali mandato, quod tibi non vis alteri ne feceris: Nam sicut Archiepiscopus Surrentinus nollet istam Visitationem in sua Diœcesi, cum & ex ea violaretur sua Iurisdictio, & à suis subditis vilipenderetur, cum maximo detrimento dignitatis Episcopalis: ita

neque ipse hoc debet prætendere in aliena Diœcesi.

Repugnat Ius gentium, à quo pro euitandis discordiis, ac rixis, quæ oriri solent ex possessione in communi habita; & pro conseruanda pace, & charitate inter gentes, fuit inuenta bonorum, ac rerum diuisio *l. cum post §. dulcissimis, ff. de leg.* 3. Ideo pro obseruantia dicti Iuris gentium cùm Diœceses Massæ Lubrensis, & Surrentinæ habeant suos limites diuisos; non potest Archiepiscopus Surrentinus prætendere iurisdictionem in illa; quia hæc communitas in dies esset causa odij, & discordiæ inter dictum Archiepiscopum, & Episcopum: ex quibus violata remaneret dispositio Iuris gentium.

Repugnat scriptura Sacra Genes. 13. Nam Abraham pro euitandis Iurgiis, & rixis, quæ in dies suboriebantur inter Pastores suos, & Pastores Loth fratris sui dum in communi hæreditatem possidebant; vt cum fratre pacem haberet, diuisi sunt altervtrum à fratre: ne igitur sit iurgium inter Episcopum Massæ Lubrensis, & Archiepiscopum Surrentinum; fratres enim sunt; recedat à prætentione visitandi Ecclesiam Sancti Petri ad Crapollam, quæ reperitur in Diœcesi Massæ Lubrensis, quia pro Surrentina electus fuit, non autem pro Ecclesia Massensi: iam illam tenet, ne ad aliam pergat, à sua diuisam, vt pax Domini, quæ exuperat omnem sensum, inter eos maneat.

Repugnat Ordo Ecclesiasticus, qui expescit, vt quælibet Ecclesia ab vno capite; ideſt ab vno Pastore gubernetur, ac regatur si Archiepiscopus Surrentinus visitare Ecclesiam Sancti Petri ad Crapollam, & eius Granciam, constituerentur duo capita in Diœcesi Massensi, quod esset monstruosum, & ordo Ecclesiasticus confunderetur, ac iura Episcopalia Diœcesis Massæ Lubrensis violata remanerent, cùm non seruaretur vnicuique Episcopo sua Iurisdictio *cap. quia Monasterium*, & ibi Glossa, *de religiosis domibus*, vbi disponit Summus Pontifex, vt visitatio, & Iurisdictio circa Ecclesias, & monasteria pertineant ad ipsum Episcopum, in cuius Diœcesi posita, & sita sunt: sed Abbatialis Ecclesia Sancti Petri ad Crapollam: & eius Grancia sitæ, & positæ sunt in Diœcesi Massæ Lubrensis, & multum distant à Surrentina: ergo iurisdictio, & præcipuè visitatio pertinet ad Episcopum Massæ Lubrensis.

Repugnat lex Ciuilis, quia refellit omnem prætentionem, & possessionem continentem iuris errorem *l. si is contra, de præscription. longi temporis*: sed id quod prætendit Archiepiscopus est contra ius, vt probatum fuit suprà, & iuris errorem continet: ergo est repellendus à sua prætentione visitandi ex quibus omnibus colligitur, quod nullum ius, nec vlla ratio permittat Domino Archiepiscopo prætensam visitationem Ecclesiæ Abbatialis Sancti Petri ad Crapollam, & eius Granciæ, sub titulo Sancti Iacobi, vnde concludendum est spectare, & spectauisse ad Episcopum Massæ Lubrensis, tantum iurisdictionem circa dictam Abbatialem Sancti Petri ad Crapollam, & eius Granciam Sancti Iacobi, & signanter illas visitandi propter assistentiam iuris, cum positæ, & sitæ sint in Diœcesi Massensi, & quia Episcopi pro tempore exercuerunt omnimodam in eis iurisdictionem.

DISCEPTATIO XLVII.

SVMMARIVM.

1 *Facti species proponitur.*
2 *Visitatio competit Episcopo iure proprio pro sua Diœcesi*
3 *Manutentio datur ex sola Iuris communis assistentia.*
4 *Titulus reprobatus non dat iustam causam possidendi.*
5 *Aduocati non debent allegare titulum possessionis, & quare.*
6 *Mala fides præsumitur ex titulo iniusto.*
7 *Mala fides præsumitur ex errore iuris.*
8 *Præscriptio cum resistentia iuris requirit titulum.*
9 *Manutentio non datur possidenti stante iuris communis resistentia.*
10 *Iudicium non fit in possessorio, pro eo qui iuris habet resistentiam.*
11 *Iuris resistentia posita non dicitur consuetudo, sed corruptela.*
12 *Textus* in cap. 1. de præscript. in 6. *declaratur*, & num. 14.
13 *Tempus immemorabile dicitur centum annorum.*
14 *Explicatur textus* in dict. cap. 1. de præscrip. in 6.
15 *Mandatum de manutenendo ex sola assistentia legis vel Concilij dari debet.*
16 *Exemptionis facta concessio non comprehendit visitationem.*
17 *Quasi possessio contra expressum Concilij locum, vel Iuris communis non est manutenibilis.*
18 *Possessio notoriè iniusta non est manutenibilis.*
19 *Visitatio facta non præiudicat successoribus, & quando.*
20 *Visitationem factam fuisse qualiter probatur.*
21 *Visitatio facta patientibus, & scientibus Clericis, & Cappellanis non præiudicat Episcopo.*
22 *Visitatio quando dicatur cum mala fide facta ob resistentiam iuris.*
23 *Possessio octuogenaria an prosit, & quando ad acquirendum contra ius.*
24 *Mandatum de manutenendo potius datur assistentiam Iuris habenti cum titulo, & sine possessione, quàm possessionem habenti, licet antiquissimam.*
25 *Reconciliatio Ecclesia à quo facienda; immunitatis, defensio confessariorum approbatio, &c.*
26 *Enunciatiua non probant in Bullis Pontificum, quando principaliter de enunciato disputatur.*
27 *Enunciatiua non probant confines, nec esse de Diœcesi, quando concurrit Iuris resistentia.*
28 *Enunciatiua Papæ, facta motu proprio probat, & quando.*
29 *Episcopus visitare potest vti delegatus Sedis Apostolicæ Ecclesias viciniores etiam nullius.*
30 *Visitandi Ius quando præscribatur contra Episcopum.*
31 *Mandatum de manutenendo datur possidenti cum iuris resistentia, quando tamen non est vehemens.*
32 *Possessio cum iuris resistentia, & vehementi præsumptione quando dicatur.*

33 *Territo*

33 *Territoriorum diuisio est de omni iure, & non perturbanda.*

DE EADEM RE

PRO

Illustrissimo Episcopo Massæ Lubrensis,

CONTRA

Illustrissimum Archiepiscopum Surrentinum.

FACTVM.

1 SVPPONITVR in facto Archiepiscopum Surrentinum visitasse Cappellam Sancti Petri, & Crapolla, & Sancti Iacobi sitas in Diœcesi Massæ Lubrensis, & hoc ex septuaginta annis circiter suos antecessores Archiepiscopos visitasse; è contra vero Episcopus Massę Lubrensis in talibus Cappellis deputat confessarios ad curam animarum exercendam: defendit pluries immunitatem violatam ob extractionem factam ab illis, reconciliauit pollutas easdem: plura matrimonia in eis Cappellis sua auctoritate solemnizata fuere: singuli s annis in die festiuitatis accedunt Canonici, suæ Cathedralis ad festum celebrandum: vnde prætendit visitare, & de facto visitauit. Archiepiscopus verò Surrentinus dicit esse à se visitandas Cappellas istas: tum quia visitauit per octuoginta annos circiter, tum quia in collatione talium Cappellarum cùm sint Abbatialis Granciæ dicitur à Papa de Diœcesi Surrentina, eo quod prætendit Archiepiscopus Diœcesim Surrentinam, & Massæ Lubrensis fuisse vnitas; sed postea facta fuit diuisio, remanentibus talibus Cappellis sub iurisdictione Archiepiscopi Surrentini quo ad visitationem tantum. Quæritur ergo cuinam ex istis sit dandum mandatum de manutenendo an scilicet Archiepiscopo Surrentino; an verò Episcopo Massæ Lubrensis: quoad visitationem, Dico iuridice procedendo Episcopo Massæ Lubrensis esse dandum tale mandatum de manutenendo.

2 Probatur primò quia Archiepiscopus titulum habet à lege, nam visitatio competit propriæ non alterius Diœcesis Episcopo proprio per se ipsum; vel si legitime impediti fuerint, per Vicarium Generalem, aut visitatorem; & singulis annis, si commodè fieri possit *cap. decernimus, cap. Episcopum* 10. *quæst.* 3. Trident. *sess.* 24. *capite* 3. *de reformatione* Genuensis *in manuali capite* 24. Habet enim Episcopus intentionem fundatam, iuxta sacros Canones de iure communi exercendi iurisdictionem spiritualem in omnibus Ecclesiis suæ Diœcesis; & in omnes personas degentes intra limites sui Episcopatus, Can. *omnes Basilicæ*, vbi DD. 16. *quæst.* 7. *capite conquerente, de officio iudic. ordin. cap.* 1. *de appellat.* & 3 ex sola assistentia Iuris communis, nulla alia probata possessione competit ordinario manutentio, *cap. cum personæ*, vbi DD. *de priuil. in* 6. Et certum est omnia loca, castra, & personæ præsumi esse alicuius Diœcesis: teste Felyno *in c. graue num.* 6. *vers. imo debetur, de offic. iudic.* & præsumptio est esse illius Diœcesis, cui sunt viciniora. Natta *conf.* 675. *numero* 17. Rota *in vna Fauentina iurisdictionis* 18. Maij coram Iusto; & *in vna Adrien sis Iuridictionis* 22. Iunij 1622. coram Pyrouano. Ergo Archiepiscopus nullum habet ius visitandi Diœcesim Massæ Lubrensis, & cappellas prædictas, quia titulus reprobatus non 4 dat iustam causam præscribendi: sed ex eo mala fides arguitur præscribentis *l. quemadmodum C. de agricolis, & censitis lib.* 11. *l. fin.* §. *fin autem Cod. commun. de legatis*, vbi Glossa, *cap. dudum de elect.* post multos Alexander *conf.* 46. *vol.* 3. Curtius Iunior *conf.* 60. post Glossam *in l.* 1. *C. de fide instrum. lib.* 10. Crauetta, *de antiquitate temporis*, §. *materia num.* 4. Boërius *decisione* 1. *numero* 54. Molina *lib.* 2. *de primogenit. capite* 6. *num.* 66. Parisius *conf.* 114. *num.* 20. *& sequenti, lib.* 1. qui docet Aduocatos ne allegent titulum, 5 quia ille, qui se fundat in tempore immemorabili, si possessionis alleget titulum, si appareat de iniustitia tituli, talis possessio, & præscriptio non prodesset. Idem Parisius *conf.* 166. *num.* 128. *vol.* 3. & ideo licet ex cursu longissimi temporis præsumatur bona fides; tamen præsumptio cessat, & veritati cedit quotiescumque apparet de titulo iniusto; quia ex eo nunquam præsumitur 6 bona fides; sed mala: & allegat Butreum *in cap. peruenit pag.* 10. *de censibus*: & fundat etiam Honnedeus *conf.* 82. *num.* 41. *vsque ad* 44. *lib.* 1. Menoch. *remed.* 3. *retinen. possess. numero* 639. Gratianus *capite* 441. qui cauendum esse ait alleganti immemorabilem, ne titulum alleget, quia si appareat inualidus, non prodesset possessio: quod sentit etiam Gabriel. *lib.* 5. *commun. concl. conclus.* 1. *num.* 47. *&* 53. Verallus *dec.* 304. *parte* 3. Consiliarius de Georgio *in repetition. feudalibus, cap.* 27. *num.* 12. ergo cum Archiepiscopus Surrentinus titulum allegauerit, tenetur probare, aliàs non ei suffragabitur possessio ad effectum manutentionis.

Probatur secundò quia errans in suo iure di- 7 citur in mala fide *l. nunquam ff. de vsucapion. cap. de quarta, de præscript.* Crauetta *conf.* 134. *n.* 16. Osaschus *decis.* 10. *num.* 27. *&* 31. qui dicit quòd quoties præscribenti constare poterit de titulo inualido, iniusto, & minus iuridico, bona fides cessat; & apparet mala: ergo Dominus Archiepiscopus, est in errore iuris, non facti, qui præscribenti nocet, *dict. l. nunquam*, post alios Paulus de Castro *conf.* 72. *lib.* 1. Felynus *in dict. cap. de quarta, num.* 35. *de præscript.* Lanarius *conf.* 94. *num.* 4. Molina *lib.* 2. *de primogen. cap.* 6. *num.* 67. Surdus *conf.* 28. *numero* 76. *lib.* 1. Gratianus *capite* 441. *num.* 9. Ergo cum Archiepiscopus nullum habeat titulum præscriptio causari non potest; etiamsi possessio ad immemorabile accedat DD. *in dict. cap. de quarta*, latè Gratianus *vbi supra*, Paulus de Castro *conf.* 113. *col.* 1. *&* 2. *lib.* 1. & Alexander *conf.* 113. *vol.* 1. Iure enim 8 resistente in præscriptione requiritur titulus: vt post alios Barb. *in l. competit. Cod. de præscrip.* 30. *vel* 40. *annor. numero* 134. *&* 136. Osaschus *vbi sup.* Nec sufficit exercuisse actus, quia sine titulo nihil operantur, Bald. *in l.* 1. *num.* 6. *Cod. si de momentanea possessione, fuerit appellatum*, Rota apud Cassadorum *decis.* 1. *num.* 1. *vt lite pendente*, Verallus *decis.* 304. *parte* 3. recolendæ memoriæ præses Merlinus *tom.* 1. *cap.* 13. *num.* 23. *&* 24. Capycius *decis.* 169. Menochius *remed.* 3.

retinendæ, num. 590. Peregrinus 1. *vol. conſ.* 20. Couarr. *lib.* 1. *variar. cap.* 17. Regens Reuerterius *deciſ.* 1. *tom.* 5. Regens Rouitus *dec.* 72. & *conſ.* 49. *num.* 7. *lib.* 1. & *conſ.* 100. *num.* 8. *lib.* 2. Peguera *deciſ.* 246. Surdus *dec.* 270. *num.* 2. Cutellus *ad leges Siciliæ*, præcipuè *ad leges Martini cap.* 3. *num.* 46. *fol.* 376. latè Gabedus *dec.* 41. *part.* 2. ergo cum Archiepiſcopus non habeat titulum, ſed potius iuris reſiſtentiam, concedi debet manutentio Epiſcopo Maſſæ Lubrenſis.

9 Probatur tertiò quia allegans poſſeſſionem incorporalium, etiam immemorabilem, pendente lite in petitorio non eſt manutenendus ſtante iuris communis reſiſtentia *cap. cum perſona, de priui. in* 6. Gratianus *dict. cap.* 441. quia non obſtante poſſeſſione habet ius commune contra ſe & lite pendente poteſt violenter expelli de exercitio talis iuriſdictionis, vt ex Bartolo, Baldo, & aliis fundat idem Gratianus *cap.* 801. *num.* 27. & 270. *num.* 17. Collegium Patauinum *in conſilio Peregrini* 20. *vol.* 1. ſubdens iudices non ex ſola poſſeſſione, & apparentia titulorum moueri debere; ſed intrinſecos defectus obiectos ponderare debere, pertinentes ſcilicet ad proprietatis cauſam, vt latè Cyriacus *tom.* 1. *cap.* 178. *num.* 14. poſt Burſatum, Riminaldum, & alios: ſi ſcilicet poſſeſſor habeat iuris reſiſtentiam: nam vſurpata præſumitur, & iniuſta; niſi oſtendatur titulus, vt bene defendit Capiblancus *tom.* 2. *cap.* 77. &
10 *cap.* 80. *num.* 4. qui dicit non eſſe decernendum ſuper poſſeſſorio ſummario pro eo, qui habet iuris reſiſtentiam, ſed prouidendum contrarium, vt ille abſtineat, & decerni debere pro eo, qui habet ius pro ſe quouſque contraria probetur; quod probat etiam Ferdinandus Vaſquius *lib.* 2. *controuerſ. Illuſtr. cap.* 87. *cap.* 18. & 19. qui loquens de exiſtente in quaſi poſſeſſione nobilitatis, probat, quòd donec nobilitatis cauſa terminetur, & probationes fiant, non eſt interim tuendus nobilis in quaſi poſſeſſione nobilitatis allegata: ſed collectandus; & dicit ferè per totam Hiſpaniam obtineri; niſi de ſententia, aut euidenti notorietate in promptu doceatur. Idem voluit poſt Ioannem Lupum Rolandus *conſ.* 89. *num.* 35. *vol.* 2. Regens de Aponte *dec.* 40. *num.* 46. & latè Seſſe *de inhibitionibus, cap.* 50. §. 10. *num.* 63. Regens Rouitus *conſ.* 58. Rolandus *conſ.* 89. *in fine, vol.* 2. qui dicit, quod ſtante iuris reſiſtentia non dicitur
11 conſuetudo, ſed corruptela; ſequitur Poſtius *de manutenendo, obſeru.* 45. *num.* 14. & 19. Cancerius *part.* 3. *cap.* 14. *à num.* 42. & 43. licèt ergo alleget Archiepiſcopus octuogenariam, immò immemorabilem ſi allegaret: ſemper requiritur bona fides: Gloſſa *in cap.* 1. *in verb. niſi*, vbi Franchus *in* 2. *notabili de præſcription. in* 6. Bald. *conſ.* 370. *vol.* 3. poſt alios Balbus *de præſcription. in* 6. *quæſt.* 2. *partis* 3. *partis principalis*. Rocchus *de iure patronatus, in verb. ipſe, vel is* 36. *quæſt.* quia de iure Canonico in præſcriptione etiam immemorabili bona fides requiritur *dict. cap. fin. de præſcript. in* 6. Grauetta *vbi ſuprà num.* 19. Couarr. *in regula poſſeſſor.* 2. *part.* §. 8. *num.* 50. Maſcardus *concl.* 1213 *num.* 46. Fachineus *lib.* 8. *cap.* 26. & 33. de Georgio *de feudis, cap.* 27. *num.* 12. Molina *lib.* 2. *de primogen. cap.* 6. *num.* 67. Gilkennius *de præſcriptionib.* 2. *part. membr.* 2. *cap.* 1. *num.* 6. Quam autem bonam fidem habere poterit Archiepiſcopus Surrentinus viſitando alienam diœceſim, cùm expreſſa iuris reſiſtentia; quando enim nullus al-
12 legatur titulus, & non probatur, nulla eſt habenda ratio poſſeſſionis, vt ait Summus Pontifex *in cap.* 1. *de præſumpt. in* 6. ſi ius commune reſiſtat poſſidenti, ſiue præſumptio iuris eſt contra ipſum poſſeſſorem: tunc enim omninò requiritur titulus, qui poſſeſſori tribuat cauſam poſſidendi, niſi allegetur præſcriptio, cuius contrarij memoria non extet; vt bene Amaya *lib.* 10. *Cod. tit.* 16. *num.* 16. & 17. *ex l. ex hoc iure*, §. *ductus aquæ ff. de aqua quotid. & æſtiua.* Peregrinus *lib.* 7. *de iure fiſci, tit.* 3. *num.* 17. Ioannes Solorzanus *de iure Indiarum, tom.* 1, *lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 76. Petrus Barb. *in l. competit* 6. *Cod. de præſcript.* 30. *vel* 40. *annorum num.* 126. Idem Peregrinus *lib.* 1. *de iure fiſci, tit.* 2. *num.* 61. Raymonius *conſ.* 24. *num.* 23. Morla *in emporio iuris tit.* 2. *de iuriſdict. omnium iudicum. num.* 63. Borrellus *de præſtantia Regis Catholici, cap.* 36. *num.* 13. & 14. Gabriel. *lib.* 5. *commun. concl. in tit. de præſcript. concl.* 1. *num.* 1. 2. & 24. Tempus autem immemorabile, eſt tempus centum annorum, ve eſſe communem opinionem teſtatur Gabriel, *dicto lib.* 5. *commun. concl.* 1. *n.* 71. Gaballinus *in eius milleloquio, cap.* 591. Regens 13
de Curte *in dinerſ. feudali*, §. *declarato igitur, numero* 90. & *ſequenti fol.* 73. Ergo cum Archiepiſcopus habeat iuris reſiſtentiam, & non habeat poſſeſſionem immemorabilem, non poterit habere mandatum de manutenendo: ſed potius dari debet Epiſcopo, cum iuris aſſiſtentia, vt ait textus *in d. cap.* 1. *de præſcription. in* 6.

Exemplum enim *dict. cap. primi de præſcription.* 14
in 6. proponitur in duobus Epiſcopis, ad inuicem contendentibus de iuriſdictione in Eccleſias, & decimarum exactione, in Diœceſi alterius Epiſcopi, vno tractante de extinctione, & penitus eneruante iuriſdictionem ab altero, tempore, quo alter Epiſcopus in ſua diœceſi habet iuris aſſiſtentiam pro ſe, vt habet iuriſdictionem pro ſe in Eccleſia ſuæ diœceſis, & decimas, quæ fiunt in ſua Diœceſi ipſe exigat, & non alter Epiſcopus: alter verò Epiſcopus alterius diœceſis habet iuris reſiſtentiam contra ſe, vt velit habere iuriſdictionem in Eccleſia alterius diœceſis & decimas exigere ab Eccleſiis, & locis ſibi non ſubiectis, ſed alterius diœceſis, & exigere, & penitus eneruare quodlibet ius ſuperioritatis, vt penitus proprius Epiſcopus in propriam Eccleſiam ſuæ diœceſis, & in eius ſubditos, vt in caſu; *c. cum perſona, de priuil. in* 6. Clerici ſubditi Epiſcopi prætendunt ſe exemptos à iuriſdictione Epiſcopi, & ſic Epiſcopus habet iuris aſſiſtentiam pro ſe contra eius ſubditos, & ſubditi habent iuris vehementiſſimam reſiſtentiam contra ſe ipſos non eſſe exemptos, niſi titulus priuilegij exhibeatur. Sic in ſimili eſt in caſu noſtro. Epiſcopus Maſſæ Lubrenſis habet iuris aſſiſtentiam pro ſe: Archiepiſcopus verò Surrentinus habet iuris reſiſtentiam: ergo eſt concedenda manutentio potius Epiſcopo Maſſæ Lubrenſis, quàm Surrentino Archiepiſcopo circa viſitationem faciendam, quæ iuris ordine ſpectat ad eundem Epiſcopum in ſua diœceſi. Licèt enim antiquitus potuiſſent Archiepiſcopi viſitare Diœceſes ſuorum ſuffraganeorum, etiam non negligentibus propriis, Epiſcopis vt *in c.* 1. & *c. fin. de cenſibus*, tamen per S. C. Trident. *ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 3. non viſitantur Cathedrales ſuffraganeorum, niſi causâ cognita, & probata in Concilio Prouinciali, & viſitata prius ſua Diœceſi; vt notat Merolla *tom.* 3. *diſp.* 7. *cap.* 5. *dub.* 22. *num.* 70. Squillante *de priuilegiis Epiſcoporum, part.* 1. *cap.* 3. *num.* 2.

Probatur quartò quia ex ſola aſſiſtentia legis, 15
vel Concilij dari debet manutentio etiam non

docto

docto de aliqua possessione ; & multò magis quando de ea doceretur. Rota coram Cardinale Sacrato in *Sipuntina iurisdictionis* 24. Maij 1613. *per decisio.* 491. *part.* 1. *in recentioribus*, *& dec.* 332. *eadem part.* 1. *& dec.* 416. *part.* 2. *in recentioribus* ; vbi *ex cap. cum persona de priuil. in* 6. id fundat Sacra Rota Romana Verallus *dec.* 306. *par.* 1. Rota *dec.* 145. *par.* 2. Menoc. *de retinend. possess. remed.* 3. *num.* 135. Rebuffus *de decimis q.* 9. *num.* 50. & eadem Rota *num.* 605. *part.* 1. *in recentioribus*, sicut non potest Episcopus visitare Monasteria, seu loca, in quibus sunt Abbates, Generales, aut capita ordinum. Trident. *sess.* 25. *capit.* 11. *de Regularibus :* vbi enim talia capita ordinum residunt, nullo pacto possunt visitari per Episcopos, provt etiam declarauit Sacra Congregatio eiusdem Concilij in Fauentina visitationis 12. Iunij 1618. ita vt ob istam expressam exemptionem à visitatione, cesset in totum iurisdictio Episcopi, quicquid alias in generali concessione exemptionum non comprehenderetur exemptio à visitatione. Rota *dec.* 2. *de censibus in antiquis* Socinus *de visitatione lib.* 6. *quæst.* 14. *numero* 16. Rota *diuers. dec.* 186. *num.* 2. *part.* 1. ergo Archiepiscopus non est manutenendus contra iuris assistentiam pro Episcopo Massæ Lubrensis.

17 Probatur quintò nam Archiepiscopus non est in bona fide visitando contra expressam determinationem Concilij. Crauetta *cons.* 146. ita vt statim quod visitat, & in visitatione facit mentionem de loco residentiæ, ostendit se visitare de facto contra formam Concilij, de qua non potest prætendere ignorantiam, Gratianus *c.* 870. *numero* 14. vnde per tales actus nulla potuit acquiri possessio manutenibilis, propter iuris expressam resistentiam, cum etiam in hoc casu sufficeret quod aduersaretur præsumptio iuris admodùm vehemens, vt talis possessor non sit manutenendus Couarr. *practic. quæst. capite* 17. *numero* 6. Menochius, *de retin. possess. rem. vltimo num.* 24. *vsque ad num.* 27. quia tunc non est quasi possessio, sed potius iniqua occupatio, quæ nihil occupatori prodest, Iason *in l. si Iudex postea quam, numero* 46. *ff. de noui operis nunciat.* Et passim quando resistit Ius commune, non datur manutentio, Cardin. Seraphinus *decisione* 1463. Cassadorus *decis.* 8. *num.* 2. *de causa poss. & propriet.* Rota *diuers. decis.* 21. *num.* 3. *& 6. part.* 2. Rota coram Cardinale Arigono *in Placentina Canonicatus* 17. *Iunij* 1594. *qua est decisio* 873. *num.* 1.

18 *part.* 4. *diuers.* Nam licèt in præsenti iniusta sit manutenibilis ; tamen fallit quando est notoriè iniusta, Rota *diuers. decis.* 27. *num.* 11. *parte* 1. Neuizzanus *cons.* 81. cùm nec etiam turbida possessio iuuet Verallus *dec.* 200. *part.* 2. Card. Mantica *dec.* 95. *num.* 10.

19 Neque obstat primò plures exhiberi scripturas, in quibus asseratur possessionem immemorabilem visitandi ad fauorem Archiepiscopi ; quia tales scripturæ non præiudicant Episcopo Massæ Lubrensis, vt bene in confessione, de visitatione facta dixit Gratianus *cap.* 870. *argument.* Glossæ *in cap. dudum. il* 2. *in verb. de veritate, de electione:* Felynus *in cap. fin. col. vltima de præscriptionib.* Romanus *cons.* 389. præsertim, quia non fuerunt factæ aliquæ, vel vna visitatio per modum contentiosæ iurisdictionis, sed spontaneæ, & voluntariæ, Bart. *in l. certum*, §. *& an ipsas, col.* 2. *ff. de confessis* Bald. *in l. vnica, num.* 30. *Cod. eodem titulo :* Parisius *cons.* 115. *numero* 18. *vol.* 1. Riminaldus Iunior *cons.* 293. *numero* 14. *lib.* 3. Sic enim fuerunt visitationes factæ pro tempore ab Archiepiscopis Surrentinis cappellarum prædictarum : scilicet recreationis causâ accesserunt ad talem locum, & ibi comedentes, & honestè se ipsos recreantes visitarunt : qui actus facultatis, & recreationis causâ non dant possessionem vt patet omnibus.

Neque obstant secundò plures dispositiones 20
etiam Sacerdotum super prætensa visitatione ad fauorem Archiepiscopi, quia vltra quod omnes sunt sibi subditi, sunt suspecti, tum quia deponunt per simplicem fidem, quæ non facit fidem; & absque citatione partis : vnde nihil probant ex Aretini *cons.* 163. *col.* 2. Decio *cons.* 54. Grammatico *cons.* 63. Gabrielio *concluf.* 1. *numero* 80. *&* 103. Caputaquensis *decis.* 274. *parte* 3. Cassadorus *decis.* 8. *num.* 6. *de rescriptis.* Neque potest dici acquisita aliqua quasi possessio Archiepiscopo Surrentino per prætensas visitationes; quia factæ fuerunt sine præsentia, & scientia, eorum, quibus præiudicatur, provt requiritur, ex *l.* 2. *Cod. de seruitut. & aqua*, Calderinus *cons.* 12. *de iure patronatus* Felynus *in capite de quarta, de præscription. numero* 41. Rota *diuers. decis.* 4. *num.* 9. Gonzalez *in regula* 8. *Cancellariæ glossa* 45. §. 2. *num.* 32.

Neque obstat tertiò quod Clerici Cappel- 21
larum prædictarum sciuerint, & passi fuerint visitari per Archiepiscopum, cùm potuissent resistere, ad notata per DD. apud Riccium *part.* 2. *dec.* 240. Quia Episcopus, quando visitat legitimè, si ei fiat resistentia poterit Episcopus pro suo iure defendendo resistentes de facto excommunicare nulla monitione præcedente, Genuensis *cap.* 18. quia tunc non vt iudex, sed vt pars procedit, defendendo se gladio spirituali *cap. dilecto de sent. excomm. in* 6.

Respondeo enim quod talis patientia clericorum, & Cappellanorum nihil nocet Episcopo Massæ Lubrensis, quia cùm tales clerici non potuerint præiudicare Episcopo Massæ Lubrensis, expresse, nec etiam tacitè, Decianus *cons.* 71. *numero* 74. *lib.* 2. Neque sufficit hoc eos permisisse; quia non per hoc infertur præiudicium Episcopo, qui poterit contrauenire facto inualido. Antecessorum suorum : Soccinus *cons.* 79. *numero* 47. *lib.* 4. Menoch. *cons.* 1. *num.* 102. & bene Gratianus *dict. cap.* 870.

Neque obstat quartò octuogenaria allegata 22
per Archiepiscopum Surrentinum : quia stante scientia eiusdem Archiepiscopi, quòd Ecclesiam, quam visitabat, erat Diœcesis Massæ Lubrensis: est Archiepiscopus visitans in mala fide, ob resistentiam iuris, mandantis non posse per vnum Episcopum visitari Ecclesiam alterius; ob quam malam fidem nulla datur præscriptio, vt *in dict. cap. fin. cap. possessor*, vbi Couarr. 2. *part. cap.* 6. *de regul. iuris in* 6. Verallus *decis.* 24. *&* 362. *parte* 2. Cardin. Seraphinus *decis.* 1360. Gabriel. *de præscription. concluf.* 1. *numero* 57. Rota *decis.* 197. *&* 221. *num.* 7. *part.* 1. *in Recentioribus*, Crauetta *cons.* 146. Menoch. *de retinen. poss. rem.* 5. *num.* 6. *& remed.* 6. *num.* 132. Gonzalez *in regul.* 8. *glossa* 45. §. 2. *num.* 35. Accedit, quia 23
cùm per Archiepiscopum non adducatur titulus (quem falsò, cũ reuerentia allegat) non ei prodest Octuogenaria, quia licèt nullus titulus requiratur in præscriptione octuogenaria ; immo, & in quadragenaria *l. si quis emptionis Cod. de præscription.* 30. *annorum*, Decianus *cons.* 266. ta-

men, quando agitur, provt in caſu noſtro, de præſcriptione viſitandi contra ius, & Concilium; tunc propter iuris reſiſtentiam non ſufficit octuogenaria: ſed debet doceri de titulo, vel de immemorabili *cap. 1. de præſcription. in 6.* Cardin. *conſ. 114.* Couatru. *lib. 1. var. cap. 17. numero 7. & 8.* Rebuffus, *de decimis quæſt. 13. numero 81. vſque ad num. 88.* Moneta *de decimis capite 50. num. 112.* Rota *dec. 78. part. 1. in recentioribus*, & coram Reuerendo D. Coccino Feltrem præbendæ 6. Iunij 1605. & coram Cardinale Pamphilio *in Valentina* de Gandia 21. Februarij 1601. & coram Cardinali Lancellotto Gadinenſi Adminiſtrationis 10. Decembris 1582. Maximè quia Concilium non ſolùm reſiſtit in genere tantùm ſed etiam in ſpecie; prohibendo particulariter, & in indiuiduo Epiſcopis ne viſitent Eccleſias alterius diœceſis: quia tunc requiritur immemorabilis ſine titulo, vel quadragenaria cum titulo. Felynus, Ancharanus, & alij apud
24 Gratianum *cap. 870. num. 29. & 30.* qui *num. 32. in puncto*, dicit, quòd mandatum de manutenendo potius datur habenti poſſeſſionem cum titulo, quàm eam habenti ſine titulo: qui fundat in indiuiduo deputationem Confeſſarij ad curam animarum eſſe actum iuriſdictionis, & fundare manutentionem: ſed ſic eſt, quod Epiſcopus Maſſæ Lubrenſis deputat Confeſſarios in talibus Cappellis, ergo ad eum ſpectat iuriſdictio, eique dari debet manutentio: Nam ex Trident. ad eum pertinet *ſeſſ. 24. c. 15. de refor.* Squill. *p. 3. c. 39. de obl. Epiſcoporum.* Sicuti idem Epiſcopus Maſſæ Lubrenſis pluries defendit immunitatem illarum Cappellarum, violatam per extractionem: ergo ad eundem pertinet iuriſdictio, vt ex pluribus Squillante *part. 1. de obligation. Epiſcoporum, c. 22.* Ambroſinus *de immunit. cap. 11.* ergo eſt de iuriſdictione ſua, & ipſe manuteneri debet in illa, nihil refragante prætenſa Viſitatione Archiepiſcopi, tanquam vſurpatam. Sic Epiſcopus Maſſæ Lubrenſis reconciliauit pluries Cappellas prædictas pollutas, vt ex proceſſu: quod
25 eſt ſignum eſſe de ſua diœceſi; cum reconciliatio Eccleſiæ ſit proprij Ordinarij *cap. propoſuiſti de reconciliatione Eccleſiæ*, Vgolinus *de poteſtate Epiſcopi, part. 2. cap. 2. §. 8.* Squillante *de obligation. Epiſcoporum, part. 3. cap. 40. num. 41.* Quod ſi Eccleſia non ſit conſecrata, poterit reconciliari à ſolo Sacerdote, *cap. aqua* & Gloſſa *in cap. fin. de conſecratione Eccleſiæ:* ex delegatione tamen Epiſcopi, vt *in Rituali Romano, part. 1. tit. de conſecratione, & benedictione:* ergo habet vltra iuris aſſiſtentiam Epiſcopus Maſſæ Lubrenſis in talibus Cappellis plures actus poſſeſſiuos ſuæ iuriſdictionis, vt deputare Confeſſarios, reconciliare pollutas Eccleſias, defendere immunitatem violatam, accedere in die feſtiuitatis ſuum capitulum; matrimoniis contrahendis ibi dare licentiam; quæ omnia quis non videt canonizare Eccleſiam eſſe ſub Diœceſi Maſſæ Lubrenſis, ſola viſitatione vſurpata per Archiepiſcopum Surrentinum. Ergo manuteneri debet Epiſcopus: qui plures habet actus poſſeſſiuos iuriſdictionis in talibus cappellis, & aſſiſtentiam iuris, non è contrà Archiepiſcopus cum re ſola viſitatione, & reſiſtentia iuris; maxima enim probatio eſt approbatio Confeſſarij per Epiſcopum; quia probat magis, quàm ſit neceſſe Rota *deciſ. 472. num. 1. & part. 1. dec. 20. in Recentioribus.* Gratianus *cap. 870. num. 51.*

26 Neque obſtat quintò litteras collationum beneficiorum prædictorum, vbi enunciantur de Diœceſi Surrentina, ergo ſunt ſub iuriſdictione Archiepiſcopi, & Epiſcopus Maſſæ Lubrenſis eſt vſurpator, cum enunciatiuæ habeant vim famæ, & probant in antiquis, *cap. ſi Papa de priu. in 6.* Card. Puteus *dec. 209. lib. 2.* Rota *dec. 202. & 405. part. 1. in recentioribus*, & per viſitationes prædictas videntur canonizata omnia, quæ prætenduntur à producente, ſcilicet ab Archiepiſcopo primo quamvis productio eſſet facta in parte & partibus, & etiam, quoad ea, quæ enunciatiuè, & incidenter in actis productis exprimuntur; *c. cum olim de cenſib.* Abbas *conſ. 52. in 2. dub. lib. 2.* Crauett. *conſ. 77. n. 8.* Oſaſch. *d. 38. n. 26. & 30.* Rota *dec. 249. num. 6. part. 1. in recentioribus*, Mohedanus *dec. 1. de Regularibus.* Decius *in cap. cum venerabilis, col. 13. de exception.* Rota *diuerſ. deciſ. 159. num. 6. part. 1.*

Reſpondeo enim, quod enunciatiuæ in Bullis Pontificum non probant, quando principaliter diſputatur de enunciato Felinus *in cap. per tuas num. 12. verſ. 2. de probation.* Alexand. *conſ. 136. num. 12. lib. 1.* Aymon Crauetta *conſ. 29. num. 3.* Puteus *dec. 381. num. 3. part. 1.* & cum Bullæ prædictæ concedantur ad partis petitionem ſupponitur clauſula (ſi ita eſt, *cap. 2. de reſcriptis*) nec probant in præiudicium tertij. Abbas *in cap. dudum, num. 3. de decimis.* Rota *dec. 780. part 1. diuerſorum*, Seraphinus *dec. 278. num. 12.* Romanus *conſ. 208. num. 3.* Innocentius *in cap. inter dilectos. num. 6. de fide inſtrumentorum*, Rota coram Dunnetto apud Poſtium *dec. 184. à num. 7. cum ſequentibus*, licet enim ſi agatur de probandis finibus antiquis leuiores requirantur probationes, *cap. cum cauſa de probationib. cap. cum olim*, vbi DD. *de cenſibus, dicto cap. ſi Papa* vbi gloſſa *in verb. probatur de priuilegiis*, Mantica *dec. 143. à num. 12.* Rota *dec. 401. part. 1. & 334. part. 2. inter recentiores*, hoc tamen procedit, quando Epiſcopus Maſſæ Lubrenſis, non eſſet in probatis: at ipſe non tenetur ſuam intentionem probare quia cum ſit notorium, ſatis eſt illam allegare, de quo ex officio poterit Iudex ſe informare Bart. *in l. Iulia, in fine, de teſtibus*, Bald. *in l. 1. Cod. vt quæ deſunt Aduocatis*, & *in l. filiusfam. §. veterani, col. vltima, ff. de procurat.* Alexander *conſ. 14. vol. 5.* Decius *conſ. 275. col. 5.* Crauetta *conſ. 104. num. 9.* tum quia pro parte Epiſcopi adeſt 27
iuris aſſiſtentia, & plures ſunt actus iuriſdictionis, vt probauimus, ergo hoc caſu tenetur Archiepiſcopus probare clarè, & concludenter illa loca ſita eſſe intra limites ſuæ Diœceſis, Abbas *in cap. olim, num. 2. de cenſibus*, DD. *in cap. cum venerabilis de Religioſis domibus*, Ancharanus *conſ. 350. num. 5.* Pariſius *conſ. 95. lib. 2.* Surdus *conſ. 429. lib. 1. num. 61.* Rota apud Seraphinum *dec. 1278. num. 4.* vbi ſimiliter denegauit manutentionem cuidam Epiſcopo, quia non concludenter probauerat loca controuerſa eſſe intra fines ſuæ Diœceſis, & plures allegantur deciſiones apud Poſtium *dec. 184.* nec enunciatiua Papæ aliquid probat, quia cum non fuerit facta motu proprio, nec contineat factum proprium Summi Pontificis; ſed ſit ad ſupplicationem partis, non tribuit aliquod ius, nec probat id, de quo principaliter dubitatur *Clem. fin. de ſententia excommunic.* Pariſius *conſ. 128. num. 22. lib. 4.* Aretinus *conſ. 23. num. 8. & ſequenti*, qui dicit hoc procedere etiam ſi ſuper ea fundetur intentio Papæ Decius *conſ. 602. num. 15.* Aymon Crauetta *de antiquitate temporis, part. 1. §. 1. num. 9.*

præſertim,

præsertim, quia concernit interesse Episcopi. Caputaquensis *decisione* 237. *num.* 5. *part.* 7. & fuit dictum in causa Sorana iurispatronatus 28. Aprilis 1603. coram Cardinale Pamphilio. Neque obstant decisiones *in causa Portuensis beneficij* 9. *Maij* 1594. coram Cardinali Placentino, & coram Merlino 22. Martij 1596. quæ sunt *decisiones* 523. & 524. *parte* 4. *diuers.* quia ibi agebatur de assertione Papæ, facta motu proprio, & super facto, quod sibi causa cognita innotuerat, & super ea fundabatur intentio Papæ, & ideo assertioni standum erat *clem.* 1. *de probat.* vbi DD. Glossa *in clem. fin. in verb. Non intelligitur de sententia excommunicationis*; & dixit Rota coram Coccino in Ferrariensis Archipresbyteratus Iunij 1628. *num.* 36. & 37.

28

29 Neque obstat sextò ex testibus probare fuisse visitatum, qui interfuerunt cum Episcopo, quia talis ratio nihil probat: quia cum ex dispositione scilicet Tridentini *sessione* 24. *de reformatione capite* 9. possint Episcopi vti delegati Sedis Apostolicæ visitare omnes Ecclesias viciniores, etiam si sint nullius Diœcesis: inde sequitur ex actu, qui potest referri ad plures causas, non elici veram probationem, sed æquiuocam, quæ in hoc casu non sufficit, Surdus *cons.* 168. *numero* 33. *lib.* 2. & in eisdem terminis Rota coram Reuerendo P. Vbaldo *in causa Adrien sis, seu nullius iurisdictionis* 24. *Maij* 1621. & 18. *Martij* 1618. & coram Dunnozetto 10. *Martij* 1624. apud Postium *decisione* 184. & probato actu visitationis non tribuitur quasi possessio iurisdictionis, & visitandi, quia non probatur factum fuisse cum scientia, & patientia Episcopi Massæ Lubrensis: quæ fuisset necessaria ad constituendum Archiepiscopum in quasi possessione iurisdictionis DD. *in dicto cap. cum Ecclesia*, vbi Ripa *numero* 64. *de causa possessionis, & proprietatis* Abbas *in cap. cum contingat numero* 11. *de iure patronatus*, Rota apud Cæsarem de Grassis *decisione* 7. *numero* 9. *de testibus*, & apud Puteum *decisione* 28. *lib.* 2.

20 Neque obstat septimò quod iura visitationis præscribantur contra Episcopum spatio 40. annorum, *cap. de quarta, de præscriptione*, Balbus *de præscription. part.* 1. *partis* 5. *quæst.* 12. *num.* 4. Rota *decisione* 393. *part.* 1. *in Recentioribus*, Gratianus *cap.* 871. *num.* 37. ergo Archiepiscopus præscripsit ius visitandi contra Episcopum Massæ Lubrensis. Accedit, quia licet manutenendus sit ille, cui lex assistit, si Ius commune possessori resistat, *cap. cum persona* vbi notatur, *de priuil. in* 6. Peregrinus *de fideicommissis art.* 52. *n.* 139. 140. & 142. tamen id limitant DD. quando sola possessio allegaretur, secus si præter illam coloratus titulus possessionis allegatur, quia interim in possessione perseuerauerit, & *numero* 134. ait coloratum titulum dici, quando adest scientia Aduersarij cum exercitio actuum, nam sic coloratur possessio; adeo vt spoliatus foret restituendus. Idem si Aduersarius approbasset per aliquem actum positiuum. Aponte *cons.* 31. *numero* 8. 2. *vol.* dicit quod si non constet de titulo, & in sola possessione se fundaret quis de qua saltem diutina appareat, tunc manutenentur possessores lite pendente, etiam quod ius resisteret, & non procederet textus *in cap. cùm venissent extrà de institut.* & decidit Sacrum Concilium apud Capycium *decisione* 189. Idem Aponte, *de potestate Proregis in titulo de regalibus impositionibus* §. 6. *numero* 36. Augustinus Barb. *in voto decisiuo* 52. *numero* 19. *tom.* 1. qui dicit quod possessio multum antiqua, licèt sit manifestè contra iuris resistentiam releuat Rota *decisione* 534. *parte* 1. *diuers. & parte* 1. *decis.* 595. *num.* 6. & 685. *par.* 1. ibi cessat ex longæua, & plusquàm decennali possessione Archiconfraternitatis, quæ habetur loco tituli, & sufficit ad effectum manutentionis, etiam in possessione contra ius, & Postius *decisione* 194. qui dicit, quod quando possessio est diuturna, datur manutentio, quamvis ius resistat; & *decisione* 217. *numero* 8. ait quod ex longæua, & temporis considerabilis possessione Iuris resistentia non impedit vsucapionem, & *decisione* 22. *numero* 8. ibi, & ideo etiamsi possessio sit contra ius est manutenibilis. Si est alicuius temporis considerabilis: *decisione* 33. *numero* 6. idem firmat. Et ratio est, quia ex longæua possessione, omni calumnia sublata, oritur præsumptio tituli, seu titulus coloratus, qui sufficit ad obtinendum mandatum de manutenendo, etiam si ius resistat, Marescottus *lib.* 1. *var. c.* 11. *n.* 53. Rota *decisione* 595. *numero* 4. & 7. *part.* 1. *diuers.* & *decisione* 397. *numero* 4. *parte* 2. *Recentiorum*, Caualerius *decis.* 384. & 631. *num.* 2. ex longæua enim præsumptione ait Barb. *vbi suprà numero* 38. resultat titulus saltem præsumptus, qui ad manutentionem obtinendam sufficiens est, etiam si ius resistat: ad quod allegat Couarru. *practic. quæst. cap.* 17. *num.* 6. Gutierrez *practic. quæst. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 62. Postius, *de manutenendo, obseru.* 44. *numero* 29. & sufficiet talis titulus præsumptus summariæ probandus. Menoc. *de retinenda possess. remed. vlt. n.* 24. Mascardus *tom.* 3. *conclus.* 1203. *numero* 3. & 4. ergo erit manutenendus Archiepiscopus Surrentinus, non Episcopus Massæ Lubrensis licet habeat iuris assistentiam.

Respondeo enim, quod argumentum, seu ob- 31
staculum procedit quando possidenti, putà Archiepiscopo non resisteret valdè vehemens iuris præsumptio, sed simplex præsumptio: dupliciter enim potest esse præsumptio obstans, vna vehemens, altera simplex: prima dicitur quãdo ius solũ resistit, & aliquid aliud: secundo quando simpliciter obstat ius, & aliquid aliud, dicitur vehemens præsumptio iuris contraria, & non datur possessori manutentio; putà si Parœcus vnius Parœciæ possideat decimas in aliena Parœcia, cum sint institutæ, vt soluantur in alimenta, congruamque sustentationem clericorum, eidem plebi Sacramenta ministrantium; tunc dicitur contra Clericum possidentem adesse vehementem iuris præsumptionem, cum iuris resistentia, ex qua non datur manutentio possessori; Menochius, Pontanus, Tuschus, & alij apud Postium *dec.* 187. *num.* 7. & 8. & *obseru.* 44. *num.* 47. Lotterius *de beneficiis, tom.* 1. *lib.* 2. *quæst.* 45. *num.* 24. & *sequenti.* Sic quando agitur contra proprietarium prædij seruientis, de cuius proprietate, & dominio constat: tunc dicitur obstare iuris resistentia cum vehemente præsumptione, & hoc casu non sufficit possessio, licet antiquissima ad manutentionem obtinendam, quia obstat iuris assistentia, cum vehemente præsumptione. Applicemus ergo exempla prædicta ad casum nostrum. Clericus possidens decimas in aliena Parœcia, dicitur habere contra se iuris assistentiam, & vehementem præsumptionem: ergo Archiepiscopus Surrentinus prætendens visitare Cappellam alterius diœcesis, dicitur habere iuris assistentiam contra cum vehementi præsumptione: sic quando

do agitur contra proprietarium, & Dominum, de cuius proprietate conſtat, dicitur agi cum reſiſtentia legis, & iuris vehementi præſumptione, ita in caſu noſtro vbi Archiepiſcopus habet iuris reſiſtentiam cum vehementi præſumptione quia agitur contra Dominum, ſeu proprietarium, putà, Epiſcopum Maſſæ Lubrenſis, in cuius territorio, & Diœceſi eſt Cappella, de qua agitur. Sicuti ergo illi, qui habent iuriſdictionem cum vehementi præſumptione, non ſunt manutenendi, vt *ſupra*, ita Archiepiſcopus, de quo in præſenti: ſi verò ſit reſiſtentia iuris cum præſumptione non vehementi, ſed ſimplici datur manutentio poſſeſſori, putà ſi poſſideat quis ſeruitutem in fundo alieno, quia adeſt iuris communis præſumptio, ex quo res aliena cenſetur libera: nihilominus talis præſumptio non eſt vehemens; cum habere talem ſeruitutem non ſit contra ius commune, ſed tantùm contra quandam præſumptionem naturalis libertatis, & tunc datur manutentio, vt bene Poſtius *obſeru.* 44. *num.* 6. ergo non eſt mandatum de manutenendo concedendum Archiepiſcopo Surrentino, contra quem adeſt præſumptio iuris vehemens, & vehementiſſima, cum reſiſtentia iuris, ſed potius Epiſcopo Maſſæ Lubrenſis cum ſuo titulo poſſidenti omnes alios actus iuriſdictionis in Cappellis prædictis: in quo ſanè ſenſu eſt intelligendus Poſtius *obſeru.* 44. *num.* 23. 24. *& ſequentibus*, dicens poſſeſſionem contra ius eſſe manutenibilem; ex Barb. *lib.* 2. *voto* 52. *num* 39. qui dicunt, quod ſi ſit manifeſta iuris reſiſtentia non datur manutentio poſſeſſori; ſequitur Seſſe *de inhibitionibus*, *cap.* 50. §. 10. *num.* 44. Et hoc etiam ſenſu eſt intelligendus Gealeota 1. *tom. controu. Illuſtrium capite* 51. qui dicit manutenendum eſſe in poſſeſſione eum cui ius commune reſiſtit, ſcilicet quando non eſt expreſſa reſiſtentia iuris, quod etiam dicit Aponte *conſ.* 97. *n* 19. *vol.* 1. Capiblancus *in pragmatica prima*, *de Baronibus num.* 232. *vol.* 1. & idem Aponte, *de regalibus impoſitionibus*, §. 6. *numero* 36.

33 Hæc ſunt, quæ pro veritate ſcripſi, conſultus ab Epiſcopo Maſſæ Lubrenſis, pro quo tot ſunt adductæ rationes; & pro quo ſufficeret aſſerere, Genus humanum conſeruari per diuiſiones territoriorum, & propter diuiſiones iuriſdictionum, vt ait Hieronymus de Monte, *de finibus regundorum*, *cap.* 1. & ad hanc diſtinctionem conſeruandam, & denotandam terminos fuiſſe inuentos; ideo terminus, limes, vel confines dicuntur eſſe ſigna demonſtrantia finem *l.* 2. *in principio ff. de termino moto*, ac communiter ſaxa quæ terminales lapides vocantur, ſunt pro limite, habent autem Ciuitates Caſtra, vel Prouinciæ varios terminos; aut ſcilicet mare, aut Ripas fluminum intercurrentium, vias regales, montes, aut muros, aut ſtirpes, &c. ſic valles, foſſas, aggeres, &c. vt latè Hieronymus de Monte *de finibus regundorum diſcurſu* 14. Rugerius Rolandus, *de Commiſſariis lib. vltimo*, *cap.* 1. *& ſequenti.* Et tandem termini, limiteſque Imperiorum ſunt diuini, quos ipſe ponit Deus eorumque mentio fit Exodi *cap.* 23. *verſ.* 31. hoſque firmiſſimos reputare debemus, eos item egredi non licet: Sic etiam termini certi, tam temporis, quàm loci ratione poſiti ſunt Imperio Turcarum, ait Beſoldus, *de iure territoriorum*, *capite* 2. *numero* 4. Ne ergo Archiepiſcopus Surrentinus tranſgredi hos terminos velit firmiter oramus, de ſua Diœceſi eſſe debeat contentus; quod facturum ſperamus viſo hoc Breui iuridico reſponſo. Die 25. Menſis Ianuarij 1653.

Hæc cauſa fuit ſopita tranſactione & pacifica reconciliatione me patrocinante inter Archiepiſcopum, & Epiſcopum, quos cum duobus aliis Epiſcopis adduxi ad domum Illuſtriſſ. Franciſci Sperelli & ibi fuerunt reconciliati, & omnia terminata.

DISCEPTATIO XLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries proponitur.*
2 *Inſtrumentum iam reſciſſum, an reconualidetur per exactionem tertiarum poſt dictam reſciſſionem.*
3 *Tex.* in l. de lege §. poſt diem ff. de lege Commiſſoria, *adducitur, & declaratur.*
4 *Iudicium cœptum ſuper petitione tertiarum tunc decurſarum an procedat ſuper tertiis pòſt decurſis, & quid in reſciſſione contractus*
5 *Reſciſſionis iudicio pendente qualiter tertiæ debeantur.*
6 *Intereſſe quomodo taxetur per S. C. remiſſiuè.*
7 *Tex.* in l. aduerſus Cod. de vſuris, *diſpoſitio explicatur.*
8 *Intereſſe debetur loco tertiarum & ad eandem rationem, quando contractus eſt reſciſſus.*
9 *Venditor rei, conuertens pretium rei emptæ cum eodem emptore an præferatur creditoribus ipſius emptoris.*

ARGVMENTVM.

Inſtrumentum ſi fuerit via ritus M. C. liquidatum, vel aliter contractus reſciſſus ſi creditor poſt dictam reſciſſionem exigat à debitore tertias dicti Capitalis, an contractus reuiuiſcat ſicut anteà erat, ita vt cenſeatur eſſe demortuum penes debitorem? Et qualiter tertiæ poſt reſciſſionem debeantur? Et alia ad materiam in praxi frequentiſſima adducuntur.

PRO

Donatio Mallardo,

CVM

D. Franciſco de Fatio.

IN Curia Epiſcopali Auerſana tribus annis præteritis fuit reſciſſum inſtrumentum annuorum introituum celebratum inter D. Fabritium Mallardum ex vna, & D. Franciſcum de Fatio

Fatio ex altera, quod inſtrumentum in promptu producitur; Poſt mortem Mallardi ingreſſus in iudicium fuit Donatus Mallardus eiuſdem creditoris Nepos ex fratre, qui petiit renouari litteras exequutoriales, quia verò poſt liquidationem ſequutam, inſtrumẽtumque reſciſum, reperiuntur exactæ duæ annatæ tertiarum, & pro eis duæ cedulæ de recepto factæ per eundem Donatum, vti hæredem prædicti ſui Patrui principalis creditoris, quæ duæ ſolutiones, & cedulæ ſine vlla proteſtatione prædictæ liquidationis reperiuntur factæ, ita quod nulla proteſtatio ſit ſequuta circa liquidationem iam factam, propter quod prætendit debitor reconualidatum fuiſſe inſtrumentum, primo loco factum, quaſi quod inſtrumentum dictorum annuorum introituum propter dictam tertiarum receptionem, ſit omnino conualidatum. Requiſitus ergo de voto quid de iure dici debeat, firmiter aſſero inſtrumentum iam reſciſum ſic remanſiſſe, ac nunc eſſe, nullamque reconualidationem factam fuiſſe; quod quidem

2 Probatur primò quia, vt bene Regens Rouitus *in ſuo conſ. 37. lib. 2. in puncto huius noſtri dubij num. 13.* incompatibiles non ſunt tertiarum receptio, & inſtrumenti reſciſſio, vnde tertiarum exactio, ſicuti lite pendente non impedit reſciſſionem iam petitam, ita nec etiam reſciſſionem iam fa-

3 ctam, quia textus *in l. de lege, §. poſt diem, ff. de lege commiſſoria*, qui videtur contrarium probare, procedit in duobus remediis contrariis, non autem quando ſunt duo remedia diuerſa, vt bene declarat Menoch. *lib. 3. præſumpt. 45. num. 6. & 7.* qui dicit, quod tam textus *in dict. §. poſt diem*, quàm textus *in l. 2. Cod. de iur. domin. impetrand.* procedit quando ſunt actus omnino incompatibiles, non autem in caſu noſtro, vbi tertiarum receptio compatibilis eſt cum inſtrumenti reſciſſione, ſicut in ſimili diſputant DD. vtrùm poſt incurſam caducitatem per ceſſationem à ſolutione Canonis per triennium, Dominus recipiendo Canonem, ſibi debitum pro præterito, præiudicet ſibi, quoad caducitatem, ita vt cenſeatur illam remittere per receptionem Canonis, ideo Don. Rouitus *dict. conſ. 37. tom. 2. num. 8.* dicit in puncto noſtro, quod per electionem reſciſſionis contractus, non cenſetur remittere tertias debitas, & prohibetur illas exigere, imò reſciſſio ipſa contractus circa hoc particulariter eſt introducta, vt faciliùs exigantur tertiæ, ſimul cum capitali. Igitur cum exactio tertiarum non ſit incompatibilis cum reſciſſione contractus, propterea per receptionem illarum, non cenſetur renunciaſſe ipſi petitioni.

Probatur ſecundò quia, vt bene conſiderauit Anna *ſing. 349. incipienti, mora, in finalibus verbis*, quod in caſu, in quo plures creditores inſurgunt, inter quos reperiuntur anteriores ipſi Mallardo, itavt propter dilationem temporis immineat ſibi periculum amittendi creditum, quod facilè poterit abſorberi ex tertiis cumulatis, & quæ quotidie cumulantur creditorum anteriorum, tunc ſub ſpecie æquitatis, ſumma reſultaret iniquitas in damnum Mallardi creditoris, vt bene ponderauit Rouitus *in dicto conſ. 37. numero 15. in fine.*

4 Probatur tertiò cum Gloſſa *in l. 1. Cod. de iudiciis*, iudicium cœptum ſuper petitione tertiarum tunc decurſarum non procedit ſuper tertiis poſtea decurſis, ſed ſi fuerit motum iudicium ſuper reſciſſione contractus ex cauſa tertiarum in tempore non ſolutarum, dicta cauſa, cum qua fundatum eſt iudicium, ſi fuerint vera tempore litis motæ, & tempore prolatæ ſententiæ, ſufficiens erit ad proferendam legitimè ſententiam ſine nouo libello, quia viuit eadem actio, & libellus, vt benè Rouitus *vbi ſuprà numero 16. & 17.* quo poſito, licèt Mallardus pendente hoc iudicio litterarum exequutorialium, duas annatas exegerit, tamen cum eodem primo libello ſine noua petitione, iudex, reſciſſo contractu antecedenti, condemnabit, vt litteræ exequutoriales expediantur, vnà cum duabus annatis, quod in puncto dicit fuiſſe deciſum, *dict. conſ. 37. numero 17.*

Probatur quartò per celebrem deciſionem 5
Gizzarell. 65. vbi refert caſum noſtrum, ſcilicet quòd ſæpiſſimè in S. C. & in M. C. V. creditores petunt reſcindi contractus aduerſus eorum debitores propter tertias non ſolutas vigore pacti, quod ponitur in dictis contractibus. Quod ſi debitor defecerit à ſolutione per duas tertias continuas, tunc poterit contractus reſcindi, contingit pluries, quòd compilato proceſſu ſuper dicta reſciſſione debitor ſoluit tertias decurſas tempore litis motæ, & conſequenter purgauit moram, interim verò, quia ſunt aliæ decurſæ, quæ etiam ſufficiunt ad contractus reſciſſionem, inſtat creditor pro tertiis lite pendente decurſis, & debitis, procedi ad reſciſſionem dicit debitor, quòd illud eſt nouum iudicium ſubdit Gizzarell. contrarium decidiſſe S. C. quia ex prima inſtantia, & proceſſu reſciſſo condemnatur debitor ad tertias, & Capitale, igitur hoc eſt, quod petimus, quia reſciſſo contractu, petuntur tertiæ, vti intereſſe ſortis, vt bene poſt alios Præſ. de Franchis *deciſione 373.* Afflict. *deciſione 93.* Surdus *d. 262. numero 5.* quia reſciſſo contractu non remanent tertiæ, ſed tantùm intereſſe, loco tertiarum, Regens Lanar. *conſ. 63.* & quomodo 6
exiſtimentur, imò taxentur per S. C. tractant Viſconte *in concluſ. ſuis, in verbo intereſſe*, Theodor. *alleg. 40. numero 30. & 36. & in allegat. 24. numero 16.* de Angelis *ad* Gizzarell. *dict. deciſ. 65. num. 7.* quod etiam firmat Ioſeph Mele *in addit. ad* Gizzarell. *dict. deciſione 65. cum aliis addentibus.*

Neque dicatur primò pro parte D. Franc. de Facio in anno 1668. fuiſſe liquidatum inſtrumentum per Reuerendum D. Fabritium Mallardum pro capitali, & tertiis, & expeditæ fuerunt litteræ exequutoriales, poſtquam liquidationẽ dictus D. Franciſcus ſoluit tertias decurſas, nec pro capitali fuit facta executio, poſt mortem D. Fabritij Donatus Mallardus eius hæres inſtetit pro reuocatione litterarum executorialium per quod decretum, fuit dictum, quod renouentur, quod idem contingit in anno 1670. quando iterum inſtitit donatus pro dicta liquidatione capitalis, & tertiarum, vnde cum pro parte D. Franc. fuerint præſentatæ apochæ de recepto, non poterit amplius intereſſe recipi poſt reſciſſum contractum, cum ſine vlla proteſtatione fuerint receptæ, pro quo aſſumpto, & argumento Pars aduerſa 7
adducit textum *in l. aduerſus, Cod. de vſuris*, per quem textum conatur probare, reſciſſo contractu, non poſſe amplius peti nec tertias, nec intereſſe.

Sed contrà, parcat mihi Aduerſarius, quia nec textum vidit, nec practicatum audiuit; Textus enim dicit, quòd ille, qui tertias, vel vſuras ſoluit ad minorem quantitatem, quam cenſus eſt

conſtitutus, videtur tacitè paciſci, vt ad illam minorem quantitatem ſolui debeat, ſecundum quem textum fuiſſe deciſum in S. C. die 27. Nouembris 1635. dicit Regens Capic. Latr. *d. 27. per totam*, quod idem firmat eius additio ibi nihil verò ad caſum noſtrum, vbi nihil agitur, de ſolutione facta pro minori, vel maiori quantitate, ſed ſolum agitur, vtrùm reſciſo contractu, debeatur intereſſe pro tertiis, de quo nec textus ille ſomniauit, imò peto ab Aduerſario, vt accedat ad M.C.V. & interroget Magnificos Magiſtros Actorum eiuſdem Curiæ præſertim Magnificum Marcum Auerſanum, cæteroſque ſimiles, qui ab eis edocebitur ſine vllo ſcrupulo ſic practicari, poſita liquidatione, & reſciſſione contractus, quòd recipiendo tertias, vel intereſſe nullo pacto ſibi præiudicat, vt non poſſit iterum agere pro liquidatione.

Secundò dicit Aduerſarius, quòd contractus annuorum introituum ſeruata forma bullæ, & ſecundum pragmaticam primam, de cenſibus importat, vt capitale ſit mortuum, vnde tertiæ tantum ex eo decurrentes poterunt exigi, alios contractus eſſet fœneratitius.

Sed parcat mihi Aduerſarius, quia vel proceditur ad liquidationem: vigore pacti adiecti reſciſorij, vt non ſolutis tertiis per vnum annum, & menſem fiat prædicta liquidatio, vel non ſi vigore pacti reſciſorij, vt dicebamus, tunc reſciſo contractu, tertiæ non debentur, debetur tamen capitale, quod non eſt amiſſum, ideſt perditum, ſed amiſſum, ideſt non fortificat, debetur autem intereſſe loco tertiarum, & ita in Curiis Eccleſiaſticis huius Ciuitatis Neapolitanæ, & in toto Regno practicantur liquidationes, ratione conſtitutionum ſynodalium, quas Epiſcopi faciunt pro pœnis conſequendis prædictarum liquidationum: vnde capitale non eſt perditum, ita vt non poſſit recuperari, ſed infructiferum, quia non producit tertias, ſed earum loco debetur intereſſe, quod intereſſe iure naturali, diuino, & Canonico debetur, quia retinet debitor pecuniam creditoris, & factus eſt caſus ſoluendi capitale propter tertias non ſolutas ſuo tempore, ideſt reſciſſo contractu; vnde omnis æquitas patitur, vt illi, cui non debentur tertiæ, debeatur in-
8 tereſſe ad eandem rationem tertiarum, *argument. l. curabit, Cod. de actionibus empti.*

Dicit tertiò aduerſarius fuiſſe per reſciſſionem contractus transfuſum in alium contractum denuo conſtitutum per receptionem tertiarum, ad quod adducit Præſidem Anellum de Amato *conſ. 60. num. 5.* Regentem Merlinum *lib. 2. capite 36.* vbi dicit ipſe, quod iſti Doctores dicunt, quod per exactionem tertiarum, fuit extincta actio petendi capitale, & quod capitale vtpotè demortuum, peti non poſſit.

Sed ſiſte parumper, tu qui legis, & rogo, vt videas conſilium Præſidis de Amato, qui nihil tale dicit, ſed ibi agit de ordine ſedendi, ex quibus colligatur de facto noſtro, nullum verbum fecit D. Præſ. de Amato, vnde credo aduerſarium voluiſſe iocare, non allegare; quod quod idem dico de loco citati Domini Merlini *lib. 2. cap. 36.* vbi mirari non poſſum de modo allegandi, ſolum enim dicit *ibi Merlinus*, quod
9 venditor rei, qui pretij creditum cum eodem emptore conuertit in emptionem annui cenſus præferri non debet anterioribus creditoribus emptoris ad ornatum textum *in l. ſingularia, ff. ſi certum petatur, & in l. licet, Cod. qui potior. in pignor.* ſed hoc quid ad materiam noſtram? Vnum verbum credo voluiſſe partem colligere ex Merlino ſcilicet capitale annuorum reddituum deperditum eſſe, & demortuum, vnde nec deberi, nec peti poſſe, quod ille dicit *num. 18.* ſed hoc procedit, vt dicebamus, demortuum eſſe capitale, quo vſque per pactum reſciſsorium in inſtrumento appoſitum non fuerit facta reſciſſio, qua poſita reſciſſione, licet non debeatur tertiæ, tamen debetur intereſſe ad eandē rationem, provt tertiæ, Kouit. & alij *in pragm. 1. de cenſibus*, vnde in hoc nec Merlinum, nec Amatum adducere debebat, quia non dicunt, quod ipſe prætendit, ſed totum petat à Magnif. Magiſtris Auctorum M. C. V. quia ipſi bene docebunt modum procedendi.

Audiui inter dentes allegari Conſiliarium Paſchalem de patr. poteſt: quaſi hic Auctor facit pro parte contraria, ſed rogo, vt videant, quia nec Paſchalis, nec additio eiuſdem talem articulum diſputarunt, nec vllum verbum ſuper ſimili materia protulerunt: vnde non credo me loqui cum imperitis, & indoctis, ſed more Doctorum, cum illis, qui Doctores allegant, facientes ad materiam; cum Notariis, & aliis ſimilibus, non eſt noſtra ſermocinatio.

Neque dicas obſtare Merlinum *1. tom. c. 21.* vbi videtur contrarium dici. Reſpondeo enim ibi non loqui de contractu ad formam Bullæ, ſed de loco ceſſore, vel &c.

Quare, &c.

DISCEPTATIO XLIX.

SVMMARIVM.

1 *Series facti proponitur.*
2 *Alternatiua electionis in capitulis Regularium quare inducta.*
3 *Capitulum generale an poſſit ſtatuere alternatiuam, & quando.*
4 *Alternatiua in electionibus an ſit præiudicialis.*
5 *Alternatiua Beneficiorum ſecularium collatorum à Rege qualiter ſeruetur in vtraque Sicilia.*
6 *Alternatiua materiam, qui Doctores à profeſſo tractant.*
7 *Alternatiua non obſeruata in præſenti facto nullam facit eſſe electionem.*
8 *Electio facta, non ſeruata alternatiua, eſt nulla ipſo iure.*
9 *Decreti irritantis plures ſunt effectus.*
10 *Decretum irritans operatur nullitatem actus ab initio.*
11 *Decretum irritans ligat etiam ignorantes, & quando.*
12 *Decretum irritans inducit formam.*
13 *Decretum irritans tollit conſuetudinem præſcriptionem, & impedit executionem ſententiæ.*
14 *Alternatiua confirmata per Pontifices quem finem habuerit.*
15 *Alternatiua, de qua in præſenti in omnibus ferè Prouinciis Religionis Sancti Dominici obſeruatur.*
16 *Alternatiua electionis vtrum coarctet vota eligentium.*
17 *Alternatiuæ verba, de qua in præſenti, ponderantur.*

18 *Electio claudicare non debet.*
19 *Alternatiua Beneficiorum quos intelligat pro exteris.*
20 *Argumentum quod poſſet fieri in præſenti peccato in ſuppoſito.*
21 *In Religione Sancti Dominici duplex eſt genus capitulorum generalium.*
22 *Capitulum definitorum qualiter differat à capitulo generali electionis.*
23 *Clauſula alternatiua vtrum ampliari debeat, vel reſtringi.*
24 *Diuerſitas non facit argumentari de vno ad aliud.*
25 *Æquitas cerebrina non eſt æquitas, ſed iniquitas.*
26 *Dictio taxatiua tantum an reſtringatur, vel amplietur.*
27 *Dictio taxatiua operatur pactum eſſe perſonale.*
28 *Socius in Ordine Prædicatorum longe differt ab Electore.*
29 *Definitores qui ſint in Religione Sancti Dominici.*
30 *Definitores quam poteſtatem habeant, & qualiter.*
31 *Subprior non poteſt dari in Socium definitoris.*
32 *Socius in Ordine Predicatorum non eligitur à capitulo.*
33 *Definitores, & Socij qualiter differant.*
34 *Breue alternatiua de quibus mentionem faciat, & an comprehendat Socios?*
35 *Socius, & electo qualiter differant.*
36 *Socius non poteſt eligi, qui fuit immediate definitor capituli præcedentis.*
37 *Electio Socij quomodo differat ab electione definitoris Prouincialis.*
38 *Definitor generalis vtrum poſſit eligi in Socium.*
39 *Socius an ſit formaliter idem ac electo.*
40 *Alternatiua electionis poſt conceſſionem Vrbani VIII. in Ordine Sancti Dominici fuit practicata in duobus Capitulis generalibus.*
41 *Obſeruantia inducit veram legem, & conſuetudinem.*
42 *Conſuetudo per duos actus inducitur.*
43 *Conſuetudo qualiter de non licito facit licitum.*
44 *Conſuetudo parem vim habet cum lege, & eſt potentior ſtatuto.*
45 *Capitulum, de quo in præſenti Prouincialium, an definitorum ſit.*
46 *Status vltimus in quacumque re attenditur.*
47 *Electio de qua in præſenti, vt nulla eſt iudicanda.*

ARGVMENTVM.

Electio facta abſque alternatiua contra formam ſtatutorum Religionum an ſit nulla? Adducuntur ſtatuta Illuſtriſſimæ Religionis Sancti Dominici circa electionem faciendam Prælatorum in ſuis conuentibus.

NEAPOLITANA

Nullitatis electionis propter non obſeruatam alternatiuam in ſacro Ordine Sancti Dominici Prouinciæ Neapolis.

CVM ex decreto Sanctiſſimi Domini noſtri Vrbani VIII. die 17. Feburarij 1640. ſtatutum ſit vt electiones in capitulo generali Patrum Sancti Dominici fiant cum alternatiua, in omnibus inquam electionibus tam Prouincialium, quã definitorium, ſiue Generalium ſiue Prouincialiũ, electorumque ac Priorum vtriuſque nationis ſcilicet exterorum, & Neapolitanorum, provt in pluribus Prouinciis eiuſdem Religionis idem habetur, teſte P. Paſſarino, *de electione Canonica, capite* 36. *quæſito* 2. *fol.* 759. *col.* 1. confirmata dicta alternatiua per Breue Innocentij X. 2
vt idem Auctor teſtatur *vbi ſuprà*, quod, & in aliis Religionibus ad obſeruandam pacem, & quietem Patrum, necnon ad tollendas factiones inter eoſdem validas eſſe prædictas alternatiuas, teſtatur P. F. Iacobus Raggius Capuccinus, *de Regimine Regularium dub.* 26. *concluſ.* 2. P. Paſſarinus *capite* 30. *numero* 150. *fol.* 630. *col.* 1.
quas quidem alternatiuas Capitulum Generale 3
poteſt etiam ſtatuere nimirum, vt in Prouinciis, vel conuentibus Prælatus alternatim igitur modo ex vna, modo ex altera natione, vt teſtatur Caſtellinus *capite vnico, de elect. numero* 36. P. Donatus *part.* 3. *in praxi Regularium tract.* 1. *quæſtione* 10. *numero* 2. qui dicunt, quod capitula generalia ex permiſſione Apoſtolica poſſunt alternatiuam ſtatuere pro bono Pacis ſicuti factum fuit in multis Capitulis generalibus in ordine Prædicatorum, minorum de obſeruantia,
& aliorum, & licet talis alternatiua per ſe videa- 4
tur contraria bono communi, & inferre præiudicium libertati, tam actiuè, quàm paſſiuè vocalium, vt bene probat Rota *parte* 1. *recent. deciſione* 45. *numero* 4. tamen hoc non eſt ſimpliciter verum, quia propter multas bonas qualitates, & propter alia enumerata per DD. *vbi ſuprà* dicta alternatiua locum habere poteſt, provt habet in Religione Illuſtriſſima Dominicanorum; præſertim partibus conſentientibus nihil poteſt prætendi contrarium, vt latiſſimè fundat Paſſarinus *cap.* 2. *num.* 61.

Similis huic alternatiuæ in Religione S. Domi- 5
nici eſt illa alternatiua, quæ viget in regno Siciliæ vtriuſque fari, vt beneficia ſecularia, quæ proueniunt à Rege Capitulo ſub alternatiua conferantur, de qua alternatiua poſt Gonzalez *in Regul.* 8. *Cancellariæ* plura notat Franciſcus Salernus Siculus Panormit. *conſ.* 1. 2. *&* 3. *cum pluribus ſeqq.* necnon *conſ.* 19. cum aliis: ſimilis etiam huic alternatiuæ eſt illa, de qua Dauid Doringius *in Bibliotheca Iure Conſultorum in verb. alternatiua*, Cardinalis Tuſchus *in eodem verbo*, necnon latiſſimè Laurentius Vrſellius *concluſ.* 96. *&* 97. qui de omnibus alternatiuis agit per plures, & plures columnas, Barboſa *in appellatiua verborum in verbo alternatiua*, poſita ergo prædicta alternatiua, Iure prætenditur, electionem factam in definitores Capituli Generalis proximè celebrandi in Ordine Prædicatorum, factam inquam in perſonam Reuerendi Patris Magiſtri

7 Fratris Michaëlis de Fontanaroſa, & Reuerendi Patris Magiſtri Fratris Thomæ Ruffi, quia vnus ſcilicet Fontanaroſa eſt alterius Prouinciæ nationalis, alter verò ſcilicet Ruffus eſt etiam alterius Prouinciæ, igitur electio eorumdem pro vocalibus in capitulo, nulla eſt, quia ſuppoſita alternatiua pro dictis muneribus obeundis, clarè apparet, quod ex duabus electionibus generalibus, ſeu definitore, & electore capituli generalis, vt in alternatiua contineatur, non ambo vnius nationis, ſed vnus ex Neapolitanis, alter ex exteris debet eligi, quia hæc eſt natura alternatiua, vt *ſuprà* citati Doctores in propriis locis adductis dixerunt; cum igitur PP. Fontanaroſa, & Ruffus ſint ambo ex exteris nationibus, primus ſcilicet de Fontanaroſa, ſecundus de Balnearia Calabriæ, clare liquet electionem in eorum perſonas factam in definitores, ſeu definitorem, & electorem capituli generalis in præiudicium totius nationis Neapolitanæ contra formam Breuis alternatiuæ, quia vt aduertit P. Paſſarinus 8 *cap. 2. num. 62.* qui poſt Caſtellinum, & Donatum dicit electionem ipſo facto eſſe nullam, ſi alternatiua non ſeruetur, ex quo in dicta alternatiua ponitur decretum irritans, cuius effectus multiplex eſt, primus quidem quod irritat, ſeu annullat omnia quæ in contrarium fiunt, *cap. ſi eo tempore de elect. in 6. cap. 1. verſ. adiiciebatur de conceſſione præbendæ in 6.* Theodoſius de Rubeis *ſingul. 258.* Gratian. *cap. 281. & num. 3. & 4. & cap. 574. num. 5. & 9. & cap. 791. num. 13.* Solorzanus *de iure Indiarum, tom. 2. lib. 2. cap. 4. numero 23.* qui quidem actus corruit ipſo iure, etiam 10 parte non opponente, & operatur nullitatem actus ab initio, cum dicatur habere oculos retro, vt latè Cardinalis Tuſchus *tom. 2. litt. D, concluſ. 115.* Theodoſius Rubeus *de clauſulis, clauſ. 258.* Caſſadorus *deciſ. 11. ſuper regulis Cancellariæ*, Rota apud Farinac. *deciſ. 142. num. 4. part. 1.* 11 Secundus effectus eſt, quia decretum irritans ligat etiam ignorantes, Sigiſmundus de Bononia *dub. 3. num. 6.* Rota *impreſſa poſt partem 5. recent. dec. 235.* imò non ſufficit præſumpta ſcientia, quia etiam probabilis, ac iuſta ignorantiam non excuſat, *cap. ſi beneficia de præbendis, in 6.* Card. Puteus *deciſ. 387. lib. 3.* nam ſtatim operatur effectum ſuum tale decretum à die datæ, idque etiam quoad Papam concedentem talem gratiam, vt bene Solorzanus *vbi ſuprà, num. 22.* 12 Tertius effectus eſt, quod clauſula decreti irritantis inducit formam: vnde illa non ſeruata corruit actus, Rota apud Farinac. *dec. 225. num. 5. part. 2.* Theodoſius Rubeus *num. 27.* imò tollit etiam 13 conſuetudinem, tollit præſcriptionem, tollit etiam vires ſententiæ, eiuſque executionem impedit, igitur cum in præſenti præcipiatur, vt alternatiua ſit electio, per tale præceptum cenſetur tacitè appoſita clauſula annullatiua, latiſſimè Farinacius *in fragmentis criminalibus part. 2. litt. L, numero 169.* P. Donatus *3. part. tract. 1. q. 32. n. 1.*

14 Quod autem ex vi alternatiuæ ſit ſtatutum, vt vnus ex Electoribus generalibus debeat eſſe vnius nationis, alter verò ex altera, clarè liquet, tum ex natura, & eſſentia alternatiuæ, quæ non ad alium finem eſt introducta, & à ſummis Pontificibus in capitulis generalibus inſtituta, aut, conceſſa, niſi vt quælibet natio gaudeat ſuffragio ſine vllius nationis præiudicio in dictis capitulis generalibus, dummodo aliter exceptio aliqua præter alternatiuam diſpoſuerit, iuxta notata per text. *in cap. in alternatiuis de regulis iuris in 6.* vbi nouiſſimè Pater Bardi Societatis Ieſu, poſt P. Reuerendiſſimum Paſſarinum *vbi ſuprà*, quod in praxi habemus in eodem ordine Prædicatorum, vnde in Prouinciis, in quibus eſt alternatiua, de quibus plures refert Paſſarinus *dict. capite 36.* ſic in tribus nationibus Cataloniæ, Aragoniæ, & Valentiæ, ex ſingulis nationibus præter nationem illam, cuius extiterit Prouin- 15 ciis duarum duntaxat nationum, præter Prælatum, qui neceſſariò eſſe debet vnius, vel alterius nationis ſeruatur alternatiua inter duos definitores, aut Electores, vt non ambo ex altera natione ſuffragium dent, ſed vnus ex vna, & alter ex altera eligatur, vt in Prouincia Calabriæ ex natione ſuperioris, & inferioris Calabriæ, ſic in Prouincia Regni inter duas nationes Neapolitanorum, & externorum quoad definitores, & electores Magiſtri ordinis ex vi prædicti Breuis obſeruatum eſt, *vt infrà* videbimus; cur agitur modo in capitulo proximo electionis Generalis Magiſtri ordinis in præiudicium nationis Neapolitanæ ambo electores ſunt facti exterarum nationũ, vt ad ferendum ſuffragium admittantur, ergo eſt contra formã Breuis, curſu temporis in præiudicium nationis, & poſſet dari caſus in futurum, vt exteræ nationes ſuperiorem faciant, qui gubernare debeat Neapolitanos: igitur eſt contra finem Breuis, & naturam alternatiuæ, cuius proprium eſt, vt in vna tantum parte adimpleatur, Barboſa *in dict. cap. in alternatiuis, numero 29.* Pater Bardi *in d. cap. in alternatiuis, de regul. iur. in 6.*

Pro quo accedit non eſſe credendum, quod 16 cum iſta lex, ſiue Breue taliter diſpoſuerit, quod poſtmodum Reuerendi Patris Prouincialis Regni, præſertim Pater frater Gregorius Saydia, cum præfuerit in capitulo Prouinciali electioni electorum capituli generalis, prætextus, quod ipſe, ad quem ſpectabat ad dictum capitulum generale accedere, erat Neapolitanus, præfatam electionem contra libertatem eligentium, ſi nullum fuiſſet Breue alternatiuæ, & contra formam Breuis de facto exiſtat, & electionem coarctauit ad ſolos exteros, cum excluſione Neapolitanorum, certè quod omnia fuiſſent nulliter facta, ergo ita in caſu noſtro, prædicta electio ſufficere non debet, vt facta eſt.

Difficultas tamen eſt ſoluenda, quæ poſſet 17 adduci in fauorem dictæ electionis in perſonas prædictorum fratrum Fontaneroſæ, & Ruffi, ſtat difficultas in quadam exceptione collecta à natura, & eſſentia alternatiuæ in eodem Breui expreſſa: ibi (cum verò inſtat electio Magiſtri ordinis definitori, & ſocius ſint diuerſæ nationis ab ea, cuius eſt Prouincialis) cumque Prouincialis ſit Neapolitanus, nempè Magiſter Pater Gregorius Saydia, nulli dubium eſſe poteſt, quin factum non ſit, iuxta diſpoſitionem Breuis alternatiuæ, cuius vigore valida eſt electio in præiudicium Reuerendi Patris Fontanaroſæ, & Reuerendi P. Magiſtri Ruffi.

Reſpondeo enim, quod non alia via talis ele- 18 electio poteſt ſubſiſtere, quàm ex illa clauſula ſecluſa, ſi nullum eſſet Breue alternatiuæ, quia claudicaret electio, ob contrauentionem dictæ alternatiuæ ad ſolos exteros in præiudicium Neapolitanorum, ſi verò vt de facto accidit, ſtatuta eſſet alternatiua illius natura eſſet, vt ſi non adimpleta eſt illa clauſula, vnus ex vna, alter ex alia natione eligi debet, reducitur igitur defenſio ad præfatam clauſulam naturæ alternatiuæ excipientem,

pientem quia vt bene Franciſc. Salernus *conſ. 2. l. 1. in fi.* loquendo de alternatiua in beneficiis ſæcula-
19 ribus dicit illa verba volens : & mandans quòd ciues recepti, & effecti per priuilegium, aut alibi nati penitus excludantur, & ſic obſeruari ſemper debet, & non aliter, nec alio modo, provt in ſimili de noſtra alternatiua Prouinciæ Neapolitanæ ſummus Pontifex Vrbanus VIII. in Breui, de quo agimus.

20 Reſpondeo ſecundò quod argumentum peccat in ſuppoſito, cùm ſit præter caſum, de quo agimus, & praxim cuiuſcumque Prouinciæ Regni contrariam, peccat in ſuppoſito, quia eſt extra caſum : nam cum ſimus in caſu duorum electorum, ſeu Definitoris, & electoris, non autem in caſu definitoris, & Socij : nam ſi præfata reſponſio prætendit vi illius clauſulæ ſuſtinere electionem illam in perſonas duorum exterorum validam eſſe, tunc oportet, vt ſupponat eundem caſum eſſe duorum electorum, ſeu definitoris, & Socij, quod tamen falſiſſimum eſt, in eo caſu, in quo idem eſt Socius, definitor, & elector, provt faciliter conuincitur.

21 Pro huius autem intelligentia animaduertendum eſt, quod in Prouinciis Patrum Prædicatorum Sancti Dominici, teſte Patre Paſſarino in ſuo tractatu de electione Canonica, duplex eſt genus Capitulorum generalium, etiam electionis magiſtri Ordinis, & vnum quorum dicitur Capitulum generale Prouincialium, aliud Capitulum generale definitorum, inter quæ hæc eſt differentia, quantum attinet ad præſentem materiam : quia in Capitulo generali definitorum ad electionem magiſtri Ordinis, præter Prouincialem, interueniunt duo, ſcilicet definitor, & Socius; In capitulo verò generali Patrum Prouincialium, præter Prouincialem, interueniunt duo Electores, vel duo Definitores, primus, & ſecundus, qui numquam veniunt ſub nomine Definitotis, & Electoris vel primi, & ſecundi electoris. Hoc poſito.

22 Probatur primò euidenter clauſulam illam hunc caſum non comprehendere : nam ſermo ibi eſt, de definitore, & Socio, non verò de duobus Electoribus, igitur loquitur ibi, & decernitur, de capitulo generali electionis, quod eſt capitulum definitorum, cùm ad hoc genus Capituli pertineat Definitor, & Socius, non ad Capitulum generale Prouincialium, ergo ſi in præſenti ſumus in caſu capituli generalis Prouincialium ad quod non vadunt Definitor, & Socius, conſequenter fit, quòd clauſula illa dicitur præter caſum, & firma remanet alternatiua in ſui natura, cuius proprium eſt, vt verificetur, iuxta ſui partem, vt latiſſime DD. ſuprà citati, in aliis verò caſibus putà Capitulorum generalium, vt in præſenti non accedunt Definitores, & Socij.

23 Rurſus cùm ſimus quoad illam clauſulam in pœnalibus odioſis, & exorbitantibus non excluditur vna integra natio à prædictis muneribus Definitoris, & Socij ſubeundis, quia dicta clauſula debet reſtringi ad ſolum caſum Definitoris, & Socij, vt verba ſonant, non autem ampliari in præiudicium alterius nationis in aliis caſibus, in quibus non accedunt Definitor, & Socius, nec derogat alternatiuæ definitorum, tam Prouincialium, quàm Generalium in ipſamet electione, vt *in Breui Vrbani VIII. de quo ſuprà*, quia ſi-
24 mus in diuerſis caſibus, vnde argumentum de vno ad alium non valet, vt *in l. Curatorem, Cod. de interdicto matrimonio :* tum quia ſic ſignificatur exceptionem, & regulam eſſe ad inuicem contrarias per text. *in l. vix certis*, vbi Gloſſ. *ff. de Iudic. & in l. intra*, §. *finali*, *ff. de minoribus*, *& in l. ſi hæres*, *ff. ad leg. falcid.* Barboſ. *de diction. diction.* 426. *n.* 5. Cardin. Tuſchus *litt. C*, *concluſ.* 1042. idem Barboſa *in loco* 29. *per totum*, nec à diuerſis ad diuerſa validum eſt argumentum, per text. *in l. Papinianus exuli*, *ff. de minor.* Cardin. Tuſch. *litt. A*, *concluſ.* 510. *numero* 3. Barboſa *in loco* 137. *per totum*, quia æquitas cerebrina ex ſuo capite inuenta, non dicitur æquitas, ſed iniquitas, & quando eſt contra le- 25
ges non eſt extendenda, Iaſon *in l. quod ſi Epheſi*, §. *interdum*, *ff. de eo*, *quod certo loco*, Decianus *conſ.* 38. *numero* 42. *& ſeqq.* Cardin. Tuſch. *tom. 3. litt. E*, *concluſ.* 312. *numero* 16. Vnde dici 26
ſolet, quod dictio taxatiua tunc, & eo caſu eſt reſtrictiua, & limitatiua diſpoſitionis, quod idem eſt in dictione *tantum*, quæ reſtringit, ac impedit extenſionem, Theodoſius Rubeus *in ſuis ſingularibus tom. 2. p. 7. concluſ.* 820. numquam enim extenditur ad ea, quæ ſunt de ſubſtantia, & forma, vt dixit Rota *in Rom. hær.* 11. *Iunij impreſſa:* poſt Farinacium *deciſ.* 723. *part.* 3. ſicuti neque extenditur ad clauſulas ſubſtantiales non ſolitas apponi : propterea in odioſis pœnalibus, & exorbitantibus, nullam eſſe faciendam extenſionem dixerunt Villaut, *de extenſione legum numero* 80. *& in rubrica*, *de extenſione legum pœnalium*, *numero* 19. Farinacius *in fragmentis litt. E*, *numero* 109. quia dictio taxatiua, & clauſula irritans includit expreſſum, & reliqua excludit, *l. qui aliena*, §. *libertas*, *ff. de negot. geſt. l. qui ſella* §. *qui actum*, *ff. de ſeruit. ruſtic. capite cum Eccleſia Sutrina, de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis:* vbi Abbas *numero* 9. & habet negatiuam implicitam, ita quod aliter fieri non poſſit, quia 27
per dictam dictionem cenſentur pacta perſonalia, iuxta notata per Franciſcum Souſa, *in comment. ad titulum de pactis*, *art.* 9. *quæſt.* 2. *numero* 7. & eſt exceptiua, & limitatiua, ſicuti dictio tantummodo, *l. bis ſolis*, *ff. de cond. indeb. l. bis ſolis*, *Cod. de reuoc. donat.* Franc. *deciſ.* 223. *n.* 4. *parte* 1. Farinac. *deciſ.* 740. *num.* 4. *& deciſ.* 600. *num.* 7. *p.* 2. *recent.*

Sscundò probatur falſitas ſuppoſiti, nam So- 28
cius in ordine Prædicatorum eſt longè diuerſus ab Electore, tum quia aliàs nulla eſſet differentia inter capitulum generale definitorum, & capitulum generale Prouincialium, & fruſtra pro primo deſignaretur Definitor, & Socius; pro ſecundo verò duos Electores, nam Definitores ſunt illi qui in Capitulo generali repræſentant totam 29
Religionem, ſolent dici Coadiutores, Collegæ, & participes officij generalis, & veluti Religionis ſeniores ſunt, & ſupremi iudices : Rodriquez *part.* 2. *diſput.* 45. *art.* 2. Miranda *parte* 2. *q.* 17. *art.* 2. Sigiſmundus à Bononia, *de elect. dub.* 117. *&* 118. P. Samelius Dominicanus *tract.* 3. *diſp.* 3. *controu.* 1. *&* 2. P. Paſſarinus Dominicanus *capite* 37. *de electione Canonica*; quibus tamen non conuenit poteſtas ſeiunctis, & ſeparatis extra Capitulum, ſed ſolùm, vt collegialiter Congre- 30
gatis, hinc eligi debent à tota Religione, nimirum quilibet illorum à qualibet Prouincia ſuæ Religionis, cui Definitori eunti ad Capitulum generale datur Socius, qui tamen non eligitur à toto capitulo, ſed à Prouinciali, & definitoribus, Capituli Prouincialis, vt *in conſtitutionibus Dominicanæ Religionis diſtinct.* 2. *cap.* 5. §. 4. P. Donatus *part.* 3. *tract.* 5. *quæſt.* 42. ſubprior

tamen non poteſt dari in Socium definitoris, vt ex pluribus Capitulis Dominicani Ordinis dicit Paſſarinus *vbi ſuprà numero 5.* qui latiſſimè agit de diffinitoribus, tum Capituli generalis, tum etiam de electione definitorum Capituli Prouincialis.

32 Socius verò in Ordine Prædicatorum non eligitur à Capitulo, ſiue Prouinciali, ſiue intermedio ſi celebrari contigerit, ſed inſtituitur per commiſſionem factam à definitorio dumtaxat, vnde non fit ſcrutinium, ſeu decretum electionis ſcriptum, ſicuti in electione Prioris, ſed ſocio dantur teſtimoniales de eius electione, quas ſi non deferat, non admittitur ad electionem, imò diem pro ſocij electione ſtatuere ſpectat ad Superiorem, vel ad Vicarium Conuentus, ſi non adeſt ſubprior, vt latè poſt alios Paſſarinus *dict. cap. 39. num. 18. in fine*, vt latè agit de conditionibus requiſitis in electione dicti ſocij, ſic apparet

33 longam eſſe differentiam inter ſocium miſſum cùm Prouinciali, & inter diffinitores miſſos cum eodem, pro quo plura conſiderat Pater Remigius Scropha Ordinis Prædicatorum *quæſt. 17.* inter eoſdem ſocios, & definitores; ſi verò fuerint electores, & non ſocij tunc eligi debent cum eiſdem ſolemnitatibus à toto capitulo.

34 Hinc valdè notandum eſt, quod propter hanc cauſam Breue prædictum loquendo de alternatiua ſeruanda in electionibus, ſolùm facit mentionem de diffinitoribus Prouincialibus, Generalibus, & electoribus, vt ibi videre eſt, & non meminit vllo modo de ſociis inferioribus, cum de huiuſmodi capitulis verificetur clauſula diffinitoris, & ſocij, quia ſocius non eligitur, ſed illi committitur, vnde non ait, quòd eligatur alterius nationis, à natione Prouinciali, ſed dicit ſic, vt detur definitori ſocius, igitur per clauſulam illam non derogatur alternatiuæ.

35 Probatur tertio ex altera differentia, & diſcrimine inter ſocium, & electorem, nimirum, quod ſocius in defectum definitoris ſubingreditur, ſeu ſubrogatur ad definiendum in capitulo generali, elector verò ſi deficiat definitor non ingreditur, nec ſubrogatur, ſed tantum eligit, igitur arguere à ſocio ad electorem, ex vi illius clauſulæ, eſſet dictam electionem à peccato non excuſare, quia cum exceptio firmat regulam in contrarium, ſic clauſula loquitur de definitore, non poteſt extendi ad aliam materiam: vnde cum deinde excipitur caſus definitoris, & ſocij, quod ſint eiuſdem nationis diuerſæ ab ea, cuius eſt Prouincialis, non infirmatur, ſed potius firmatur alternatiua quoad electores, nimirum, quod vnus ſit vnius nationis, alter ex altera, quicquid ſit de Prouinciali qui de neceſſitate ex vna illarum nationum eſſe debet.

36 Probatur quarto ex conſtitutionibus ordinis Dominicani, vbi agitur de ſocio, & dicitur, quòd per tria capitula generalia immediatè ſibi ſuccedentia, quæ perinde habent vim conſtitutionis in Ordine Prædicatorum ſancitum eſt, quod in ſocium talem non poſſit eligi ille, qui fuit immediatè præcedentis capituli definitor, ita verba definitorij *litt. T. fol. 122.* quod etiam refert P. Paſſarinus *cap. 37. de elect. definitorum*, capituli generalis, & Prouincialis, dicens, quod iſta conſtitutio fuit inchoata in capitulo celebrato de anno 1288. confirmata deinde Coloniæ in anno 1301. & tamẽ de facto in Prouincia Regni illi, qui fuerunt mediatè definitores præcedentis Capituli generalis, vt eſt P. Ruffus, & P. Gigante ſunt electi in electores, igitur talis electus eſt longè diuerſus à ſocio; nam alias cum fuerint definitores præcedentis capituli non poſſent eſſe electores futuri capituli generalis.

Quia verò ſumus in caſu iam deciſo à Reue- 37
rend. Vicario Generali Patre Paſſarino, ideo videamus ordinationem iuxta eius ſenſum, & totius Religionis, quia per duas epiſtolas Fratri Seraph. de Rubeis directas conſtituit longè diuerſam electionem eſſe in ſocio, quàm in definitoribus Prouincialis, igitur euidenter apparet conſtitui differentiam inter ſocium capituli generalis, & inter difinitorem eiuſdem, nam alias decidiſſet contra illa tria capitula generalia prohibentia eligi in ſocium, qui fuit præcedentis capituli definitor, quod non eſt dicendum, nec alia de cauſa prohibitum fuit ſocium eſſe, qui fuit definitor, niſi quia idem eſt ſocius, & elector.

Neque dicas, quòd ſi hoc eſſet, ſequeretur, 38
quòd ille, qui fuit vnius capituli generalis definitor, poſſet eligi in Socium, eique permittere illi ſolum eligere, & non definire, & in defectum definitoris, quia non eſt abſurdum, vt contra illa tria capitula agatur, quia reſpondetur, quòd deciſio Patris Vicarij Generalis fundatur in eo, quod Elector eſt longè diuerſus à Socio: nam ſi eſſet idem, ſicuti non potuiſſet eligi in Socium, ita nec alij potuiſſent in electores, quia Socius eſt perſona miſta coniunctum habens ius eligendi, non definiendi.

Vnde arguitur, quòd ſicut verbum, Socius, 39
in illis tribus capitulis generalibus non extenditur ad electorem: vnde lex prohibens definitorem præteritum eligi in Socium, non prohibet eligi in electorem iuxta deciſionem Reuerendiſſimi Vicarij Generalis, ita ly *Socius* in Ordine Prædicatorum alternatiue non extenditur ad electorem: vnde clauſula prohibens Socium eiuſdem nationis eſſe cum Prouinciali, non prohibet talem eligi in electorem: nam tantum ad electionem diuerſus eſt Socius ab electore, igitur ſeruanda eſt ad vnguem alternatiua, alias ſequeretur, quòd *ly Socius* comprehenderet electorem, quod non eſt, quia Socius non eſt idem, vt elector, & ſolum Socius debet eſſe, qui non fuit definitor præcedentis Capituli: ergo ſimiliter Socius debet eſſe Nationis diuerſæ à natione Prouincialis, non autem elector, vel ſi hoc ampliatur etiam ad electores Capituli Generalis, ſimul ampliari debet ad electores, & ſicuti ex alio capite electio Magiſtri Ruffi in electorem, eſſet nulla, quia ipſe fuit præcedentis Capituli definitor, qui cum poſſit eſſe Socius ſubſequentis capituli, nec poteſt eſſe elector, quia *ly Socius*, extenditur ad electorem, igitur quocumque ſe vertat aduerſarius, prædicta electio eſt nulla, & vti talis declarari debet; quæ quidem reſponſio praxi Prouinciæ Regni accommodatur, nam illa clauſula reſtringitur ad votum definitoris, & Socij, & vlterius non extenditur circa Capitulum generale definitorum, & ſic obſeruari alternatiuam etiam inter electos, vnum vnius Nationis, alterum diuerſæ, vel eiuſdem nationis cum Prouinciali, quando capitulum fuit Prouincialium.

In quo obſeruandum eſt, quòd poſt emana- 40
nationem Breuis alternatiuæ factum de anno 1640. per Sanctiſſimum Vrbanum VIII. duo tãtum Capitula generalia electionis magiſtri Ordinis ſunt celebrata, primum fuit poſt quatuor

annos

annos post emanationem Breuis, in quo fuit electus recol. mem. P. Generalis Turcus in anno 1644. secundum fuit celebratum in an. 1650. in quo fuit electus recol. memor. Magister de Marinis, in hoc postremo capitulo, quod fuit definitorium, fuit obseruata clausula illa Breuis, scilicet alternatiua, fuit enim prouincialis P. Magister Gregorius de Vio à Caeta, qui exterus erat, definitor verò, & Socius nationis diuersæ, scilicet Neapolitanæ, vt Pater Blasius Mazzella, & Prædicator Generalis Fr. Stephanus Palma, qui ambo erant Neapolitani, cæterum in primo capitulo electionis Reuerendissimi Turci, quia fuit Capitulum Prouincialium, non definitorium ac proinde accessuri non erant definitor, & Socius, sed duo definitores, aut electores, non ita res se habuit, sed prouincialis fuit exterus, scilicet P. Magister Gregorius de Tripalda, definitores verò primus fuit Neapolitanus, vt Magister Paulus Caracciolus, secundus verò fuit eiusdem nationis, cuius erat prouincialis, quia fuit Magister Reginaldus Balsamus à Specla oppido quodam Apuleæ, vt inter istos alternatiua seruaretur, & sicuti habemus in praxi seruatum, ita in posterum seruandum est iura exclamant, quia obseruantia est
41 illa quæ inducit veram legum interpretationem, consuetudinem, & modum operandi, tum in iudicio tum extra, vt latissimè Rota Romana, teste Oliuerio Beltramino *in annotationibus ad Ludouisium decis.* 184. *numero* 8. cuius verba refert, & sequitur Castill. *tom.* 5. *controu. cap.* 93. §. 7. *numero* 2. vt latissimè Salgadus, *de retentione Bullarum* 2. *part. cap.* 30. §. 5. *à numero* 18. *& part.* 1. *cap.* 9. *à numero* 73. cum ergo taliter fuerit obseruatum post emanationem Breuis alternatiuæ, idque in duobus casibus succedentibus sequitur ita esse, vt leges seruandum, quia
42 per duos actus consuetudo inducitur vltra titulum existentem, vt *in l. de quibus, ff. de legibus*, quæ consuetudo dicitur forma, & quasi alterum ius naturale: ac proinde omnia potest, Cardinalis Tuschus *tom.* 2. *litt. C, concluf.* 806. *num.* 16.
43 & æquipollet Veritati, *l.* 1. *ff. de seruit. & aqua*, & facit de non licito licitum, & è contra, ac proinde excusat ab omni pœna, si fiat actus non licitus, Bart. *in l. si fugitiuus*, §. *apud Labeonem, ff. de ædilit. edict.* nouiter Pilaia *in dec. Can. tom.* 2. *dec.* 10. *de censib. n.* 8. quod sanè intellige, vt procedat, quo ad pœnam temporalem, quia quoad pœnam peccati, & spiritualem consuetudo non facit de illicito licitum contra legem, Gloss. *in capite denique* 4. *dist. & in c. cum venerabilis, de consuet.*
44 quas adducit idem Pilaia: vnde consuetudo est illa, quæ parem vim habet cum lege, *d. l. de quib. ff. de legib.* §. *ex non scripto, de iure naturali gentium, & ciuili, cap. fin. de consuetudine, capite consuetudo dist.* 1. *l.* 2. *Codic. quæ sit longa consuetudo*, & venit appellatione iuris, & est potentior statuto Giurba *ad consuetudines Messanæ in proœmio num.* 12. Nauarr. *quæst. forens. quæst.* 103. *numero* 2. diciturque optima legum interpres, *l. minimè, ff. de legib. l. de interpretatione, ff. eodem cap. cum dilectus, de consuet.* ideoque potest introducere quicquid potest priuilegio concedi, & quicquid potest per pactum statui, vt bene Tuschus *litt. C*, & Pilaia *lib.* 2. *p.* 8. *decisione* 10. *numero* 81. *&* 141. sic est interpretatiua contractuum, *l. quod si nolit.* §. *qui assiduo,*
45 *ff. de ædificiis priuatis.*

Igitur cum in duobus Capitulis generalibus duo exempla habeamus, de quibus *suprà* practicatum, quod in præsenti intendimus, nec vllum habeamus exemplum in oppositum, quod nimirum ex aliqua Congregatione generali fuerit oppositum practicatum, ideo dicere debemus, talem obseruantiam, & legem natam in titulo proœmiali SS. Vrbani VIII. seruandam esse in præsenti capitulo, cum sit capitulum generale, non definitorium, sed Prouincialium in vtile totius Religionis, ergo non debemus alternatiuam restringere, sed potiùs intelligendam esse in præsenti, provt in aliis duobus capitulis *suprà* adductis fuit obseruata, quia sic attenditur vltimus status, de quo *in cap. consul-* 46
tationibus, de iurepatr. nulli nationi præiudicans, non sicuti modo Prouincialis ex Neapolitanis, ita contingere posset, quod in altera electionis Capituli generalis prouincialis sit exterus, & tunc, sicuti modo contra statutum Ordinis præiudicaretur Natio Neapolitana, si vterque elector admittatur exteræ nationis, sic tunc præiudicium inferretur, vt sicuti exteri, si vterque elector Neapolitanus admitteretur.

Ex vi igitur alternatiuæ, eiusque natura, & 47
essentia & ex vera intelligentia pluries practicata colligitur firmam esse conclusionem, de qua in præsenti firmamque regulam, & communem legem in praxi pluries obseruatam, & nunc tanto magis seruandam, electionem prædictam nullam declarari ex vi alternatiuæ, nec proinde ad definiendum, & eligendum admittendos esse duos ex definitoribus proximioris Capituli prouincialis antecedentis, quorum vnus sit exterus, alter verò Neapolitanus alias posset de nullitate dici electionis Magistri ordinis.

Quare, &c.

DISCEPTATIO L.

SVMMARIVM.

1 *Facti species proponitur & Authores qui de hac quæstione scripserint. Ferro viam aperit qui per contraria procedit.*
2 *Ecclesiastica bona qualiter sint immunia à gabellis, tributis &c.*
3 *Bona Ecclesiastica differunt à patrimonialibus.*
4 *Sacrilegium committitur per occupantem bona Ecclesiastica, non verò patrimonialia Clericorum.*
5 *Ecclesiastica bona plura habent priuilegia & quæ sint.*
6 *Ecclesiastica bona causa negotiandi translata non gaudent immunitate.*
7 *Patrimonialia bona Clerici subiiciuntur statuto de extractione prohibita.*
8 *Clericus in patrimonialibus censetur laicus, & tenetur soluere diricta.*
9 *Immunitas gabellarum an sit de iure diuino.*
10 *Clericus pro personis propriis, & etiam Ecclesiasticis non sacris tenetur soluere dicta si extra Regnum extrahant.*
11 *Bona priuata Clericorum præscribuntur, vt bona laicorum.*
12 *Retractus habet locum in bonis Clericorum si vendantur secus in bonis Ecclesiæ.*
13 *Collectas, & onera non tenentur soluere Clerici, & quando.*
14 *Statuta laicorum generalia quando ligant Clericos.*

15 *Statuta ne extrahantur bona ob quam rationem fieri soleant & ad quem finem.*
16 *Ecclesiæ quando teneantur seruare statuta pro bono publico.*
17 *Statuta laicalia, quæ disponunt super illis quæ competunt Clericis non vt Clericis ligant eos, & quando.*
18 *Statum excludens Religiosos à Collegio est validum.*
19 *Textus* in cap. Eccles. S. M. & cap. quæ in Ecclesiarum de constitut. *qualiter procedant.*
20 *Legislatores Superiores licet laici, quando ligant Clericos & quomodo.*
21 *Potestas duplex, vna Ecclesiastica altera secularis, & hæc vna contentiosa altera politica.*
22 *Clerici non obstante Clericatu sunt Ciues, & membra reipublicæ.*
23 *Clerici sunt exempti de iure diuino quoad spiritualia.*
24 *Leges Politicæ sunt à Clericis seruandæ, & quando.*
25 *Decisio Regentis Reuerterij* 31. lib. 3. in puncto *adducitur.*
26 *Serici asportatio extra Regnum est contra Regalias D. Regis.*
27 *Serici confectio ad Regalias spectat, & quomodo.*
28 *Clerici tenentur seruare statuta laicorum disponentia circa annonam.*
29 *Statutum ne extrahatur frumentum ligat Clericos.*
30 *Summi Pontifices, pro tempore Eminentissimi Cardinales, & Sacra Congregatio voluerunt Episcopos conformari debere cum laicis, quoad extractionem.*
31 *Decisio Grammatici* 100. *qualiter processerit, & hodie est reuocata.*
32 *Leges municipales ligant Clericos posita licentia expressa vel tacita Summi Pontificis.*
33 *Pontificis oraculum quando petendum & in quibus statutis.*
34 *Bulla Pij V.* 11. *adducta per aduersarium nihil contra nos.*
35 *Clericorum contributio ad fauorem Principum secularium qualiter concessa per SS. Pontifices.*
36 *Leges laicales de regalibus loquentes ligant Clericos & an sericum sit de Regalibus.*
37 *Leges, licet in commodum respiciant Clericorum interdum, ligant tamen eos licet seculares, & quando.*
38 *Statutum de non facienda extractione comprehendit Clericos non solum quoad licentiam sed etiam quoad solutionem gabellæ.*
39 *Sperelli opinio, quæ dicit Clericos non teneri petere licentiam extrahendi reprobatur.*
40 *Barones non possunt facere banna ne extrahantur fructus vel alia de Regno.*
41 *Exempla adducta per aduersarium non probant ad materiam.*
42 *Obseruantia antiquissima dat iurisdictionem, etiam in Clericos.*
43 *Statuta loquentia de extractione in omnibus Regnis ligant Clericos.*
44 *Clerici an directiuè, an coactiuè teneantur seruare leges loquentes de extractione.*
45 *Coactio ad obseruantiam harum legum non fit per iudicem Ecclesiasticum.*
46 *Index laicus cogit Clericos ad talem obseruantiam.*
47 *Extractionis iudicium quando, & qualiter requirat fragrantiam.*
48 *Clerici extrahentes extra Regnum coram iudice laico tenentur respondere.*
49 *Index laicus cognoscit de pensionibus soluendis Regiæ Coronæ.*
50 *Clericorum bona inuenta pro extractione incidunt in commissum & applicantur fisco Regio.*
51 *Pœna à Clericis quando per laicos exigi possit.*
52 *Iura ciuilia disponunt posse laicos agere in rem contra Clericos, non in personas.*
53 *Clericorum bona inanimata quomodo à laicis cognosci possunt.*
54 *Ecclesiarum bona qualiter non possint extrahi.*
55 *Clericorum arma qualiter possint accipi, si reperiantur in fraganti.*
56 *Clerici ob contrabanna pœna corporali non puniuntur, sed pœna Bursali, & pecuniaria.*
57 *D. Regis Philipp. II. Priuilegium pro Clericis Regitanis quid operetur.*

ARGVMENTVM.

Ecclesiastica bona à patrimonialibus Clericorum longè differunt, habent tamen illa plura Priuilegia: sed Patrimonialia iudicantur ad instar laicorum. Directus Gabellarum à Clericis pro suis bonis sunt soluendi. Statuta laicorum Generalia ligant Clericos, & quando, latè examinatur. Potestas secularis contentiosa vna & Politica altera. Clericorum exemptio de iure diuino quoad spiritualia tantùm. Reuerterij decisio 31. lib. 3. *solemnis pro hac materia in exactionibus non faciendis intercessit S.P. voluntas nuntio Neapolitano declarata. Decisio Grammatici* 100. *in causa reclamationis fuit reuocata. Bulla* 11. *Pij V. nihil facit ad propositum, licet adducatur ab aduersario: Leges loquentes de Regaliis Clericos ligant. Statuta prohibentia extractionem ligant bona Clericorum non solùm quoad licentiam, sed etiam quoad solutionem Gabellæ & vi coactiua, quæ coactio est facienda per iudicem secularem, & vtpotè in commissum cadentia applicantur fisco seculari, licet non puniantur ipsi pœnis corporalibus, puniuntur tamen pœna pecuniaria. Clericorum bona an sint exempta à Statutis laicorum prohibentibus extractionem serici,*

& victualium, & si isti cogi possunt à laicis ad soluendas has gabellas, & bona capta cadant in commissum, & fisco laicali applicari valeant?

1 CONSVLTATIO ad me transmissa pro Clericis Rheginis, ne teneantur seruare statuta prohibentia extractionem rerum Serici scilicet &c. incipit tali modo (certa, & indubitata est Theologorum, Canonistarum, & iurisconsultorum propositio bona Ecclesiastica esse immunia à gabellis, tributis &c.) pro qua conclusione fundanda aduersarius scribens, potuisset allegare Alexandri Sperelli decisiones *to. 1. decis. 12. 13. & 14.* vbi fundat statuta laicorum prohibentia annonam, & alia similia extra territorium deferri, non ligare Clericos, quæ sunt decisiones contra Concilium Menochij 800. sicuti ego potuissem allegare, seu potius adducere allegationem Regentis de Neap. pro Regno Siciliæ in hac eadem causa & allegationem typis impressam Illustriss. ducis Diani pro hac eadem causa vltra Mansonium, & alios Doctores de Regno, vt autem de meo aliquid proferam, & verè quid sentio dicam ad vnguem omnia per aduersarium dicta reprobabo: quia si Baldus *in l. precib. Cod. de impub.* & alij substitutionibus dixit quod ferro viam aperit qui per contraria procedit ex allegatione aduersarij in eo sensu accipienda quo debet intelligi per contraria à me ponderanda, veritas negotij eluceseet, & antiquissimam Regni obseruantiam, consuetudinem, & iustitiam non perturbabunt Clerici Rhegini.

2 Dicit primo aduersarius, quod est certa & indubitata Theologorum & Canonistarum, ac Iurisconsultorum propositio bona Ecclesiastica esse immunia ab omnibus gabellis, & tributis à laicis impositis, & pro hoc adducit consuetudines.

3 Sed contra, quia aduersarius confundit bona Ecclesiastica Sacra, & bona Patrimonialia Clericorum: nam bona Ecclesiastica Sacra longè maiora priuilegia habent, quam patrimonialia; quia hæc temporalia sunt, sed Ecclesiastica quasi Sacra in quibus cadit sacrilegium, & ea occupantes vt sacrilegi puniuntur in vtroque foro *cap. nullus, cap. prædia, cap. nulli liceat, in quæstione 2. cap. attendentes 17. quæst. 4.* Maranta *de ordine iudiciorum, part. 4. dist. 1. num. 6.* Menochius *de retin. remed. 3 num. 227. & sequenti.* quod non est in occupantibus res Clericorum patrimoniales: vnde Canonistarum Magister Felinus scilicet *in cap. Eccles. S. Mariæ, de constitut.* & Menochius *dict. cons. 800. num. 47.* distinguunt, & optimè bona patrimonialia à bonis Ecclesiasticis Sacris, & licet Clerici habeant in patrimonialibus fori priuilegium, *cap. fin. de vita, & honestate Clericorum, cap. Ecclesiarum 12. quæst. 2.* Ancharanus *in clementina præsenti de censibus*, 4 non tamen habent priuilegium Ecclesiasticarum rerum, & ideo ea occupantes non sunt sacrilegi glossa *in cap. possessiones 16. quæstione 3.* Abbas *in cap. Ecclesia S. M. sect. 2. num. 3. de constit. & in cap. si diligenti, numero 36. de præscriptionib.* Couarr. *lib. 1 var. cap. 4. num. 3.* Gutierrez *lib. 1. can. quæst. 34. num. 11.* Pereyra *de manu Regia, cap. 27. num 8.* vnde res Ecclesiasticas gaudere maiori Priuilegio, quam res Patrimoniales Clericorum & non in aliis casibus gaudere dico res patrimoniales, nisi in casibus à iure expressis vt post multos tuetur Ansaldus *de iurisdictione, part. 5. tit. 3. cap. 4. num. 32. ad finem.*

Vnde videmus quod pro bonis Ecclesiasticis 5
Sactis Clerici ad solutionem aliquam non tenentur, nec statuto possunt ligari Baldus *in l. 2. Cod. de Episcopis, & Clericis*, vbi loquitur de fructibus præbendarum Surd. *cons. 301. num. 62.* Ripa *de remediis ad Conseruandam vbertatem*, qui loquuntur de fructibus recollectis ex prædiis Ecclesiæ *numero 122.* Baiardus *ad Clarum §. statutum quæst. 82. num. 87.* Afflictus *in c. 1. in verbo vectigalia in tit. quæ sint regalia, num. 93. & 94.* vbi limitat 6
quando bona Ecclesiastica portarentur negotiandi causa, quod tamen negat Campagna *in clem. 1. de vita, & honestate Clericorum, num. 226.* Rolandus *cons. 71. num. 8. vol. 4.* Sesius, *de iust. & iur. lib. 2. cap. 33. dub. 3.* Mausonius, *de Contrabannis, quæst. 8. num. 3.* Secus in bonis patri- 7
monialibus, pro quibus tenentur Clerici statuto, de extractione loquente, & ad solutionem dirigi æque ac laici, vt bene Menochius *d. cons. 800. num. 47.* Felinus *in cap. Ecclesiæ S. M. de constit.* Abbas *cons. 6. lib. 1.* vbi distinguit inter vinum, & oleum natum ex prædiis Ecclesiasticis, vel Patrimonialibus, & ait ex Ecclesiasticis non deberi gabellam, secus ex patrimonialibus vt bene fundat Velasc. *cons. 131. num. 9. to-* 8
mo 2. quia in patrimonialibus Clericus censetur laicus, & tenetur soluere directus, ex gloss. notabili 2. Panormitanum *in cap. 1. numero 4. de consuetud.* Abbas *d. cons. 6. vol. 1.* Afflictus *vbi supra in verbo vectigalia, num. 93.* Melchior Phæbus *decis. Lusitana 19. num. 4. & 8. p. 1.* Insignis Theologus Stephanus Fagundez, *in 8. præcepta Decalogi, lib. 8. cap. 43. num. 23.* Lasarte, *de decima venditionis, capite 19. numero 45.* Renatus Koppinus, *de Sacra Politia, lib. 3. tit. 2. num. 1. & seq. ergo.*

Dicit secundò Aduersarius immunitatem tunc 9
esse de iure diuino adducit text. *in cap. quanquam de censibus in 6. & in cap. non minus, & cap. aduersus, de Immun. Eccles. & cap. 1. & 3. eod. tit. in 6. & in Clementina præsenti eod. tit.* & in Trid. *sess. de Reform. 25. cap. 2.* quibus iuribus cauetur non licere exigere pedagia, neque guidàcia ab Ecclesiasticis etiam pro rebus propriis quæ negotiationis causa non deferunt, quibus est conformis bulla in Cœna Domini *Clausula 18.* per quam prohibetur Ecclesiasticos grauari etiam in bonis patrimonialibus, provt sic intelligunt supradicta Iura Molina, *de Iust. disp. 670.* Diana *tom. 1. tract. 2. resolut. 40.* Carolus de Graff. *effectu 3. num. 19.* Barbosa *in d. cap. Eccles. S. Mariæ, num. 34. de const.* Fagundez *lib. 8. de præscript. Ecclesiæ, cap. 12. num. 3.* vbi dicit idem iudicandũ de bonis Ecclesiæ quàm de bonis patrimonialibus, Surd. *cons. 301. n. 65.* Castill. *de tertiis debitis c. 9.* Arignianus *de legibus lib. 2. contr. 21* Ægidius Tomatus, *de collectis pag. 84. & 85.* Couarru. *pract. capite 31. de inhib. cap. 8. §. 1. à numero 11.* Morla *in Emporio p. 1. tit. 2. quæst. 12.* Genedus *collect. 35.* Ceuallos *quæst. 550. & tom. 5. cap. 5. & 6.* Delbene *tom. 1. cap. 50. dub. 8.* & est decisio Rotæ *in vna Barcinonensi exemptionis 21. Iunij 1636.* coram Coccino, *& in Alberti Gabollæ die 28. Iunij* coram Merlino, vbi latè probatur ex scripturis exemptionem gabellarum competere bonis Clericorum de iure diuino teste Diana *tom. 7. tract. 1. resol. 19.* quas decisiones ponet Diana *in fin. p. 5.* & P. del Castillo, *de inst. & iur.*

lib. 2. tract. 2. diſp. 4. dub. 6. num. 109. Gabedus *p. 2. deciſ.* 83. Idem Diana *p. 1. tract. 2. reſol. 1.* Torreblanc. *lib. 5. iuris, capite 2.* Farinacius *tom. 1. quæſt.* 8. Larrea *in alleg. fiſcalibus p. 1. alleg. 27. numero* 25. & nouiter Pilaia *in dec. Canonicis lib. 1. dec. 11. num.* 137.

Sed contra Primò quia firmiter dico Clericos pro bonis propriis, & etiam Eccleſiaſticis non Sacris teneri ſoluere dirictus ſi extra Regnum extrahant, quia DD. ſunt intelligendi pro materiis de quibus loquuntur. Vnde quo ad forum Clericus ſic comenitur pro bonis Eccleſiaſticis ſicuti pro propriis coram Iudice ſuo, ſed quoad alia Patrimonialia Clericorum differunt ab Eccleſiaſticis, nec pati cum eiſdem vtuntur Priuilegio Colerus, *de proceſſu p. 1. cap. 3. num.* 206. Menochius *d. conſ.* 800. *num.* 47. Tiraquellus, *de retract. conſanguinitatis* §. 32. *gloſſa vnica, n.* 80. & 81. vnde priuata bona Clericorum præſcribuntur vt bona laicorum ſed bona Eccleſiæ 40. annis auth. *quas actiones, Cod. de Sacroſ. Eccleſ. cap. de quarta cap. illud. de præſcriptio cap. accedentibus, de Priuilegiis* Roſſental *de feudis cap. 6. concl.* 58. *num.* 10. Aldouinus *conſ.* 81. *num.* 14. & vendente Clerico rem patrimonialem habet locum retractus, Guttierrez *pract. lib. 2. quæſt.* 156. nec Eccleſiaſtici in patrimonialibus reſtituuntur in integrum, Cæſar Vrſillus ad Afflictum *d. q. n. 1.* Sforzaodus *p. 1. de reſtit. in integrum quæſt. 6. art.* 8. Ratio differentiæ eſt quia priuilegio fori perſona venit principaliter & bona acceſſoriè veniunt ad perſonam ergo gaudent Eccleſiaſtici etiam quoad patrimonialia priuilegio Clericali, Caroccius *d.* 127. *num.* 10. Marta *p. 4. centuria 1. caſu* 49. *numero* 3. Riminaldus Iunior *conſ.* 368. *num.* 82. ſecus eſt ſi bona principaliter conſiderentur, & perſona veniet acceſſoriè, provt in præſcriptione reſtitutione in integrum, in tributis, in decimis, &c. Vt bene Cochman *reſponſo* 27. *num.* 154.

13 Contra ſecundò quia non ſumus in præſenti in collectis ſoluendis, & aliis oneribus extraordinariiis in quibus dicunt Clericos non poſſe cogi pro bonis patrimonialibus, de quibus in mea tractatiuncula, de exemptione Clericorum per totam ſed ſumus in ſolutione dirícti, qui pro exactione debetur, quia cum ſoluatur pro obſeruantia liciti, lati pro communis bonis, & promiſcua omnium vtilitate, erit omnino ſoluenda, eſt enim Bartoli doctrina veriſſima *in l.*

14 *cunctos populos, Cod. de ſumma Trinitate, & fide Catholica*, qui ait quod ſtatuta laicorum generalia in quibus Eccleſiarum, & laicorum nulla fit mentio ſi tendunt aduerſus ea quæ illis competunt non tanquam priuilegiatis, ſed tanquam cuilibet de populo illos obligant dummodo ſtatuta ſint honeſta, quam Bartoli ſententiam in terminis extractionis ob communem, & promiſcuam totius Reipublicæ vtilitatem, cuius Clerici æque, ac laici ſunt participes, approbant, & ſequuntur, Abbas *in cap. Eccleſiæ S. Mariæ, de conſtitut. num.* 12. *& in cap. quod Clericis 1. notabili, de foro competenti* Couarr. *in Regula poſſeſſor p. 2. §. 4. nam.* 8. Morla *in emporio p. 1. tit. 9. quæſt.* 10. Genedus *quæſt.* 33. Pereyra, *de manu Regia p. 2. lib. 2. tit. 1. §. 19. cap.* 38. *num.* 28. Caliſtus Ramirez, *de lege Regia* §. 27. *n.* 10. *& ſeq. &* §. 26. *numero* 2.

15 Tales enim ordinationes, & ſtatuta fiunt gratia conſeruandæ vbertatis quod intereſt communi, & publicæ omnium vtilitati *l. 1. in fine ff. ad l. Iuliam, de annona, & in l. mulierem in principio ff. de accuſ.* cuius publicæ vtilitatis ratio concedit Reipublicæ liberam facultatem ſtatuendi, vt notatur *in l. 1. & in l. ambitioſa ff. de decretis ab ordine faciendis*, Bart. & alij *in l. omnes populi ſc. de inſt. & iur.* & neminem excludit cuiuſcumque ordinis ſit neque priuilegiatis præiudicium afferre dicentur neque contra libertatem eorum qui incommodo veniunt, & in incommodo, quod fundat Mexia *in prag. taxæ panis, concl. 6.* Ceuallos *quæſtione* 899. *num.* 158. nam vbi commodum eſt ibi non debet onus reſpici, vt *in l. qui in poteſtate* 15. *vltimo ff. de leg. præſtandis l. 1. ff. de inſt. act. cap. 1. de cenſib. in 6.* cum Clerici in ſortem Domini ſint vocati *cap. duo ſunt* 12. *quæſt. 1.* non debet dici, quod publicis commoditatibus ſubſidium detrahere velint: vnde conſtat eos vtilitatem apertè ſentire vt bene ait Lucas de Peña *in l. ad feliciſſimam, num. 6. Cod. de quibus muneribus vel præſtatio, liceat ſe excuſ. lib.* 10. ergo cum ſtatuta pro bono publico, & communi vtilitate manarunt, etiam Clericos ſtatutum ligat *capite non minus* §. *quo circa de immun. Eccleſ.* vbi eleganter Ancharanus *num.* 3. cuius verba tranſcripſit Menochius *d. conſ.* 800. *à num.* 3. *vſque ad* 9. idemque docuit S. Thomas *p. 2. quæſt.* 96. quem refert, & ſequitur Ludouicus Mexia *concluſ. 5.* 16
num. 40. dicens Eccleſias teneri obſeruare ſtatuta pro bono publico lata etiam in foro poli, & contribuere in vectigalibus quæ indicuntur in bonam commune; publicam vtilitatem, & neceſſitatem Reipublicæ *l. ad inſtructionem Cod. de Sacroſ. Eccleſ.* & ſequuntur alij relati per Sperellum *d. 12. num. 1.* Salzedus *cap. 55. fol.* 171. & ratione communis & mixtæ vtilitatis, & publici boni Clericos teneri ad ſtatutorum obſeruantiam probat Gregorius Sayrus *lib. 3. Clauis Regiæ cap. 4. numero* 16. Pilaia *tom. 2. deciſ. Can. deciſ.* 10. *p.* 7. *numero* 16. Caſtillus, *de tertiis debitis cap. 8. num.* 24. *&* 28. *& cap. 9. à num.* 22. *vſque ad* 41. quando Sacris Canonibus, & officio Clericali non repugnant.

Veriſſima enim eſt concluſio ſtatuta laicalia 17
quæ diſponunt ſuper illis quæ competunt Clericis, non vt clericis, ſed vt aliis de Populo, & non priuilegiatis ligare Clericos, & ſeruari debere etiã in curiis Eccleſiaſticis *cap. cum veniſſent de eo qui mittitur in poſſeſſ. cap. conſtitutus, de in integr. reſtitutione, cap. cum verba, de re iudicata* Bart. *in l. 1. num. 3. Cod. de Sacroſ. Eccleſ.* Sebaſtianus Medices, *de legibus p. 4. quæſt. 6.* Aſinius, *de exequutione cap. 3. num.* 4. Tiraquellus, Intrigliolus, & alij apud Carolum de Graſſ. *de effect. Cleric.* 18
effect. 2. numero 176. Hinc ſtatutum excludens Religioſos, vel Clericos à Collegio Doctorum validum eſſe conſuluit Afflictus *conſ.* 707. Canpanus *ad ſtatuta Mediolanenſia cap.* 414. *num.* 118. *lib. 1.* Caualcanus *d. 18. num.* 51. *lib. 3.* licet alij contrarium dicant apud Carolum de Graſſ. *effect. 2. num.* 434. ſed de Monachis ſeruatur apud Hos, ergo quando aliquid competit Clericus, vt ciuibus iudicantur Clerici, vt omnes de populo.

Ideò ad iura citata & ad text. *in cap. quæ in Ec-* 19
cleſiarum & cap. Eccleſia S. M. de conſtit.

Reſpondent aliqui quod iura prædicta procedunt in ſtatutis odioſis Ordini Eccleſiaſtico, non verò vbi talia ſtatuta fundantur in naturali ratione, & recta gubernardi forma, ita poſt alios dicit Pereyra. *d. cap. 38. num.* 28.

Sed contra quia hæc reſponſio non placet,

nam

nam seculares Principes non possunt in Ecclesiasticos statuere non solùm in odiosis, sed neque in fauorabilibus, vt dicitur *in d. cap. Eccles. S. M.*

Respondeo ergo quòd iura citata loquuntur in constitutionibus secularium quæ specialiter de rebus Clericorum disponunt, non autem generaliter ad commune bonum, nam non negatur quòd quoties Clericorum specifica mentio fit eorumque bonorum succedit prohibitio dictorum Canonum, secus verò si dispositio ad commune bonum dirigatur & regiarum constitutionum ratio, clericis atque laicis conueniat, quia tunc tanquam ciues tenentur eas obseruare, vi directiua, saltem in foramine, & ponunt DD. exempla in legibus taxantibus rerum præsentia, vel vetantibus frumentum exportari, quia dirigitur eorum dispositio in commune Reipublicæ bonum, & promiscuam omnium vtilitatem, ita vt clerici saltem directiuè adstringantur ad obedientiam, vt resoluit post alios Bouadilla *lib. 2. cap. 18. numero 245.* Alphonsus de Castr. *de potest. legis pœnalis, lib. 1. cap. vlt. fol. 119.* Gabriel Pereyra *de manu Regia, cap. 38. num. 27.* Iacobus Menochius *cons. 800. num. 38.* qui dicunt quòd Regula quæ dicit leges & statuta laicorum non posse Ecclesias & clericos ligare, non procedere quando leges & statuta edita sunt pro publica, & communi omnium vtilitate: quod confirmat Castillus *de tertiis debitis, cap. 8. num. 28. in fine*, vbi millies repetit, quòd dispositio iurium citatorum limitatur quando Principum edicta iusta sunt, & pro bono publico, & communi omnium vtilitate promulgata.

Neque dicas leges & statuta Regni prohibentia extractionem respicere publicam vtilitatem non tamen per hoc sequitur statuentes habere iurisdictionē in clericos, *ex d. c. Eccl. S. M. de const.*

Respondeo enim quòd argumentum procedit in legibus factis ab inferioribus à Principe quæ per iura Canonica non reperiuntur approbata, non autem in legibus Principum quæ etiam quoad clericos, & Ecclesias valent, quia leges Regiæ quando sunt honestæ per Summos Pontifices approbatæ censentur *cap. 1. de noui operis nuntiatione, cap. Inquisitionis de hæreticis, in 6. cap. 1. de iuramento calumniæ, cap. venientes de iure iurando à cuncto populo*, vbi Bart. *num. 29.* & alij *Cod. de summa Trinit. & Fide Catholica*, per text. *in cap. 1. & 2. 10. dist.* vbi apertissimè probatur leges Principum etiam in foro Canonico militare, & sic dicunt Hostiensis, Io. Andr. & Imola *in cap. fin. de his quæ fiunt à Prælatis sine consensu Capituli*, Alexander *cons. 112. lib. 50.* vnde Camill. de la Rata consuluit *cons. 96.* Clericum allegantem iudicem suspectum in Tribunali laico teneri facere depositum vigore Regiarum pragmaticarum, & fuisse iudicatum refert.

21 Vt enim omnibus notum est, duplex est potestas, vna Ecclesiastica, altera Ciuilis, & vnaquæque est suis circumscripta limitibus *cap. solitè de maio. & obed. cap. nouit. de iudicijs Extrauaganti Vnam sanctam, de maior. & obed. cap. cum adu. cap. duo sunt 96. dist.* Felynus *in cap. 1. num. 9. de constit.* Oldradus *cons. 83.* Alexander *cons. 8. vol. 1.* Morla *in emporio part. 1. tit. 1. quæst. 16.* Marta *p. 4. de iurisd. casu 198.* Molina *de iust. disput. 29.* Hallensis *lib. 3. defensionis Ecclesiasticæ Hierarchiæ, cap. 4. §. 4. num. 27.* Mastrillus *de Magistratibus lib. 3. cap. 3. num. 81.* Vbertus *de congressu legali, congress. 50.* Excalera *de vtroque Bracchio part. 2. num. 4.*

In Principe verò seculari duplex est potestas, vna contentiosa & merè iurisdictionalis, altera politica, & œconomica; à Prima sunt exempti clerici, à secunda verò non: vnde leges descendentes ab hac potestate æqualiter ligant clericos & laicos, cum late sint à legitima potestate & ab habente Curam communitatis, ita Victoria *de potestate Ecclesiastica, sect. 6. de Iustitia disp. 31. num. 6.* qui dicunt leges politicas ligare Clericos, dum non repugnant Sacris Canonibus, nec statui Ecclesiastico, sed pro bono communitatis, & Reipublicæ feruntur Sotus *in 4. distinct. 25. quæst. 2. art. 2. concl. 4. & lib. 1. de Iust. quæst. 6. art. 7. concluf. 17.* Bellarminus *tom. 2. de clericis. cap. 28.* Molina *de Iust. disp. 31. num. 15.* Sayrus *lib. 3. Clauis Regiæ cap. 4. num. 18.* Salas *disp. 14. de legibus, sect. 8. num. 94.* Bonacina *quæst. 1. de legib. p. 6. num. 29.* Rodriquez *quæstionum Regularium tom. 1. quæst. 61. art. 14. & quæst. 66. artic. 2.* Baldellus *in Theologia morali, lib. 5. disp. 33. num. 4.* quia clerici non obstante clericatu sunt Ciues, & membra 22
Reipublicæ politicæ, quæ non nisi legibus politicis gubernatur, & cum lex necessaria fuerit ad bene, beatéque viuendum, & vt hominum cupiditates effrenarentur & finis Reipublicæ temporalis sit, vt felicitas consequatur: Mastrillus *lib. 3. de Magistratibus, cap. 3. num. 1. & num. 14. & 15.* Ideò tenentur clerici leges politicas seruare, Sanchez *in opusculis lib. 2. cap. 4. dub. 55. numero 3. & 4.*

Dicit tertiò Aduersarius *in vers. atque non posse* 23
clericos exemptioni renunciare, & sic Clerici Rhegini non poterunt cedere huic immunitati, cum iure diuino sit concessa *ex dict. cap. quamquam de censibus, in 6. cap. non minus de immun. Ecclesiarum. & Can. si Imperator 96. dist.*

Respondeo enim exemptionem clericorum esse de iure diuino quoad spiritualia tantùm, in temporalibus verò, & politicis, præsertim circa vectigalia, & tributorum contributionem à iure humano, & positiuo quemadmodum præter alios tenent Garcia *de nobilitate, Glossa 9. num. 8. & 15.* Couarr. *pract. cap. 31.* Vasquius *lib. 1. controu. cap. 22. num. 8.* Angrianus *de legib. lib. 2. contr. 21.* Molina *de Iustitia, disp. 31.* Bellarminus *lib. 1. de clericis, cap. 28.* Larrea *dec. 4. num. 18. & 19. tom. 1.* Salzedus *de lege Politica, lib. 1. cap. 3.* Castill. *de tertijs debitis, cap. 9. num. 14. & sequenti*, nouissimè P. Baldellus Iesuita *in Theologia morali, tom. 1. disput. 35. num. 15.* & Ego dixi latè *in meis institutionibus Canonicis lib. 3. in tit. de iudiciis, in §. laicus cum sequenti.* Fagundez *de institut. lib. 5. cap. 11. num. 17.* Duardus *in Bulla cœnæ, quæst. 18.* Genedus *in collect. ad decretum in can. Principes 22. quæstione supra*, Illustriss. Dux Diani *de contrabannis clericorum, num. 27.* & propterea ex Fagundez *dict. lib. 50. de iust. cap. 37. num. 10.* Baldello, & aliis Ecclesiasticis tanquam Reipublicæ Ciues, & illius membra tenentur in conscientia ad obseruantiam legum Principum Secularium, quæ non repugnant libertati Ecclesiæ, & quæ Eccle- 24
siasticis nō minus quàm laicis conueniunt quales sunt leges taxantes pretia rerum: Pilaia *d. tom. 2. p. 7. num. 23.* prohibentes arma noctu deferri, transferri merces, & pecuniam extra Regnum, & similes quæ libertatem Ecclesiasticam nullomodo offendunt Barb. *in dict. cap. quæ in Ecclesiarum n. 5. de const.* Ansaldus *p. 3. de iurisdict. cap. 19. num. 41.* Sayrus *lib. 4. clauis Regiæ, num. 16.* Salzedus *de lege politica, lib. 1. cap. 4. num. 7. & 13. & cap. 4. §. 1. num. 7. & cap. 5. num. 14. & cap. 7. num. 54. & 80.*

vbi ex omnium communiſſima ſententia Eccleſiaſtici tenentur ad obſeruantiam legum Politicarum præſertim circa emptiones, venditiones, extractiones, & pretia rerum, & animalium, nam alias ex inobſeruantia ſequeretur magna confuſio in Regno, & notabile damnum vt poſt alios Genedus *pract. cap.* 33. D. Regens Reuerterius *deciſ.* 31. *lib.* 3. vbi ait, quod ſi clerici poſ-
25 ſent extrahere frumentum, ordeum, vinum, oleum, ſericum; & alia extrahi prohibita abſque licentia, & ſolutione vectigalis totum Regnum eſſet in confuſione, & periculo famis, & fierent infinitæ fraudes & mercatores ſub nomine Clericorum res prohibitas extraherent, quod non eſt dicendum.

26 Imò de extractione Serici extra Regnum eſt peculiaris ratio ab omnibus non conſiderata, quia quod exigitur à clericis non eſt Gabella: ſed eſt inter Regalia D.Regis eidem debita cũ portus annumeretur inter Regalia; ideo Montanus, *de Regalib. in verb. portus, n.* 2. ait quod vectigal portus duplex eſt; alterũ vocatur Anchoragij alterũ vocatur Ius exituræ, quod ſoluitur de his quę extrahuntur à portu cauſa mercimonij: vnde *in l. inter publica* §. *finali ff. de verb. ſign.* prouentus ex portu enumeratur inter fiſci vectigalia, & dicitur vectigal portus, & alio nomine portorium de quo fit mentio *in l.* 3. *Cod. de vectigalibus*, & idem ſunt portorium, & vectigal, vt patet ex *d. l. cum plures* §. *vehiculum ff. locati* Thomas Delbene *capite* 5. *dub.* 5. *num.* 1. *& ſequentibus*, ideo Sixtinus *de Regalibus*, *lib.* 2. *cap.* 4. ſub Regaliis ponit ius aſportandi ad portus maris, vel fluminis, & ad hoc Clerici ligantur, & quicumque priuilegiati, &c. cum ſint de Regalibus, eſſe verò regaliam ſupremi Principis ſerici confectionem, & maximæ vtilitatis eius exactionem in omnibus Re-
27 gnis tradit Gaſpar Kloc. *de erario lib.* 2. *cap.* 5. *per totum*, ergo ligantur Clerici, qui commodum Regni, & lucra locorum attendunt; omnia vero in ſacrum ſuum pertracta cupiunt, vt bene Gaillus *lib.* 2. *obſerv. cap.* 25. *num.* 3. Farinacius *in praxi criminali, lib.* 2. *quæſt.* 60. *num.* 13. adeoque totum orbem ipſumque cœlum cum Sole tributarium faciunt, vt bene Gaſpar Kloc. *de erario lib.* 2. *cap.* 47. *num.* 8. *& ſeqq.*

28 Dicit quartò Aduerſarius *in verſ. Neque ſtatuto laicorum ſtare tenentur Eccleſiaſtici in materia annonæ*, *&c.* ſed id falſiſſimum eſſe liquidò conſtat ei qui non ſummiſtas, ſed Theologos Claſſicos & V. S. D. ſublimioris doctrinæ perlegerit: etenim tale ſtatutum pro conſeruatione annonæ, ligare Clericos, dixerunt Theologi apud Franchum *d.* 9. cum qua opinione pertranſit S. C. Mexia *in prag. taxæ panis concl.* 5. *num.* 17. Morla *in emporio p.* 1. *tit.* 1. *quæſt.* 16. *num.* 9. Decianus *lib.* 7. *criminalium cap.* 22. *n.* 15. *&* 16. Clarus *in* §. *fin. quæſt.* 62. Diaz *in practica Criminali Canonica cap.* 55. vbi apud Hiſpanos teſtatur hæc ſtatuta vigere, & inuiolabiliter contra Clericos obſeruari: Antonius de Ballis *in pra. Regni Siciliæ lib.* 5. *in proœmio numero* 56. *& in prag.* 1. *tit.* 69. *numero* 6. Ramires, *de lege Regia* §. 26. *numero* 27. Olibanus, *de iure Fiſci, cap.* 14. *numero* 131. Zerolla *in praxi Epiſcoporum in verbo prag. tom.* 1. *dub.* 2. vbi ait Nauarrum falſo docuiſſe Clericos non comprehendi, Sotus *lib.* 1. *de iuſt. quæſt.* 6. *art.* 4. Alphonſus, de Caſtro *lib.* 1. *de poteſt. legis pœnalis capite vltimo* ſubdens, quod vltra frumenti, vel aliarum rerum prohibitarum amiſſionem, vel aliam pœnam in ſtatuto edictam, ipſi Eccleſiaſtici peccant mortaliter, vt bene Menochius *d. conſ.* 800. *num.* 38. Pereyra *p.* 1. *de manu Regia concluſ.* 291. Bouadilla *tomo* 1. *lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 112. Rouitus *in pragm.* 2. *de extract. numero* 16. Giurba *obſerv.* 1. *numero* 21. Cutellus *lib.* 2. *de Eccleſ. libert. p.* 69. Laguna *in alleg. pro hac materia*, *art.* 2. *numero* 52. Sayrus *lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 17. *&* 18. Victoria, *de poteſtate Ciuili*, *num.* 19. Merolla *tom.* 2. *diſput.* 4. *cap.* 3. *dub.* 25. *num.* 242. Vlpellus *de lib. Eccleſiaſtica num.* 17. *& ſequenti* Carolus de Graſſis, *de effectu Clericatus*, *effect.* 7. *num.* 290. *& ſequentibus* P. Suarez *lib.* 2. *de legibus cap.* 34. *num.* 20. qui dicunt hoc ſtatutum eſſe iuſtum, & hone- 29
ſtum, & nihil continere contra decentiam aut exemptionem Eccleſiaſtici ſtatus, nec contra ſpecialia Iura, vel priuilegia Clericorum per ea quæ dixit Couarr. *in reg. poſſeſſor. p.* 2. §. 4. *num.* 8. vbi ait, hoc ſtatutum ne frumentum ad exteros deferatur, & extrahatur, à Ciuitate propter bonum publicum, comprehendere Clericos, licet ipſis aliquo modo damnum inferat, ſtatuta enim ex intentione fiunt ad commodum *l.* 1. *&* 2. *ff. de legibus*, *cap. erit autem lex* 4. *diſt.* & licet ſe habeant ad commodum & incommodum odioſa dici non poſſunt, vt poſt multos fundat Mexia *concluſ.* 5. *num.* 17. ergo ſi aliquo modo incommodum Clericis eueniat quia bona eorum extrahere non poſſunt, non eſt hoc Eccleſiaſtico ſtatui contrarium cum in vtile, commodum & bonum publicum veniant, eiuſque participes ſint vt poſt Couarr. dicit Vaſquius *tomo* 2. *controu. lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 18. Quod verò in ſtatutis vetantibus extractionem comprehendantur Clerici patet ex illis quæ latè defendit Pereyra, *de manu Regia*, *tom.* 2. *lib.* 2. *tit.* 1. §. 19. *cap.* 38. *num.* 27. *& ſequenti* D. Regens Franciſcus de Vico *ad leges Sardiniæ lib.* 2. *tit.* 14. *num.* 12. & ita apud hos receptum eſſe; & pluries in R. Cam. deciſum teſtatur D. Regens Reuerterius *d.* 31. *l.* 3. 30
vbi ait ſic in Regno obſeruari, & quod etiam Summi Pontifices qui pro tempore fuerunt, petierunt licentiam extrahendi à Proregibus prout videmus quotidie ſeruari ab Eminentiſſimis Cardinalibus quod neque Sperellus acerrimus defenſor partis contrariæ, negare potuit, dum *deciſ.* 18. *num.* 14. *in fine* refert ab Eminentiſſ. Cardinalibus negotiis Epiſcoporum, & Regularium præpoſitis, pluries fuiſſe reſcriptum Ordinariis locorum quod quoad annonam & frumenti extractionem cum ordinationibus Magiſtratuum ſecularium ſe conforment & præſertim Illuſtriſſ. Nuntio Apoſtolico Neapolitano ſub die 3. Septembris 1591. *&* die 23. Auguſti 1593. & quamvis Sperellus dicat quod iniunctum fuerit Ordinariis prædictis vt etiam ipſi talia banna publicent, ea tamen ab aliis non vidimus ordinata.

Dicit quintò Aduerſarius in verſ. (fuit olim) 31
Neapoli in S. C. fuiſſe diſputatum. An ſtatuta Ciuitatis Salerni prohibentia intromiſſionem vini prouenientis extra Territorium comprehenderent Monaſterium Sancti Benedicti illius Ciuitatis & fuit deciſum comprehendere Monaſterium, apud Grammaticum *d.* 100.

Reſpondet Menochius *vbi ſuprà numero* 30. & poſt eum Diana, *de immunitate tom.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 70. in illa ſpecie non verſari publicam vtilitatem, ſed priuatam ciuium, quia ſtatutum dicit, vt non intromittantur bona in Ciuitate, non quod non extrahuntur, & primum erat

vtile

vtile ciuibus ne in ipſam Ciuitatem immittatur vinum natum extra Territorium ipſius, quod vtile erat ciuibus habentibus vineas in Territorio.

Sed contra quia vtrumque ſtatutum publicam vtilitatem continet eandemque rationem eſſe communis vtilitatis, & publici boni totius Regni, quoad omnes illius Incolas quam vnius Ciuitatis reſpectu ſuorum Ciuium, vt aduertit Suarez *lib. 5. de legibus, cap. 16. num. 3.* cum quælibet Ciuitas poſſit ſua concedere ſtatuta pro omnium ciuium vtilitate, & ſic eſt ratio ſtatuti Salernitani, provt alterius loci de quo Baldus *conſ. 198. lib. 2.* ergo ſiue ſtatutum prohibeat intromiſſionem, ſiue extractionem ſemper concernit vtilitatem publicam, & Eccleſiaſticos comprehendit Suarez, *de legibus cap. 34. num. 20. & 21.*

Reſpondeo ſecundò Deciſionem Grammatici de qua ibi in gradu reclamationis fuiſſe reuocatam per ſupremum collaterale Concilium ad relationem Regiæ Cameræ referente Doctiſſimo Caſanate: & Illuſtriſſ. Duce Diani *num. 55.* vidit decretum per quod ſuſpenſo primo fuit datus terminus in cauſa & interim ordinatum quod ciuitas manuteneatur in poſſeſſione prohibendi immiſſionem, & intercipiendi vinum intus dictam Ciuitatem, & fuit reuocata dicta deciſio: nam quicquid dicat Mauſonius, *de contrabandis quæſt. 8. num. 8.* contra Grammaticum tenent Menochius *d. conſ. 800. num. 30. & 33.* Mexia *concluſ. 5. num. 17.* Morla *p. 1. in emporio tit. 1. q. 16. numero 19.* Caſtillus *d. 227.* Vaſquius *lib. 4. controu. cap. 4.*

Dicit ſextò Aduerſarius *in verſ. neque lex*
32 *municipalis, &c.* quod lex municipalis, non ligat Eccleſiaſticos licet ſit Clericis fauorabilis, & confirmat, quia non poteſt eos ligare, &c.

Sed contra adeſſe licentiam Pontificis tacitam, & expreſſam, & ſanè tacitam habemus ex curriculo tot annorum per quos ita fuit obſeruatum, vt Clerici adſtricti fuerint ad obſeruantiam intercipiendi bona eorum in fraganti reperta, & dirictorum ſolutione ab eis habita, ex quo inducitur tacita, & præſumpta ſcientia, vt bene Crauetta, *de antiq. temporis p. 4. §. materia n. 62.* Coſta, *de iuris, & facti ignorantia inſpectione 64. num. 9.* ſicuti inducitur ex publica fama, tanquam de re notoria Bart. *in l. is poteſt, n. 16. ff. de acquir. hæred.* Pariſius *conſ. 88. num. 6. lib. 3.* Molina *lib. 2. de primogenitura cap. 6. num. 203.* & in talibus caſibus ſcientiam, & patientiam pro priuilegiis, & conceſſione Pontificia reputari dicit textus *in l. ſi ego §. 1. ff publicana in rem actione. l. 3. §. dare autem, ff. de vſufr. l. quoties la ſecunda ff. de ſeruitut. l. quadam mulier ff. de rei vend.* Fachineus *lib. 8. cap. 2.* Caſtillus *de tertiis, cap. 28. num. 3.* D. Merlinus apud Illuſtriſſ. Ducem Diani *fol. 43. num. 73.* expreſſa etiam S. Pontificis adeſt licentia quia, teſte Sperell. *d. dec. 13. num. 14.* Sacra Congregatio Cardinalium pluries reſcripſit Illuſtriſſ. Nuntio Apoſtolico huius Regni, vt circa prohibitionem extractionis rerum, ſe conformaret cum Ordinationibus Regiorum miniſtrorum, ergo videtur S. P. approbaſſe; quia Sacra Congregatio gerit vices Papæ in hac materia, & patet etiam quia ipſimet Pontifices petierunt licentiam extrahendi à Proregibus, Regens Reuerterius *dec. 31.* & ſic quotidie Cardinales eam expoſcunt, ergo &c.

Ad id verò, quod dicit Aduerſarius quod Carolus Imperator dicebat quod quando dubium eſt, an ſtatutum ſit, vel non ſit contra immunitatem conſulatur S.P. Diana *in ſumma, in verbo opinio probabilis, num. 11.*

Reſpondeo quod tunc eſt conſulendus S. P. quando Magiſtratus Rectores, & conſules ciuitatum vellent aliquid Eccleſiis, & clericis imponere, affirmantes neceſſitatem, publicam vtilitatem, aut commodum, quod fortaſſe non eſt, ſub eorum velamine collectas, & contributionem imponant; quod indignum, eſt, & contra Canonum expreſſam diſpoſitionem, vt benè Laderchus *conſ. 145. num. 4.* Anſaldus *de iuriſd. part. 3. tit. vnico cap. 19. num. 45.* vbi verò nihil Clericis imponitur, vel ſubtrahitur niſi quod ſtatuatur ſub pœna, & derecti ſolutione, ne prohibita extrahantur, quod dirécto, & notoriè bonum commune, & Reipublicæ vtilitatem reſpiciat; ex quo Eccleſiaſtici non minus, quam laici commodum conſecuntur non eſt opus, vt pro conſenſu adeatur Romanus Pontifex, nec prohibitio *cap. aduerſus, de immunit. Eccleſiarum incurritur*, vt bene reſpondent Lucas de Peña *in l. cum ad feliciſſimam, num. 6. C. de quibus muneribus lib. 10.* Oſaſchus *dec. 68.* Molina *tom. 3. diſp. 672.* 3
Menochius *conſ. 1000. num. 36. & 37.* Carolus de Graſſis *effect. 3. num. 233. & ſequenti.* Caſtillus *de tertiis, cap. 9. num. 39. vſque ad num. 42.* qui plures allegat.

Dicit ſeptimo aduerſarius in verſic. Prodeat 34
conſtitutio 11. Pij V. in qua S. P. ſub pœna excommunicationis eximit perſonas Eccleſiaſticas à ſolutione Gabellæ pro bonis ſuis, quæ de loco ad locum transferunt, ibi ratione quarumcumque mercium, & rerum cuiuſcumque generis vel qualitatis exiſtentium tam per mare, & aquam dulcem, quàm per terram vndecumque & quomodocumque pro tempore delatarum & animalium penitus, & omninò liberi, immunes, & exempti & liberi, & exemptæ, ac liberæ, & exemptæ, liberaque & immunia & exempta eſſe cenſeantur, & pro talibus teneantur, & reputentur, ergo dicit aduerſarius ſericum clericorum Reginenſ. liberè extrahi poſſe per mare, &c.

Sed contra, quia bulla prædicta nihil ad nos; loquitur enim in fauorem Monaſteriorum mendicantium, quibus conceſſit omnimodam exemptionem à tributis, & gabellis vt ibi patet & ſic nihil ad nos; imò neque Bulla Cœnæ vt bene Illuſtriſſ. Dux Diani locum habet in caſu noſtro, quia non loquuntur quando ſtatutum eſt commune publicæ, & miſtæ vtilitati, tam clericorum, quam laicorum neque in caſu vrgentis reipublicæ neceſſitatis, qui ſemper videntur excepti, & reſeruati, vt benè Caſtillus *de tertiis debitis, cap. 9. num. 44.* Suarez *lib. 5. de legib. cap. 16. num. 4.* nec Bulla Cœnæ continet ſpecialem cenſuram, ſed eſt declaratoria illarum quæ in ſacris Canonibus continentur DD. *in Bulla Cœna.*

Dicit octauo aduerſarius in ſolutione ad inſtan- 35
tiam in verſ. (Quod adeò verũ eſt &c.) clericorum contributiones fuiſſe clericis impoſitas, & petitas à Papa ſecundum diuerſas neceſſitates.

Reſpondeo enim, quod licet clerici contribuere teneantur concurrente neceſſitate, authoritate tamen S. Pontificis, vt bene Kochier in vindiciis libertatis Eccleſiaſticæ *lib. 1. cap. 2. à num. 9.* Vuameſius *tom. 1. conſ. 174. num. 7.* Pilaia *tom. 1. deciſione 11. num. 150. & 154.* Baldellus *in Theologia morali, diſput. 34.* Maximilianus *tract. de ærario clauſula 17. conſ. 44.* adeò quod ſemper quod

Principes ſeculares, voluerunt aliquid exigere à clericis, cum licentia S. Pontificis fecerunt, & ſic Imperator Maximilianus, & Carolus V. ab Alexandro VI. & Paulo III. obtinuerunt vt pro bello contra Turcas & Hæreticos Clerici contribuerent, Emanuel Rex Luſitaniæ cum licentia Leonis X. fecit contribuere clericos pro bello contra Mauritanos, & Dux Ferrariæ, cum licentia Pontificis, hoc ipſum fecit: Alciatus *conſ.* 165. *num.* 12. & de Duce Florentiæ Marta *de iuriſd. p.* 4. *centuria* 1. *caſu* 1. *num.* 12. & pro Regno Siciliæ propter conſenſum Eccleſiaſticorum Rex noſter obtinuit licentiam à SS. D. N. Vrbano VIII. die 6. Auguſti 1634. & plures refert Delbene *cap.* 50. *dub.* 18. *ſect.* 2. licet inquam id verum ſit, tamen in præſenti non requiritur S. P. licentia, quia nihil imponitur Eccleſiaſticis, vt ſuprà dicebamus, ſed ſub pœna & dirícti ſolutione fiunt banna, vt tam clerici quàm laici non extrahant &c.

37 Dicit nono aduerſarius *in verſ. ſcio non ſemel Arrendatores iactaſſe ſericum eſſe de regalibus*, quod negatur, &c.

Sed contra, quia ſericum eſſe de regalibus fundant communiter omnes & poſt alios nouiſſimè Gaſpar Kloc. *de ærario*, *lib.* 2. *cap.* 5. *per totum*, ergo Princeps, ſiue Magiſtratus Politicus pro modo iuriſdictionis ſuæ in perſonas, vel in res ſibi ſubiectas condere poſſe leges, & ſtatuta, quæ munimen, ac tuitionem Reipublicæ reſpiciant, & hæc poteſtas ſe ſuoſque tuendi, ac ſalutarium legum præſcriptio noxia quævis repellendi à iure diuino, & naturali ratione ortum traxit: perinde vt ipſa politicarum gubernatio & alia omnium bonorum genera, quia ſicuti cuilibet permiſſum eſt, ſuas altadeſius tollere, venas aquæ præcidere, vicini torrentem auertere, & ripatum munitionibus agri ſui tuendi cauſa curſum naturalem vel alueum fluminis aliquatenus immutare, atque ſui ipſius vtilitati, etiam cum incommodo alterius ſeruire, dum non nocendi animo ſed citra æmulationem cuiuſquam fiat, *l. altius*, *Cod. de ſeruitutibus*, *l.* 1. §. *denique* 12. *l. in ſumma* §. *idem Labeo* 9. *ff. de aqua pluuiali arcenda*, *l.* 2 §. *ſed*, *& ſi* 7. *ff. ne quid in flumine publico*, *l. cum eo* 9. *ff. de ſeruit. vrb. prad. l. fluminum* 24. §. *fin. l. Proculus* 26. *ff. de damno infecto l.* 1. *Cod. de alluuionibus*. Boërius *d.* 320. Riminaldus iunior *conſ.* 343. Surdus *conſ.* 27. *num.* 1. Gaillus *lib.* 2. *obſeru. cap.* 69. *num.* 10. quia animus nocendi non arguitur ex interuerſo lucro ſi de vtilitate apparet, argumento *l. merito*, *ff. pro ſocio*, Menochius *de arbitrariis*, *quæſt.* 156. *num.* 9. *& conſ.* 666. *numero* 6. Surdus *conſ.* 127. *num.* 19. Viuius *dec.* 306. *num.* 4. Cepolla *de ſeruitutibus vrb. prædiorum*, *cap.* 39 *numero* 3. Caſſaneus *in Rubrica de foreſtis*, §. *finali*, *num.* 1. Pacianus *conſ.* 2. *num.* 57. *& ſequenti*, Homnedeus *conſ.* 80. *num.* 34. *vol.* 1. Celſus Bargaglius *de dolo*, *lib.* 6. *regula* 42. *num.* 10. Gaillus *lib.* 2. *d. obſer.* 69. *num.* 31. vbi ait, quod talis iuris præſumptio probationem contrarij in contradictionem reiicit, Veſſembechius *conſ.* 34. *num.* 10. *part.* 1. *& conſ.* 67. *num.* 2. vbicumque enim factum poteſt aliquo velamine excuſari, lex interpretatur quod ſit factum bona fide *l.* 1. vbi DD. *ff. de diſtr. pignoris*, Euerardus *conſ.* 71. *num.* 8. & multum intereſt vtrum damnum quis inferat, quod regulariter nulli licet, an verò lucrum impediat, vel diminuat, quo nomine actio aduerſus eum, qui iure ſuo vſus eſt dari non conſueuit, ex textu notabili *in l. Proculus* 26. *ff. de damno infecto*, Gaſpar Kloc *cap.* 12. *de contrib. clericorum num.* 139. *& ſequenti.*

An verò ſub hoc ſtatuto ne extrahant, comprehendantur clerici, quoad ſimplicem licentiam extrahendi, an etiam quoad ſolutionem gabellæ quæſtio eſt; putant aliqui quod cum hoc ſtatutum ſit conditum ad finem conſeruandi abundantiam in ciuitate; ideo comprehenduntur clerici ſolum quoad extrahendi licentiam vt Princeps informetur de quantitatibus extrahendis: ita Molina *tract.* 21. *diſp.* 672. Antonius de Ballis *in pragm. Regni Siciliæ*, *lib.* 5. *in proœmio num.* 56. & ſic contra Fiſcum conſuluit Loffredus *conſ.* 24. Secunda & veriſſima eſt opinio teneri ad ſoluendū, ita Couar. *p.* 2. *de præſcriptio.* §. 3. vbi ait, quod ſi lege municipali cauetur ne triticum extra vrbem deferatur, niſi extrahens duodecimam partem eius in exitu portæ cuſtodibus ſoluat, tunc etiam Eccleſiaſtici tenentur ſoluere, & Couar. ſequitur Sanchez *lib.* 2. *conciliorum*, *cap.* 4. *dub.* 55. *num.* 24. & ſentit Bald. *in cap.* 1. *num.* 15. *de Pace Conſtantiæ*, ſequitur Afflictus *in capit.* 1. *in verbo ſiue cap. incipiente vectigalia*, *num.* 91. *quæ ſint regalia*, Franciſcus Marcus *deciſ.* 426. Grammaticus *conſ. ciuil.* 102. *num.* 3. Carolus de Graſſis *effect.* 3. *num.* 266. Additio *ad Clarum in* § *fin. quæſt.* 82. *numero* 87. dicentes quod clerici, & Eccleſiæ tenentur ad ſolutionem gabellæ, quæ fit ad portam Ciuitatis, de Graſſis *num.* 294. vbi ait ſic ſeruari Siciliæ à quo Regno non poſſunt extrahi blada, nec cætera comeſtibilia, ſine licentia Proregis, & ſolutione dirícti, & Regens de Neapoli in ſua celeberrima allegatione, ne ſericum extrahatur à Regno Siciliæ, de qua Dian. *tom.* 1. *tr.* 1. *reſ.* 27. *col.* 3.

Quare recedas à Sperello *dec.* 13. *num.* 22. vbi ſine lege & ratione ait clericos nec teneri petere licentiam à ſecularibus Magiſtratibus, & dicit quod dum eſſet Vicarius Rhegij, & Dux Mirandulæ inſtaret, vt cogeret clericos ſuæ ditionis ad denunciandum ſuis miniſtris frumentum quod extrahebant, noluit aſſentiri, & mandauit clericis, vt notam aſſignarent Vicario Foraneo, vt dux haberet notitiam: nam dux male fecit, nec tenebatur à Vicario Foraneo notam habere, cum habere notam prædictam competat etiam Baronibus, & inferioribus feudatariis tempore penuriæ, vt poſt Franch. *d.* 9. dicit Regens D. Franc. de Vico *ad leges Sardiniæ*, *tom.* 2. *tit.* 24. *num.* 10. & Regens Capycius Latro *conſult.* 67. *num.* 7. *tom.* 1. neque dicas Campagnam *de grauaminibus vaſſallorum in cap. Regni grauamina*, *num.* 18. & Antonium de Ballis *in lib.* 5. *ad pragm. Siciliæ*, *pragm.* 1. *tit.* 69. dixiſſe Dominos terrarum prohiberi facere banna extractionum; nam procedit eorum ſententia quando talia ſtatuta fundarentur in auaritia, & tyrannide; ſecus quando propter bonum publicum, & vrgentem neceſſitatem fierent, vt fatetur idem de Ballis *vbi ſuprà*, *num.* 7. & D. Rouitus *in Rubrica de extract. num.* 15. Hinc videmus Barones non poſſe cognoſcere de extractionibus quæ fiunt in fraudem, & ſine licentia, Regens de Ponte *de Regalibus impoſitionibus* §. 3. *nnu.* 46. Regens Moles *de iure canapi*, *quæſt.* 1. *deciſ.* 80. *manuſcripta*, licet aliquatulum vrgeat, Loffredus *conſ.* 24.

Dicit decimò aduerſarius in verſic. (ſed ad noſtram immemorabilem conſuetudinem &c.) pluribus in caſibus clericorum ſerica intercepta fuiſſe à laicis reſtituta, & adducit de anno 1638. & adeſſe dicit proceſſus in Curiâ Archiepiſcopali Rhegitana de hoc facto.

Sed

Sed contra, quia non quod fit, sed quod fieri debet est seruandum, quia ius tractarum quod exigitur pro victualibus & bonis quæ à Regno extrahuntur, fuit introductum à Carolo I. huius Regni Rege qui obiit anno 1284. *in Terra Foggie*, & de hoc iure fit mentio *in Ritibus Regiæ Cameræ in §. item Ius, & §. item Rex liberalissimus, sub titulo de Iure exituræ* D. Regens Moles *in deuisionibus manuscriptis in tit. de Iure tractarum*, Regens Capicius Latr. *consul. 67. tomo* 1. & tempore Regis Roberti fuit prohibita extractio pecuniæ in anno 1458. & extractio animalium à Rege Ferdinando *in prag. 1. de extractione animalium, auri, & argenti, &c.* & succes-
siuis temporibus aliarum rerum, vt *in pragmaticis eod. tit. de extractionibus*, ergo attendi debet consuetudo, nec sunt aliqui eximendi, quan-
42 tumvis priuilegiati, quos soluere consueuisse constat, vt bene Calistus Ramirez, *de lege Regia §. 26. n. 4.* & talis obseruantia tot annorum spatio roborata potest tribuere iurisdictionem, etiam & in Clericos, vt bene Gratianus *c. 238. n. 68.* quem sequitur Castillus *de tertiis debitis, cap. 12. num. 35.* Ansaldus, *de iurisdictione p. 5. tit. 3. cap. 3. num. 36. & 46.* vbi allegat textum *in c. 1. de præscriptionibus in 6.* vbi ex immemorabili consuetudine potest induci quod bona Ecclesiæ possint à laicis collectari, & Ansaldus, *de iurisdictione, p. 5. tit. 3. cap. 3. num. 36. & 46. & num. 214. & tit. 6. cap. 4. num. 35. & p. 5. tit. 4. cap. 3.* & vltimo *num. 45.* ait quod talis consuetudo habet vim tituli, priuilegij, &c. accedente præsertim scientia, & patientia Summi Pontificis & Ecclesiasticorum, Castillus *d. cap. 12. num. 38. & cap. 30. num. 3.* ex qua obseruantia præsumitur consensus superioris, vt in terminis extractionis di-
43 cit Regens Reuerterius *d. 31. lib. 3.*

Ideo in Statu Mediolanensi sic vsu fuisse receptum testatur Menochius *d. cons. 800. num. 38.* quia hoc statutum potius rem afficit, quam personam, Mausonius *de contrabannis quæst. 8. num. 11.* & in Hispania sunt leges, quæ prohibent extractionem auri, & similium rerum, *tit. 18. lib. 6. Recopil.* & expressè includunt Episcopos, & Ecclesiasticas personas *l. 3. eodem tit.* vbi Azeueuedus *n. 19. & 20.* defendit eam esse iuridicam, & Gutierrez *lib. 1. pract. quæst. 18.* & Bobadilla *lib. 3. in politica, cap. 3. numero 13.* idem dicunt.

Non modica tamen est difficultas an Clerici teneantur ad obseruantiam harum legum directiuè tantum, an etiam coactiuè; & si coactiuè, talis coactio tam quo ad solutionem gabellæ, quam quoad exactionem pœnæ contra transgressores facienda sit per iudicem laicum, an verò ab Ecclesiastico.

44 Prima opinio ait ligari vi directiua tantum, ita Lessius *lib. 2. de iust. cap. 33. dub. 4. numero 28.* quia est quædam vis directiua, qua pragmaticas tenetur seruare Clericus propter bonam Reipublicæ gubernationem, vt sunt pragmaticæ taxantes pretia rerum, merces extrahi, prohibitas res non introduci, ad taxillos non ludi, arma non deferri, &c. tenentur ergo, vt se conforment cum aliis partibus Reipublicæ, Zerola *in verbo, pragmatica, dub. 2.* Menochius *d. cons. 1000. num. 27.* Bellarminus *lib. 1. de Clericis capite 38.* post alios Fagundez *lib. 50. de Iustitia, capite 37. num. 10.* & tenentur in conscientia illas leges Clerici seruare vi directiua, Diana *tom. 1. tract. 2. resol. 72.* Barbos. *in cap. quæ in Ecclesia, de constit.* Sperellus *d. 13. num. 10.* qui dicunt quod hoc casu obligatio non nascitur à statuto, sed ex vi iuris naturalis, quo etiam Ecclesiastici tenentur in conscientia pretium taxatum præstare, & leges ad bonum commune publicatas obseruare, Diana *tom. 1. tract. 2. resol. 33.* Sperellus *decis. 12. num. 11.* Pilaia *tom. 2. Can. decis. tit. de censib. p. 7. num. 18.*

Secunda Opinio dicit teneri coactiuè, sed co- 45
actionem esse faciendam à iudice Ecclesiastico: & sic dicũt Clericos posse exhortari per iudices Ecclesiasticos, vt contribuant in casu à iure permisso, Gutierrez *de Gabellis, quæst. 92. num. 44.* Marta *p. 4. Centuria 1. casu 1. num. 44.* Ceuallos *lib. 4. comm. quæst. 899.* Diana *tom. 4. resol. moralium resol. 8.* & non poterit Iudex Ecclesiasticus pœna stabilita in pragmaticis, sed eius arbitrio esse relictum aliam inferre siue æqualem, siue minorem de communi, Mexia *in prag. taxæ panis, conclus. 5. num. 73.* Surdus *cons. 301. num. 38.* quod si Ecclesiasticus sit negligens in puniendo, tunc Iudex laicus poterit illos punire: idem si non sufficienter Ecclesiasticus puniit, Mexia *vbi suprà, num. 71. & 53.* Salzedus, *de lege politica, lib. 1. cap. 4. n. 20.* licet Diana *tom. 4. tract. 1. de immun. resolut. 29.* dicat nunquam negligentiam Ecclesiastici iudicis tribuere iurisdictionem in Clericos, sed à Diana suspecto non accipere debemus consilium, quia est suspectus, & inimicus Regiæ Iurisdictionis eiusque perpetuo contradictor, vt bene Regens Capycius Latr. *consult. 103. numero 445. & tomo 1.*

Tertia opinio dicit teneri vi coactiua ad pœ- 46
nam, eamque exequendam per iudicem laicum, quia si verum est dicere legem ciuilem, vel statutum ligare Clericos, sequeretur coactiuè ligare & coactiuè spectare ad iurisdictionem statuentis Pereyra, *de manu Regia, cap. 38. num. 13. lib. 2.* Suarez *de legibus, lib. 3. cap. 34. num. 19.* Salzedus *lib. 1. de lege politica, cap. 4. n. 21.* & sequitur Stephanus Aufrerius *regula 3. fal. 7. de potestate secularis in Ecclesiasticos.*

In Regno sine fragrantia, sola testium depositione proceditur in extractione equorum, vt *in* 47
pragm. 13. de extract. Idem in extractione auri, vel argenti, aut monetæ *prag. 10. & 14. de extractionibus*, Mausonius, *de Contrabannis quæst. 2. num. 12.* alias esset necessaria fragrantia *ex l. si Barsatorum, ff. de fideiussorib. l. 3. §. Neratius ff. de acquir. poss.* Iulius Clarus *in §. fin. 82. num. 39.* Bobadilla *in politica, lib. 4. cap. 5. num. 12.* Ludouicus Mexia *in prag. taxæ panis, concl. 1. num. 31.* Muscatellus *de cognitione delictor. in tit. de extract. num. 17.* Mausonius *vbi suprà*, Tappia *in c. 2. in fin. de portulanis, & extract. victualium lib. 7. Iuris Regni 48.* Igitur Clerici extrahentes, &c. 48
coram Iudice seculari tenentur respondere, quia est quæstio concernens aliquod Ius Regale, seu pertinens ad Regiam Coronam, *l. proxim. ff. de his qui in testam. delent.* potest enim Rex cognoscere de omnibus pertinentibus ad suum patrimonium, & eius vice, & nomine suprema eius Tribunalia *ex d. l. 1. §. hoc interdicto ff. ne quid in loco publico*, Ceuallos *quæst. 822. num. 101.* Caldas Pereyra *cons. 50.* Olibanus *de iure fisci cap. 11. & 14. num. 20. & cap. 15. num. 14.* vbi ait in Regiis Tribunalibus agi inter Clericum, & laicum, quando agitur de bonis, & iuribus patrimonii Regii, & de Regaliis, vel controuersiis eorum occasione nascentibus, sequitur Boërius *d. 245.* Pereyra *lib. 2. de manu Regia cap. 38. num. 14.* & iudex secularis cognoscit super pensionibus

ſionibus ſoluendis Regiæ Coronæ, *cap. Sacerdotibus ne clerici, vel Monachi*, Gironda de *gabellis p.7.num.*138. Pereyra *lib.2.de manu regia, cap.* 37. *num.* 22. & in exactione cuiuſcumque regaliæ, Florez de Mena *var. q.iuris, quæſt.*21. *num.*226. & 231. Laſſatte *de decima venditionis, cap.* 19. *n.*51. latè Caldus Pereyra *conſ.*5. Ripolla *de iuriſd. omnium iudicum, numero* 179. & 181. & *ſequentibus.*

50 Hoc idem dicimus de interceptione & bonorum publicatione qui incidunt in commiſſum, quia ſi perſonæ Eccleſiaſticæ bona extrahunt à Regno contra formam Regiarum pragmaticarum extra regnum, poterit iudex ſecularis ea intercipere, & arreſtare, quia ceciderunt in commiſſum, & poterit procedi ad eorum vēditionem, & pretium applicabitur Fiſco Regio, Belluga *in ſpeculo Principum, rubrica* 14. §. *nunc videmus, num.* 39. Mexia *in pragm. taxæ panis, concl.* 5. *num.*17. Didacus Perez *in l.*1. *tit.* 3. *lib.*1. *ordinamenti, concl.*91. Caſtillus Ramirez *de lege Regia* §. 26. *num.* 27. Salzedus *ad Diaz in praxi criminali canonica, cap.* 55. Regens Rouitus *in prag. de extractione in Rubrica, num.* 16. Inſignis Theologus Ieſuita Ferdinandus à Caſtro Palao *tom.*1. *tract.*3. *diſput.*1. *puncto* 14. §.6. *num.*9. vbi ait quod quoties pœna eſt exi-

51 genda de plano abſque iudiciali controuerſia tunc poterunt iudices ſeculares à clericis exigere, Samuel Lublinus *in ſumma caſuum conſcientiæ, in verbo, Bulla Cœnæ, caſu* 17. Regens de Vico *ad leges Sardiniæ, tit.*24. *num.*12. contra Dianam *tra.*2. *reſol.* 16. & 72. quia ſtatutum afficit rem naſcentem in territorio ſtatuentis, Mauſonius, & alij *vbi ſuprà*, Reuerterius *dec.* 31. *p.*3. vbi adducit plures ſic diſponentes.

52 Vnde intellige textum *in l. Imperatores ff. de publicanis*; ibi ipſa prædia non perſonas conueniri, & *in l. qui alienæ* 10. §. *fin. ff. de negot geſtis.* ibi, ſententia prædio datur: & *in l.*4. §. *aliter ff. ſin. regund.* ibi, quoniam magis fundo, quàm perſonis, *l. & ſi fortè* §. *etiam ff. ſi ſeruitus vindicetur*, ibi: non hominem debere, ſed rem. Quæ iura adducit poſt alios Caſtillus *de tertiis debitis, cap.* 12. *num.* 43. Pereyra *d. cap.*38. Bobadilla *in politica lib.*4. *cap.*5. *num.* 23. Sanchez *lib.* 2. *moralium cap.* 4. *dub.*55. *num.* 30.

53 Neque dicas res ipſas inanimatas conueniri, abſolui, vel condemnari non poſſe *cap mulier, verſ. quæritur*, 15. *quæſt.*5. *cap.* 2. *de conſtit.* ergo ſi laicius eſt incapax reſpectu perſonæ, erit incapax reſpectu bonorum, Barboſa *de iure Eccleſ. lib.*1. *cap.*39. *num.*122.

Reſpondeo id non procedere quando fit per modum extraordinariæ cognitionis, & iuris ordine non ſeruato, ſed de facto vendendo bona intercepta, eaque fiſco applicari iubendo, vnde ſi clericus aufugit facto intercepto, tunc quia delictum habetur pro probato, nec eſt neceſſaria citatio partis, neque cum clericis iudicium agendum eſt, neque cum perſonis eorum, ſed iudicium fit in res, quia declarantur ad Regem ſpectare tanquam quæ in commiſſum ceciderunt, Pereyra *vbi ſuprà, capite* 39. *numero* 15. & 22.

54 Quod etiam procedere in bonis Eccleſiarum habetur *in l. iubemus, Cod. de Sacroſ. Eccleſ.* quæ, eſt repetita *in l.*2. *Cod. de nauibus non excuſandis lib.*11. in quibus apertè legimus naues Eccleſiæ non excuſari ab onere ferendarum rerum, vel perſonarum pro Republica, & eam quæ ſubtrahitur publicari, provt ſummant Bart. & Paulus de Caſtro, vt in ſimili dicimus ob publicam quietem conſeruandam Clericos repertos cum armis 55
per laicos ſpoliari, & non teneri ad ea reſtituenda, Iulius Clarus *in §. fin. quæſt.*36. *num.*31. Morla *p.*1. *tit.* 1. *quæſt.* 16. *num.* 17. Bobadilla *in politica, lib.*2. *cap.*18. *num.*166. & hoc fit abſque vllo metu cenſurarum, Farinacius *de Inquiſitione, quæſtione* 8. *numero* 96. latè Anſaldus *part.*2. *de iuriſdict. tit.*11. *cap.*22. *num.*90. & 98. Crottus *effect.*1. *num.*862. Rouitus *in pragm.*1. *de armis*, D. Merlinus *in comment. ad pragm. de armis*, contra Dianam *p.*5. *reſol.* 19. & Sperellum *d.* 12. *num.*60. ſic in Clerico venante venatione prohibita dicit Fragoſius *de Republica Chriſtiana p.*1. *lib.*2. *diſput.* 4. *num.*343. vt ab eo poſſint auferri arma dicit. Vltra verò pœnam amiſſionis bonorum in pœnam 56
corporalem non poſſunt puniri Clerici per iudices laicos, ad pœnam verò pecuniariam poſſunt; Clarus *in §. fin. quæſt.*36. *numer.*26. qui loquitur in Clerico inuento cum armis: vnde illa verba, *nolite tangere Chriſtos meos*, ſunt intelligenda de pœna corporali, non de pœna burſali & pecuniaria, Gulielmus de Benedictis *in cap. Raynutius, in verbo, & vxorem, il* 2. *num.* 142. & ſequitur Anſaldus *p.* 2. *tit.* 11. *cap.* 22. *num.* 79. & 80. & eſt deciſio collateralis conſilij apud de Franchis *d.*9. *in fine*, Iulius Cæſar Imbrianus de iudice Regni *p. vltima, num.*79. Viuius *d.*26. *num.*5. qui dicunt in Regno ſeruari, vt Clerici arma portantes puniantur ciuiliter à magiſtratu ſeculari, Carolus de Graſſis *effectu* 1. *numero* 862. & alij apud eos. 57

Tandem aduerſarius adducit ordinem D. N. Regis Philippi II. directum Viceregi Neapolitano pro Rhegitanis ne cogantur ſoluere grana quinque pro libra ſerici facta in ſuis territoriis.

Sed contra, quia talis ordo fuit ad inſtantiam Ciuitatis prædictæ petentis non ſoluere perſonas Eccleſiaſticas, habito reſpectu, quod à Turcis tunc multa damna Ciuitas paſſa fuit, & ſic colligitur, quod ſoluebant Clerici, ſed non ſoluerunt durante aliquo tempore, pro quo fuit opus reſtauratione Ciuitatis, nec apparet talem ordinem fuiſſe exequutoriatum, & executioni mandatum, & veritati in eo dictæ ſuppoſitum priuilegium ſub trutina neſcio an fuerit poſitum, & quomdocumque ſit, non facit ad nos, tum quia fuit occaſione Turcarum, &c. tum etiam quia ſupponitur Clericos tunc ſoluiſſe.

Ergo omni ex parte credo Clerum & Capitulum Archiepiſopatus Reginenſ. ſoluere debere gabellas ſolitas, nec poſſe ſericum, & alia victualia extrahere à Regno, & contrarium facientes peccare mortaliter, & puniri poſſe vi directiua, & coactiua ab eodem iudice laico per modum cuiuſdam naturalis defenſionis, & extraordinariæ iuriſdictionis, ad quam pœnam (facto intercepto) ſtatim poterit venire quod Clericus aufugit, & iudicium fit ad bona confiſcanda, & Fiſco Regio applicanda. Scripſi die 15. menſis Ianuarij 1661.

DISCEPTA

DISCEPTATIO LI.

SVMMARIVM.

1 *Bona Clericorum & Ecclesiarum sunt immunia à gabellis laicorum.*
2 *De iure diuino est priuilegium introductum.*
3 *Nec valet renunciari.*
4 *Pragmatica & secularium edicta prohibentia extractionem victualium, serici, Clericos non ligant*, & n. 6.
5 *Et in materia prohibitiua annona & denunciationibus bladorum* n. 6.
Sericum extrahere non est negotiari, ibidem, & num. 10.
7 *Statuta secularium etiam fauorabil. Clericos non ligant.*
8 *Licet de illis mentionem faciant.*
9 *Et publicam vtilitatem respiciant, quando laditur immunitas Ecclesiastica.*
10 *Sericum, & victualia sua Clerici licitè possunt extrahere.*
11 *Clerici negotiatores priuilegiis clericalibus pro gabellis non fruuntur.*
12 *Bulla Pij V. fauorabilis Clericis vt possint bona sua extrahere.*
13 *Respondetur argumento quod Clerici seruare debent statuta concernentia vtilitatem publicam.*
14 *In Regno Neapolis non adest licentia Papæ vt possint clerici collectari.*
15 *Sericum est fructus prædy.*
16 *Consuetudines in contrarium sunt corruptelæ.*
17 *Peccant contrarium facientes.*
18 *Et sunt excommunicati.*
20 *Consuetudo est inueterata quod Clerici Reginі Sericum suum extrahant.*
21 *Casus adducuntur quod sericum captum restitutum fuit Clericis*, & n. 24.
22 *Nec obstat quod clam apportetur pro excusandis pauperrimis nautis.*
23 *Et quia ministri laici male tractant alios propter clericos.*
24 *Supplicantibus arrendatariis ad A.C. Apostolicæ, fuit contra eos decisum.*
25 *Literæ recolendæ M. Philipp. II. ad fauorem clericorum Rheginorum referuntur.*

ARGVMENTVM.

Clericorum bona sunt exempta à laicorum statutis prohibentibus extractionem serici ad fauorem Clericorum Rheginorum, & quod sint in possessione exemptionis, & in contradictorio iudicio cum gabellotis aliàs, pro ipsis obtinuerunt.

RESPONSIO

Iuridica ad libellum defensivum Clericorum Rheginensium, de contrabannis eorumdem vbi fundatur aduersus authorem dicti libelli non posse eisdem Clericis permitti extractionem serici extra Regnum sub pœna amissionis eiusdem, & aliis pecuniariis, ex Iurium Canonicorum dispositione vsu Regiæ Cameræ, iussu Pontificis, & Sacræ Congregationis declaratione.

CERTA, & indubitata est Theologorum, Canonistarum, & Iurisconsultorum propositio quam nemo ex Catholicis audet impugnare bona Ecclesiastica immunia esse ab omnibus Gabellis, & Tributis, impositis per communitates & Principes laicos: Atque ita definitum est *in Concilio Lateranen. p. 1. cap. 19. & cap. 46.* & habetur *in cap. non minus*, vbi consules, & Alij Magistratus Ecclesiasticis eorumque bonis Collectas, & pedagia imponentes anathemate feriuntur & *in c. aduersus, de immunit. Ecclesiastica, cap. 1. & 3. eod. tit. in 6. cap. quanquam, de censibus in 6. & Clem. vnic. de Immunitate Ecclesiastica.* Quæ Iura innouauit Concil. Trident. *sess. 25. cap. 20. de reformat.* & Bulla Cœnæ §. 18. quotannis huiusmodi pedagia, Gabellas, & Tributa imponentes, & exigentes censuris afficit Ecclesiasticis, qua de re piissimus Rex Carolus II. *in cap. Item statuimus* in Regno Neapolitano exemit ab omnibus Gabellis, collectis, & tributis Clericos omnes, eorumque bona Ecclesiastica, & patrimonialia, vt apud Camill. Borrell. *in summa decis. tit. 15. de tributis, Collectis, & Gabellis numero 79.* 1

Nec à iure positiuo, & Imperatorum libertate, sed immediatè à Iure diuino ortum habuit huiusmodi immunitas etiam respectu bonorum, vt disertis verbis asseritur *in cap. quanquam, de censibus*, Ibi: Ecclesia, Ecclesiasticæque personæ, & res ipsarum non solum iure humano, quinimmò, & diuino à secularium personarum exactionibus sunt immunes. Et in Concil. Trident. loc. supracit. dicitur immunitas hæc Dei ordinatione, & Canonicis sanctionibus instituta est, Bellarm. *in controu. tom. 2. lib. 1. de Clericis c. 28. in 4. & 5. Propos.* Ioan. Anton. de Nigris *num. 223.* Suarez *ad Regem Angliæ, de immunit. Ecclesiast. lib. 4. cap. 5. numero 12. & cap. 8. numero 16.* vbi pluribus probant immunitatem Ecclesiasticam esse de iure diuino. Hinc in citato Concilio Lateran. relato *cap. non minus, de immunitate Ecclesiastica in 6.* infertur non decere Ecclesiam Dei esse minus liberam tempore Principum Christia- 2

norum ac fuerit tempore Ethnicorum, qui flamines Augures Galios, furiales, alioſque Sacerdotes vna cum bonis eorum immunes à tributis reddebant, vt obſeruat, & ad rem noſtram rectè arguit Prop. *in cap. ſi tributum, num.* 5. & apud Mathæum *cap.* 17.

3 Atque adeo Eccleſiaſtici à Gabellis ſunt immunes, vt non poſſit tale priuilegium ab ipſiſmet renunciari, quia cæderet in detrimentum ſtatus Eccleſiaſtici, vti primario conceſſum eſt, quia nemo renunciare poteſt priuilegio conceſſo communitati *cap. ſi diligenti, de foro competenti*; Neque de conſenſu Epiſcopi, vt rectè dixit Farin. *caſu* 151. *num.* 8. & Carolus de Graſſis *de effect. Cler. effect.* 1. *num.* 652. & Pilaia *lib.* 1. *dec. Can. dec.* 11. *num.* 155. quia hoc Eccleſiaſticis eſt interdictum, vt docent DD. communiter: Hinc nullo pacto Eccleſiaſticorum Rheginorum adſtringenda eſt libertas, quin ſericum ex bonis Eccleſiaſticis & patrimonialibus collectum ex antiquiſſima, & immemorabili poſſeſſione Meſſanam extrahunt vendendum, cum vtantur iure ſuo, & priuilegio vi ſine interdicto renunciare non poſſunt, ad euitandas gabellas ad quas non tenentur, vt omnes aduerſarij concedunt, & tamen eas tum hic Rhegij, tum Neapoli ſoluere cogerentur vt ipſamet docet experientia.

4 At dicent aduerſarij, adſunt ſtatuta pragmaticæ, & edicta ſecularia prohibentia extractionem Bladorum, frugum, ſerici, &c.

Reſpondeo, & hæc quamvis generalia numquam afficiunt Eccleſiaſticos ex defectu poteſtatis, quia non poſſunt ſtatuere contra Eccleſiaſticos, vnde bona patrimonialia, & Eccleſiarum liberè poſſunt extrahere Eccleſiaſtici, Rip. *de rem. ad conſeruan. vber. num.* 122. Io. Plat. *& in §. Item lex Iul. num.* 108. *Inſtit. de public. iudic.* Lup. *in repet per veſtras, §. ſed plura, num.* 13. *de donat. inter vir. & vxor.* Carolus de Graſſ. *de effect. Cleric. effect.* 2. *num.* 292. March. *de iuriſd. p.* 4. *caſ.* 2. *numero* 10. *&* 13. cum talia ſtatuta ſint libert. Eccleſiaſt. nec obligant neque in foro fori, neque in foro Poli. Diana *part.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 15. *&* 68. Marſcard. *de ſtatut. interpret. Conc. l.* 1. *num.* 93. *& ſeq.* vbi probans bona patrimonialia Cleric. gaudere priuilegio bonorum Eccleſiaſt. dicit non ſubiacere ſtatutis laicorũ, & propterea Clericos poſſe extrahere fructus bonorum patrimonialium ſine licentia Principis ſecularis March. *p.* 4. *d. caſ.* 2. *num.* 13. text. *in cap. Eccleſia, S. M.* 10. *de conſtit.* Rota *in Baren. ſeu nullius pecuniaria* 25. *Iunij* 1645. coram R. P. D. Cerro quæ eſt *deciſio* 180. *numero* 20. & in Spoletana donorum 13. Aprilis 1646. *ſub §. quare ſequitur*, coram R. P. D. Corrado, ſuper qua re videatur Ciarlin. *controu. forenſ. lib.* 1. *cap.* 31. *per totum*, vbi mirabiliter pertractat rem, de qua loquimur; & Pilaia *cit. num.* 156.

5 Neque ſtatuto laicorum ſtare tenentur Eccleſiaſtici in materia Annonæ tempore penuriæ vi coactiua edicti, vel ſtatuti laicorum, ſed quadam ratione naturali & in tam magna neceſſitate ad Epiſcopum ſpectat cogere Clericos in ſubſidium, ad text. *cap. non minus de imm. Eccleſiaſt. & cap.* 1. *eod. tit. in* 6. Anton. Diana *Mor. Reſol. vbi ſup.* & Pilaia.

6 Et ſi contingit fieri denunciationes Bladorum virtute Bandimentorum vt ſciri poſſit an adſit Annona ſufficiens pro victu, tunc de mandato Epiſcopi obligantur Clerici ad denunciandum penes Curiam Epiſcopalem, vt reſcripſit Epiſcopo Ferrarienſi Sac. Congr. ſub die 19. Iunij 1592. Ex quibus infertur poſſe Eccleſiaſticos Rheginos ab Illuſtriſſ. Domino Archiepiſcopo cogi ne ſerici faciant extractiones, quando in Reno magna ſerici eſt penuria, & illud non pro veſtibus & aulæis, ſed ad victum deſeruiret ad populi ſubleuandam famem; ſed quæ ſerici in Regno Neapolitano penuria? Nonne Bombices, ex ſuis viſceribus vberrimos diductos florum tractus effunduntur? Anne Regni in aliquo loco ſerici in domuncula non abſoluto moritur lanificio Bombilius? An non ſemina vbertima, quibus noua animal affluit ſobole? Eſt ne annona ſericum noſtrum? An non neceſſitas noſtri ſerici aliter euitari poteſt? Sed ad rem noſtram, fuit olim ſtatutum laicale Neapoli de non extrahendo equos à Regno Neapolitano & tamen in Pontifica Camera ſummariæ anno 1594. 13. Februarij ſuper Ducatos 800. interceptis qui extrahebantur à Regno Neapolitano per D. Lucam Guidotti Canonicum Eccleſiæ S. Saluatoris fuit iudicatum quod ſtatutum laicale non ligat Clericos, nam fuit pecunia reſtituta, non obſtante quod intelligatur intercepta etiam ſi non ſit extracta, ſed tantum in via; Ita etiam in Conſ. Neapolitano pro ſtatutu Salerni, quo prohibitum erat adduci vinum extra ſuos fines, & territorium collectum fuit iuſtiſſimè iudicatum non comprehendere vina, quæ colligebantur ex prædiis Monaſterij S. Benedicti *in* 10. *deciſ.* Gramm. 100. videatur Souſa *in bulla cœnæ, cap.* 16. *diſp.* 9. *conſ.* 1. *num.* 4. vbi docet quod negotiatio lucratiua dicenda non eſt in caſu quo Eccleſiaſticus bona ſua mittit ad locum, vbi pluris valent, vnde inquit ipſe ex Saccaro & aliis rebus in quibus Rex Epiſcopis, & Clericis vltramarinis ſtipendium ſoluit tributum exigi non licet, quando illa venditionis cauſa ad hoc regnum aſportantur, quia hoc non eſt negotiari; Ita Matth. *de iuriſd. p.* 4. *caſ.* 3. *num.* 9. *&* 10. Ceuallos *tract. de cognit. per viam violentiæ, p.* 2. *quæſt.* 64. *num.* 41. Pereira *de manu reg. p.* 2. *cap.* 24. *num.* 34. quinimmo Catholicus Princeps Carolus Imperator docuit quod quando dubium eſt an ſtatutum ſit, vel non ſit contra immunitatem conſulatur Summus Pontifex vt in ſumma Diana *verbo, opinio probabilis, num.* 11.

Neque lex municipalis ligat Eccleſiaſticos quandoquidem ſublata fuit per Conſt. Gregor. XIV. quæ non ſolùm derogat iuri communi, ſed & municipali, ac cuicumque conſuetudini, & abuſui; Et ratio euidens eſt: nam ſi Eccleſiaſtici ſtatuto laicorum, & lege municipali comprehenderentur notaretur quædam laicorum ſuperioritas in perſonas Eccleſiaſticas quod abſurdiſſimum eſt; addo quod leges municipales nullo pacto ad Clericos extenduntur etiamſi illis ſint fauorabiles, quia Papa præſumitur illas ignorare, niſi expreſsè, & nominatim confirmet *cap.* 1. *de conſt. in* 6. & ſic ſublata Papæ approbatione profecto ex defectu iuriſdictionis remanent prorſus quoad Clericos inefficaces *dict. cap. quæ in Eccleſiarum, & cap. Eccl. S. Mariæ.* Ita tradit Hoſtien. *in cap. fin. numero* 11. *de ſolut.* at quæ Papæ approbatio? 7

Et ad confirmandum id quod dicebamus vel ſtatutum ſiue leges municipales faciunt expreſſam mentionem de Clericis, & illos non includunt, quia adeſt quidem includendi voluntas, ſed deficit poteſtas, vel illorum non faciunt mentionem, & poteſtas deficit & voluntas nec ideo voluiſſe præſumuntur ſtatuentes, quod illis erat impoſſibile, 8

possibile, vt post alios tradunt Alex. *consil.* 210. *& 211. & cons.* 20. *n.* 7. *lib.* 2. Duardus *in Bullam cœnæ Domini Can.* 15. *quæstione* 10. *numero* 85.

Itaque in priori casu leges municipales nullæ sunt tanquam ponẽtes falcem in messem alienam, & Ecclesiasticam offendentes libertatem posteriori casu sint quidem validæ, sed Ecclesiasticos non comprehendant ad Roman. *in l. si publicanos*, §. 1. *col.* 2. *vers. aut. stat. ff. de publ.*

9 Nec obstat quod huiusmodi leges municipales publicam sapiant vtilitatem ac totius Reipublicæ bonum concernant. Nam quæ vtilitas si Clericos eorumque bona comprehenderent: Nonne quoties libertatem lædunt Ecclesiasticam semper in Ecclesiæ damnum tendunt etiamsi fauorabilia videantur? Text. apertè *in dict. cap. Ecclesia S. M.* ibi: vnde statutum Basilij, & notat ibi Baldus *in numero* 1. *in l. nota.*

Quibus omnibus accedat authoritas Sanctissimi Præsulis Caroli Borromæi Ecclesiasticæ libertatis propugnatoris acerrimi, qui cum à D. Gubernat. Mediolani requisitus fuisset, vt cogeret Clericos ad obseruandum statutum à se pro publica communique vtilitate conditum, eidem in hæc verba rescripsit. Hoc Excellentiæ vestræ, quam paterna charitate vnice in Christo diligimus, primùm persuasum esse debet in Ecclesia Dei nouum atque invsitatum esse, & canonum sanctionibus Sanctæque Ecclesiæ immunitatis rationi alienum Ecclesiasticos edictis eiusmodi laicorum Principum Magistratuumve seruandis adstrictos teneri ad eaque exequenda per Episcopum compelli.

Quod si publica vtilitas sufficeret, procul dubio Clerici quibuscumque laicalibus statutis ligarentur, cum nulla lex aut statutum valere possit quod ob publicam vtilitatem conditum non sit; Hic enim est legum finis, vt commune bonum seruetur, & in hoc consistit Iustitia, vt post Aristotelem 4. *Politic. cap.* 1. & D. Thom. inquit Molina, *de Iustitia, disp.* 2. *col.* 2.

10 Remanet igitur firma, indubitabilis, & inconcussa conclusio, statuta edicta, & leges municipales laicorum, etiam pro bono publico & & pro nimia Clericorum, laicorumque vtilitate, ac etiam pro annona publica non comprehendere Ecclesiasticos, eorumque bona: ac propterea posse Ecclesiasticos Rheginos extrahere sericum, fructus ex Ecclesiasticis & propriis prædiis recollectos extra Regnum, & vbique locorum liberè vendere cum non subiiciantur statutis, & legibus municipalibus laicorum, & eum vendere res proprias, & fructus ex bonis Patrimonialibus, & beneficiis Ecclesiasticis non sit nullo pacto negotiatio, sed contractus omni Iure Clericis permissus, & Reipublicæ valde vtile vt in terminis considerat Rodoan. *in tract. de spoliis, q.* 2. *sub n.* 55. & D. Thom. 22. *quæst.* 77. *art.* 4. *ad secundum.*

11 Nec obstant authoritates à Carolo de Grassis allatæ, *de effect. Cleric.* 3. *num.* 178. nam Berdachinus *de Gabellis, p.* 7. *num.* 11. Vulpel. *de libertate Ecclesiastica* Scapp. *in tract. de iure non script. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 15. *&* 16. loquuntur simpliciter de Clerico negotiatore aduertentes illum dici talem, qui emit ad effectum cariùs non mutatam forma vendendi, & de Clerico emente, & ad effectum negotiandi transportante, quæ cum sit solertia quædam vilius emendi & carius distrahendi non mutata forma est propriè negotiatio Clericis prohibita, ac proinde huiusmodi Clericos negotiatores Priuilegiis Clericalibus non gaudere vltrò concedimus; At sermo noster est de extractione, & venditione fructuum patrimonialium, quod non est negotiatio, vt omnes concedunt & per consequens posse Ecclesiasticos Rheginos sine incursu illicitæ negotiationis extrahere sericum, & alios fructus patrimoniales ad Ciuitatem Messanæ ex dictis clarè patet.

Prodeat & constitutio 11. Pij V. in qua sub pœna excommunicationis eximit personas Ecclesiasticas à solutione gabellæ pro bonis suis quę de loco ad locum transferunt his verbis, ratione quarumcumque mercium, & rerum cuiuscumque generis vel qualitatis existentium tam per mare, & aquam dulcem, quam per terram vndecumque, & quomodocumque pro tempore delatarum, & animalium penitus, & omnino liberi, immunes, & exempti, ac liberæ, & exemptæ, liberaque, immunia, & exempta esse censeantur, ac pro talibus & teneantur, & reputentur; Ergo clarè patet Sericum Clericorum Rheginorum liberè, licitè extrahi posse per mare, & insulam Siciliæ, cum ab omni Gabella sit immune, & exemptum. 12

Instant aduersarij statuta laicalia afficere Ecclesiasticos, quando statutum concernit bonum publicum. 13

Respondeo etiam in concernentibus communem vtilitatem, & necessitatem non tenentur Clerici stare deliberationi laicorum sine deliberatione Episcopi vel Papæ, qui iudicabunt de communi vtilitate text. apertè *in cap. non minus, & cap. aduersus, de immunitate Ecclesiarum*: nam causa publica, quæcumque illa sit, nullam tribuit authoritatem, vbi deficit potestas legislatoris quæ in casu nostro contra Clericos non reperitur, vt respondet Bald. *in l. cunctos Populos, sub num.* 55. *verbo ista ratio non valet Cod. de Summ. Trinit. & fide Catholica*: & latè Butr. *in dict. cap. Ecclesia S. M.* & Pilaia *cit. suprà*: nam publicæ vtilitatis ratio qualitatem legis respicit; sed potestas, & authoritas concernit substantiam, sine qua nulla qualitas considerari potest *l. nec vllum* §. *si absentis videatur* Surd. *cons.* 301. *sub n.* 18. *& seqq. vol.* 3. *& ex dictis suprà* clarè patet, quod causa publica non tribuit potestatem laicis contra Clericos. Quod adeo verum est, vt in vtilitate publica Clericis, & laicis communi fuerit semper expostulatus consensus Summi Pontificis, vt anno 1600. Ciuitas Florentina (teste Marth. *de iurisdict. p.* 4. *cent.* 1. *casu* 1. *num.* 52.) obtinuit à Clemente VIII. Bullam pro imponenda contributione Clericis ad reparandum flumen Armi penes quod Bona Clericorum erant. Et Ciuitas Panormitana anno 1634. pro expensis factis tempore pestis, impetrauit ab Vrbano VIII. Bullam, qua Clerici per aliquot annos includerentur in contributione imposita super vino in Introïtu Portæ Ciuitatis, similis etiam Bulla obtenta est à Gregorio XV. 23. *fol.* 1622. pro Etruria, & alia ab Vrbano VIII. 10. Maij 1624. pro ducatu Mediolanensi, Massimilianus primus, & Carolus V. Imperatores petierunt licentiam ab Alexandro VI. & Paulo IV. obtinendi subsidium ab Ecclesiasticis pro bello contra Turcas, & Hæreticos, pro vt etiam Emanuel Rex Lusitaniæ à Leone X. pro bello contra Mauritanos, & Res publica veneta pro bello contra Turcas.

Dices adest forsan in Regno Neapolitano consensus Summi Pontificis id fieri permittentis. 14

Respondeo huiusmodi Priuilegium nusquam gentium apparere & dato quod olim fuerit, nullam nunc vim haberet: nam per Concil. Trident. Bullam Cœnæ Domini, & nouissimè Vrbani VIII. super præseruatione iurium Sedis Apostolicæ, & inferiorum Ecclesiarum personarumque Ecclesiasticarum à quibuscumque præiudicialibus, quæ incipit *Romanus Pontifex* sint omnia huiusmodi priuilegia reuocata.

15 Scio non semel Arrendatarios iactasse Sericum esse de Regalibus quod expressè negatur, nam Regalia sunt ea, quæ fiunt super re simpliciter Regis, veluti sunt piscationes, feuda, Salinæ &c. Sericum verò est fructus prædij, & Clericus non tenetur soluere onus Gabellæ, quia onus Gabellæ, est onus fructuum, & personæ. At in casu nostro cum industria sit tota Clericorum res efficitur immunis, quinimmò Federicus de Senis *cons.* 107. *col.* 2. eximit à solutione Gabellæ fratres, qui emerunt, seu conduxerunt venam ferrar. subdens quod ex tali ferro ex ipsa vena deducto, non tenentur soluere aliquam Gabellam seu collectam, quem vnà cum aliis iuribus allegat, & sequitur Carolus de Grassis *effect.* 3. *n.* 107. & tamen mineralia sunt de Regalibus, nam habetur ratio industriæ cum Rege.

16 Obiicies adesse in aliquibus Regnis consuetudinem in contrarium.

Respondeo distinguendo antecedens, adesse consuetudinem, quæ non sit corruptela, nego antecedens, quæ sit corruptela concedo antecedens, quia consuetudo etiam immemorabilis, quæ præiudicat aliquo modo libertati Ecclesiæ non valet, nec admitti debet, præsertim quia Summus Pontifex quotannis in Bulla Cœnæ coram Principum Oratoribus reuocat omnes consuetudines quæ sunt contra libertatem Ecclesiasticam, & ita in terminis nostri casus docet Ioann. Baptista Ciarl. *in controu. forens. capite* 31. *num.* 13. *&* 16. & patet etiam *in c. Clericis, de iudiciis*, & aliis iuribus, vbi clarè Pontifex damnat consuetudinem etiam particularem si illa tendit contra Ecclesiasticam libertatem Matth. *de iurisd. p.* 4. *centur.* 1. *casu* 7. *n.* 12. Filiar. *de offic. Sacerd. tit.* 1. *p.* 1. *lib.* 3. *cap.* 9. ita etiam communiter Summistæ & Canonistæ apud Pilaiã *cit. dict. tit. de clericis, num.* 154.

17 Obiicies secundò: sunt quædam particulares consuetudines, quæ licèt sint contra Ecclesiasticam immunitatem sine scrupulo à Magistratibus laicis obseruantur, exigendo ius tractæ, quod soluitur ex extractione aliquarum mercium ex portu etiam ab Ecclesiasticis.

Respondeo huiusmodi consuetudines non ad ius, sed ad. facta hominum pertinere, scio tamen huiusmodi gabellam esse, ad quam Ecclesiastici nisi ex causa negotiationis non tenentur, sed lex, qua frustra consuetudinis clypeo se defendunt Ministri, & officiales laici exigendo, vel exigi permittendo ab Ecclesiasticis gabellas extorquendo à Clericis etiam inuitis provt adeo obseruari à Custodibus Portarum, Pontinæ portus fluminis &c. nam grauissimè peccant cum obligatione restitutionis Deum, immunitatemque Ecclesiasticam enormiter offendentes, censuraſque horrendas, etiam Bullæ Cœnæ Domini incurrunt multos famosos canones infringendo, & signanter *c. bene quidem nonag. sexta distinct. cap. Ecclesiæ, de constit. cap.* 1. *Aduersus, de immunit. c. Ecclesiastica, c. nouerint, de sent. excomm. c. quanquam, de censibus in* 6. vt per Nauarrum *in manuali, cap.* 27. *num.* 202. Videant ergo, qui exigunt, qui exigi iubent, & qui quomodocumque in talem exactionem cooperantur.

Dices Summus Pontifex scit, & tolerat huiusmodi particulares consuetudines, ergo tacitè in illas consentit. 18

Respondeo distinguo antecedens, tolerat tolerantia approbatiua, & nego, tolerat tolerantia permissiua ad euitanda scilicet maiora incommoda, concedo: ergo simpliciter in illas consentit, nego consequentiam. Videatur Mader *in p.* 2. *quæst.* 96. *art.* 4. ibi: sanè ne tolerantia quodãmodo Papæ allegari potest in defensionem consuetudinis, impedit enim Bulla cœnæ quotannis repetita, quæ disertè restitit eiusmodi consuetudini, aut neruis corruptelæ, & multò minùs præualere potest via præscriptionis, quia propter eandem causam nunquam nititur in bona fide, & Vigianus *tract. de libert. exul. disput.* 2. *concl.* 3. *& disp.* 3. *cons.* 1. *filiomeli* 45. vbi asserit cum quotannis Bulla cœnæ excommunicet Magistratus.

Persuasissimum cuique esse debet Summ. Pontif. hanc consuetudinem, quam corruptelam vocant æquo animo non sufferre, & consequenter neque expressè, neque tacitè in eam consentit. Quapropter valde inuehit *vbi supra* Nauarrus *loc. supra cit.* in confessarios eos absoluentes, atteſtans sub tempore plurimos Gubernatores, & exactores à Summo Pœnitentiario Pontif. petiisse absolutionem à censuris propter hæc incursis restitutione promissa, parata, vel facta. 19

Sed ad nostram immemorabilem consuetudinem, quæ sanctæ fauet immunitati; certè Sericum Ecclesiasticorum Rheginorum semper immune fuit ab omnibus Gabellis. Patet primò: quia in Regno Siciliæ præcipuè Messanæ Sericum huiusmodi quod ex fide Prælati constaret esse Ecclesiasticorum semper vt liberum ab omni exactione habitum fuit, vt videre est in Tabulis ipsius Reg. Dohanæ in sexcentis exemplis.

Secundò quia quotiescumque officiales laici Sericum in acta transportationis ablatum sequestrauerunt, toties Ecclesiasticis pœnis territi coacti sunt restituere, præsertim anno 1633. cum enim Rhegij quidam ministri cymbam hinc Messanam versus soluentem cum magna vi serici occupassent, atque ad Regium Patrimonium pertinere arbitrati essent tanquam contra Regia edicta nauigantem, vbi primum constitit per acta nostræ Curiæ Sericum esse Ecclesiasticorum, redditum statim fuit. 20

Et anno 1638. in casu simili cum Cymba sic onusta Neapolim vsque deducta per vim fuisset à Ministris laicis, confestim instante Vicario Capitulari D. Carolo Gaetano remissa fuit Rhegium vnà cum omnibus expensis solutis à Regiis Arrendatoribus, à quibus scilicet damnum Ecclesiasticis illatum fuerat.

Citra quam consuetudinem non adest memoria vlla in contrarium, & in Curia nostra Archiepiscopali adsunt sexcenti processus, quibus conuicti Regij Arrendatores, coacti sunt restituere sericum ablatum. Vnde si præsentia Officialium Rheginorum non contradicentium sufficit ad probandam aliquam consuetudinem, etiam contra ipsos introductam, vt multis probat Capicius Galeota Regij Patrimonij quæstor *lib. controu. controuers.* 51. *num.* 45. *vsque ad* 49. quàm magis 21

hoc

hoc verum erit in Casu nostro scilicet legitimam esse consuetudinem nostram cum non solum videntibus Regiis Ministris, sed ipsis in contradictorio iudicio repugnantibus restitutum sericum fuerit à Regiis Tribunalibus in Ciuitate Neapolis.

22 Dices non dicendam esse consuetudinem illam, qua non palam, sed clam semper vsi sumus, non videtur enim consentire Princeps in ea quæ fiunt occulta, immò timor ille, & metus, & error quibus sericum transfertur, clarè indicant non licere per Principem, qui seueriſſimè animaduertit in nautas sericum transferre audentes.

Bona instantia, sed quæ facilè soluitur. Primo si dicatur sericum non transferri clam quasi verò timeremus, ne nobis in aperto non liceret, sed adhiberi à nobis eam diligentiam, vt naucleros, & nautas lateat, qui ob pœnas sibi iniustè imminentes, vel nullo modo aleam tam dubiam subirent vel nullum finem facerent augendo pretio de asportatione tantis periculis plena.

Secundo vt vitentur rixæ, & incommoda, quæ ab inferioribus ministris fieri solent, dixi, inferioribus ministris, quia supremi officiales Regiæ Cameræ tantum abest Ecclesiasticum ius lædere tentarint vt sæpè quemadmodum *suprà*, tetigi sericum per per hosce ministros captum, statim restitui clericis viris non sine integritatis laude, mandauerint.

23 Tertio denique clam sericum asportatur sed non tam latenter, vt omninò aspectum fugiat Regiorum ministrorum: constat enim eos sæpe ex vestibus plures solito intumescentibus Ecclesiasticorum comprehendisse sericum sub illis celari, non tamen vnquam ausi sunt eos impedire, ne sic onusti nauim conscenderent; imò vnus eorum aliquis per totum auditus est dicere non semel Ecclesiasticos Rheginos serico grauidos scylla obstetricante pecuniam parere, quid ni igitur gloriemur de nostra hac possessione pro qua tot suppetunt argumenta, & congruentiæ? Quod si nihil aliud id euinceret illud certè pro ista celata asportatione summopere facit, nempè quod nonnulli Ecclesiastici in oculis omnium aliquando feliciter tentauere; venerat vti solet Rhegium minister quidam altioris ordinis Regiæ Cameræ Præsidens ad componendos ciues laicos pro exportatione prætensa sericorum, & tantum metum verbis, & gestis incusserat omnibus naucleris, vt nemo vnus reperiretur qui Clericis suam operam locare vellet pro exportando serico quid hic agerent Ecclesiastici? Meminerunt se ex illo ordine esse qui piscatoriam quondam exercebant. Igitur Apostolos imitati Apostolici viri serico onusti nauim conscendunt sacrasque manus operi admouent ac felicissimè promouent Messanam versus inspectantibus Regiis ministris, ac ne prohibere quidem audentibus. Est ne hoc argumentum formidinis? An non constat ex hoc, quamobrem sericum clam transferatur.

24 Sed ego immerito in re tam testata multus sum. Nam si aduersarij contendunt nos non esse in possessione cum propositio sit negatiua, illis incumbit probare veritatem suæ assertionis. Nam est regula iuris quod asserenti incumbit onus probandi. Nos autem, vbi aliud attulerint, quod speciem probabilitatis præ se ferat non deerimus instituto. Interea ad confirmandum id quod dicebamus de possessione non omiserim quod anno 1599. 25. Iunij, Pontifice Clemente VIII. Io. Baptista Spinola & Petrus Franciscus Rauescherius officiales Archi. per Speciem fraudum ex extractione serici facta ab Ecclesiasticis Rheginis ad auditorem Cameræ Apostolicæ Marcellum Lantes tunc temporis prouocauerunt, apud quem cum multa super hac re egissent, nec tamen aliquod probabile pro se attulissent cognito ab auditore Cameræ eos colore, & prætextu fraudum agere contra iura Ecclesiastica quibus patrimoniales redditus Clericorum omnibus gabellis eximuntur à limine iudicis prædictos Ioannem Baptistam & Petrum Franciscum reiecerunt cum mandato, vt in posterum Ecclesiastici in possessione extrahendi manutenerentur.

Sed bone Deus exciderat memoria, quod fortasse vltimam manum & veluti coronydem operi imponit per litteras glorioſæ mem. Philippi II. sapientissimi & Religiosissimi Principis Regis Catholici Proregi Neapolis datis expressum adfuit in casu nostro mandatum cum obseruatione Magistratuum tenoris sequentis. 25

Et Rey Principe Illustriſſ. Duq. primo nostro Virrey y lugarten. Cap. General Por parte del Capitulo y Clero de la Ciudad de Ryoles se nos ha hecho relacion que de mas de los daños que han recibido del armada Turquesca en la general ruina de aquella ciudad, son constreñidos à pagar los cinco granos por libra de seda en la saca della deste Reyno que diz que la Regia corte agora nuevamente ha impuesto en la Prou. de Calab. lo qual diz que les hazen pagar los officiales, de la dicha nueua imposicion de la seda que ellos mismos hazen de sus massarias y con su industria y hazienda contra la disposicion de los sacros Canones, y Priuilegios de la dicha ciudad suplicando nos tuviessemos por bien de mandar proveer que no sean mas molestados por ello, antes de aqui adelante se les dexe sacar libremente la dicha suya seda dándoles la cedula graciosa para ello, como se solia y que sean francos y exemptos como diz que lo han sido siempre para que puedan rehazer sus Casas y atendere al culto diuino porque dize que no es cosa conueniente que sean agrauados à pagar lo que la sede Apostolica le es impuesto por vna parte y por otra lo de la Regia Corte y porque hauido consideracion à lo suso dicho y à lo que se deue à las personas Ecclesiasticas que atenden al culto diuino. Nuestra voluntad es que no se les haga en esto agrauios, os encargamos y mandamos que os informeis bien de las causas porque se les hazen pagar esta gabela y de las exenciones, y intendido bien todo proueays, y deis orden que en lo que assi supplicado se les haga y administre breuey entero cõplimiento de justicia de manera que no reciban agrauio ni tengan justa causa de se quexar, ni de recurrir à nos sobre ello que esta es nuestra volũtad. La presente resti al presentante: datũ en Hamptonurt à XXIII. de julio M.D.L.V. Perez secretario V. Figuero Regens S. Cat. vnum Sayas pro taxatione V. Alberiz Regens *in part. 1. fol. 197. à tit. adest* sigillum regium *di fuori All. Illustriſſ. Duque de Alua nuestro primo Mayordomo Mayor Virrey, lugart. y Capitan Gen. en el Reyno de Napoles y en su ausencia Al. Illustr. D. Bernardin de Mendoza del nuestro Consejo lug. general en el dicho Reyno.*

Restat igitur firma, & canonizata, vt ita dicam nostra immemorabilis consuetudo quippè quam & tolerantia Principum & legitima diuturnitas temporis quod introducta est, & litteræ Regiæ à Bulla Vrbani VIII. viuæ vocis oraculo & de-

creta Regiæ Cameræ & reſtitutio ſerici ablati toties facta ad inſtantiam huius noſtræ Archiepiſcopalis Curiæ adſtruunt, confirmant, & roborant.

DISCEPTATIO LII.

Supponitur in facto, quod Caïus habens duos filios, Maſculum ſcilicet & fœminam, Titium ſcilicet, & Bertam, ſuum condidit Teſtamentum, inſtituendo filium hæredem talibus verbis: inſtituo Cayum filium meum hæredem, & caſu quo moriatur ſine liberis, vel cum liberis, & ipſi moriantur in pupillari ætate, vel quandocumque ab inteſtato, eo caſu inſtituo meam hæredem Bertam meam filiam vxoratam cum N. & eius filios cum conditione, quod dicti eius filij ſint militares; & caſu quo non potuerint, vel noluerint eſſe militares, eis ſubſtituo, & meum hæredem inſtituo N. meum conſanguineum. Euenit caſus, quod Caïus primò inſtitutus mortuus eſt, relinquendo filium, Nepotem Teſtatoris, qui filius ſimiliter mortuus eſt in pupillari ætate; tempore mortis cuius reperiebantur ſuperſtites Nepotes Bertæ ſecundo loco inſtitutæ, ab eius Matre Sempronia, nempe filij ex filio Bertæ prædictæ Pronepotes Teſtatoris, qui vigore diſpoſitionis factæ à Teſtatrice ceperunt poſſeſſionem bonorum, & hæreditatem adierunt, qua adita, comparuit N. legitimus Succeſſor tertio loco inſtituti, & prætendit hæreditatem ad ipſum ſpectare, ſtante quod Pronepotes non ſunt Militares ex Sanguine, ſed tantùm ex priuilegio Principis, quæritur quid iuris?

Ad hoc factum mihi propoſitum pro parte Illuſtriſſimi Domini mei, vt reſponſio detur adæquata, certa, & ſecura, fateor me plura vidiſſe, & ex his concludendum puto nulli dubium eſſe militarem ex Priuilegio principis habere bonam cauſam, & excludendos procul dubio contrarium temerè prætendentes dico, quod ſanè, vt probem præludia quædam neceſſaria pro materiæ cognitione præmittenda duxi. Circa nobilitatis eſſentiam, orginem, & diuiſionem, quibus præmiſſis, facilis erit pro Illuſtriſſimo Domino meo Reſponſio, & ſolutio argumentorum patebit.

SVMMARIVM.

1 *Nobilitas quid ſit, & plures adducuntur deſcriptiones.*
2 *Nobilitas quibus modis acquiritur?*
3 *Nobilitas Sanguinis quæ ſit.*
4 *Nobilitas Sanguinis, cur ita dicatur.*
5 *Nobilitas ex genere an amittatur per exercitium Artis ſordidæ, & Aromaticam, Chirurgiam &c. & Notariatum, exercere an ſit artem ſordidam exercere.*
6 *Pater nobilis per artem ſordidam non præiudicat Filio.*
7 *Feudi conceſſio nobilitat, & quando.*
8 *Feudi conceſſio facta in Regno per Baronem quando nobilitat.*
10 *Nobilitas eſt, quæ venit à Principe.*
11 *Nobilitas Patris ad filios quando deſcendat.*
12 *Nobilitas Patris de conſuetudine ad filios peruenit.*
13 *Filij Doctorum gaudent Priuilegio, etiam Parentibus mortuis.*
14 *Textus* in l. Sordidorum Cod. de excuſat. tut. *explicatur.*
15 *Vxor Doctoris, etiam marito mortuo, gaudet eius Priuilegio.*
17 *Filij Baſtardi non gaudent Priuilegio Parentum.*
18 *Filij Baſtardi titulatorum in Regno Neapolitano an aſſumantur ad militiam Hieroſolymitanam.*
19 *Filij legitimati non gaudent nobilitate Parentum.*

20 *Nobili*

20 *Nobilitas Parentum ad legitimatos quando transeat.*
21 *Nobilitas Filij ad Patrem an, & quando transeat.*
22 *Nobilitas Paterna, & Materna est splendidior sola paterna, &c.*
23 *Nobilitas Materna cur non soleat venerari.*
24 *Mulier nupta an gaudeat nobilitate familiæ propriæ.*
25 *Nobilitas quomodo à Principe procedat.*
26 *Annuli aurei impetratio qualis, & quomodo fieret.*
27 *Annulorum vsum fuisse antiquitus.*
28 *Annuli vsus quibus competebat antiquitus.*
29 *Annulorum aureorum ius qualiter, à quocumque Principe concedi valeat.*
30 *Natalium restitutio qualiter à Principe fieret.*
31 *Natalium restitutio fit à solo Principe superiorem non recognoscente in temporalibus.*
32 *Natalium restitutio an possit à Principe fieri in præiudicium tertij, & quando.*
33 *Princeps potest nobilem facere.*

CAPVT I.

De Nobilitatis essentia, origine, eiusque diuisione communicatione, & transmissione.

PRO

Militaribus, & Nobilibus ex Priuilegio, vt admitti debeant ad omnia, ad quæ vocantur Nobiles, & Militares simpliciter.

SVPPONO ergo primò quod Nobilitas secundum Arist. *lib. 2. Rhet. capite 15.* dicitur *quidam Maiorum splendor, & Claritas* seu, vt ait Boëtius *lib. 3. de consolat. Est quædam laus veniens demeritis Parentum*, vel secundum Baldum *in l. finali, num. 40. Cod. de seruis fugitiuis : Est nobilitas, quædam dignitas à Parentibus deriuata, quæ denominatur à potentiori causa*, quæ descriptio videtur approbata apud Hispanos ex *l. 3. partita 2.* vt bene notat Pichardus, *de Nobilitate communicata, num. 6.* Garsia, *de Noblitate, glossa 7. num. 17.* Alij cum Cardinale *in Clement. 2. de sententia excommunicationis* dicunt quod nobilitas est qualitas quædam, siue dignitas prouenientes à coruscatione clari Sanguinis sumens originem à Parentibus, & in liberos legitimos continuata, quam refert, & sequitur Cassaneus *In Catalogo gloriæ mundi, part. 8. considerat. 8.* Cepolla, *de imperatore milite eligendo, opin. 3. & 23.* & Gutierrez *lib. 3. pract. quæst. 14. numero 11.* ait quod Nobilitas est qualitas illata per Principem, qua quis vltra honestos plebeios acceptus ostenditur, vel vt ait Azeuedus *in rubr. num. 86. tit. 20. lib. 6.* est nobilitas quædam qualitas honorifica generis, & sanguinis à maioribus in posteros legitimos, & naturales, vel naturales tantùm descendens, quod & sequitur Escobar *de nobilitate p. 1. quæst. 4. §. 50.* 1

Suppono secundò veram nobilitatem tripliciter acquiri, siue ex multis causis oriri, primò à stipite, & generatione; secundo à virtute, & meritis; tertiò ex mera liberalitate, sincero Principis affectu, & iudicio, vt bene Cassaneus *lib. 8. considerat. 8. vsque ad 16.* Afflict. *in cap. 1. quis dicatur dux, vel Marchio numero 8.* Bartol. *in l. 1. Codic. de dignit. lib. 10.* Garsia *gloss. 48. §. 3.* Pichardus *vbi suprà, num. 75. cum seq.* Barbos. *appellatiua 164.* Gutierrez *lib. 3. pract. q. 16. num. 37. & quæst. 17. num. 131.* Paleaz, *de maioratu part. 1. quæst. 51. num. 85.* Tiraquellus *de nobilitate, quæst. 3. vsque ad 12.* Azeuedus *in Rubrica, num. 29. & sequenti, tit. 20. lib. 6. recopilationis*, Marius Giurba *de successione feudi præludio 3. num. 10.* post Cynum, Bald. & Salicetum *in l. prouidendum, Cod. de postulando l. 3. C. de exulibus lib. 12. l. 1. ff. de albo scribendo* ex Aristotele *lib. 20. Rhet. cap. 15.* & singulariter ille nobilis dicitur, qui pro tali communiter habetur, seu qui talis est, secundum loci consuetudinem ex Andrea Tiraquello *de nobilitate cap. 10. à num. 6.* Guttierrez *dict. quæst. 17. num. 50.* Menoch. *casu 670. n. 40. & de Præsumptionibus, lib. 6. Præsumpt. 60.* Mascard. *de probat. concluf. 1094. num. 8.* Cardin. Tusch. *litt. N, concluf. 48. numero 50.* Augustinus Barbosa *vbi suprà* Cardinal. Mantica *de tacitis, lib. 23. tit. 3. num. 20.* 2

Prima verò Nobilitatis species, quæ superior est, & cæteros omnes anteceßit, est illa sanguinis quæ à maioribus prouenit, & in posteros deriuatur *l. 1. in principio ff. de censibus, l. 1. ff. de iure annulorum aureorum, l. Stemmata ff. de gradibus, l. 2. §. quæ omnia Cod. de veteri iure enucleando*, & apud Hispanos est *lex 1. tit. 6. & l. 9. 10. & 12. tit. 7. l. 2. tit. 2. l. 4. tit. 23. parte 1.* Cassaneus *conf. 6. & 8.* Garsia *de nobilitate, glossa 7. num. 17.* Alphonsus Narbona *in l. 14. glossa 1. num. 91. tit. 20. lib. 6. recopilationis*, vbi naturalem nobilitatem dicit quæ prouenit à maioribus, & licet naturalis Nobilitas non detur ex notatis ab Escobar *quæst. 8. §. 20. à num. 60. vsque ad num. 65.* dicitur tamen naturalis nobilitas, quia prouenit à maioribus. Et perfectior est, quàm aliunde quæsita, & affectu saltem naturæ æquiparatur, quæ dupliciter consideratur, naturaliter quoad proprietatem, & ciuiliter quo ad effectus inter quos præsumitur præditus bonis moribus, atque virtutibus *ex l. quod si nolit 31. §. mancipia 21. ff. de ædilitio ed. in l. 6. & 7. tit. 18. part. 2.* Alciatus *in regul. 1. præsumpt. 48.* Menochius *lib. 50. præsumpt. 4. num. 6. & præsumpt. 59. lib. 6.* Paleaz *part. 1. quæst. 51. numero 165.* Tiraquellus *de nobilitate, cap. 20. num. 20.* Cardinalis Mantica *lib. 8. de tacitis, tit. 25. num. 6.* Mastrillus *de Magistratibus, lib. 20. cap. 8. numero 22. & 23.* 4

Differentia tamen datur inter nobilitatem generis, & nobilitatem ex priuilegio, teste Cassaneo *in consuetud. Burgundiæ in rubrica 4. num. 12. & sequenti*, quia nobilis genere exercendo artem mechanicam amittit nobilitatem, latè Cephalus *conf. 237. vol. 1.* Tiraquell. *de nobilitate c. 33.* inter quas mechanicas non enumeratur docere grammaticam, vt bene Cephalus *vbi suprà, num. 19.* qui allegat Riminaldum *conf. 3. num. 9. vol. 1.* nec chirurgiam exercens, Cephalus *conf. 611.* Franch. *decis. 524.* nec Aromatariam exercens 5

dicitur

dicitur mechanicam, & ſordidam artem exercere, nec per eam amittit nobilitatē dicit Mandellus de Alba *conſ.* 45. quem refert Cephalus *conſ.* 611. *n.* 24. nec notariatus Officium Guidon Papa *dec.* 90. Paſchalis *parte* 4. *caſu* 20. *num.* 55. verùm nobilitas amittitur per nobilem genere ſeu obumbratur quamdiu durat exercitium artis ſordidæ, nam iura Sanguinis in totum tolli non poſſunt, licet poſſint obſcurari *l. iura Sanguinis ff. de regulis iuris*, ſed ſi quis ſit nobilis ex priuilegio Principis, tunc artem vilem exercendo in totum illud amittit, cum per tale exercitium,
6 videatur ei renunciaſſe. Verum Pater artem vilem exercendo non poteſt præiudicare filiis, qui à maioribus antiquam nobilitatem trahunt Tiraquellus, *de nobilitate, cap.* 35. *num.* 4. per textum *in l.* 5. *ff. de interdict. & relegatis*, Anna *conſ.* 17. *num.* 17. *& ſequenti*, nam Maiorum nobilitas æque principalibus omnibus competit, de eodem genere, Anna *vbi ſuprà, numero* 16. Gaballinus *milleloquio* 974.

7 Inter alios verò modos, quibus nobilitas acquiritur, de quibus Tiraquellus *cap.* 3. *vſque ad cap.* 15. vnus eſt, ſcilicet conceſſio, & feudi acquiſitio, dummodo conceſſio fieret à Principe, & feudatarius nobiliter viuat Guid. Papa *deciſione* 385. Andreas *in cap.* 1. *in tit. quis dicatur Dux*, Caſſaneus *in dict. conſ.* 681. ſecus ſi infeudatio fiat à Duce, vel comite non habente poteſtatem conferendi nobilitatem, Iaſon *de feudis p.* 5. ſed per feudum conceſſum à Barone, ſi
8 ſit quaternatum cum Vaſſallis acquiritur ex eo nobilitas, nam Rex aſſenſum præſtans, videtur quoque nobilitare, Guid. Papa *deciſ.* 415. Andreas *in cap.* 1. §. *ſimiliter, num.* 14. *verſ. ferendum*; ergo de Capitaneo, qui Curiam vendidit. Freccia *de ſub-feudis, lib.* 2. *cap.* 8. ſubfeudatarius, vnde habens feudum nobile quaternatum annui valoris vnciarum viginti, aſſiſtit in Parlamento Procerûm, & magnatum, & dat votum cum aliis Baronibus Regni, ſecus ſi habeat feudum planum, & de tabula, Freccia *in cap.* 1. incipit *inter quaternata feuda, num.* 12. & hoc intelligit quando conceſſio facta eſt ex gratia vel ob merita; ſecus eſſet ſi pecunia emptum ſit, vt benè Maſtrillus *lib.* 4. *demonſtr. cap.* 2. *num.* 3. Garcia *gloſſ.* 8. *num.* 28.

9 Doctor autem qui graduatus eſt, in publica vniuerſitate, dicitur nobilis, & habet omnia nobilium Priuilegia, Paleaz *de maioratu, quæſt.* 51. *num.* 155. *& ſeq.* Azeuedus *in rubrica, num.* 73. *& ſequitur, tit.* 20. *lib.* 6. *recopilat.* Garcia *de nobilitate, gloſſ.* 48. *num.* 72. Gomeſius *in l.* 83. *Tauri, à num.* 16. Cardinal. Tuſchus *litt. N, concluſ.* 48. *num.* 9. *tom.* 5. Menochius *lib.* 4. *præſumpt.* 38. *num.* 25. Barboſa *Axiom.* 135. *num.* 7. Gratianus *cap.* 706. *num.* 55. Fontanell. *clauſ.* 7. *gloſſ.* 3. *p.* 15. *num.* 61. & Doctorem eſſe præferendum nobilibus, pluribus obſtendit Velaſch. *de Priuilegiis pauperum, part.* 1. *quæſt.* 4. *à num.* 38. *cum ſeq. & quæſt.* 7. *num.* 83. Gratian. *cap.* 111. *n.* 84. *&* 85. & quod Comitiſſa nubens Doctori non dicatur indigno nubere, dicunt Salicet. *in l. prouidendum, Cod. de poſtulando*, Ioannes Lupus *in cap. per veſtras*, §. 8. *num.* 12. Campegius *de dote, part.* 1. *quæſt.* 3. Genuenſis *in pract. quæſt.* 705. *numero* 3. Fontanellæ *vbi ſuprà, num.* 58. 61. & vti talis admittitur ad officia pertinentia ad nobilem Guttierrez *lib.* 4. *pract. quæſt.* 17. *num.* 8. Paleaz *n.* 153. & argumentum de milite ad Doctorē in iure noſtro eſt validum Barboſa *in loco* 71. *num.* 1. *&* 3.

Quare nobilitatis ſpecies eſt illa, quæ venit 10
ex principis Priuilegio, qui verè nobiles efficere poteſt, Paulus *in l. quoties, n.* 6. *C. vbi Senatores vel. clariſſimi, & conſ.* 22. *lib.* 20. Tiraquellus *de nobilitate, cap.* 6. *num.* 20. Paleaz *dict. quæſt.* 51. *num.* 62. *cum ſequentibus*, Guardioſa *de nobilitate Hiſpanica, cap.* 2. *&* 50. Garcia *de nobilitate, gloſſa* 1. §. 1. *num.* 50. *& gloſſ.* 35. *num.* 3. Guttier *pract. quæſt.* 7. *num.* 14. *& quæſt.* 8. *num.* 56. vbi probat ſolum Principem ſcribere poſſe plenam & vniuerſam nobilitatem ex *l.* 6. *tit.* 27. *p.* 2. Abbas, & Felinus *in cap. accedentes, de præſcriptionibus*, Narbona *in l.* 15. *gloſſ.* 4. *num.* 24. *tit.* 6. *lib.* 1. *recopil.* Barboſa *vbi ſuprà, num.* 20. Gama *dec.* 322. *num.* 50. Gabedus *dec.* 78. *part.* 2. & nobilitatis fons Princeps eſſe dicitur, quo in omnes nobilitas fluit ex Bartolo *in l.* 1. *num.* 61. *Cod. de dignit. lib.* 12. Alberico *in l. Imperatores*, per textum ibi *Cod. de decurionibus, lib.* 10. Rípa *Reſponſo* 183. *num.* 7. Pacian. *de probat. lib.* 2. *cap.* 26. *num.* 33. Paleaz *dict. quæſt.* 51. *num.* 84. Valenzuela *conſ.* 82. *numero* 22. *& ſeq.*

Nobilitas verò à Patre quæſita ad filios deſ- 11
cendit *l.* 1. vbi notant Bart. & Io. de Platea *Cod. de dignit. lib.* 12. Lucas de Peña *in l. Mulieres, Cod. eodem*, Andreas *in conſtit. Regni, quæ incipit proſequentes*, vbi Affli&tus *in* 7. *quæſt. num.* 16. quod intelligitur de filiis natis poſt nobilitatem quæſitam à Patre, vt poſt Bartolum *in l.* 2. §. *in filiis ff. de decurio.* dicit Tiraquellus *de nobilitate, capite* 15. *numero* 9. Caldas *in verbo ſi curatorem, num.* 4. non tamen extenditur vltra pronepotes, *l. diuo, C. de quæſtio.* licèt de conſuetudine tranſeat ad omnes deſcendentes, donec perueniant ad
egeſtatem vel artes viles exerceant ex notatis 12
per Bartolum *in dict. l.* 1. *Cod. de dignit. num.* 10. Aluarottus *in cap.* 1. §. *cæteri vero, num.* 9. *quis dicatur dux, Comes, vel Marchio*, Affli&tus *in dict. conſtitut. proſequentes num.* 16. *& in conſtit. quæ incipit, conſtit. præſenti, num.* 6. ſic priuilegia DD. competunt etiam eorum filiis *l. medicos, Cod. de Profeſſ. & Medicis, lib.* 10. per quem textum ſic concludit Guidon. Papa *dec.* 389. vt etiam poſt
Patris obitum filij Doctorum gaudeant eorum 13
priuilegiis, honoribus, & immunitatibus, quibus eorum Parentes geudebant, & licet hanc deciſionem conetur impugnare Ægidius Thomaſus *de collect. tom.* 12. *tract... fol.* 144. *num.* 11. præcipuè per text. cui dicit non poſſe reſponderi *in l. ſordidorum, C. de excuſ. tutorum*, vbi priuilegium ratione perſonæ conceſſum, cum perſona extinguitur, & Natta *conſ.* 242. *lib.* 20. ait quod immunitas perſonalis alicui conceſſa, non tranſit ad eius filios, quod tenet etiam Tiraquellus *de iure primogenitura, quæſt.* 32. *num.* 3. Riminaldus *conſ.* 158. *num.* 9. *lib.* 4. Io. de Platea *in l. in filiis. C. de decurio. lib.* 10. tamen talis opinio eſt parum tuta: nam textus *in dict. l. ſordidorum*, intelligitur non tranſire priuilegium ratione dignitatis, vel militiæ ad ſucceſſores extraneos, ſed bene tranſire ad hæredes ſuos, vt bene Gloſſ. *ibidem in verbo cum hæredem*; nam filij ſunt vna Caro cum Patre, & ideo priuilegia perſonalia ad eos tranſeunt, Soc. *conſ.* 84. *n.* 8. *vol.* 3. de quo Bal. *cōſ.* 355. *vol.* 20. præſertim quia non bene reſpondet iuribus, per Guidonem Papam allegatis, & præcipuè *ad l. Medicos, C. de Profeſſ. & Medicis* vbi DD. priuilegia tranſeunt ad filios, & licet Natta dicat, id procedere, viuente Patre Doctore, tamen id non poteſt dici, quia ſi vxor Doctoris, Marito mortuo, gaudet eius 14
Priuilegiis *l. filij* §. *vidua ff. ad municipalem l. finali Cod. de decurio. lib.* 10. *l. fœmina. ff. de Senatoribus*

toribus l. cum te, Cod. de nuptiis l. penult. Cod. de fabricensibus, lib. 10. Francus *decis.* 363. Milanens. *decis. 9. num.* 7. DD. omnes *in l. finali, Cod. de bonis maternis, & in l. fin. cod. de priuil. scholarium lib.* 12. Surdus *decis.* 330. *num.* 27. *& sequenti*, ergo etiam in filiis durabit, vt bene Menochius *casu* 379. *num.* 50. Anna *cons.* 108. *num.* 15. *& sequenti* Otalora *de nobilitate, cap.* 8. Paleaz *de maioratu, parte* 1. *quæst.* 51. *num.* 34. sicut ergo vidua gaudet Priuilegiis Mariti, Milanens. *vbi suprà*, Ita filij mortuo patre Doctore, latè Barbosa *in l. quia tale, ff. solut. matrim. à num.* 23. *vsque*
17 *ad* 34. Extenditur ergo paterna nobilitas ad filios legitimos, & naturales, non ad bastardos, qui nec possunt ordinari, & multo magis non possunt fieri Episcopi, nec Cardinales, nec milites Sancti Ioannis Hierosolymitani, Surgen. de *Neapoli illustrata lib.* 1. *cap.* 23. *numero* 14. licet hodie soleat cum naturalibus, si fuissent ex pa-
18 tre, & Auo Titularis in omnibus dispensari ad habitum prædictum, vt docent Surgente, & alij apud Paschalem *d.* 1. *numero* 4. *cap.* 1. *num.* 10. per tales enim illegitimos, nec nomen parentûm, nec familiæ conseruatur *l. lex natura* 22. *ff. de statu Hominum*, Tiraquellus *de nobilitate cap.* 15. *num.* 10. *& sequenti* Peregrin. *de fideicom. art.* 22. *num.* 82. Cardin. Mantica *lib.* 8. *de coniecturis tit.* 12. *num.* 20. Molin. *de Primogenitura lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 45. Surd. *decis.* 249. *num.* 8. vbi D. Hodierna *in addit.* Menoch. *pluribus in locis*, de quibus D. Pratus *in addit. ad Paschalem, d. p.* 4. *cap.* 1. *num.* 9. *&* 10. vnde nec insignia domus faciunt, DD. citati, licet aliter sit de consuetudine Sanfelicius *d.*...

19 An verò Nobilitas patris ad filios legitimatos transeat quæstio est; putat prima opinio, quod non. Ita Tiraquellus, *de nobilitate, cap.* 15. *numero* 17. tùm quia legitimati non sunt vere legitimi, sed potiùs per quamdam fictionem, & vt ait Bald. *cons.* 19. *vol.* 4. legitimatio per rescriptum non fit naturaliter, sed gratia non generatione, sed regeneratione, non felicitate nascendi, sed dono Principis, & ideo legitimatus similis est homini curato à vulnere, in quo remanent cicatrices Marsilius *singulari* 273. & ideo non sunt æquales legitimis, nec debent simul sedere in eadem mensa, vt pulchrè Gulielmus de Benedictis *in c. Rainutius, de test. in verbo Rainutius, num.* 10. & est legitimatio quædam Imago repræsentata, quæ non est idem cum ipsa re, Salicetus *in l. etiam Cod. de appellat.* & est similis Alchimiæ quæ facit apparere, quod non est, Baldus *in cap.* 1. *de constit.* quam refert Iason *in l. cum acutissimi Cod. de fideicommissis*; ideo legitimatus à Principe, post obitum, patris non debet sepeliri in Sepulchro paterno, ne fiat æqualis patri Petrus de Vbald. *de Canonica Episcopali quæst.* 20. *vers.* 6. *quæritur*, & si pares sint duo Patroni, & æquales præsentent, quarum vnus sit legitimatus per rescriptum, alius legitimus simpliciter, hic non præfertur primo Lambertinus *de iure patr. art.* 15. *quæst.* 5. *principali part.* 5 *lib.* 1. & Veneti sic legitimatos ad Consilium non admittunt Fulgos. *cons.* 62. Paleotus *de nothis, & spuriis cap.* 61. *num.* 9. *in fine*, nec ad sedilia per Neapolitanos admittuntur Minadous in constitutione in aliquibus in verbo filiorum. Secunda opinio est, quod tales legitimati per rescriptum Principis gaudeant paterna nobilitate Cardinal. Paleotus *cap.* 62. *de spuriis*, Paris. *cons.* 58. *vol.* 4. *num.* 85. Bald. *cons.* 46. *vol.* 2. *& cons.* 387. *vol.* 5. quia tales legitimati per rescriptum Principis nihil differunt à veris legitimis §. *sic igitur Auth. quibus modis naturales efficiantur sui*, Curtius Iunior *cons.* 152. *num.* 11. & iura loquentia de filiis legitimis, etiam locum habent in legitimatis per rescriptum, quia verè, & non fictè dicuntur legitimè, Bartol. *in l. si is, qui pro emptore in* 3. *quæst. principali ff. de vsucapio.* Bald. *in l. nuper Cod. de naturalibus liberis*, Paulus de Castr. *in l. fin. Cod. de his, qui veniam ætatis impetrauerunt*, & per eos conseruatur agnatio sicuti per legitimos, Tiraquellus *de vtroque retractu* §. 1. *gloss.* 8. *num.* 12.

Tertiam tamen opinionem sequitur Reg. de Ponte *cons.* 22. *num.* 20. *lib.* 20. qui secundum eam refert iudicatum, quod Consilium in secunda impressione non reperitur sed aliud subrogatur, & hanc etiam sententiam scilicet nobilitatem Patris non transire ad filios legitimatos, nisi expressè dicatur, tenet Gregorius Lopez *in l.* 4. *tit.* 15. *part.* 4. qui ita testatur plura rescripta legitimationum vidisse. Tertia opinio dicit, quod 20
si tales legitimati sint nati ex parentibus, inter quos poterat contrahi matrimonium, & tunc gaudebunt nobilitate paterna, secus si non potuisset contrahi Spino *in speculo testamentorum, glo.* 16. *n.* 13. Ceuallos *com. opinionum, lib.* 1. *q.* 1. *num.* 47. Garsia *de nobilitate gloss.* 12. *num.* 31. *& sequenti*, sed de generali consuetudine filij Bastardi nobilium reputantur nobiles præsertim si sint familiæ insigniores Neuizanus *cons.* 8. *numero* 19. Guidon Papa *decis.* 580. Boerius *decisione* 127. Tiraquellus, *de nobilitate cap.* 15. *num.* 25. Paschalis *de Patria potestate, p.* 4. *cap.* 2. *numero* 27. & apud Hispanos haberi vti legitimos dicit Flores de Mena *var. quæst. cap.* 16. *num.* 9. & latè Excobar *de nobilitate probanda part.* 2. *quæst.* 4. §. 8. *numero* 18. *cum sequentibus* D. Pratus *ad Paschalem d. part.* 4. *cap.* 2. *fol.* 555. *col.* 1. *vers. altera inspectio* Noguerol. *allegat.* 23. *nu.* 12. Solorzanus *de iure Indiarum tom.* 2. *lib.* 20. *cap.* 7. *num.* 49. Præses Vrsinus *de successione feudi, par.* 2. *q.* 4. *art.* 2.

Nobilitas tamen quæsita per filium ad Patrem non ascendit ex Bartolo *in l.* 1. *ff. de Senatoribus*, 21
licet aliquantulum ex nobilitate filiorum cohonestentur parentes, vt ex pluribus iuribus & rationibus fundat Tiraquellus *de nobilitate, cap.* 16. *num.* 13. Gama *dec.* 112. alij dicunt nobilitatem filij ad Patrem transmissi *ex* §. *generaliter constitutio, quæ de dignitatibus*, & ex pluribus notatis à Gizzarello *decisione* 10. *per totam* vbi addentes.

Negari etiam non potest, qui splendidior sit nobilitas, quando cum paterna nobilitate, con- 22
currit etiam paterna, vt latè Natta *cons.* 637. *numero* 16. *&* & sequitur Tiraquellus *de nobilitate cap.* 18. *num.* 26. *& sequenti* & ideo nobilem ex vtroque parente esse præferendum nobili ex patre tantum, dicit Ioan. Staphileus *de literis gratiæ in* 6. *parte principali, num.* 43. etenim, licet sit vera conclusio, quod Maritus non sit nobilis ex nobilitate vxoris, tamen id procedit absolutè & simpliciter: negari enim non potest, quod ex coniunctione cum vxore nobili aliquid dignitatis assequatur, & sic si vterque est nobilis clarescit magis filij nobilitas, at si vir plebeius nobilem duxit vxorem, eius ignobilitas minus obscura fit, & proinde filij, quos ex nobili vxore maritus plebeius suscipit aliquantulum digniores efficiuntur, vt bene Riminaldus Iunior *in rubrica inst. de donat. num.* 412. *cum sequentibus*, &

qualiter procedat regula, quod aliquando vir ex radiis vxoris coruſcat, declarat Regens de Ponte *conſ.* 16. *num.* 23. Maſtrillus *de magiſtratibus, lib.* 4. *cap.* 13. *num.* 20. ratio autem quare materna
23 nobilitas, non ſoleat eſſe in conſideratione, ea eſt quando pater eſt ignobilis, quia licet viri nobilitas communicetur vxori *d. l. fœminæ, ff. de Senatoribus, l. mulieres, Cod. de dignit. lib.* 12. Marſilius *ſingulari* 501. Gaballus *conſ.* 129. *num.* 21. *& ſequenti, lib.* 20. ita vt etiam poſt viri obitum, mulier donec tranſeat ad alias nuptias retineat familiam, & ciuilitatem viri, Guidon. Papa *conſ.* 217. tamen non eſt idem è conuerſo, nam ſi mulier nobilis nubat viro ignobili, eius nobilitas obum-
24 bratur *l. fin. Cod. de nuptiis, l. mulieres, Cod. de dignitatib.* quam ignobilitatem retinet muliere tiam poſt obitum viri, donec permanſerit in viduitate, vt bene Guid. Papa *dec.* 349. & 380. vnde bene dicit Curtius *conſ.* 40. *num.* 15. *& ſequenti*, quod bona alienari prohibita extra nobiles de familia non poterunt alienari mulieri nuptæ viro ignobili; nam licet mulier ſit de familia patris, *l. voluntatis, C. de fideicommiſſis*, non tamen eſt amplius de nobilibus ſuæ familiæ; cum nobilitatem amiſerit ſtatim, quod nupſit viro ignobili, quod dictum pro ſingulari refert Ferdinandus Loaz *in l. filius familias*, §. *diui, num.* 42. *verſ.* 2. *ff. de legatis primo*, & ideo nihil mirum ſi mater non poteſt ſuam nobilitatem filiis tranſmittere, cùm illa ſit obumbrata ex ignobilitate ſui viri.

Quia verò ſupra diximus nobilitatem haberi
25 etiam à Principe; remanet difficultas explicanda quomodo hoc à Principe fiat. Pro cuius difficultatis ſolutione eſt aduertendum, quod Princeps ſicuti poterat antiquitus, ac nunc reſtituere priſtinis natalibus ita & nobilitare; iure enim antiquo duplex erat modus S. G. ius aureorum anulorum, ſeu impetratio anuli aurei & natalium reſtitutio, & ſanè conceſſio anulorum aureorum ingenuitatis imaginem referebat *l.* 2. *C. de iure*
26 *anulorum aureorum*, vt quamdiù viuit libertus adipiſci poſſit honores, tanquam ingenuus, & pro tali reputatur licet moriatur tanquam libertus, vt debeat patronum inſtituere in debita parte, vt *in tit. inſtit. de ſucceſſ. libertorum*, & omnia alia facere, ad quæ libertus tenebatur, quæ ingenuitas eſt introducta ad ſimilitudinem libertatis Latinæ, quam qui conſequebantur viuebant vt liberi, & moriebantur, vt ſerui *l.* 3. *in Principio, ff. de bonis libertorum, l. penult. & finali, ff. de iure anulorum aureorum*, §. *libertinorum, inſt. de libertinis*, Oſualdus *ad Donellum, lib.* 2. *cap.* 10. *litt. N*, & hoc iure impetrato conditio liberti non mutatur, licet honor augeatur *l.* 33. §. *ſed & ſi ff. de cond. & demonſt.* & ad hoc intelligendum, ſciendum eſt, anulorum
27 vſum hominis, communem fuiſſe in omnibus, nobilibus ex Tit. Liuio *l.* 9. Senatoribus ſc. & Patritiis, poſtea eos geſtarũt equites, vt ſic diſtinguerẽtur à plebe, Plinius *l.* 33. *c.* 1. Dio *l.* 48. Ita vt eius ordinis eſſet integrè ſicque tot milites, qui à Principe referebantur, anulo aureo donabantur, Alexand. ab Alexandro *lib.* 2. *genialium, c.* 29. & tanta fuit olim dignitas, & æſtimatio anulorum aureorum, vt Cæſar, teſte Suetonio *cap.* 33. cùm vellet milites ſibi conciliare, vt quicquid ab eo peteretur facturum promitteret, affirmauit ſe ad ſatisfaciendum omnibus, per quos dignitatem ſuam defenſurus eſſet, anulum quoque, æquo animo detracturum ſibi, quaſi autem promitteret, vt dici ſolet, *vendere i per voi la Camiſa*, & Iuuenalis *Satyra* 2. ibi:

Poſt cuncta nouiſſimus erit
Anulus, & digito mendicat Pollio modo.

Et de decoctore loquens Martialis *lib.* 8. *Epiſtolarum, cap.* 50. ait.

Dum donat Mater anulos amicis
Deſiit Mater Anulos habere.

Ideſt iam non es eques, quia ad inopiam reda- 28
ctus, poſtea verò cœpit vſualis eſſe anulorum vſus, vt omnes ingenui anulos geſtarent, quod libertinæ conditionis hominibus non fuit conceſſum, niſi à Principe tale ius beneficij loco impetrent, quo adepto ingenuorum inſignia ferre poterant, & licet verè ingenui non fierent pro ingenuis tamen habebantur *l. penult. ff. de iure anulorum aureorum*, & intra equites referebantur, Lipſius *lib.* 20. *elect. cap.* 8. Salmoſius *in notis ad Capitolinum, in magno pag.* 170.

Et nota, quod ad hoc, vt Princeps ius iſtud 29
anulorum aureorum concederet erat quoque neceſſarius Patroni conſenſus, qui illum manumiſerat, quia talis honor plurimum detraheret iuri Patronatus *l.* 3. §. *finali, ff. de iure anulorum aureorum*, licet Patronus eadem iura Patroni retineat, quæ iure Patroni ei competebant, quia beneficium Principis illud ſolùm præſtat, quod ad honores, & publica munera tanquam ſi verè fuiſſet ingenuus admittatur libertus, ſine pœna l. Viſcellæ, & ferebatur ſplendore eius ordinis & dignitatis, & ſi tale ius nihil operabatur, quoad læſionem iuris patronatus, *l. ſi is, qui* 42. *ff. ad L. Iuliam, de adulteriis, l. idem erit*, 11. *ff. ad Syllanianum*, plura de hoc iure anulorum aureorum dicunt Alexand. ab Alexandro *lib.* 2. *cap.* 29. Connanus *lib.* 2. *cap.* 12. Petrus Faber *lib.* 2. *ſemeſtrium, cap.* 6. Cuiacius *in paratit lis, ad C. de iure aureorum anulorum, & ad titulum, C. de lege Viſcellia, & lib.* 4. *obſeru. cap.* 50. *& lib.* 7. *cap.* 14. Briſſonius *lib. ſingularium, ad l. Iuliam, de adulteriis*, §. *viro deprehenſum, pag.* 4. alias refert Oſualdus *ad Donellum, lib.* 20. *cap.* 2. *litt. S*, Pancirola *lib.* 1. *variar. cap.* 14. Lipſius *lib.* 2. *elect. cap* 8. Biſciola *lib.* 9. *horarum ſubciſiuarum, cap.* 22. Ottomanus *lib.* 1. *obſeruat. cap.* 11. Petrus Gregorius *lib.* 14. *Syntag. cap.* 9.

Erat etiam ſecundum Principis beneficium 30
longè pinguius & plenius, & ſcilicet ſi libertinus à Principe natalibus reſtitueretur, ideſt ad eam conditionem reduceretur, quæ erat ſuo natali die, ſiue ad natales, quo erant homines, ſi ſeruitus non eſſet introducta; & talis libertinus ſit reſtitutus; perinde habebatur, ac ſi ingenuus natus eſſet, nec medio tempore maculam ſeruitutis ſuſtinuiſſet, *l. finali in fine, ff. de natalibus reſtituendis*, dico libertinum, quia cùm ipſe verè ingenuus non eſſet, precibus Principi oblatis, affirmabat, ſe in ſeruitute fuiſſe, & à domino manumiſſum; quo in caſu natalibus reſtituebatur *l.* 1. *& toto tit. ff. de natalibus reſtituendis, l. ſed ſi hac* 10. §. *ſed ſi ius* 3. *ff. de in ius vocando, l.* 3. *C. de bonis libertinorum*, & intra hæc duo beneficia adfuiſſe differentias notant DD. poſt Amayam *lib.* 10. *il tit.* 32. *à num.* 51. *cum ſequenti*, fallitur, tamen Gotofredus, *in l.* 3. *C. de bonis libertorum*, licet enim aſſerit natalium reſtitutionem ius omne patronatus extinguere; quod licet iure antiquo, ita procederet *d. l. ſed. & ſi hæc*, 10. §. *ſed ſi* 3. *ff. de in ius vocand.* tamen iure Iuſtiniani contrarium habemus; quia Iuſtinianus intactum reliquit ius patronatus vt §. *illud Auth. vt liberi, de ce. &c.*

Ex quibus colligitur reſtituere nullum alium 31
poſſe, præter Principem, non recognoſcentem

Superiorem

Superiorem in temporalibus *l. vnica, C. ad l. vis-cellam*, ibi nisi iure aureorum anulorum impetrato à Principe *d. l. sed si hæc §. sed si ff. de in ius, vocando*, ibi, nam Princeps ingenuum facit *l. 1. & sequenti, ff. de natalibus restituendis, l. penult. ff. de iure anul. aureorum*, quod ita expressum est in iure, vt nullus sit, qui contrarium possit asserere, & ad hoc facit textus *in l. Caius, 12. de iure patronatus*, vbi si testator inter filios hæredem instituerit libertum: quasi filium, non ex hoc mutatur eius status, per locum commendat Cuiacius *lib. 1. responsorum Modestini.*

32 Infertur secundo Principem non posse natalibus restituere in præiudicium tertij, quemadmodum nec legitimare illegitimos in præiudicium tertij, cui ius quæsitum iam est; quod Princeps non potest auferre vt obseruant cons. DD. apud Amaiam *lib. 1. obseruat. cap. 1. num. 48.* Giurba *cons. 57. num. 6. & 7.* Gusman. *de euict. quæst. 52.* Ceuallos *quæst. 577. & tom. 4. quæstione 906.* Bouadilla *in politica, lib. 50. cap. 50. num. 11.* & bene Ceuallos *quæst. 579. & 582.* & acerrimè defendit Fortunius Garsias *in l. gallus, §. & quid si tantum, num. 282. ff. de liberis. & posthumis*, cuius authoritati plurimum defert in hac re Couarruuias *in 4. decretalium 2. part. cap. 8. §. 9. in fine*, Sarmientus *lib. 1. select. cap. 8.* Molin. *lib. 3. de primogenitura, cap. 3.* Castill. *de tertiis, cap. 106.* Fusarius *de substit. quæst. 408. num. 133. & 116.* sed hoc procedit quando dispensatio fieret sine causa, quia tunc in præiudicium tertij, non poterit natalibus dispensare, vel restituere, sed cum causa, bene poterit vt *in dict. l. 2. ff. de natalibus restituendis*; Ibi, nisi consentiente patrono, imperatores non facilè solere quemquam natalibus restituere, vbi illa non (facilè) denotat aliquando etiam cum præiudicio patroni, posse dispensare, quod tamen non fit, nisi cum magna causa, qua interueniente, etiam ius alteri quæsitum auferri poterit, *l. 4. Cod. de emancipat. liberorum, l. 2. §. merito, & §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco publico*, & cum beneficium restitutionis natalium assimiletur dispensationi, quæ fieri solet plerumque à Pontifice in radice matrimonij, quando illud sit irritum ratione consanguinitatis, quæri etiam solet, an ex tali matrimonio, filij suscepti in præiudicium tertij admittantur ad successionem vel maioritatem, de qua quæstione latè Sanchez *lib. 8. de matrimonio, disp. 7. per totam*, & latè Larrea *disput. 8. Granatensi.*

33 Ergo sicut potest Princeps restituere natalibus, ita potest nobilem facere ex *l. 1. Cod. de natalibus restit.* & apud Hispanos est lex *6. tit. 27. partita 2.* Bartolus *in l. 1. C. de dignitat. num. 77.* Iason *in l. omnium, num. 1. C. de testam.* Tiraquellus *de nobilitate, cap. 6.* Otalora *de nobilitate, part. 4. cap. 1.* Garsia *glossa 1. §. 1. num. 50. & gloss. 48. §. 3.* Martiensis *in l. 1. glos. 5. lib. 5. recopilat.* Gutierrez *lib. 4. practic. quæst. 7.* Castillus *de tertiis, quæst. 42. num. 98.*

SVMMARIVM
CAPITIS II.

1 *Nobilis, vel militaris ex priuilegio, gaudet vt cæteri nobiles, est militares ex origine.*
2 *Dispositio in æquiparatis producit eundem effectum.*
3 *Nobilitas à Principe, & propria Nobilitas.*
4 *Nobiles ex Priuilegio admittuntur ad Ordines militares.*
5 *Legatum sub conditione si ducat nobilem, datur nubenti cum nobili ex priuilegio.*
6 *Legati verba qualiter ponderanda in præsenti legato.*
7 *Priuilegium concessum ciuibus, an illis ex priuilegio censeatur concessum.*
8 *Ciues allecti an veniant appellatione Ciuium.*
9 *Capuani quodnam habent priuilegium pro Officialibus.*
10 *Ciuis allectus non differt à forense quando non habitat.*
11 *Ciuis allectus in aliquam ciuitatem non poter. ordinari ab Episcopo illius.*
12 *Ciuis si sit præferendus, sufficit si sit Ciuis ex priuilegio.*
13 *Legatum relictum naturalibus talis loci, potest dari commorantibus ibi per decennium.*
14 *Principis rescriptum loquens de nobilitate, intelligitur de concessa à Principe.*
15 *Princeps potest quemcumque nobilitare, & talis nobilitas omnes effectus habet nobilitatis.*
16 *Nobilitas qualiter introducta.*
17 *Nobilitas hodierna est aduentitia & accidentalis.*
18 *Nobilitas cœpit esse de iure ciuili, & datiua dicitur.*
19 *Nobiles ex priuilegio dicuntur veri nobiles, & non ficti.*
20 *Nobilitas sanguinis est nobilitas Stercoris.*
21 *Nobiles sunt inimici Popularium.*
22 *Conditio, & causa dum adimpletur, viget dispositio.*
23 *Nobilitatis qualitas quænam sit?*
24 *Principi nobilitanti, si quis non obtemperauerit, Sacrilegij punitur pœna.*
25 *Princeps est fons omnium Dignitatum.*
26 *Nobilitas data per per principem, producit omnes effectus nobilitatis.*
27 *Restituere pristinis natalibus quid fuerit antiquitus?*
28 *Nobilitas an cognita ab initio.*
29 *Nobilitas naturalis non datur.*
30 *Nobiles per pecuniam facti admittuntur ad Ordines.*
31 *Nobilis ex priuilegio, gaudet statuto ne carcerentur nobiles.*
32 *Nobiles ex priuilegio gaudent dispensationibus Pontificiis.*
33 *Nobilitare est proprium Principis, qui nobilitando, nihil denuo dat.*
34 *Princeps dum nobilitat non ficte maculam abstergit, sed verè.*
35 *Legitimatus à Principe est vere legitimus.*
36 *Cyriaci controuersia 207. adducitur ad materiam.*
37 *Ficte, vel verè quando ius operatur.*
38 *Statuto disponente, nobiles tantum admitti ad aliquam confraternitatem, poterunt admitti nobiles ex priuilegio.*
39 *Textus* in cap. Porrò 7. de Priuilegiis *adducitur.*
40 *Principis Priuilegium omnia continet, & naturam imitatur & ad præterita atque futura extenditur.*

CAPVT II.

Vbi proponuntur argumenta probantia nobilem, vel militarem ex priuilegio esse verè, & proprie talem, ac admitti ad maioratum, fideicommissum, & ad alia, ad quæ vocatur nobilis simpliciter.

1 VISA Nobilitatis essentia, origine, diuisione, communicatione, ac transmissione eiusdem, superest ad quæsiti responsionem accedere, & cum communiore dicendi modo firmiter assero conclusionem verissimam esse, vt nobiles ex priuilegio obtineant & admittantur ad habitus militares, & ad cætera Officia solis concessa nobilibus. Ita hanc conclusionem tenent grauissimi Hispani cum Gregor. Lopez *ad leges Hispanas p. 2. tit. 21. lib. 3. in verbo cum villana fol. 71.* vbi determinat conditionem, quod succedens in maioratu non contrahat matrimonium cum plebeia, sed cum generosa, vulgo in Hispania dicta (*hidalga*) adimpleri, si contrahat matrimonium cum generosa ex priuilegio, & à fortiori resolutum fuit in Rota Romana apud Mohedanum *d. 2. de priuilegiis*, quod Plebeius ex priuilegio Regis factus nobilis, capax sit canonicatus, ad quem non admittuntur, nisi verè nobiles ex vtroque parente, & nati nobiles, & sic non obstante, quod prohibitio respiceret originem natiuitatis, non autem tempus admissionis tantùm, sequitur Tepatus *tomo 2. var. tit. de honoribus, & dignitatibus fol. 316.* Colerus *d. 203. numero 26.* sequitur Merolla *de priuilegiis tomo 3. disput. 6. cap. 8. dub. 8.* Citiacus, qui sic refert decisum, *controuers. 208. à num. 76. cum sequentibus.* Hanc eandem sententiam sequuntur omnes ferè DD. de quibus Citiacus *vbi suprà*, Excobar *de nobilitate quæst. 4. §. 50. à num. 14.* & alij relati à Paleaz *de Maioratu dict. part. 1. quæst. 51.* qui licet contrarium teneat pro regula; tamen in limitationibus nobiscum concordat ex coniecturis, de quibus *infrà*, itaque vtraque sententia nobis assentitur pro conclusione, vt bene Ferdinandus Vasquius *lib. 3. §. 30. num. 156. & 290.* & alij apud DD. citatos & Fontanella *decis. 211. num. 26.* relata opinione P. Paleaz, & Paschalis ait esse nimis asperam, & Senatum Cathaloniæ eam non sequi Gregor. Lopez.

2 Probatur Primò; quia quando duo æquiparantur in iure, dispositum in vno, habet locum in alio, per textum *in cap. ad audientiam, & cap. cum dilectus, de Clericis non residentibus*, & paria sunt quod aliquis de iure communi, vel speciali Priuilegio admittatur *l. liberos Cod. de collationibus*, vbi Decius *num. 6.* Hinc est quod ciuium appellatione in fauorabilibus comprehenduntur etiam ciues ex Priuilegio, & reseriptum loquens de nobilibus, extenditur ad creatos à Principe per Priuilegium, quia illi dicuntur proprie veri nobiles, quos Princeps nobilitat: quoniam nobilitas procedit à Principe, qui quos vult nobilitat,

3 Tiraquellus *de nobilitate cap. 6.* vnde Gregorius Lopez *vbi suprà*, Gironda *de explicatione priuilegiorum, num. 823.* & Azeuedus *in l. 1. tit. 1. lib. 6. num. 55. & sequenti* dicit quod paria sunt qualitatem adesse per naturam, & per priuilegium, cum Baldo *in l. cum ex ratione ff. de excus. tuto.* & cum Garcia *de nobilitate, glossa 2. §. 1. num. 50.* & Vasquio *d. lib. 3. num. 256.* qui dicunt quod nobiles ex priuilegio in oneribus imponendis, gaudent sicut nobiles ex sanguine, & idem Vasquius *ibid. num. 290. & sequenti* defen- 4
dit nobiles ex priuilegio esse admittendos ad Ordines militares, vbi nobilitas requiritur dummodo tales mobiles liberi sint à macula Iudæorum, & Saracenorum, sequitur Garsia *de nobilitate d. §. 10. num. 50.* & Azeuedus *vbi suprà* qui *num. 61.* addit milites armatos gaudere omnibus Priuilegiis nobilium, excepto priuilegio exemptionis à
Regiis tributis; ideo legatum relictum alicui sub 5
conditione, vt ducat nobilem in matrimonium, est quod Puella consequatur legatum, si nobilem ducat ex Priuilegio. Prima opinio est affirmatiua, Gregorius Lopez *vbi suprà*, sed Paleaz *loco citato*, & Paschalis *part. 4. de Patria potest. capite 2. num. 43.* contrarium dicunt: Pater Merolla verò *vbi suprà dubio 33.* existimat esse inuestigandam priùs mentem testatoris ex quantitate rei legatæ, ex qualitate ipsius testatoris, & legatarij, & ex aliis circumstantiis, quia in præsentatione legatorum illud obseruandum est, quod 6
verisimilius est Testatorem voluisse præstari *l. cum res 39. ff. de legatis 1.* ibi verisimile est eum voluisse, at in casu nostro valde verisimile est Testatorem adiecisse illam conditionem de contrahendo matrimonio cum nobili, non ad alium finem, nisi quia volebat, vt matrimonium esset bonæ conditionis, sed potest accidere, vt melioris conditionis fieret cum nobili ex priuilegio, vt cum aliquo Marchione valde dicite quàm cum nobili ex genere, sed paupere: ergo ex tali matrimonio satisfeciisse videtur voluntati Testatoris; quod si consideratis circumstantiis, non posset colligi, quænam fuerit mens Testatoris, sed res remaneat dubia, tunc videndum est, an legatum sit fauorabile, an odiosum? Si dicamus esse odiosum, & strictè intelligendum, dicendum est ad consequendum legatum esse necessarium ducere nobilem ex genere, quia proprie, & simpliciter loquendo appellatione nobilitatis intelligitur de genere, sed si dicamus legatum esse fauorabile, & latè interpretandum, vt in præsenti, tunc satisfit conditioni, si matrimonium fiat cum nobili ex priuilegio, quia saltem secundùm latam significationem, appellatione nobilium veniunt etiam nobiles ex Priuilegio; sic
Priuilegium concessum à Principe mulieribus 7
ducentibus in matrimonium ciuem alicuius ciuitatis, locum etiam habet, si ducat ciuem aggregatum, & allectum, quia statim, quod quis aggregatur in ciuem, efficitur verus ciuis, & *in l. ciues, Cod. de incolis lib. 10.* Romanus *cons. 62. vol. 2.* Bertacchinus *de Gabellis art. 7. quæst. 19.* Paschalis *part. 3. de patria potestate, cap. 1.* licet alij dicant, quòd ciues allecti sint fictè ciues, Ignat. de Villar. *lib. 1. responsionum, responso 7. part. 4. num. 7.* sequitur Rolandus à Valle *cons. 79. & 80.* Surdus *cons. 313. vol. 3.* Alij verò dicunt in materia fauorabili, ciuium appellatione venire etiam allectos, in odiosis minimè, sed 8
lùm orginarios, non autem allectos, vel ex priuilegio, Romanus *cons. 92.* Alexand. *cons. 160. vol. 5.* Paschalis *vbi suprà, numero 54.* Surdus *cons. 313. num. 9. & 17. vol. 3.* Boerius *decis. 13.* Riccius *part. 1. in prax. for. Eccles. resol. 257.*

Thorus

Thorus 2. *part. compend. in verbo ciuilitas Neapolitana, an gaudeat*, Filius Lucas Mattheus Apricella *de quinquennali dilatione, tit.4.n.63.* Gramm. 9
conf.ciuili 50. vbi probat priuilegium concessum capuæ, vt in ea non possit esse Capitaneus aliquis ciuis ex locis conuicinis per viginti milliaria; debet intelligi de ciuibus terrarum vicinarum originariis, non autem de ciuibus ex priuilegio vt refert Vrsillus ad Afflictum *dec.* 384. *num.* 7. verum contra Paschalem dico, neque ciuem allectum in fauorabilibus venire, quando alibi habitat, & ciuitatis onera non sustinet, vt docent Soccinus *in rubrica, ff.solut. matr. num.*29. Surd. *conf.* 461. *num.* 4. *vol.* 4. Regens Galeota *tom.*2. *controu.contr.*67. *num.*20. Francus *dec.*197. *num.*18. vnde bene dixerunt Menoch. *lib.*50. *præsumpt.* 48. *num.* 93. Surd. *conf.* 178. *num.* 55. *& conf.*48. *num.*14. *vol.*1. *& d.conf.* 313. *numero* 60. *vol.* 3. Gratian. *cap.* 709. *num.* 16. allectum in ciuem in nihilo differre à Forensi, si non habitat, & onera ciuitatis non sustineat, casu verò quo in allectione essent addita illa verba, vt in omnibus, & per omnia allectus habeatur pro ciue originario, tũc etiam in materia stricta appellatione ciuiũ veniunt ciues allecti ex traditis à P.Merolla *tom.*3. 11
*disp.6. cap.*8. *dub. 9. num.*39. *& alibi.* Vnde infertur allectum in ciuem alicuius ciuitatis non posse promoueri ad ordines ab Episcopo illius, quia in hac materia ordinis recipiendi fieri debet stricta interpretatio, ergo cum *in cap.cum nullus de temp. ordin. in 6.* dicatur Ordines posse recipi ab Episcopo originis vel domicilij, aut beneficij, appæret ex sola acquisita ciuitate non posse aliquem ordinari ab eo Episcopo; Boërius *dec.* 13. *num.* 24. Ricc. *in prax. for. Eccles. part.*1. *resolut.* 257. *numero* 3. Paulus Squillante *de effect. clericatus, capite* 4. *numero* 64. Merolla *vbi supra, numero* 40.

12 Ideo dicunt Doctores quod in fundatione iuris patronatus, si sit præsentandus Romanus, & præferri debeat extero, sub nomine Romani comprehenditur etiam ciuis ex priuilegio, quia est verè ciuis, Bartol. *in l.si maritus, §. legis, ff. ad l. Iuliam, de adulteriis*, Boërius *dec.* 260. & quando agitur de admissione ad Ordines militares nobilitas ex priuilegio sufficit, præsertim si dicatur in priuilegio quod in omnibus & per omnia habeatur tamquam ciuis, nam tunc censetur habilitatus ad omnia quæ ciuibus originariis tribuuntur, Iason *in d.l.si his*, qui pro emptore *num.*305. *ff.de vsucap.* & quod talis ciuis cum clausula prægnante in nihilo differt à verò ciue originario, dicunt communiter DD. apud Pasqualigum *quæst. Cano. quæst.* 18. *cent.*1. & talis ciuis ex priuilegio cum amplis clausulis poterit assumi ad illa beneficia, quæ ciuibus solis originariis destinata sunt, vt ait Rota in vna Bononiensi Canonic.21. Iunij 1610. coram Peña, & in Bononiens. Canonicat.28. Iunij eodem anno coram Coccino, de quibus Lotterius *lib.*1. *de beneficiis, quæst.*25. *num.*8. sicut le- 13
gatum relictum naturalibus talis loci potest dari etiam commorantibus ibi per decennium, licet sint aliunde oriundi, Diana *par.*4.*tract.*4.*resol.*140. Sanchez *lib.* 4. *consil. moralium, cap.* 2. *dub.* 19. Trullenchius *in decalogum, lib.*7. *cap.*8. *dubio* 12. *num.*15. *in fine*, quia ratione domicilij habentur, vt originarij, ergo idem dici debet ex priuilegio, sicuti si per statutum alicuius monasterij nobiles tantum admittendæ sint in moniales, tunc poterunt admitti moniales ex priuilegio, licet non sit nobilis ex origine, quod declarat Pasqualigus *cent.*2. *quæst.* 193. quando priuilegium est à principe seculari, tunc ad seculatia admitttur ministeria, sed si à principe Ecclesiastico tunc admittitur ad officia, & beneficia Ecclesiastica vbi requiritur vera nobilitas.

Probatur secundò quia rescriptum principis 14
de nobilitate loquens, intelligitur propriè de nobilitate concessa ab ipso principe, ex Baldo *in l. sacrilegij, C. de diuersis rescriptis*, Tiraquellus *de nobilitate. cap.* 2. *num.* 7. etiam si eam intelligere velimus in potiori significatione *ex l.*1. *§. qui in perpetuum, ff. si ager vectigalis*, Narbona *in l.* 14. *glos.*4. *num.*24. *tit.* 2. *lib.*6. *recopil. pag.* 826. tum quia vnusquisque præsumitur maiorem habere affectionem rebus, & factis propriis, quàm alienis Prouerb.15. lætatur homo in sententia oris sui, & post alios Valenzuela *conf.* 82. *num.*26. sed nobiles ex priuilegio tales sunt ex facto principis, igitur præsumptio est ex affectione principis, quod noluit priuare à similibus honoribus, quos ipse tales effecit; & dum princeps facit, & creat aliquem nobilem, dat ei præcipuam nobilitatem, vt *in l.mulieres* 13. *C. de dignitat. lib.*12. potest enim 15
princeps nobilitare quemcumque vult, ac ei conferre nobilitatem & dignitatem quam vult, & talis nobilitas data à principe parit omnes effectus cuiusvis alterius nobilitatis Cyriacus *controu.* 21. *num.*29. *cum sequentib.* & dicitur vera, & propria nobilitas, Paulus de Castro *conf.* 22. *vol.*2. Tiraquellus *de nobilitate, cap.*6. Decianus *dict.conf.*66. *num.*15. *vol.* 3. Pacianus *de probat. lib.* 2. *cap.* 26. *num.*33. Gutierrez *lib.*3. *quæst.ciuilium quæst.*14. *numero.*158. Prukman *conf.*22. *num.*45. *lib.*1. & latè Vasquius *d. lib.* 3. *de succes. creat.*§.30. *part.* 3. *in §. imputari, num.* 290. *tom.*1. ratio est, quia cum æqualitas illa, qua ab initio omnes homines pares erant, & non distinguebantur inuicem, respectu nobilitatis, vel ignobilitatis iuxta *quod l. attinet ff. de regul. iuris, l.manumissiones*, 4 *ff.de iust. & iure*, Vasquius *d.*§.30. Fontanell. *claus.*3. *glos.*1. *numero* 30. verùm, & temporum vicissitudine à multis seculis iure gentium defecerit, factum est, vt li- 16
bertas propter superuenientem seruitutem, nobilitas propter ignobilitatem, pax propter bellum cœperint distingui *d.l.manumissiones, d.l. ex hoc iure*, 3 *ff.de iust. & iur.* §. *ius autem gentium, instit. de iure naturali gentium, & ciuili*, vt extincta penitus fuerit naturalis nobilitas, & tunc non detur, 17
nisi nobilitas aduentitia ex variis accedentibus, quæ nobis, vel progenitoribus nostris obuenerunt, Bald. *in l. in test. l. §. planè numero* 4. *ff. de iureiurando*, Bal. *in l.*1. *in* 3. *lectura, num.* 3. *ff. de probationibus*, vbi dicit, quod natura non facit nobilem generaliter, imò nobilitas est accidens, vbi statuit quem à natura non esse nobilem, sed tantum in casibus particularibus, v.g. si nascatur ex progenitoribus nobilibus, quæ tamen non dicitur nobilitas à natura, sed ex accidenti progenitorum acquisita, Soccinus *conf.*246. *num.*2. *vol.*2. Tiraquell. *de nobilitate, cap.* 6. *num.*4. *& cap.*10. *num.*50. Anna *conf.*60. *vol.*1. Pacianus *lib.*2. *capite* 26. *num.*7. 8. *&* 9. Gabedus *dec.* 73. *num.* 10. *part.* 2. Lupus *de illegitimis commentario* 3. §. 1. *num.*9. Carolus Iallongus *racemate* 50. Prukman *conf.*50. *num.* 94. Menochius *lib.*6. *præsumpt.* 60. *num.* 4. Mantica *lib.*11. *de coniecturis, tit.* 10. *numero* 35.

Cùm ergo nobilitas cœperit esse de iure ciuili, 18
maximè data per principem, quæ nobilitas datiua dicitur vera, & propria nobilitas, & æquiparatur naturæ, quia, vt benè Cyriacus *cap.*207.

num.57. in illis quæ ſunt de iure poſitiuo lex, vel princeps diſponendo non dicitur fictè ſed per veritatem agere, & nobilitas ciuiliter acquiſita eſt vera, & propria nobilitas, & in diſpoſitionibus, facientibus mentionem de nobilibus; veniunt etiam nobiles ciuiliter, & ex priuilegio facti, Paulus *conſ.22. vol.2.* Tiraquellus *de nobilitate, cap.6.* Decianus *conſ.66. vol.3.* Cyriacus *controu.21. num.41.* Et nobilitas generis, & ſanguinis tantum eſt nobilitas ſtercoris, & fœtoris, vt dicebat Hoſtienſis *in cap.venerabilis, 27. de præbend.* & alibi dicit idem Hoſtienſis *in cap. tua, num.3. de conſanguinitate, & affinitate*, quod qui ſuperbit de nobiliori ſanguine intumeſcit de nobiliori ſtercore, dicens, non eſſe faciendam vim in genere, quia ex inferioribus fiunt Reges aſcendendo, & regibus fiunt comites deſcendendo, & de ruſticis fiunt milites, & de militibus ruſticis, vt latè Viuius *opin.197.num.48.*

Vnde Bal. *in l. adoptionem, in 1. lectura, ff. de adopt.* dicit ſcias, quod nobiles pro maiori parte ſunt ſuperbi, & inimici popularium, guloſi, & luxurioſi, pluſquam populares non dico (inquit) de illis, quos virtus nobilitat, quia illi ſunt perfecti nobiles, quamvis careant diuitiis, qui neſciunt facere aliud niſi comedere, bibere, & ſuperbire, vt refert Viuius *d. opinione 197. num. 48.* Cyriacus *controu. 201. num.103. cum ſequentibus.*

22 Probatur tertiò quia ceſſat diſpoſitio, quando verba diſpoſitionis ceſſant, & tunc ceſſat etiam pœna *l.4. §.quoties, ff. de damno in feudo*, vbi Bart. *in §.prætor ait, num.25.* Romanus *conſ.234.* Alex. *conſ.130. num.50. vol.4. & conſ.17. num.8. vol.2.* Beccius *conſ.62. num. 4.* Surd. *conſ. 174. num. 8.* & ſimili argumentatione vtitur in materia noſtra, Menochius *conſ.225. num. 42.* & diſpoſitio loquens cum certa qualitate, non habet locum, niſi concurrat dicta qualitas, quia non dicitur diſponere eo caſu, Decius *conſ.49. num.2. & conſ. 205. col.5. & conſ.440. num.1.* Oſaſch. *dec.71. num.25.* cum igitur teſtator dixit, vt ducatur in vxorem perſona militaris, & in caſu noſtro ſit militaris ex priuilegio, non eſt locus contrauentioni, ſed adimpleta voluntas teſtatoris, quia adeſt qualitas requiſita à teſtatore, quia ex priuilegio conceſſo ſatis apparet de qualitate militari, quia inter modos, quibus fit quis militaris & nobilis,

23 præcipuus eſt ille, quando princeps creat, & aliquem talem facit, vnde definitur nobilitas, vt ſit qualitas illata per principatum tenentem, qua quis vltra honeſtos plebeios acceptus oſtenditur, vt bene Bartolus *in l.1. num.62.* vbi Io. de Platea *num. 50. C. de dignit. lib. 12.* & ita legitur Tiraquellus *de nobilitate, cap.6. num.2.* Io. Monteleon *in ſuo promptuario, in verbo nobilis*, Pacianus *de probationibus, lib. 2. cap. 26. numero 34.* Decian. *conſ.66. num.1. & num.67. vol.3.* & quod nobilitas conferatur à principe probat textus *in l. mulieres 13.* Ibi genere nobilitatum *C. de dignitat. lib.12.* quem ad hoc citat Io. de Platea *in l.1. numero 50. C. de dignit. lib.12. & in d. l. Sacrilegij 5. C. de diuerſis reſcriptis*, vbi Baldus notat ex dicto textu, quod princeps poteſt nobilitare quemcumque vult, ac ei conferre nobilitatem & dignitatem, quam vult, & qui non obtemperat voluntati, quando aliquem facit nobilem punitur, tanquam rebellis pœna ſacrilegij, vt ibi Al-

24 bericus *in l. Imperatores 13.* per illum textum *in principio ff. de decurionibus*, Paulus *in l. quoties 5. in fine, Cod. vbi ſenatores, vel clariſſimi*; Bartol. *in d. l.1. num. 77. Cod. de dignit. lib. 12.* Afflict. *in cap.1. num.22. in tit. quis dicatur Dux, in vſibus feudorum* Tiraquellus *de nobilitate d. cap.6.* Decian. *d. conſ. 66. vol. 3.* Caſtaneus *in catalogo gloriæ Mundi p.8. conſiderat. 17.* Gabedus *deciſ.73. p.2.* Pacianus *vbi ſuprà num. 19.* Paleaz *de maioratu dict. quæſt. 51. num. 7.* Gutierrez *lib. 3. practicar. quæſt. 14. num. 58.* & Baldus *in cap.1. in tit. quis dicatur Dux*, ait, quod à principe, tanquam à fonte profluunt omnes dignitates, & quod in principe ſunt omnes Theſauri dignitatum reconditi, 25
Pacianus *loco citato, num. 20.* & facit illud Heſter *cap. 6.* Honorabitur quemcumque Rex voluerit honorare; talis autem nobilitas, quæ confertur à principe, dicitur vera, & propria nobilitas, quia definitur nobilitas, vt ſit qualitas illata per principatum tenentem, latè Vaſquius *lib. 3. de ſucceſſ. creat. §. 30. part. 3. in repetitione §. imputari num. 290.*

Probatur quartò, quia nobilitas data per prin- 26
cipem, ſeu per eius priuilegium producit omnes effectus, & priuilegia, quibus gaudet quæcumque alia nobilitas, quia paria ſunt qualitatem adeſſe per naturam, vel per priuilegium, *dict. l. cum ex orat. 44. in principio* vbi Baldus *in ſummario, ff. de excuſat. Tutorum*, & in ſimili paria ſunt, quem naſci ingenuum, & fieri per priuilegium, Soccin. Senior *conſ. 1. num. 10. vol. 1.* & æquiparantur nobilitas ex priuilegio nobilibus ex natiuitate, & antiqua progenie, Afflictus *in cap. 1. §. ſi Ruſticus, notabili 4. de pace tenenda*; dicuntur enim noui homines mutati ab antiqua conditione, Vaſquius *vbi ſuprà num. 292.* nam ſicuti princeps veram induit nobilitatem; ita quoque penitus delet, & abſtergit, nullis remanentibus reliquiis, veterem ruſticitatem & ignobilitatem *l. quaris 3. ff. de natalibus reſtituendis l.2. l. Pater 5.* 27
ff. eod. tit. de natalibus reſtituendis; reſtituere enim priſtinis natalibus, non eſt ſimpliciter reſtituere priſtinæ libertati, ac ſi quis numquam ſeruus fuiſſet, vt male contra Budeum dicit Gabedus *d.73. num. 20.* ſed eſt generaliter reſtituere in priſtinam, communemque ab initio, humano generi infixam ingenuitatem, ſeu in priſtinam æqualitatem, in qua generalitate comprehenditur nobilitas, Budeus *in d. l. finali de natalibus reſtituendis*, Tiraquellus *de nobilitate, cap. 6. num. 3.* quia in principio nulla erat perſonarum diſtinctio, & omnes æquales naſcebantur *l. quod attinet 32. ff. de regulis iuris d. l. manumiſſiones 4. ff. de iuſtitia, & iure §. ius autem gentium inſtit. de iure naturali, gentium & ciuili d. l. 2. ff. de natalibus reſtituendis*, Vaſquius *vbi ſuprà num. 291.* Fontanella *clauſ.3. gloſſ. 1. num. 30.* & ſic reſtitutio ad primæva natalia, nihil aliud eſt, niſi ad priſtinam æqualitatem, ſub qua generalitate veniunt omnia, quæ in perſona reſtituta declinabant ab ea, & ideo ſi erit libertinus, vel ſeruus euadet ingenuus, ſi erit ignobilis fiet nobilis.

Vrgebis, ab initio non erat cognita nobilitas, 28
aut res diſtincta ab ignobilitate, ſed ſola libertas fuit cognita propter ſuperuenientem ſeruitutem; nobilitas propter ignobilitatem, pax propter bellum, *d. l. manumiſſiones 4. l. ex hoc iure, ff. de inſt. & iure, d. §. ius autem gentium, inſtit. de iure naturali, gentium, & ciuili*, ergo reſtitutio fit ad libertatem, ſed non ad nobilitatem. Reſpondeo quod talis reſtitutio fit ad illam æqualitatem ab initio omnibus communem, cuius vigore, vnus altero ignobilior, non erat, ergo data nunc æqualitate fit æqualis cuicumque nobilitate fulgenti, quæ æqualitas rerum, & temporum viciſſitudine à

multis

multis ſæculis iure gentium defecit, vt *in iuribus ſuprà citatis*, adeo vt nunc Reges à ſeruis, & ruſticis, & ruſtici à Regibus deſcendant, vt ait Hoſtienſis *in cap. tua num. 7. de conſanguinitate, & affinitate*, Tiraquellus *de nobilitate, capite 50. num. 6.* & ideo dici ſolet, non dari nobilitatem naturalem, ſed tantùm aduentitiam, ex variis accidentibus, quæ nobis vel progenitoribus noſtris obuenerunt, puta litteris, vel militia, aut aliter quomodocumque, quia vt dicebam ab initio iure naturali, propter omnium æqualitatem, non erat cognita nobilitas, poſtea confuſa moribus, ac variatis hominum conditionibus, cæpit ex accidenti aduenire, & ſic non dicitur alicui ineſſe à natura, ſed ex accidenti, vel ſuo, vel progenitorum, Soccinus *conſ. 246. vol. 2.* Tiraquellus *cap. 6. de nobilitate num. 4. & cap. 10. num. 13.* Fabius de Anna *conſ. 60. vol. 1.* Pacianus *d. cap. 26. num. 7. 8. & 9.* Gabedus *dec. Luſitana 73. num. 10. parte 2.* Lupus *de illegitimis, Commentario 3. §. 20. numero 9.* Carolus Iallongus *racemate 50.* Pruxman *conſ. 50. num. 594.* Menochius *lib. 6. præſumpt. 60.* Mantica *de coniecturis lib. 55. tit. 10. num. 35.* ergo cum nobilitas data à Principe æquiparetur nobilitati naturæ, & pariat eoſdem effectus, nihilque inuicem differant, ideo in diſpoſitionibus mentionem facientibus de nobilibus, veniunt etiam nobiles ex priuilegio principis, Paulus *conſ. 22. num. 2. vol. 2.* Tiraquellus *cap. 6. de nobilitate num. 20.* Decianus *conſ. 60. vol. 3.*

30 Probatur quintò quia tales nobiles facti, etiam per pecuniam admittuntur ad ordines equeſtres, à quibus arcentur plebei, & admittuntur tantùm nobiles, vt latè defendit Vaſquius *d. l. 3. §. 3. part. 3. in repetitione §. imputari, num. 291. cum pluribus ſequentibus tomo 1.* ſic ſi ſtatutum, vel conſuetudo dictat, quod nobiles non poſſint carcerari pro debito, hoc priuilegium habebunt plebei facti nobiles à principe, Ceuallos *quæſtione 688. num. 10.* ſic in diſpoſitionibus, quæ conceduntur à Romano Pontifice ad contrahenda matrimonia inter conſanguineos prætextu
32 nobilitatis continentur tales nobilitati per decretum, vel per priuilegium, idem Ceuallos *vbi ſuprà, num. 13.* qui etiam ait conditionem nubendi cum nobili adimpleri ſi contrahat matrimonium cum nato ex matre plebeia.

33 Probatur ſextò; quia potuit princeps ad effectum, de quo agitur reddere *D. N.* habilem, & capacem, quia talis reſtitutio ad primævam ingenuitatem, eſt vna ex gratiis, & beneficiis principum, competentibus ratione principatus, vt *in toto titul. ff. de natalibus reſtituendis* Surdus *conſ. 303. numero 27.* & dicitur donum principis. Natta *conſ. 506. numero 40.* eique abſolutè permiſſum, Cephalus *conſ. 617. num. 132.* cum ex hoc non dicatur aliquid noui dare, vel concedere, ſed tantum tollere impedimentum Iuris Ciuilis, Paulus de Caſtro *conſ. 30. vol. 1.* Decianus *conſ. 42. num. 17. vol. 1.* Alciatus *conſ. 55. num. 9. lib. 3.* aliàs eſt conſilium 171. Roſſental *de feudis cap. 7. concluſ. 19. num. 29.* Vaſquius *de ſucceſſ. creat. l. lib. 3. §. 30. part. 3. d. numero 391.* Camerar. *in d. capite Imperialem fol. 410.* quo impedimento ſublato, reſtitutus ſit capax diſpoſitionis Teſtatoris, non ex aliquo præiudicio generato à principe, ſed ex verbis, & mente diſponentis, qui non cenſetur ſimilem perſonam excludere voluiſſe; imò eam tacitè admiſiſſe, cum verba excluſionis ad eam non adaptentur Aretinus *in l. ex facto 43. nnmero 12. ff. de vulgari*, Menochius *conſ. 20. numero 30.* Laderchius *conſ. 23.* Mantica *de coniecturis, lib. 11. tit. 10. num. 16.* Rota *in nouiſſimis* Farinac. *d. 388. p. 1.* Neque princeps faciendo nobilem, 34
vel militarem, maculam fictè abſtergit, ſed verè adimit ſicuti legitimatus dicitur verè & propriè legitimus, & naturalis non fictè, licet non legitimè natus §. *reliqui & §. ſi quis* ergo auth. quibus modis naturales efficiantur ſui, vbi dicitur, quod nihil differt à legitimo, Bart. *in l. is qui pro emptore num. 29. & 30. ff. de vſucapion.* 35
Bald *in l. cum acutiſſimi 30. num. 7. Cod. de fideicommiſſis l. nuper 55. in fine, Cod. de naturalibus liberis* Cumanus *conſ. 168.* Gratian. *cap. 247. num. 72.* Tiraquellus *in l. ſi vnquam in verbo ſuſceperit liberos num. 51. de reuocand. dona.* Peregrinus *art. 23. num. 26. & 40.* Mantica *lib. 11. de coniecturis tit. 10. num. 7.* propterea comprehenditur in fideicommiſſo vocante legitimos, & naturales Alexander *conſ. 1. vol. 1.* Soccinus *in l. Gallus 29. §. ſi eius ff. de lib. & poſthum.* Menoch. *conſ. 216. & lib. 4. præſumpt. 79.* Intrigl. *cent. 3. quæſt. 85.* Mantic. *vbi ſuprà* Lupus *de illegitimis Commentario 3. §. 20. num. 31.* & hoc non obſtante, quod verba debeant naturaliter intelligi *ex dict. l. finali Cod. de his qui veniam ætatis impetrauerunt*, vt bene Alexander *conſ. 20. num. 16. verſ. non obſtat. vol. 1.* Decius *conſ. 155. numero 6.* Tiraquell. *vbi ſuprà in dolo ſuſceperit liberos, numero 92.* Menochius *d. lib. 4. præſumpt. 81. n. 19. & conſ. 227. num. 48. & 49.* ea ratione quia legitimatio parit omnes effectus legitimatis, & inducit veritatem, ſic ciuis, ex priuilegio, vt diximus *ſuprà* æquiparatur originario; quia ciuis non ſolum origine, ſed etiam fit priuilegio, & creatione *l. 1. ff. ad municipalem l. ciuis 7. Cod. de incolis lib. 10.* Seſſe *d. 90. num. 20.* Cephalus *conſ. 451. num. 16. 18. & 28* Riminald. iunior *conſ. 23. num. 113. & conſ. 790. num. 7.* & ſic gaudet prærogatiuis, & præeminentiis ſolum originariis conceſſis, Ciriacus *cap. 21. num. 88.* Seſſe *vbi ſup. num. 2.*

Probatur ex Ciriaco *dict. controuerſia 207.* vbi 36
ait fuiſſe deciſum per Senatum Mantuanum non eſſe inductam contrauentionem per hoc quod nupſit nobili per priuilegium illi, cui fuit impoſitum, vt nuberet cum nobili ad quod facit ſolemnis doctrina Baldi *in dict. l. cum ex oratione ff. de excuſat. Tutorum*, vbi dicit quod paria ſunt ineſſe alicui qualitatem per naturam, ac ineſſe per priuilegium, & idem dicit Baldus *in l. ſi filius ff. ſi certum petatur & in l. ſiue poſſidetis 3. C. de probat.* Quintil. Mandoſius *in Regula 3. reſeruationis quæſt. 18. num. 7.* Tiraquellus *de primogenitura quæſt. 34. num. 42.* vbi poſt Garſiam *de nobilitate gloſſa 1. §. 1. numero 42.* & Pariſium *conſ. 141. num. 18. lib. 4.* Padilla *in l. clam. n. 20. in fine Cod. de fideicommiſſis, & in l. tranſigere num. 85. Cod. de tranſact.* Zaſius *d. conſ. 1. num. 8. & 9. lib. 20.* vbi refert Socinum *conſ. 1.* dicentem quod Frater Vterinus habetur pro agnato, poſt quam imperator ei tribuit ius cognationis per textum *in l. ſi filius Cod. de leg. hæred. & in l. ſi filius ff. ſi quis omiſſa cauſa, teſtamenti*; ideo ex priuilegio principis quis poteſt fieri legitimus de domo, &c. licet ſit illegitimus, Burſatus *conſ. 129. num. 81. lib. 2.* Decius *conſ. 258. numero 50.* Triuiſanus *d. 59. parte 1.* & priuilegium æquiparatur naturæ, Iaſon *in dict. l. ſi is qui pro emptore, num. 303. ff. de vſucap.* Soccin. *conſ. 260. num. 9.*

*num.9. lib.*20.dicit, quod vbi casus verus,& fictus æquiparatur dispositio in casu vero locum habet in casu ficto *ex cap. ad audientiam, & cap. cum dilectus, de clericis non residentibus*, latè Rolandus *cons.*79. *numero* 6. *lib.* 3. Soccinus iunior *in l.* 1. *num.*445. *ff. de acquir. possessione* vbi tradit illud Brocardicum, quod idem operatur fictio in casu ficto, quod veritas in casu vero, Decianus *responso* 11. *num.* 150. *lib.* 1. Io. Oroscius *in l. ab emptione, num.* 73. *ff. de pactis*, Mandosius *in Regula* 16. *num.*10.*& in R.*32. *quæst.*6.*num.*20. ex qua regula dicit Rebuffus *tom.*1. *ad leges Gall. de Schedularum recognitione, numero* 98. quod si quis per contumaciam nolit recognoscere schedulam, habetur verè pro recognita, ac si expressè recognita fuisset, & ita Boërius, & alij dicunt,
37 quos citat Azeuedus *in l.*5. *tit.* 2. *num.* 14. *lib.* 4. *recopilationis*,& Petrus Barbosa *in l.quia, num.* 29. *ff.solut.matrim.* qui ait, quod quando aliquid dependet à lege, vel ab eius potestate, lex ipsa fingendo, vel vtendo verbis denotantibus fictionem, tunc id verè facit, & non fictè secundum Bartolum *in l.si is qui pro emptore, ff. de vsucap.* Tiraquellus *in tract. le mort. faisit, part.* 2. *declarat.*6. *num.* 7. *pag.* 87. Ideò legitimatus debet gaudere priuilegio suorum, & eorumdem nobilitate, si habebant, Rebuffus *responso* 123. Romanus *cons. 62.col.* 2. qui ait, quod appellatione ciuis continetur ciuis ex priuilegio,Boërius *dec.*260.*num.*25. Burgos de Paz *in l.*3.*tauri, num.* 448. & facit doctrina Bartol. *in l. si murileg. C. de murilegulis, libro* 11. Iason *in l.*2. *Cod. de iur.emphyte. num.*147. Triuisanus *dec.*23.*part.*2. *num.*50. qui dicit,quod distant haberi pro ciue, & esse ciuem ex Bartol. *in l.*3.*§.lege Iulia, ff. de adulteriis*, quod tradit Gama *dec.* 322. *num.* 6. verum nota quod ciues ex priuilegio admittuntur ad ea, quæ competunt ciuibus iure ordinario, & non illa, quæ competunt ex priuilegio iure extraordinario, vt tradit Carolus Ruinus *cons.* 200. *num.* 19. *lib.* 20. Menochius *cons.*390. *lib.* 4. idem Ruinus *in rubrica, ff. sol. matr. num.* 290. vnde Tellius Fernandez *in l.*17.*tauri,num.*43. cum sequentibus, probat,quod si Rex facit alicui donationem, & ordinauerit quod transferatur possessio absque apprehensione, si deinde donatarius fecerit alteri donationem cum clausula constituti, non potest talem donationem reuocare sub prætextu quod possessio per Regem translata esset ficta, & etiam ait Tellius, quod si plebeius in aliqua ciuitate, vel terra non possit esse officialis,sed debeat esse nobilis, tunc si à Principe sit nobilitatus, poterit etiam esse,quod sequitur Vasquius *lib.* 3. *de succeff.creat.* §. 3. *numero* 291. & Mattiens. *in l.*1. *tit.*10. *lib.*50.*recopil.*
38 *glossa* 5. *num.*4. *fol.*275.

Ideo si fit statutum disponens, vt nobiles tantum admittantur ad aliquam confraternitatem, poterit etiam admitti doctor Guidon Papa 88. Tiraquellus *de nobilitate, cap.*50. *num.*3. Rebuffus *de nominat. quæst.*15. *num.*40. Garsia *glossa* 35. *de nobilitate, num.*4. Cassaneus *part.*8.*consid.*17. idem Tiraquellus *cap.* 7. *num.* 55.*&* 56. Auiles *in cap. prætorum in proœmio, num.*21. & sic videmus,quod cum *in l.* 10. *tit.* 9. *lib.*50. ordinamentum statuatur Regem non debere concedere, aut donare extraneis Regni villam, ciuitatem, aut locum vel terram regni, dico quod si ex priuilegio principis insit alicui talis qualitas habetur ac si esset naturalis Regni,*sic cum ex l.*30.*tit.*4.*lib.*20.*ordinamenti* iudices debeant esse nobiles, sufficit ad hoc, si sint nobiles ex priuilegio, Garsia *de nobilitate, gloss.*1. §.1. *num.*50. *&* §.35.*num.*3. & vidit Paleaz *d. quæst.* 51. *num.* 220. fuisse practicatum in quodam aduocato certi loci, cui datum fuit officium tanquam nobili, eo quia erat aduocatus, & graduatus per vniuersitatem complutensem, & sic procedit *l.* 6. *tit.* 25. *lib.* 4. *ordinamenti noui, & hodie est lex* 9.*tit.*11. *lib.* 20. vbi vxor mariti nobilis, vidua gaudet priuilegiis mariti, qui nobilis erat ex sanguine, quæ lex procedit etiam in vxore nobili ex priuilegio, cum paria sint esse nobilem à natura, vel ex priuilegio Meierus *vbi suprà, num.*322.

Probatur octauò ex doctissimo Amaia *in l.* 2. *in tit.* 2.*si seruus, vel libertus, in fine, lib.* 10. vbi ait quod si princeps, nobilitet eum, qui nobilis non erat, admitti debet ad omnes illas res, quæ nobilitatem desiderant, vt *ibi numero* 67. quia nobilitas non potest dici, quid naturale; cum naturale sit illud, sine quo subiectum esse non potest, & qualitas illa honorifica inhærens personæ nobili est, quid extrinsecum, phantasticum, & accidentale,& quod magis consistit in opinione, & acceptatione hominum, quam in subiecto, & veritate ex doctrina Bartoli *in l.*1.*C.de dignit. lib.*10. *num.* 62. *&* 71. Tiraquellus *de nobilit. capite* 10.*num.* 13. Gutierrez *pract. lib.* 3. *quæst.* 14. *num.*16. vnde potest esse, & abesse, præter subiecti corruptionem, & manente eodem homine, qui nunc est nobilis, potest esse quod non sit nobilis, puta si ob crimen, nobilitatem amittat, *l.iudices, C. de dignit. l. cognitionem* 5. §. *minuitur, ff. de extraordin. cognit.* vnde lex positiua potest per priuilegium efficere, non vt priuilegiatus alius homo credatur, sed vt afficiatur illa noua qualitate, sicut facit, vt deportatus credatur mortuus: qui verè est viuus *l.* 1. §. *penult. ff. de bono. poss. contra tab.* & ita censetur quasi regeneratus, Auth. *sed hodie, C. de iure aureorum anulor.* ibi regenerationis ius habeat quapropter nemo potest se nobilitare,quantumvis plura habeat merita *l.*3.*in fine, ff.ad l.Iuliæ, Maiest. l. eos* 27. *ff. de falsis, l.* 11. *tit.* 21. *part.* 2. neque aliquis eam dare poterit, nisi Princeps, & sic à iure positiuo prouenit magis, quã à iure naturali,& in eo tota vis, & substantia nobilitatis consistit; vt bene Tiraquell. *de nobilitate,cap.*15.*num.*6.Auiles *in cap. prætorum, 2.part.cap.*14. *num.*23. Castillus *de tertijs, cap.*41. *à num.* 98. subdit etiam Amaia *vbi supra,* 39
*num.*71. esse attendenda verba priuilegij *ex c.porrò* 7.*de priuilegiis*, vt si concedatur plebeio, vt sit habitus pro nobili, & vt gaudeat exemptionibus, priuilegiis & immunitatibus, quibus gaudent nobiles, tunc non erunt verè nobiles, quia eis est concessum ius nobilitatis, non verò ipsa nobilitas, Ramirez *de leg.Regia,*§.33.*num.*14.Vasquius *dicto* §.30. *num.* 290. at verò si priuilegium fuerit amplius, & luculentius, & hominem nobilitet,& verbis expressis faciat eum nobilem,& suos descendentes, vt tales reputentur, & sint, iuxta Hispanicas concessiones, & vt possint gaudere, & gaudeant omnibus exemptionibus, priuilegiis, immunitatibus, Franchitiis, & libertatibus, quibus gaudent nobiles; & hoc casu talis priuilegiatus est verè nobilis in sua substantia *ex l.* 7. *Hispanica, tit.* 17.*part.* 2. Otalora *de nobilitate, part.*4.*cap.*1. *num.*4. quia eius status, & conditio mutata est, *l.Caius* 12. *ff. de iure, C. & quasi alter homo iudicatur,l seruus* 27.*§. finali ff. de adimendis legatis*, & alia adducit Amaia *lib.*1. *obseru.cap.*12. *num.*7. *per nouam regenerationem*, vt ait Iustinianus *in Auth.* sed hodie *C. de iure annulorum aureorum,*

rum,& In Nouella 78. cap.1. & 20. ita vt per priuilegium illud, & eius virtute æquiparetur, & similis factus intelligatur veris nobilibus, vt *in d. Nouella 78.* Guttierrez *lib.4.pract.quæst.7.num.12.* vnde qui habet tale priuilegium gaudebit omnibus honoribus, & immunitatibus nobilium ad officia, & honores militarium Collegia, Confraternitates ad quæ nonnisi nobiles admittuntur vt bene Vasquius *d.§.30. num.291.* Garsia *de nobilit. glossa 1.§.1. num. 50. & gloss. 25 num.3.* Meieres *part.1.quæst.81. num.4. & 32.* Gutierrez *dict.quæst.7.* Gironda *de priuilegiis, quæst.151.n.823.* Barbos. *de appellat. verborum, in verbo nobilis,* Castillus *de tertiis, cap.41 .num 98.* & rationes infrà adducendæ nihil faciunt; cum nulla possit considerari nobilitas naturalis; neque obstat, statuti verba esse strictè intelligenda *ex d.l.3.§.hoc verbo, ff.de reg. gestis*, vt post alios Giurba *ad consuetud. Messan. cap.3.gloss.9.part.1. notat.4.* Si enim hoc esset priuilegium Principis, vel eius beneficium, quod latè est interpretandum,*l.2. ff. de consuetud. Principis.* Neque est vera traditio quod verba statuti sint strictè intelligenda, nam cum Ius Ciuile contineat; ciuilem interpreta tionem debet statutam recipere, *§.Ius naturale, Inst. de iure naturali, l.2. C. de natalibus restit.* & sic quemadmodum quod nobilibus conceditur, videtur etiam concessum & priuilegiatis circa nobilitatem, pari etiam ratione, quod nobilibus prohibetur, prohibitum quoque videtur Priuilegiatis Garzia *glossa 6. num.13.* Amaya *d.l.2. C.si seruus, & C. lib.10.*

40 Probatur vltimò, tum quia priuilegium Principis ita est interpretandum, vt omnia compleat, & naturam imitetur, ex Iasone *in d. l. si is qui pro emptore, num.303. ff.de vsucap.ex l.finali, ff. de constit. Principum,* DD. *in cap. olim de verborum significat.& in cap.cum dilect. de donat.* Valenzuela *cons.79. num.78.* & non imitaretur naturalem nobilitatem, nisi ad honores omnes sufficiens non esset, ad quos nobilitas requiritur: Ergo sufficiens erit ad hoc, de quo agimus, nobilitas ex priuilegio, tum quia Priuilegium habet eandem vim ac si ex iure communi competeret *l. liberos 18. C. de collatio.* Velascus *consult.12.* ac nobilitas competens ex iure communi, hoc est sanguinis, sufficiens est ad ordinum insignia: Ergo & illa quæ competit ex priuilegio, tum quia concessio Principis idem operari debet in re concessa, quod operaretur veritas, si adesset, *cap. ad audientiam 15. de Clericis non resid.* sed vera nobilitas sufficit ad habitos militares: ergo etiam illa quæ oritur ex priuilegio; tum quia Princeps ita omnia sua indulta, & priuilegia concedit vt non solùm futura prouideat, sed etiam præcepta omnia tollat impedimenta, & ita plebeius nobilitatus, ita nobilis censetur, ac si nulla præcesserit ignobilitas, *d.l.finali, C.de Natalibus restituendis, l.Imperialis 23.§. Itaque C. de nuptiis,* Faber *lib.50. C.tit.16. defin.5.num.17.* Igitur admitti debet ad omnia munera, & honores, si vnquam ignobilis fuisset; quia qualitas naturalis, & per priuilegium concessa pari semper passu ambulant, eosdem pariunt æque effectus, Paleaz vbi suprà *num.63.* sed nobilitas naturalis sufficit ad omnia munera, honores, & officia nobilibus concessa subeunda: igitur idem dicendum est de nobilitate per priuilegium Principis, tum quia Princeps dum vtitur sua facultate, & potestate adæquat nobilitatem ex priuilegio, cum nobilitate sanguinis, Guttierez *vbi suprà*: Ergo, &c.

SVMMARIVM.

CAPITIS III.

1 *Verba naturaliter esse intelligenda.*
2 *Verba esse intelligenda in potentiori significatu qualiter intelligatur.*
3 *Iure Ciuili fit distinctio nobilium, & ignobilium.*
4 *Ius ciuile facit aliquem verè, & propriè talem.*
5 *Textus In* l.finali, C.de his, qui veniam ætatis, *&c. adducitur.*
6 *Maior per rescriptum factus, quando propriè dicatur talis.*
7 *Fictio non parit omnes actus veros, & quando.*
8 *Statutum loquens de Ciue, an comprehendat Ciuem ex priuilegio?*
9 *Substitutus in casu mortis an intelligatur etiam de morte ciuili.*
10 *Ciuis in genere an comprehendat Ciuem ex priuilegio?*
11 *Mortis mentio quando contineat naturalem.*
12 *Nobilitas an differt à Priuilegio nobilitatis?*
13 *Nobilis quis, & quis intelligatur?*
14 *Nobilitas ex priuilegio, an & qualiter sit firma & stabilis.*
15 *Nobiles an possint amittere nobilitatem, & quando?*
16 *Nobilis non præiudicat descendentibus quoad nobilitatem.*
17 *Nobilitas ex priuilegio est vera nobilitas.*
18 *Paleaz opinio qualiter reprobetur.*
19 *Mierez opinio nobiscum concordat in casu de quo agitur.*
20 *Statutum requirens nobilitatem sanguinis, an admittat exemptum à tributis.*
21 *Statutum requirens nobilitatem, & puritatem sanguinis quando verificetur.*
22 *Priuilegium non residendi operatur eosdem effectus, ac residentia.*

CAPVT III.

Vbi resoluuntur argumenta, quæ adduci possunt, contra conclusionem fundatam.

OPONITVR primo quod verba statuti, vel testatoris, aut legis sunt intelligenda naturaliter, & in potentiori significatu; non autem ciuiliter ex *l.finali, C.de his, qui veniam ætatis*: ergo & sic de nobilitate in communi, & vsitato significatu accepta sed verbum *Nobilitas* communiter accipitur, de ea, quæ est ex sanguine, & à maioribus prouenit, vt dicunt Bonus de Curte *de nobilitate 3.p. num. 179. & sequenti*, Mattesilaus *singulari 103.* Cassaneus *in Catalogo part.8. cons.16. & consid.17.* Azeued. *in rubrica, numer. 38. tit. 1. lib.6. recompilat.* Ergo maioratus loquens de militaribus, & nobilibus intelligi debet de nobili ex genere, & sanguine, non verò de priuilegiatis. 1

Quod confirmatur; nam verba sunt intelligenda in proprio, & naturali significatu: sed sanguinis 2

nobilitas tantùm propriè, & naturaliter talis dicitur ex Garcia *gloſ.6.num.41.* Igitur de illa tantum ſunt intelligenda, & accipienda prædicta ſtatuta, & diſpoſitiones hominum, non verò de priuilegiatis, maior patet *ex textu in l. ex ea parte* 121. §. *Inſularem, ff. de verb. l.* 3. §. *hæc verba ff. de negotiis geſtis, l. finali, ff. de his qui veniam ætatis impetrauerunt, cap. ſuſceptum 6. de reſcriptis in* 6. Tiraquellus *de primogenitura quæſt.* 1. *num.* 10. Paleaz *quæſt.* 51. *numero* 121. *& num.* 119. Gutierrez *lib.* 4. *practic. qu.* 8. *num.* 17. Petrus de Lara *lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 107. *&* 108. Barboſa *axiomate* 222. *num.* 27. & quod in potiori ſignificatu ſint verba accipienda probat textus *in l.* 1. §. *qui perpetuum, ff. ſi ager vectigalis, l.* 1. §. *Si is, qui nauem, ff. de exercitu, an re cap. penultimo, de ſententia excommunicationis*, Menochius *lib.* 3. *Præſumpt.* 39. *num.* 8. *cum ſequenti*, Cardin. Mantica *lib.* 5. *de coniecturis titul.* 1. *num* 6. Cardin. Tuſchus *litt. V, concluſ.* 101. *tom.* 8. Barboſa *vbi ſuprà, n.* 25. Paſchalis *part.* 4. *cap.* 2. *n.* 43.

3 Reſpondeo argumento, & confirmationi, primò quod dum dicitur verba intelligi debere naturaliter, & in potentiori ſignificato, quod non procedit argumentum in illis quæ ſunt iuris ciuilis, quia verò diſtinctio nobilium, & ignobilium legitimorum, vel illegitimorum eſt de Iure Ciuili, vt *in auth. quibus modis naturales efficiantur, ſui*, Mantica *lib.* 11. *de coniecturis tit.* 10. *num.* 10. Intrigliolus *centuria* 3. *quæſt.* 65. Menochius *conſ.* 266. *num.* 4. propterea legitimatus venit in diſpoſitione, etiam hominis; appellatione, legitimi, & naturalis, quia in illis, quæ ſunt Iuris Ciuilis, lex diſponendo, non dicitur fictè, ſed per veritatem agere, vt latè Angelus *in ſua diſputatione*, quæ incipit *Nobilis quidam col.* 3. Ancharanus *conſ.* 225. *num.* 4. Alexander *conſ.* 20. *num.* 16. Decianus *conſ.* 154. *aliàs* 155. *num.* 6. *& conſ.* 257. *aliàs* 258. *num.* 6. Tiraquellus *in l. ſi vnquam, in verbo, ſuſceperit liberos num.* 920. Menochius *lib.* 7. *præſumpt.* 81. *num.* 19. *& conſ.* 227. *num.* 43. 49. *&* 50.

4 Reſpondeo ſecundò diſtinguendo, quod aut actus Ciuilis facit aliquem verè & propriè talem, & operatur omnes effectus veritatis, & tunc ſufficit ciuiliter factum, & diſpoſitio verificatur, & adimpletur etiam in actu & qualitate ciuiliter exiſtente, nec talis caſus dicitur excluſus à teſtatore, vel alio diſponente; aut operatur impropriè, & fictè, & cum minori effectu veritatis, & tunc verba intelliguntur naturaliter tantum, ita diſtinguit Bart. *in d. l. finali, num.* 2. vbi Iacobus Butringarius, & Albericus & Fulgoſius *num.* 20. & Antonius de Alexand. Rolandus Cauagnolus *ad decreta Monteferrati*, §. 20. *quæſt.* 1. *num.* 3. *&* 4. Cyriacus *tom.* 2. *controu.* 208 *n.* 76.

5 Quod patet, quia *in l. finali, C. de his, qui veniam ætatis impetrauerunt*, & caſus qui ibi proponitur, procedit, quia in veritate lex, & Princeps non poteſt mutare naturam, & facere quòd ille, qui eſt minor, ſit maior quoad omnes effectus, cum non poſſit ei ſupplere intellectum vnde dicitur tantum operari fictè, & impropriè, vt illum textum declarat Alexander *conſ.* 2. *num.* 16. *vol.* 1. Menochius *conſ.* 227. *num.* 49. *&* 50. & meliùs Decius *conſ.* 154. *num.* 16. *&* 257. *alias* 258. *num.* 6. Tiraquellus *in d. l. ſi vnquam in verbo, ſuſceperit liberos, num.* 92. *C. de reuoc. donat.* Socinus Iunior *conſ.* 63. *num.* 49. *&* 50. *vol.* 50. vbi oſtendit non reſultare eundem effectum in facto maiore per veniam ætatis, qui in vere maiore, quia illa adhuc non poteſt alienare immobilia, nec Princeps poteſt ſupplere maturitatem ingenij, quod etiam tradit Simoncellus *de decretis lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 27. & facit Ruinus *conſ.* 50. *n.* 112. at in legitimatione, & nobilitate per priuilegium Principis, habemus omnes effectus veræ, & propriæ legitimationis, & nobilitationis, quia ponitur à Principe in ſtatu nobilium, in quo ipſe alios poſuit, Cyriacus *controuerſ.* 207. *in fine.*

Quare ſi dicas obſtare textum *in d. l. finali, C. de his, qui veniam ætatis*, &c. vbi conditio appoſita ſub 6
mentione legitimæ ætatis, non verificatur in eo, qui per reſcriptum Principis factus eſt maior, ſed tantùm per naturalem curſum annorum 25. niſi diſponens ſpecialiter declarauerit contentari etiam de ætate ex venia Principis impetrata, per quem text. dicunt communiter DD. conditionem adimpleri in naturali adimplemento; non per diſpenſationem, & modo ciuili, Simon de Pretis *de Interpretatione, vltim. volunt. lib.* 4. *Interpretatione* 2. *dubio* 1. *num.* 7. vnde dicit Angelus *in d. l. finali, C. de his qui veniam ætatis*, &c. quod legatum factum Doctori, vel cum erit Doctor, intelligitur mediante examine Doctorum, non ſi doctoretur à Papa, vel ab Imperatore ſolo verbo, ſequitur Iaſon *in l. ſi quis maior, num.* 32. *C. de tranſactione.*

Reſpondeo textum *in d. l. finali*, intelligere conditionis implementum de naturali; non autem per 7
diſpenſationem, quia actus eſt fictus, qui non parit omnes effectus veritatis, & ad id, quod dicebat Angelus de legato facto Sacerdoti vel Doctori, quod non debeat dari ſolo verbo factis, ſi non ſint apti ad dictam dignitatem, dico non eſſe verum: quia cum Sacerdos non fiat naturaliter, per conſequens quomodocumque fiat, ſemper verè dicitur talis, vt benè Baldus, & alij apud Cyriacum *controu.* 21. *num.* 86.

Opponitur ſecundò, quia ſtatutum loquens de 8
ciue in genere, vel in ſpecie, non trahitur ad Ciuem ex priuilegio, ſed naturaliter tantùm, & hoc eſt, quod Fulgoſius *conſ.* 61. *col. finali*, dicit, dum ait nuptam Ciui ex priuilegio creato, contrauenire dicitur conditioni ſub qua fuerat vniuerſaliter inſtituta non nubendi alicui, qui non eſſet ſet Oriundus de terra. Confirmatur ex Surdo *conſ.* 9
90. *num.* 23. vbi ſubſtitutus in caſu mortis intelligitur de morte naturali, adeo vt non dicatur purificatum fideicommiſſum, ſi grauatus ciuiliter banniatur, vel ſi fiat Frater Capucinus, Baldus *conſ.* 280. *vol.* 1. Peregr. *de iure fiſci lib.* 3. *tit.* 50. *num.* 23. Sic videmus in dubio appellatione filiorum intelligi de naturalibus; non autem de adoptiuis, vt ait Tiraquellus *in l. ſi vnquam num.* 17. *C. de reuoc. donat.*

Reſpondeo ad argumentum ſtatutum loquens de Ciue in genere, vel in ſpecie trahi ad Ciuem ex 10
priuiligio contra Romanum, & alios adductos, vel dici poteſt opinionem Romani procedere, in ſtatuto odioſo, quod meretur reſtringi, non autem in caſu oppoſito, in quo euitatur pœna, ſi extendatur, ad idverò, quod Fulgoſius dicit *d. conſ.* 61. *n.* 7. dico vel malè reſpondiſſe, vel poteſt dici, quod diſpoſitio Teſtatoris de qua ibi reſpiciat originem, non autem ſtatum de tempore matrimonij, nam verbum *oriundus* importat originem Natiuitatis vt per Berrettam *conſ.* 137. Et ideò licet poſſet dici Ciuis, & habitator, poſt obtentum priuilegium, tamen non poterat dici natus Ciuis, vt in caſu noſtro Teſtator non habuit rationes natiuitatis.

Reſpondetur ad Confirmationem, quod mentio mortis, non verificatur niſi in morte naturali, 11
non autem in Ciuili, vt dicebat Surdus *vbi ſuprà* ſed dico argumentum procedere, quando ex morte

Ciuili

ciuili non resultat idem effectus, qui ex morte naturali; secus si idem esset effectus, vt benè Iason, *in dicta l. ex ea pr.* 121. §. *in insulam*, *ff. de verb.* & dicit idem Surd. *dict. cons.* 90. *num.* 27. sed effectus nobilitatis naturæ oritur ex datiua, cum sit vera, & propria nobilitas, ergo &c. nec est mirum si in dubio, mentio filiorum intelligatur de naturalibus, non etiam de adoptiuis, vt Tiraquellus dicebat, quia adoptiui non sunt verè, & propriè filij, sed fictè, & abusiuè, vt benè Bardellonus *cons.* 104. *num.* 7. *cum seq.*

12 Opponitur tertiò: nam aliud est nobilitas, aliud nobilitatis priuilegium ex Baeza *de inope debitore*, *c.* 16. *n.* 42. Pale. *d. q.* 51. *à n.* 15. at maioratus de quo hic militarem, & nobilem expressè requirit, ergo non potest intelligi de nobilitatis priuilegio; quia diuersum est ab eo quod expoſcunt argumenta, *l. Papinianus* 20. *ff. de minoribus.*

13 Confirmatur quia nobilis intelligitur ille, qui à maioribus nobilitatem fuit assequutus, secũdùm Glossam *in l. stemmata*, 9. *ff. de gradibus*, post alios Gutierrez *lib.* 3. *pract. quæst.* 13. *num.* 74. *& quæst.* 17. *num.* 191. *& lib.* 4. *quæst.* 7. *num.* 2. sed disponens maioratum veram nobilitatem expoſcit *l. merces*, 207. *ff. de verbor. signific.* Osasch. decis. Pedemontana 2. *num.* 13. Narbona *in l.* 20. *gloss.* 2. *tit.* 1. *lib.* 4. *recopilat. fol.* 534. ergo non possunt verificari inquisita per priuilegium.

Respondeo ad argum. & confirm. per Principem dari nobilitatis essentiam, non priuilegium, differens à nobilitate vt suprà probauimus, quia dando priuilegium nobilitatis illum simpliciter facit nobilem verè, & realiter & in hoc, neque valet dicere differentiam esse, si dicat Princeps sit nobilis, vel habeatur pro nobili, quasi quod in primo casu non veniat appellatione nobilium nobilis ex priuilegio; secùs in secundo casu quia siue Princeps dicat sit nobilis, siue habeatur pro nobili, tamquam si ex aliis verbis declaretur eius intentio, & restitutio ad primæuam ingenuitatem hoc operatur, vt benè Ancharan. iunior *quæst.* 34. *num.* 6. *part.* 1. vbi verbum (*habeatur*) prolatum ab eo qui habet potestatem inducendi qualitatem, significat talem esse, quod carere videtur omni difficultate: cum princeps solo verbo conferat, nobilitatem Peregrinus *cons.* 84. *num.* 13. *lib.* 1. *& cons.* 3. *num.* 23. *lib.* 20. Aldouinus *cons.* 20. *numero* 597. *& cons.* 21. *num.* 11. & quia qualitas adiecta, verbo intelligitur secundum tempus verbi *l. in dilect. num.* 4. §. *extraneus*, vbi Bart. *ff. de noualib. act.* 4. *l. Titius* 23 *ff. de milit. testam.* ideo sufficit adesse habilitatem tempore, quo actus in esse deducitur, licet antea quis fuisset inhabilis *l. si extraneum* 49. §. 1. *ff. de hæred. instit.* §. *in extraneis*, *instit. de hæred. qualit. & diff. l. si cognatis* 21. *ff. de rebus dubiis*, ergo sufficit si tempore adimplementi nobilis reperiatur.

14 Opponitur quartò quia nobilitas ex priuilegio, non potest iudicari permanens ac stabilis cum ad libitum renuntiari, & amitti valeat, vt benè Gutierrez *capit.* 16. *de iuramen. numero* 74. *ex lib.* 4. *practicar. capite* 14. *num.* 3. Baeza *de inope debitore*, *cap.* 16. *num.* 97. Azeuedus *in l.* 4. *num.* 14. *tit.* 20. *lib.* 6. Amescua *de potest. in scipsum*, *cap.* 23. *num.* 16. Gironda *de priuileg. num.* 225. Narbona *in dict. l.* 14. *gloss.* 4. *num.* 25. *tit.* 20. *&* 16. *recopilat.* Paleaz *dict. quæst.* 51. *num.* 171.

15 Confirmatur; quia non solùm voluntariè, sed etiam inuiti possunt amittere priuilegia nobilitatis, putà si inopia oppressi, officia exerceant vilia, Garsia *glossa* 6. §. 1. *num.* 58. Narbona *in lib.* 61. *gloss.* 1. *num.* 22. *tit.* 4. *lib.* 2. *& l.* 14. *gloss.* 1. *num.* 102. *tit.* 2. *lib.* 6. *recopilat.* ex pluribus relatis sic dicit Gabriel Velaschus *de priuilegiis pauperum*, *part.* 1. *quæst.* 6. *& quæst.* 36. *num.* 3. at nobilitas sanguinis ex vili exercitio amittitur, sed non potest renuntiari, Gutierrez *lib.* 1. *quæst.* 137. *num.* 18. Ceuallos *quæst.* 688. Narbona *dicta l.* 14. *gloss.* 1. *à num.* 90. *tit.* 2. *lib.* 6.

Respondeo ad argumentum & confirmat. vt 16
suprà dixi *in cap.* 1. *num.* 9. *responsi*, *num.* 50. esse talem differentiam inter nobilitatem generis, & ex priuilegio, sed non per hoc sequi maioratum pro militaribus factum non comprehenduntur militares, & nobiles ex priuilegio, vt diximus suprà, & licet nobilis ex priuilegio illam obscuret, & amittat exercendo artem sordidam, & vilem vt suprà, non tamen præiudicabit descendentibus, & posteris, qui ad nobilitatem sunt vocati, vt diximus *sup. cap.* 1 *num.* 50.

Opponitur quintò; quia nobilitas ex priuile- 17
gio est illa, quæ ex nouo indulto incipit recenter, quæ propria nobilitas appellari nequit, argumento *l.* 2. §. *quæ omnia* 50. *C. de veteri iure enucl.* Otalora *de nobilitate*, 2. *part. cap.* 3. & perfectior est illa nobilitas, quæ antiquior est *l.* 1. *Cod. de iure anulorum aureor. l. prouidendum* 7. *C. de postulando*, Tiraquell. *de nobilitate*, *cap.* 19. Cassaneus *part.* 8. *consider.* 20. Antonius Faber *lib.* 9. *tit.* 29. *definit.* 18. *num.* 3. estque nobilitas sanguinis præstantior, & honorabilior, quàm acquisita ex priuilegio, Otalora *part.* 4. *cap.* 1. *num.* 50. Decianus *responso* 21. *num.* 44. *lib.* 1. Paleaz *quæst.* 11. *numero* 109. neque Princeps poterit natales reuocare, & plebeium verè nobilem facere post alios, Barbosa *axiomate* 222. *num.* 27. *&* 19. & nobilitas ex priuilegio dicitur exosa, & ficta & viri nobiles eam irridere solent, atque vilipendere, Garsia *de nobilitate*, *glossa* 35. Paleaz *de maioratu*, *quæst.* 51. *numero* 84. ergo.

Respondeo enim Principem, non fictam, sed veram dare nobilitatem; cum ipse sit fons cuiuscumque dignitatis, & nobilitatis, & cum sint æquiparatæ tales duæ nobilitates; quod in vna disponitur censetur in alia disponi *ex dictis suprà cap.* 2. *num.* 20. & sequenti & qualiter Princeps ad natalia restituat, vel ius anulorum aureorum, concedendo, vel natalibus restituendo, vel ad nobilitatem etiam reintegrando &c. diximus *c.* 1. *à num.* 26. *cum seq.*

Ex quibus infertur primò nihil curandum de 18
opinione Paleaz *de maioratu*, *part.* 1. *quæst.* 51. *numero* 4 *&* 9. dum resoluit conditionem nubendi cum nobili, non adimpleri per nuptias contractas cum nobili ex priuilegio Principis, cuius opinio Auth. Rotæ Romanæ & aliorum *in* 2. *cap. citatorum* reprobatur, & ratio est, quia sicuti testator non dicitur habuisse rationem originis, & natiuitatis, quando vocat legitimos, & naturales, nisi hoc specificè dicat propter quod legitimati comprehenduntur, quia dicuntur veri legitimi, & naturales, ita excludendo rusticam simpliciter, & admittendo nobilem, vel militarem, non censetur se retulisse ad natiuitatem, cum hoc non dixerit, sed ad eam, quæ talis erit tempore nuptiarum; & hoc est, quod ait Bartolus *in l. ex facto* 43. *ff. de vulgar.* dum ait, quod vbi qualitas determinet verbum, à quo dispositio sumit effectum semper attenditur tempus, quo actus consumitur.

Et sic in præsenti attenditur tempus, quo nuptiæ contrahũtur per quam doctrinam Bartoli ait Felinus *cons.* 25. *num.* 23. quod qualitas determi-

nans verbum, limitat dispositionem, sequitur Surdus *cons.*106. *num.*35. *& cons.*379. *num.*12. Cyriacus *cap.*21. *num.*97.

19 Rogo tamen videri eundem Meien. *d. quæst.*51. *à num.* 302. qui ait sine vllo dubio admitti opinionem Gregorij Lopez & nostram, de quo *suprà in* 2. *cap.* vbicumque Filius, cui à Patre iniungitur, suprà dict. conditio, quod non contrahat, nisi cum nobili, &c. acquisierit nobilitatem à Principe propria virtute, egregiis factis, vel propter merita maiorum suorum, quia tunc satisfacit contrahendo cum persona talis conditionis, & hoc ex legibus Hispanis fundat, & hoc est, quod ait Alexander *cons.*209 *num.*8. *lib.*6. quod nobilis ex virtute, præfertur illi qui est ex genere nobilis, ex traditis per Staphileum de litteris Gratiæ & *Inst. in tit. de Interrogatiuis*, ad quod facit textus *in l. si quid in bello, ff. de Captiuis.*

20 Infertur secundò, quod si statutum aliquod, requirat expressam nobilitatem sanguinis, non poterit admitti, qui tantum habet Priuilegium immunitatis à tributis, cum inter se differant; Garsia de nobilitate *gloss.*7. *num.* 11. Guttierez *lib.*4. *quæst.*5. *num.* 14. sic si statutum expressè requirat, vt non tantum prætensor, sed vt eius Parentes, & aut nobiles extiterint, non sufficit priuilegium concessum prætensori tantum, aut

21 Patri suo; cum Parentes non fuerint nobiles, Garsia *gloss.*12 *num.*47. Ioseph Sesse *dec. Aragoniæ* 4. Barbosa *de pot. Episcop. Alleg.*1. *num.*21. etsi statutum requirat nobilitatem cum sanguinis puritate, vt non sint, à Mauris, Iudæis, &c. descendentes tunc non sufficit Priuilegium nobilitatis; Barbosa *appellat.*164. ac si statutum requirat nobilitatem simpliciter, locum habebit in nobilibus ex priuilegio DD. citati.

22 Infertur vltimo quod cum Priuilegium concessum à Papa de non residendo in aliquo beneficio, vel præbenda idem operetur, ac si verè præbendatus, aut beneficiatus resideret secundum text. *in cap. cum dilectus* 14. *& cap. ad audientiam* 15. *de Clericis non residen.* Paleaz *de Maioratu, quæst.*51. *num.*67. vt in simili habent Priuilegium Inquisitores hæreticæ prauitatis Roaz *singul.*96. Paramus *de origin. Inquisitionis, lib.*2. *tit.*20. *cap.*3. *num.* 10. Ideò omnes Inquisitores, non solùm fructus percipient præbendarum; sed etiam distributiones, quæ dantur interessentibus; Gloss. *in cap. vnico, de Clericis non residentibus, in* 6. Garsia *part.*3. *de beneficiis, cap.*2. *num.*336. *&* 422. Barbos. *alleg.*53. *n.*116.

Quare, &c.

DISCEPTATIO LIII.

SVMMARIVM.

1 *Factum proponitur, de quo disputandum est.*
2 *Religionis vocabulum tripliciter sumi à baptismo, à Clericatu, & professione.*
3 *Religio quid sit, & cur dicatur status, & quid significet status?*
4 *Religio est status libertatis, non seruitutis.*
5 *Ecclesia libera, & à quo fuerit facta talis?*
6 *Religiosi status essentialia sunt tria vota, &c.*
7 *Religiosus status est perfectionis acquirendæ.*
8 *Religio qualibet habet regulas, & quid sit regula Religionis, & à quo fiat?*
9 *Regularis obseruantiæ finis triplex est, & qualis.*
10 *Religiosus status habet etiam constitutiones, & quæ sint?*
11 *Regulæ, & constitutiones in quibus differant?*
12 *Capitulum Generale non potest regulas destruere Religionis.*
13 *Capitulum Generale potest tollere constitutiones, etiam à Papa confirmatas.*
14 *Constitutiones Religionis, etiam à Papa confirmatæ, dicuntur regularium.*
15 *Constitutiones Religionis factæ ex authoritate Pontificis, & ab eodem approbatæ non possunt mutari per Regulares.*
16 Trid. sess. 25. de regularibus, cap. 22. *adducitur, & explicatur.*
17 *Regulæ, & constitutiones Religionis in quo differant.*
18 *Religio potest facere statuta, leges, & constitutiones, idque iure Ecclesiastico.*
19 *Regulares duplici modo possunt facere statuta, & constitutiones.*
20 *Appellatio non datur à constitutionibus publicatis, quia tendunt ad bonum commune.*
21 *Statuta possunt fieri inter Regulares, solùm à quatuor cum superiore.*
22 *Capitulum Generale facit leges in tota Religione, Prouinciale verò in tota Prouincia.*
23 *Constitutiones Religionis durant in perpetuum.*
24 *Constitutiones non possunt fieri contra regulas à regularibus.*
25 *Constitutiones Regularium possunt ab eis fieri cum clausula irritante.*
26 *Capitulum Generale non potest nouam regulam facere, licèt possit nouas constitutiones.*
27 *Constitutiones Generales à Papa confirmata in forma specifica sunt reuocabiles.*
28 *Confirmatio quid sit, & quotuplex?*
29 *Textus* in cap. cum accessissent de constitutionibus, *qualiter procedat.*
30 *Confirmatio in forma specifica habet vim Priuilegij, & in quo differat.*
31 *Religio an possit facere statutum, ne recipiatur certum genus personarum.*
32 *Statuta possunt fieri à regularibus, sed non contra Ius.*
33 *Statuta excludentia à Religione certas personas possunt fieri etiam cum clausula irritante.*
34 *Professio habet rationem contractus, & qualiter fiat cum consensu conditionato.*
35 *Statutum excludens certum genus personarum comprehendit etiam nouitium.*
36 *Nouitius ante susceptum habitum est subditus ratione contractus regularibus.*
37 *Statuta possunt fieri ab Vniuersitate, vt Forenses non acquirant bona in suo territorio.*
38 *Statuta Religionis ligant subditos, etiam ratione contractus.*
39 *Statutum expellens certum genus personarum sine decreto irritante non inualidat actum.*
40 *Statutum simplex, & statutum cum clausula irritante, qualiter differant.*
41 *Capitulum Prouinciale potest facere statutum inhabilitans ad Religionem.*
42 *Nauarri* consil. 26. de regularibus *adducitur contrarium, & explicatur?*
43 *Statutum contra ius commune positiuum Canonicum,*

nicum, solus Papa facit sed contra Ius Canonicum negatiuum, regulares capitulariter possunt facere.

44 *Ius commune duplex, positiuum, & negatiuum.*

45 *Textus* in cap. cum te de rescriptis, *resoluitur ?*

46 *Religionis status qualiter nullos excludere debeat.*

47 *Concilium Prouinciale, vel Synodale an possit contra Ius disponere.*

48 *Statutum excludens descendentes à Iudais, à dignitatibus vel à Religionibus valet.*

49 *Professionis essentialia ad Papam spectant, & qualiter ad regulares.*

50 *Deum recipere omnes peccatores quomodo intelligat ?*

51 *Criminosi qualiter prohibeantur à statu regulari ?*

52 *Ingressus in Religionem qualiter sit conuersio.*

53 *Deum velle omnes saluos fieri quomodo explicetur, & qua voluntate.*

54 *Criminosi, si pœnam effugere volunt, non sunt habiles ad Religionem.*

55 *Legis finis est bonum, à quo nullus potest prohiberi.*

56 *Christus Dominus cur recepit Iudam Proditorem ?*

57 *Textus* in Auth. de Manichæis, collatione 1. *adducitur.*

58 *Malum est, quod prohibetur, non bonum, & qualiter.*

59 *Christus Dominus cur malum recepit discipulum.*

60 *Iustinianus Imperator* in Auth. de Monachis, *explicatur.*

61 *Professus eiicitur si negauit habere morbum gallicum, vel habitualem, quem habebat.*

62 *Professio iure communi est valida, non obstante morbo gallico, secus vigore statuti.*

63 *Peritis in arte qualiter credendum.*

64 *Casus decisio, de qua in præsenti.*

65 *Professio Amentium, & furiosorum est iure naturali inualida.*

66 *Amentes, & furiosi an, & qualiter differant ?*

67 *Infirmitas non expellit, nec impedit ingressum Religionis iure communi attento.*

68 *Impedimentum impediens obseruantias regulares, reddit Professionem nullam, & qualiter.*

69 *Regulares recipientes inhabiles an peccent.*

70 *Professus, qui morbum gallicum tenet secundum aliquos potest à quacunque Religione expelli, sed verius vbi est statutum.*

71 *Gallicum morbum habens, si fecit votum Religionis, vbi pedibus nudis vadunt, vel vbi est votum quadragesimale, non tenet.*

72 *Energumeni an possint expelli à Religione, quando actu vexantur à dæmone.*

73 *Casus decisio de Energumeno expulso à Monasterio S. Martini post professionem.*

74 *Fanaticos, Lymphaticos, Præstigiatos, Entiasasticos, &c. incapaces esse professionis.*

75 *Fanatici cur ita dicantur, & in quo differant à dæmoniacis.*

76 *Supernaturalis causa qualiter in Fanaticis, & dæmoniacis existat.*

77 *Fanatici similes sunt melancholicis.*

78 *Lymphatici, qui sint, & qualiter sic dicti?*

79 *Enthasiasticos, qui, & qualiter dicantur ?*

80 *Engythici astrim qui, & qualiter dicantur.*

ARGVMENTVM.

Religionis vox tripliciter sumitur. Religio quid sit ? Eius status libertatis & seruitutis. Religiosi status essentialia. Regula quid sit, & à quo fiat ? Capitulum Generale an Regulas destruere possit ? Constitutiones Religionis quamdiu durent ? An possit fieri contra Regulas ? Statuta quæ possint fieri à Regularibus ? & an contra ius ? Professus quando eiici queat ? Professio Amentium & furiosorum quo iure inualida sit ? Fanatici, Lymphatici, Enthasiastici, Engastrimythici qui dicantur ?

NEAPOLITANA

Nullitatis Professionis.

CVM Pater Frater, Alexander à S. Ianuario in sæculo vocatus D. Marcellus in anno 1658. 2. die Septembris ingressus esset Religionem P.P. Discalceatorum S. Theresiæ, & receptus in nouitium, ad finem expiandi Religionis austeritates, ac profitendi postea, adueniente tempore, fecit tandem professionem die 2. Septembris anni sequentis 1659. vt ex fide professionis factæ, quam cùm nulliter fecisset, ex pluribus *infrà* dicendis: quinquennio adhuc non transacto, instetit in Curia Archiepiscopali Neapolitana, reclamationem formiter faciens coram Reu. Vicario Generali, & eius superiore, domus scilicet loci, vbi nouitiatum fecerat in Burgo Plagæ & hoc die 5. Septembris 1664. Et per Curiam fuit dictum, vt intimaretur Procuratori Conuentus S. Theresiæ, & Procuratori Fiscali Curiæ Archiepisc. ad finem prouidendi, quæ monitio die 2. Septempris intimata est Procuratori Monasterij, & Fiscali Curiæ & iterum intimata 1. die Februarij 1666. *fol.* 2. 1

Causa verò principalis suæ nullitatis à P. Alexandro proposita ea est, quod cum fuisset morbo gallico, ac habituali affectus ante ingressum, illumque à P.P. interrogatus, dum ad Nouitiatus habitum admissus fuit, reticuerit; intrat propterea constitutio Religionis, clausula irritante vallata, & à S. P. approbata, ibi, infirmitate aliqua laborante incurabili, & habituali; quem defectum si celauerit statim, ac sciens expellatur, etiam, si professionem emiserit: Congregationis quippè animus est, eos, qui prædictos defectus patiuntur, & celant ad professionem non recipere, & ibi (morbo contagioso laboranti, &c.) quod constanter veram esse constat ex Fide insignis, &c. & huic defectum alium adiungit, quod scilicet in loco nouitiatus non semper steterit; sed quod duobus mensibus in dormitorio permanserit Religiosorum Professorum, contra formam Trid. *sess.* 25. *cap.* 15. *de regul.* & contra Bullam Clemen. VIII. de locis designatis per nouitiatus.

Examinatus P. Alexander die 2. Februarij 1666. confeſſus fuit ſe habuiſſe in ſeculo dictam infirmitatem, continuatam tandem in Religione ante ingreſſum, & profeſſionem, & nouitiatus tempore per duos menſes extra talem locum ſtetiſſe; & quod poſtea profeſſus fuit, ni Mundo leuis, & vanus appareret qua depoſitione intimata Procuratori Monaſterij; Reſpondit quod ſe remittit prouiſioni faciendæ.

Ad finem videndi legitimè Proceſſum compilatum adducitur fides, ſeu Procuratio P. Alexandri in perſonam R. D. Marci Antoni Borrelli, qui iurauit de calumnia, & cautionem præſtitit expenſarum: terminus datus die 18. Februarij 1666. intimatus parti præceptum, vt dent liſtam non ſuſpectorum examinatorum, & dicunt nullum habere ſuſpectum ac electus examinator Magiſter actorum Curiæ.

Inter alia, quæ præſentantur ſunt fides P.P. Diſcalceatorum eiuſdem ordinis, & Conuentus, qui fuerunt tunc temporis in nouitiatu qui, & fides faciunt, & iurati deponunt, qualiter dum ſtetit in nouitiatu, & Monaſterio doloribus preſſus fuit, vnde oportuit extra dormitorium Nouitiorum educere. Acceſſerunt fides Aromatariorum, qui talia remedia adhibuerunt, quibus opus habet morbi gallici curatio, hoc de anno 1657. & 1658. & quod etiam corroboratur fide Ioſephi Andreæ, & Franciſci de Roſis, qui de anno 1658. in eadem domo habitabant cum eodem P. Alexandro, tunc D. Marcello, & dicunt morbo gallico laboraſſe, & quod tempore ingreſſus in nouitiatum, actualiter remedia prædicta cauſa ſumebat, & in ſpecie laborabat maximo omni defectu, & aliis Medicorum fidebus id comprobatur.

Articulis adductis de ingreſſu cum tali morbo, in diſpoſitione ſemper habita nouitiatus tempore, & de remediis acceptis in Monaſterio de de conſtitutionibus Religionis cum clauſula irritante, & quod ſuper his omnibus nulla fuit S.P. diſpenſatio *fol.*17.& 18. ac teſtibus citatis & ſuper eiſdem teſtibus examinatis Bartolomeo Rouio Aromatario Monaſterij ob morbum gallicum antiquum litt. A. Innocentio de Vrſo Petro Angelo Coſta Ianuario Granito Fratre Ioſepho à S. Thereſia Fratre Filippo à S. Nicolao Ioſepho de Riſis Andrea de Riſo ibi (*infetto di morbo gallico del peſſimo*,) &c.

Factaque publicatione teſtium, concluſione, & monitione ad ſententiam ſupereſt vt R. Dom. Vicarius Gener. vna cum ſuo Coniudice ſententiam nullitatis profeſſionis prædictæ proferat; quod ſanè probatur ex communi ſententia Canoniſtarum apud Barboſ. *in Collect. ad Concil. Trident. ſeſſ.*25. *de Regularibus, cap.*19. *qui num.*6. ait non obſtante Decreto Concilij, de quo ibi, poſſe Prælatum Religionis, etiam tranſacto quinquennio eiicere Religioſum, quem nouerit habuiſſe in profeſſione defectum alicuius conditionis irritantis illam, quia Concilium ſolum videtur determinare Decreto illo de ſuperiore Domus, & Ordinario loci, quando Nouitius vult dicere de nullitate; at ſecus quando Religio, quicquid ſit de hac doctrina quæ in præſenti non habet locum, quia ſcilicet P. Alexander propoſuit in iudicio nullitatem; vnde coram R. Dom. Vicario, & Coniudice debet lis agitari. Pro cuius dubij ſolutione

2 Suppono primo: Religionis vocabulum tripliciter ſumi. Primò ſcilicet à Baptiſmo. Secundò à Clericatu. Tertiò à Profeſſione: ſumptum primo modo à Clericatu, apud acta Apoſtolica extitit, ibi, Da Eccleſiæ tuæ eorum in omnibus ſequi præceptum, per quos Religionis ſumpſit exordium; vbi agitur, & accipitur de baptiſmo recipiendo Act. *cap.*2. *&* 5. *& num.*4. & hoc ſenſu idem eſt, ac dicere religioſum, quod Chriſtianum à Chriſto redemptum per ſuam paſſionem, ſecundò ſumitur Religionis vocabulum à Clericatu, & ſic Clerici Religioſi vocantur *cap. nullus* 1. *quæſt.*1. *ibi*, Quis dubitat quin Religioſus, iuncta *gloſſ.*13. quis dubitat quin Religioſi, & Deo ſeruientibus incurrant opprobrium. Tertiò, Religionis nomen ſumitur pro profeſſione regulari trium votorum, quæ ſubſtantialia vocantur, à qua profeſſi nuncupantur Religioſi, quia per hanc profeſſionem ſed factam obligatur nouis obligationibus, vltra eas, quibus obligatur quis baptiſmate, & clericatu. DD. communiter cum de Religione agunt: in ſtricta tamen ſignificatione Religionis, tam à Baptiſmate, & Clericatu, quam à profeſſione regulari, originem traxit; Eſtque Religio ſtatus primus immobilis, & inua- 3
riabilis, tum quia eſt eſſentialiter ſtatus; qui dicitur à (ſtando) tum quia votum profeſſionis inducit perſeuerantiam in profeſſo: ergo ſignificat immutabilitatem Religionis, & hoc eſt, quod S. Benedictus, qui primus omnium in forma profeſſionis à Monachis faciendæ, appoſuit hæc verba (promitto ſtabilitatem meam, & conuerſionem morum meorum) tum quia coniugati ſunt in ſtatu, & profeſſi Religionis, ita omnes cum S. Thom. 2.2. *quæſt.*13. *art.*3. Pelliz. *tract.*1. *cap.*1. *quæſt.*3. Baſil. Pont. *lib.*7. *de matrim. cap.*4. & quidem ſtatus eſt perpetuitatis, quia ſtatus dicit immobiliratem D. Paul. *ad Cor. cap.*15. ſtabiles eſtote; Neque per Papam poterit fieri, vt Religioſus ſit ad certum tempus; ſicuti neque matrimonium poterit inſtitui ad certum tempus, quo elapſo, illud amplius non ſit: ſic in Religioſo ſtatu dicunt DD. eſtque ſtatus libertatis, non ſeruitutis, Paul *ad Galat. cap.*4. *num.*31. ibi. Fratres non ſumus ancillæ Filij, ſed liberæ, qua libertate nos Chriſtus liberauit, & *cap.*5. *num.*15. ibi, Vos enim vocati eſtis in libertatem Fratres. 4
Et Iacobi 2.5. *ibi*, qui autem perſpexerit in legem perfectam libertatis, hic in facto ſuo beatus erit. Et ſic Eccleſia eſt libera duplici libertate, prima 5
ſcilicet legis Euangelicæ per quam Chriſtus ſanguine ſuo liberauit à ſeruitute peccati qua detinebatur captiuus à dæmone, & libertate à ſubiectione poteſtatis humanæ laicalis; quia perſona Eccleſiaſtica nullo vnquam tempore fuit ſubiecta laicali poteſtati, ſed ſemper omnino libera; cum ergo ſit ſpecies, pars, & membrum Eccleſiæ vniuerſæ Catholicæ à Chriſto inſtitutæ, ſequitur, quod ſit ſtatus libertatis, non ſeruitutis, & dicitur ſtatus honorificus & nobilis; imò nobiliſſimus, & illuſtriſſimus, ob votum; quod ſit Deo: ſecundò ex origine, quam habuit à Chriſto. Tertiò ex Authorum erectione S. Auguſtini, S. Benedicti, S. Franciſci, S. Dominici, S. Thereſiæ, & aliorum vt nulla maior dignitas, quam Chriſto ſeruire in ſplendoribus ſanctorum. Cuius ſtatus 6
eſſentialia ſunt tria vota, paupertatis, obedientiæ & caſtitatis, *cap. cum ad Monaſter. de ſtatu Monachorum*, S. Thom. 2.2. *quæſt.*186. *art.*3.4. *&* 5. Sanch. *in ſumm lib.*5. *cap.*1. *num.*26. Rodrig. *tom.*3. *quæſt.*8. *art.*1. & alij, Rodr. *in ſuo comp. reſol.*123. Miranda *tom.*1. *quæſt.*1. *art.*4. Ioannes de la Cruce *lib.*1. *cap.*20. *dub.*2. Portel. *in v. Religioſus,*

gioſus, *num.*1. Tambur. *de iure Abbatum*, *tom.*3. *diſ.*3. *quæſt.*16. *num.*50. Leſſ. *lib.*2. *cap.*41. *num.*4. Layman *lib.*4. *tract.*5. *cap.*1. *num.*2. & talium regularium ſtatus dum à Papa confirmatur, talis confirmatio retrotrahitur ad tempus Inſtitutoris, poſt alios Bordonus *cap.*1. *de profeſſ. regul. quæſit.* 22.

7 Suppono ſecundò, Religionem eſſe ſtatum perfectionis acquirendæ per obſeruantiam mandatorum Dei, trium votorum, & eorum, quæ quilibet Religioſus promittit in ſua profeſſione, & ſic perficitur homo in virtutibus, cùm Deo appropinquet, & ei in charitate copulatur obſeruatione mandatorum, & votorum, ac aliorum, quæ Deo promittit, ita S.Thom. 2.2. *quæſt.*184. *art.*1.2. & 3. vbi *art.*6. & 7. ait ſolos Epiſcopos eſſe in ſtatu profeſſionis acquiſitæ: Religioſos verò eſſe in ſtatu profeſſionis acquirendæ; & Religioſi ſunt maioris perfectionis, quam ſæculares Presbyteri, S.Thom. *art.*8. ea ratione quia Religioſi poſſunt facere, quæ illi faciunt, & Clerici relicto ſæculo, poſſunt Religionem ingredi, quod eſt ſignum, ſtatum Religioſum eſſe perfectiorem ſtatu Clericali, vt latè Pelliz. *tract.*1. *cap.*3. vnde Religioſus tenetur ſub peccato mortali, quod benè præſtat quandocunque obſeruat tria ſubſtantialia vota, & alia ſibi ſub culpa præſcripta in regula, & conſtitutionibus, quia ad aliud non tenetur, niſi ad id, quod ſibi præſcribitur in ſtatu regulari, ad quem acceſſit ratione obligationis profeſſionis: & ſic, ſi hæc præſtat dicitur tendere ad perfectionem, ita communiter cum Sanch. *in ſum. lib* 6. *cap.*5. *per totum*, cum S. Thom. 2.2. *quæſt.*186. *art.*20. Suar. *de relig. tom.*4. *tract.*8. *cap.*4. Pelliz. *tract.*3. *cap.*6. *num.*44. & 45. Lezan. *cap.*1. *num.*5. *cum ſeqq.*

8 Suppono tertiò in omni Religione dari regulas, & regulæ nomen ſumitur multipliciter, ſed in ſtatu regulari, eſt regula collectio ordinationum facta ab inſtitutore Religionis, vt à Profeſſis, in ea obſeruetur à Papa approbata, tendentium
9 ad eum finem, quem ſibi Author, ſiue fundator propoſuit & ordinationes ſunt triplicis generis, ſicut triplex eſt finis, ad quem poſſunt ordinari, nempè cultus diuinus, ſalus propria, & proximorum; ad primum finem cultus diuini referuntur ordinationes, quæ præſcribunt orationes recitandas à Religioſis, ſiue priuatim, ſiue publicè, vt horæ canonicæ in choro, orationes vocales, ſeu mentales: Ad ſecundum finem ſalutis ipſius Profeſſi referuntur præſertim afflictiones corporales, abſtinentiæ, ieiunia, macerationes carnis, nuditas & cætera. Ad tertium finem ſalutis proximi referuntur ordinationes circa prædicationes, adminiſtrationes Sacramentorum, Miſſiones ad infideles, & iſtæ ſunt ordinationes ad ſalutem ſpiritualem animæ; aliæ verò ordinationes de operibus, miſericordiæ corporalibus, reſpiciunt ſalutem corporis; ordinationes primi & ſecundi generis ſunt in vtilitatem ipſius profitentis; per ea enim ſibi tantùm parat viam ad vitam æternam; per reliquas verò, tertij generis prodeſt proximo; & tales regulæ ſunt à fundatore factæ, & per Pontificem approbatæ, neque poteſt dari Religio ſine regulis, Nau. *conſil.*35. & 39. *de regularibus*, Sanch. Suarez, Pelliz. & Tamb. *vbi ſupra.*

10 Suppono quartò, quod vltra regulas dantur in ſtatu regulari conſtitutiones, ſunt autem conſtitutiones, plurium ordinationum collectiones, ſicut, & regula, in quo ambo conueniunt, ſed conſtitutiones fiunt *in cap. de conſenſu maioris partis vocalium*, quæ referuntur ad conſeruationem, ſeu obſeruationem vitæ, & diſciplinæ regularis, præſcriptæ in Regula; & ſic differunt regulæ & conſtitutiones. Primò in eo, quod regula præcedit conſtitutiones etſi Religio non habeat regulas, tunc primæ conſtitutiones gerunt vicem regulæ, & pro regula accipiuntur; quia tunc conſtitutiones dant primum eſſe ſpecificum Ordini, ſicut facit regula, & ita pro eodem ſumitur, vt benè Rodrig. *tom.*2. *quæſt.*62. *art.*14. Sanch. *lib.*7. *cap.*12. *num.*2. Lezana *part.*2. *cap.*1. *num.*20. & in cauſa poſſidendi bona ſtabilia in communi ſiue ex regula, ſiue ex conſtitutionibus prohibeantur regulares, tamen Concil. Trid. indulget eorundem bonorum poſſeſſionem, exceptis Minoribus de Obſeruantia, & Cappuccinis, Bordon. *cap.*1. *de profeſſ. regul. num.*169.

Inter regulam, & Conſtitutionem ea eſt dif- 11
ferentia, quod regulæ inuentor non eſt dominus regulæ; quaſi poſſit illam alterare, mutare aut deſtruere, ſed illi ſubiectus, dum enim illam in ſua profeſſione promittit obſeruare, ipſo iure afficitur illius obſeruatione, & non dicitur eſſe ſuprà illam, ſed ſub illa; & ideo S. Bernard. *in tract. de præcepto*, & *diſpenſat.* ait: neque enim Abbas ſuprà regulam eſt, cui ſemel, & ipſe, ſponte ſua Profeſſione ſubmiſit, Leſſ. *lib.*2. *cap.*41. *dub.*9. *num.*74. Superior ergo eſt cuſtos regulæ, non Dominus, licèt enim fundator Ordinis illius fuerit Auctor, nullum tamen ius habet ſuper illum, niſi cogendi ſubditos ad illius obſeruantiam; ex quo enim à Pontifice Romano confirmata fuit, Dominum mutauit, & facta eſt ſub dominio Papæ, ac ſi illius eſſet inuentor, & Author; quod enim Papa ſua confirmatione, aliàs inualidum corroborat, & de non eſſe deducit ad eſſe firmum, ſuum facit *leg.*1. *de veter. iur. enuclean. cap. ſi Apoſtolicæ* 22. *de præben. in* 6. nam confirmatio Papæ facit ſtatutum eſſe Papæ, quod antea non erat; quia omnia noſtra facimus, quibus Auctoritatem impartimur, *l. adoptio*, *ff. de adopt.* Romanus *conſil.*37. Pariſ. *conſil.*35. *num.*49. *volum.*3. Macerat. *lib.*1. *variar. reſol.*1. *n.*4.

Ideoque oritur differentia inter regulam, & 12
conſtitutiones, regulam ſupponentes, quod Capitulum Generale non poteſt regulas deſtruere, eò quòd ſit lex Pontificia vniuerſalis, dum per confirmationem traduxit illam de non eſſe ad eſſe perfectum, à fundatore, qui in hoc ſe habebit tanquam perſona priuata, quæ ius publicum condere non poterit: & cum Capitulum Generale adhuc ſubiiciatur Regulæ, certum eſt illam non poſſe alterare, mutare, & deſtruere licet interpretari valeat; tum propter dictam ſubiectionem, tum quia eſt lex Pontificia, contra quam nullus Papa inferior poteſt agere: Conſtitutiones verò Regulam conſequentes, & cuius ſunt conſeruatione, eſto ſint approbatæ à S. A. etiam in forma 13
ſpecifica, adhuc remanent regulares, & ſub protectione eorum, qui illas condiderunt, & non ſunt leges Papales per confirmationem, etiam ſpecificam ex ea differentia, quia regula ab Authore nullus recipit vires, cum ſit perſona priuata illam condens, ac perinde ſicut recipit primum eſſe abſtrahens, & formatum per Apoſtolicam approbationem, ita & denominationem legis Pontificiæ ab eadem S.A. obtinet: è contra vero Conſtitutiones ſuum eſſe perfectum recipiunt à Capitulo Regularium, earum conditore; quia Capitulum Ius habet condendi ſibi leges,

Conſti

conſtitutiones, & ſtatuta, quæ ante Apoſtolicam approbationem, & omninò ſine illa obligare poſſunt regulares, vt bene Rodriquez *tom.* 1. *quæſt. Regul. quæſt.* 10. *art.* 1. Miranda *tom.* 2. *quæſtione* 29. *art.* 1. *col.* 2. Salas *de legib. diſp.* 8 *ſect.* 12. Peyrinus *de ſubdito, quæſt.* 1. *cap.* 8. *num.* 3. Bordon: *controu.* 49. *num.* 14. ac proinde licet ſuperaddatur
14 eiſdem Apoſtolica approbatio, adhuc remanebunt regulares, cum à religione vires habuerint, & non à confirmante Pontifice, per quem ſolùm corroborantur. Hinc eſt, quod conſtitutiones vti regulares & adhuc ſub poteſtate Superiorum regularium poſſunt alterari, mutari, imò deſtrui, non obſtante confirmatione Apoſtolica; quia quilibet legiſlator ſuam legem mutare, alterare, & deſtruere poteſt: res enim per quas cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur, vt bene Bordon. *dicta reſol.* 49. *num.* 157. *& ſeq. & reſol.* 10. *quæſt.* 13. Neque aliquid facit Nauarr. *conſ.* 8. *de conſtit.* Rodriquez *tom.* 1. *quæſt.* 10. *art* 4. Miranda *dict. quæſt.* 29. *art.* 8. quia reſpondeo, quod iſta intelliguntur de
15 ſtatutis factis authoritate Papæ, quæ regulares facere non poterunt; non de illis, quæ iure proprio capitulum celebrare poterit, vt ex eodem Rodriquez *tom.* 1. *quæſt.* 65. *art.* 50. cum Portell. *in verbo ſtatutum, num.* 11.

16 Hinc intelligitur Trid. *ſeſſ.* 25. *de regul. cap.* 22. ibi (necnon conſtitutionibus, & regulis) & ibi ſub arctiori regula, vel ſtatuto, & *cap.* 2. iuxta ſuæ Regulæ, & Ordinis conſtitutiones puniatur, & *cap.* 1. loquendo de reformatione ait, ad regulam quam profeſſi ſunt præcipuè vitam inſtruant, & componant; vbi eſt ſermo de regula, & primis conſtitutionibus eorum Ordinum, qui carent regula; nam ad huius obſeruantiam reducendi ſunt: ad hanc enim referuntur conſtitutiones conſequentes, ſic *in cap.* 3. eiuſdem ſeſſionis ſub nomine conſtitutionis comprehenduntur regulæ, vt Sanchez *lib.* 7. *cap.* 12. *num.* 2. contra quendam citatum à Rodriq. *tom.* 3. *quæſt.* 29. *art.* 14. ſuſtinentem conſtitutionis nomen ibi aliud eſſe à regula.

17 Differunt ſecundò regula, & conſtitutiones, quod illa, ſcilicet regula recipit eſſe, & vires à S. A. approbante, ſed conſtitutiones ſuum eſſe firmum habent in vocalibus legiſlatoribus; adeo quod non egeant confirmatione Apoſtolica; ſed à Superioribus promulgatæ incipiant ligare ſubditos; dummodo non ſint contra ius commune.

18 Suppono quintò quod in religionibus poteſtas condendi leges, conſtitutiones, & ſtatuta, eſt à iure Eccleſiaſtico: quod patet, tum quia quælibet vniuerſitas, Eccleſia, & Collegium habet hoc ius *cap. cum omnes* 6. *cap in ſingulis* 7. *de ſtatu regul.* tum quia communitas ſine legibus, & ſtatutis rectè gubernari non poteſt, ergo debet eſſe in ea poteſtas illa condendi, ita Bonac. *de legib. quæſt.* 1. *puncto* 3. *num.* 15. Portellius *in verbo ſtatutum, num.* 1. Laym. *lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 7. Rodriq. *tom.* 1. *quæſt.* 56. *art.* 1. Mirand. *tom.* 2. *quæſt.* 29. *art.* 1. Peyrin. *de prælat. quæſt.* 1. *cap.* 8. Tambur. *tom.* 3. *diſp.* 3. Lezzan. *p.* 1. *cap.* 8. *num.* 3. Donat. *p.* 3. *tract.* 10. *quæſt.* 8. de Vecchis *diſput.* 4. *dub.* 1. *num.* 4. quia Papa confirmando regulas, & approbando religiones, ſimul, & ſemel eorum Superioribus concedit facultatem condendi leges, ſtatuta, & conſtitutiones, quæ tendunt in conſeruationem religionis: & de hoc nullatenus eſt dubitandum; ſicuti enim quælibet religio recipit eſſe per S. A. ita ab eadem quilibet Superior recipit poteſtatem faciendi ſtatuta in bonum ſui Ordinis, vt dicunt omnes ſupra citati.

Quæ quidem conſtitutiones, & ſtatuta duobus 19
modis fieri poſſunt à regularibus. Primo per omnes vocales exiſtentes in capitulo. Secundò per patres ſelectiores, & Superiorem, qui ſolent eſſe ad minus quatuor vocales aſſiſtentes deputati, ſeu collegæ, aut definitores; verum ſi conſtitutiones referantur ad totam religionem fiunt in capitulo generali; ſi ad Prouinciæ bonum, fiunt in capitulo Prouinciali; itaque generalis in capitulo generali cum ſuis, & Prouincialis cum ſuis in capitulo Prouinciali, conſtitutiones condunt, abſoluunt, & promulgant. Superior verò localis poteſt imponere præcepta durantia, ſuo officio durante. Quod verò conſtitutiones ſint faciendæ toto capitulo, patet ex *cap. cum acceſſerit* 8. *de conſtit.* & *ex tot. tit. de his quæ fiunt à prælatis ſine conſ. Capit.* & *de his, quæ fiunt à maior. part. Capit.* vbi Gl. *in verbo conſtitutum, l. quod maior.* 19. *ff. ad municip. cap. nullus* 61. *diſt. cap. cum omnes* 6. *de conſtit.* & facit regula 69. *in* 6. *& cap. ad hæc* 7. *de offic. Archidiac.* quod omnes tangit, ab omnibus approbari debet; & reformatio religionis, & illius regularis obſeruantia manutenentur per con- 20
ſtitutiones: ergo hæ ab omnibus fieri debent. Neque appellationem admittunt, quando ordinantur ad bonum commune Ordinis, vel Prouinciæ; tunc enim minor pars contradicere non poteſt niſi rationabiliter, *cap.* 1. *de his, quæ fiunt à maior. part. Capit. cap. in ſingulis* 7. *de ſtatu monach.* Scaccia *de appellat. quæſt.* 17. *limit.* 25. Barboſ. *de Canon. cap.* 38. *num.* 3. Bonacin. *quæſt.* 1. *de legib. punct.* 5. *num.* 15. Lezzan. *tom.* 1. *cap.* 8. *num.* 3. Rodriq. *tom.* 1. *quæſt.* 8. *num.* 1. Mirand. *tom.* 1. *quæſt.* 29. *art.* 1. *concl.* 3. Tambur. *tom.* 3. *diſp.* 3. *quæſt.* 11. & notandum quod ait nullius momenti eſſe conſtitutiones factas ſine maiori parte Capituli, quia minor pars nullum habet votum, nec conſilium, nec deciſionem.

Quod verò ſufficiant tantum quatuor ad ſta- 21
tuta condenda ſimul cum Superiore in Capitulo congregato, colligitur in terminis de regularibus *in cap. in ſingulis, de ſtat. monac.* ibi (& quod ſtatutum fuerit, illis quatuor approbantibus, inuiolabiliter obſeruetur, omni ceſſante contradictione, & appellatione remota) & ſic nihil poſſunt validè ſtatuere Generales, niſi cum his quatuor definitoribus Bonac. *vbi ſuprà, p.* 7. *de legib. quæſt.* 6. *num.* 17. *verſ. obſerua.* Rota apud citat. Tambur. *tom.* 3. *dec.* 112. & hoc intelligitur de quolibet Capitulo, ſiue generali, ſiuè Prouinciali, 22
vt cum ſuo definitorio faciat leges, & conſtitutiones in tota religione; vel in ſua Prouincia: cum hac differentia, quod quæ determinantur in Capitulo generali obligent totam religionem, ſed quæ in Prouinciali, obligent ſolùm Prouinciam.

Durant verò conſtitutiones in perpetuum, ſi- 23
cut aliæ leges, quia ſedes capitularis ſemper durat, & numquam moritur, ergo lex ſemper loquitur, & omnes afficit in perpetuum, ac in qualibet temporis differentia *ex l. Arriani, C. de hæretic. cap. fin. de offic. legat. cap.* 2. *de conſt. in* 6. compendium Rodriq. *quæſt.* 90. Mirand. *tom.* 2. *quæſtione* 29. *artic.* 1. *concl.* 3. verum non poſſunt condi 24
conſtitutiones contra regulas; quia in nullo poſſunt conſtitutiones præiudicare regulæ, quæ cum ſit à ſede Apoſtol. approbata, & quia nihil iuris regula continet, ſed eſt purum factum, nihil poterit contra eam fieri, tum quia finis vltimus

ordinatur

ordinatur ad obseruantiam Regulæ, ergo non poterit operari contrarium effectum, vt tendat ad illius destructionem; & sic constitutiones fieri debent de illis, quæ sunt secundùm regulas, ad earumdem obseruantiam, & consequenter necessaria Sanchez *lib.6. cap.2. num.15. & 18.* ideo in quodam capitulo fuit facta constitutio, vt generalis fieret de numero Magistrorum, & fuit factum ad excitandas litteras in Religione, & possunt superiores facere constitutiones capitulares cum clausula irritante, & inhabilitante personas certas ad recipiendum habitum, & profitendum, annullando etiam professionem iam sequutam; tum quia voluntas Religiosorum est sub dominio, & voluntate maiorum ex vi voti obedientiæ; ergo eorũ habilitas ad consequendum aliquem actum vel ad agendũ aliquid, fieri potest inhabilis per statutum Superioris, tũ quia sicuti vota potest Superior voce irritare in subditis, ita poterit per legem, & statutum præueniendo futura vota irritare; non enim minus potens est legislator, quam Superior, sed legislator potest condere statutum prohibitorium, ergo poterit eidem addere Decretum irritans actum attentatum. Consequens patet, quia si potest prohibere quod est principale, ergo poterit addere Decretum inhabilitans, tanquam necessarium, tum quia quilibet legislator sua statuta talibus mediis, & circumstantiis condere debet, vt efficaciter, & inuiolabiliter obseruentur: sed inter alia media Decretum irritans est efficacissimum: ergo hoc vti potest; tum quia legislator potest condere legem pœnalem, quia potest condere legem; ergo etiam pœnalem; quia legis virtus est punire, à quo denominatur lex pœnalis: sed Decretum irritans habet rationem pœnæ, vt notat Thesaurus Iesuita *de pœnis Eccles. p.1. cap.35. resp.* 20. Tamburin. *tom.3. disp.3. quæst.4. numero 6.* Donat. *tract.1. quæst.7.* ergo illud adiicere potest suis interdictibus; cum lex vallata pœnis inuiolabilibus speratur seruari, vt in *extrau. 6. de præbendis, §. verùm*, quia lex, quæ pœnam non imponit reputatur à Macrobio imperfecta Gloss. *2. in extrau 1. de censib.*

26 Sicut verò potest capitulum generale nouas constitutiones facere, ita non potest regulam nouam facere, & primam destruere, sed potest constitutiones destruere, & nouas facere; quia nihil tam naturale est, vt res per quas nascitur, per easdem dissoluatur, *l. nihil tam naturale, ff. de reg. iur.* Et quod capitulum generale nihil possit super regulas, quæ vtpotè à fundatore factæ, nihil possunt contra regulam, sed constitutiones à se factæ poterit reuocare capitulum generale: quia vt dicebamus, eius est destruere, cuius est condere, ita Miranda *tom.1. quæst.29. art.8. concluf.1.* Rodr. *tom.1. quæst.10. art.4. & quæst.68. art.50.* Portellius *in verb. statut. num.11.* Donatus *part.3. tract.10. quæst.7.* Peyrin. *ad constit.8. Iulij 2.* Pellizar. *tract.5. cap.20. num.5.* qui limitat posse, si habet priuilegium, sed in hoc errat, nec Portellius ab eo citatus ibi hoc dicit Nauar. *conf.8. de constit. num.3.* nobiscum tenet, etiamsi constitutiones sint confirmatæ, & approbatæ in forma communi.

27 Quod adeo verum est, vt reuocabiles sint constitutiones à Capitulo generali, etiamsi sint confirmatæ à Sede Apostolica in forma specifica, dummodo non sint conditæ præcisè authoritate Apostolica; idque probatur, tum quia confirmatio non tollit naturam constitutionum, quæ sine illa subsistere possunt, & esse reuocabiles illarum accidit tanquam accidens extrinsecum perficiens, & corroborans constitutiones, suam vim iam habentes, ergo illæ remanent reuocabiles, sicuti erunt ante confirmationem, tunc quia Papa non dicitur facere statutum sua confirmatione, nec de nouo concedere, aut dare, quando de se statutum est existens in vim obligandi, sed solùm quando statutum aliàs factum est nullum, ex eo quod potestas statuendi ad illud, non se extendit Roman. *consil.351.* Parisius *volum.3. consil.33. num.49.* Maceraten. *lib.1. var. resol.1. num.4.* 28 & hoc patet ex natura confirmationis, quæ est iuris prius habiti corroboratio *l. & quia 6. ff. de iurisd. omn. iud.* ergo si confirmatio est corroboratio iuris priùs habiti, sequitur, quod statutum iam subsistebat virtute potestatis Capituli, legem ferentis, ergo adueniens confirmatio Papæ præcisè, corroborat, & non facit suum, quod alterius est; at quando statutum, vel lex bullam habet subsistentiam, in eo casu Papa, vel Princeps confirmans, non solùm corroborat, imò dat priùs esse, & postea corroborat, hoc est dat robur, & hoc modo roborans, & corroborans facit suum roboratum, iuxta *l.1. C. de veter. iur. enucl.* omnia enim nostra facimus, quia ex nobis omnis eis 29 impartitur authoritas. Hinc est quod *in capitulo, cum accessisset, de constit.* quando statutum à capitulo Canonicorum factum, approbatum fuit à Papa, & postmodum à Canonicis abrogatum, & illius confirmatio fuit in forma specifica, quatenus factum à capitulo non subsistebat, vt ait ibi Gloss. *in ver. confirmatum*, ab hoc enim effectum confirmandi infirmum arguitur, confirmationem illius causam fuisse in forma specifica: hæc enim sola roborat, & corroborat, quando opus est, quia confirmatio in forma communi non habet vim dandi esse non subsistenti, nec roborandi, sed tantum corroborandi, Syl. *in ver. confirmatio.* Decius *consil.341.* Rota apud Tambur. *decis.78. num.8. & seqq.* Bordonus *contron.49. n.142. & 157.*

Confirmatur quia confirmatio, etiam specifica 30 habet potius rationem priuilegij, quàm odiosi actus respectu regularium, qui petunt spontè, non necessariò confirmationem, vt magis corroborentur constitutiones, & si aliquid sit statutum contra ius commune, roboretur, & de non validum fiat validum & vt magis timeatur; ergo cum confirmatio sit fauorabilis, non debet tollere libertatem abrogandi; quam antea habebant per legislatores, vt in terminis docent P. Sanctorus à Melphi *de pœnis. cap.18. §. ad 2. fol.365.* Portel. *in ver. statutum*, Rodr. *tom.1. quæstionum regul. q.68.* apud Portellium, *vbi sup.*

Difficultas tamen est an religio possit condere 31 statuta, ne recipiatur ad religionem certum genus personarum, vti descendentes ex infidelibus habentes morbum gallicum, & cætera? Respondeo triplici modo posse id peti. Primò vt statutum afficiat immediatè personas petentes ingredi. Secundò quod afficiat ipsos religiosos, quibus prohibeatur receptio talium personarum, tam ad nouitiatum, quàm ad professionem. Tertiò an possit hoc fieri cum decreto irritante & inhabilitante tam nouitium iam receptum ad professionem, quàm religiosos in ordine ad præstandum consensum in receptione habitus, & professionis.

Respondeo posse religionem facere tale statutum contra ipsos religiosos prohibendo illos à receptione habitus, & professionis talium personarum infectarum, opponendo decretum inhabilitans eorum consensum à receptione ad habitum,

& profeſſionem, imò poteſt non habilitare, etiam directè ipſum nouitium receptum in ordine ad profeſſionem, extendendo illud etiam ad ſæculares. Si verò non adſit decretum irritans, vel tacitè, vel expreſsè, ſed ſimplex prohibitio, etiam pœnalis, ſine aliquo decreto inhabilitante, dicta receptio ad profeſſionem, & habitum valebit.

32 Et quidem poſſe fieri tale ſtatutum, patet, quia habent Religioſi facultatem faciendi ſtatuta ad bonum commune ſuæ Religionis, ad conſeruationem obſeruantiæ regularis, Bordonus *cap.2. quæſt.16. num.32.* dummodo non ſit contra ius commune, Bord. *cit. d. cap.16. num.96.* ſed hoc ſtatutum concernit bonum commune ordinis, & obſeruantiam regularem; nam Religioni expedit habere milites ſtrenuos, & ſanos, non ſolùm mente, ſed etiam corpore; vt valeant adimplere ea, quæ in ſua profeſſione Deo, & ſuis ſuperioribus promittunt: vt plurimum autem laborantes prædictis morbis non poſſunt exequi, quæ Religionis obſeruantia præſcribuntur: Ergo Religio Ius habet ſtatuendi, ne huiuſmodi perſonæ recipiantur, non enim Religio indiget perſonis inhabilibus, & quæ potius ſunt incommodo, quam commodo. Neque eſt contra Ius commune, in quo nihil de talibus perſonis decernitur, nec pro, nec contra Bordon. *d.quæſt.16. num.103.* Et confirmatur hoc totum, quia talia ſtatuta apud nonnullas Religiones exiſtunt, & ſuum ſortiuntur effectum: ergo habent ſuam ſubſiſtentiam.

33 Quod verò hoc ſtatutum fieri poſſit cum clauſula irritante, patet ex notatis à Bordono *c.20. quæſt.10. num.48.* tum quia hoc ſtatutum excludens certum genus perſonarum, non excedit poteſtatem ſuperiorum, à quibus dependet receptio nouitiatus, vt patet ex regulis, bullis, & conſtitutionibus: ergo tale ſtatutum facere poſſunt; nihil enim aliud importat, niſi impedire, ne tali malo laborantes recipiantur, tum quia tale ſtatutum tanquam rationabile, iuſtum, & validum cum decreto irritante practicatur in multis Religionibus, de quibus teſtatur Portel. *tom.2. caſu 90.* de non recipiendis deſcendentibus à Iudæis, & defendit Suar. *tom.4. de Relig. lib.2. cap.2. num.10.* ſimile habent Cappuccini de non recipiendo laborantem morbo gallico, aut aliàs contagioſo, relatum à Vecchis *diſp.13. dub.15.* (ibi, qui elephantia, morbo caduco, aut alia infirmitatem contagioſa afficitur non recipiatur; & ſi quis talis receptus fuerit, eo quod interrogatus talem infirmitatem manifeſtare noluerit, deinde declaratur Religionem ad eum retinendum minimè velle eſſe obligatam) In quo ſtatuto tria conſiderantur, irritatio, interrogatio, & conſenſus conditionatus. Circa primum tale ſtatutum implicitè continet decretum irritans, vt patet ibi (Declaratut Religionem ad eum retinendum minimè velle eſſe obligatum) ſi non eſt obligata: ergo profeſſio non tenuit.

34 Quia profeſſio habet vim contractus, qui eſt voluntaria obligatio, quia in Profeſſione, vera, & valida reperitur mutuus conſenſus recipientis, & recepti, quo ſe obligat ſeruire Deo in Religione: ergo ſequitur talem profeſſionem fuiſſe inualidam. Circa interrogationem dico eſſe omninò præmittendam, ita vt ſi illa non fiat, & nouitius profiteatur: valebit profeſſio, quia in tali caſu conſenſus non eſt conditionatus, ſed abſolutus, ſola enim interrogatio cum falſa reſponſione ſpecificat conſenſum conditionatum, hoc eſt recipio te, ſi cares hoc morbo, de quo fuiſti interrogatus, at conditio exiſtens falſa vitiat actum, *l.eas cauſas 79. ff.de condit.& demonſt.* conditione enim deficiente contractus ipſo iure eſt nullus, *l. neceſſario, ff.de pericul. & com. rei vend.* Menoch. *conſ.134. num.31. & 32.* & dolo deceptus non dicitur conſentire, *l.& eleganter 7. ff.de dolo*, Patiſ. *lib.13. de reſignat. benefic. quæſt.3. num.50.* Portel. *tom.1. caſu 19.* ergo cum deficiat conſenſus Monaſterij, conſtat nullam eſſe profeſſionem nouitij, qui inter Cappuccinos interrogatus, occultauit morbum, reſpondendo eſſe exemptum ab eo; conſequenter ſtatutum continet implicitè decretum irritans.

Quod verò nouitius etiam ſit inhabilitatus ad 35
profeſſionem, patet, tum quia nouitius per receptionem habitus eſt verè ſubditus Religioni, cum domicilium contraxerit intus Religionem, Sanch. *lib.3. de matr. cap.39. num.29.* Naldus *in ver. Ordo, num.10.* Tambur. *tom.2. diſp.6. quæſt.6. num.11.* Bordon. *reſol.54. quæſt.39.* ergo directè ligari poteſt ſtatuto eiuſdem, cum præſertim concernat profeſſionem. Imò ipſe nouitius, vt ſæcularis eſt aliquo modo, ſaltem indirectè, & ex obliquo ligatus tali ſtatuto, in quantum cum Profeſſus contrahit ſpiritualiter cum quibus agere validè non poteſt, niſi omnibus conditionibus requiſitis adhibitis, ſicuti Forenſis, & aduena, licèt non ſit ſubditus Principi, in cuius ditione contrahit 36
cum eius ſubdito, eſt tamen ſubditus ratione contractus: ſecundum enim leges, & ſtatuta loci contrahere debet, *cap.3. & fin. de for. compet.* ſed profeſſio eſt quædam ſpecies contractus, cum mutuam dicat obligationem inter Religionem, & profitentem, Nauar. *conſil.5. & 26. de regul.* ergo qui vult ingredi Religionem, & in ea profiteri, debet eſſe omninò munitus conditionibus requiſitis ad ingrediendum, & cum ſuperioribus tractare iuxta ſtatuta Ordinis, vt legitimè accipi poſſit, aliter inualidè recipitur ad habitum, & profeſſionem, illi reſiſtente decreto irritante, quod illum afficit, tanquam ſubditum ratione rei, & contractus ſpiritualis, quem intendit facere cum Religone: ergo à fortiori dicendum eſt de nouitio iam ingreſſo, tum quia poteſt ſtatutum fieri ab Vniuerſitate, ne Forenſes acquirant 37
bona in ſuo territorio, vt omnes dicunt cum Cephalo *conſ.53.* Turret. *conſ.17.* ita Religio poteſt facere ſtatutum, ni nouitius antequam recipiatur non poſſit ad habitum, & profeſſionem admitti cum tali conditione & inhabilitate, tum quia inhabilitare aliquem ad Religionem nihil aliud eſt, quam nolle efficaciter illum recipere habitum, quare cum reiicere poſſit petentem ingreſſum; poterit etiam decretare contra illum, ne recipiatur, & de facto recepto nulla ſit, tanquam inhabilis admiſſio.

Dices, ille qui non eſt receptus eſt merè laicus, 38
nulla ratione ſubditus Religioni: ergo affici non poteſt tali ſtatuto. Conſequens patet, quia ſtatutum eſt actus iuriſdictionis, qui ſolos ſubditos comprehendit & ligat: ergo.

Reſpondeo ſtatuta afficere non ſolum ſubditos ratione domicilij, ſed etiam ratione rei, negotij, & contractus, *cap. fin. de for. comp.* ſtatuta ergo ligant ſubditos ex domicilio, Forenſes verò ratione contractus; quare volentes ingredi Religionem ſunt ſubiecti ſtatutis ordinis, adeo quod debeat habere requiſita ad ingreſſum, aliter excludatur.

Quod verò prohibitio ſimpliciter facta ſine 39
decreto irritante non impediat efficaciter ingreſ-

ſum,

ſum,& profeſſionem (quia tenet hoc caſu) probatur ex illo communi axiomate *cap. ad Apoſtolicam 16. de regul.* ibi (multa fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent) & confirmatur, quia ſimplex interdictio, ſeu prohibitio ſine decreto irritante implicitè, aut expreſsè non irritat ſponſalia, nec matrimonium contractum,vt de veriori ſententia tradit Sanchez *lib.7.de matr.diſput.1.n.9.* ergo idem dici debet de ſtatuto ſimpliciter prohibente receptionem habitus, & profeſſionis: valet enim argumentum à matrimonio carnali, ad matrimonium ſpirituale profeſſionis de Vecchis *diſput.12. de nouitiis, dub.1. num.6. ex cap.licet, de tralat. Epiſcop.* Nauar. *conſ. 4. de offic.ordin.* ita Sanch. *lib.5. cap.4. num.71.& 79.* Portel. *part. . caſu 9.* Bord.*reſol.57.num.31.* Dian *p.10. tract.12. reſol.8.*

40 Vnde datur notabilis differentia inter ſimplicem prohibitionem & irritationem, ſcilicet habentem admixtum decretum irritans; eſt inquam in eo, quod illa facit actum illicitum, non verò inualidum & nullum,quantum eſt ex ſuo influxu, at iſta irritans vtrumque inficit, nam actum facit illicitum, & inualidum.

41 Quod verò non ſolùm Capitulo generale, ſed etiam prouinciale poſſit facere ſtatutum inhabilitans, probatur ex illo communi axiomate,quod Prouincialis in ſuo Capitulo prouinciali pro ſua Prouincia,poteſt facere quidquid valet agere Generalis in Capitulo Generali pro toto ordine, niſi ille ab hoc prohibeatur, & ſimiliter Epiſcopus poteſt quicquid Papa, niſi interdicatur vt ex Victoria, & Soto, dicit Rodriquez *tom.1. quæſt.17. art.6.& quæſt.26. art.1.* Sanch. *lib.1. diſputat.61.* Bonac. *part. 1.de diſpenſat. num.17.* intellige exceptis illis, quæ ſpectant ad ſtatum vniuerſalis Eccleſiæ, vnde non poteſt Epiſcopus definire res fidei &c. ergo Prouincialis poteſt ſtatuere inhabilitando aliquos ad profeſſionem, niſi aliunde prohibeatur.

42 Opponitur tamen conſilium Nauar. *26. de regular.* in quo diſputat de validitate ſtatuti facti in Ordine Minimorum,quo excludebantur à profeſſione, deſcendentes à Iudæis, dicit Nauar. non valuiſſe ſtatutum, & eum ſequuntur Rodriq. *tom.1. quæſt.regul.q.10.art.1.* cum ſuo nepote Rodriquez *reſol. moral. reſol.101. num.10.* Miranda *tom.1. quæſt.19. artic.7.* Sanch. *de matr. lib.7. diſput.37. num.30. & in ſumma, lib.5. cap.4. num.75.* & mouetur talis ſententia, quia nullus inferior Papa poteſt ſtatuere contra ius commune; ſed ita eſt tale ſtatutum excludens deſcendentes à Iudæis, laborantes epilepſia &c. à religione, quia iure communi omnes Chriſtiani ſunt apti ad religionem, nam Alexander III. *in cap. eam te de reſcript.* mandat recipi in Canonicum Iudæum de recenti conuerſum ad fidem, ergo mala concluſio.

43 Reſpondeo, quod nullus præter Papam, poteſt ſtatuere contra ius commune, cum inferior non poſſit tollere leges Superioris, *cap.inferior.4. 25.diſt. cap.cum inferior, de maior.& obed. Clem.29. de elect.* At ſtatutum prohibens, & expellens certum genus perſonarum à religione non eſt contra ius commune, cum ibi nihil dicatur, nec pro, nec contra, ſed tantum ſe negatiuè habeat, vt di-

44 cit Bordon. *cap.2.quæſt.17. num.103.* & contra *numero 49.* vbi diſtinguit duplex ius commune, vnum potiſſimum, alterum negatiuum; contra hoc poteſt ſtatui licet non contra primum; quod verò nullum ius ſit, patet, quia religio non tenetur recipere petentem ingreſſum, licet aliàs ſit habilis: quia ſtat in eius libertate recipere, & non recipere hunc, vel illum. Adde quod virtus legis eſt vetare, præcipere, permittere, & punire. *l.legis virtus ff.de legib.* ius autem commune nullibi præcipit, vt religio recipiat tales, vel tales petentes ingreſſum, prohibet verò aliquos recipi; & ad id, quod Alexander III. mandauit 45
recipi Clericum ex genere Iudæorum. Reſpondeo nihil contra nos, nam Papa mandat illum recipere, quem Epiſcopus de facto excluſerat, deſignando illum, quia erat ex genere Iudæorum, & ibi nulla fit mentio, quod tale ſtatutum valet, necnè, & ore tenus nolebat illum recipere inter Canonicos, ergo ille textus non facit ad rem, cum factum arguatur, non ſtatutum.

Opponit ſecundò Nauar. quia in Deo ſeruien- 46
do nulla debet eſſe diſtinctio, iuxta illud Pauli, non enim eſt diſtinctio Iudæi, & Græci, nam idem Dominus omnium, ergo non eſt facienda differentia inter vnam,& alteram nationem,quando petunt ingredi religionem, quia conuerſi dicuntur ad Deum, qui nullius perſonæ eſt excluſor; ſed vult omnium conuerſionem, & ſalutem,

Reſpondeo non eſſe diſtinctionem inter Iudæum, & Græcum, hoc eſt quoad Euangelium, & Baptiſmatis acceptionem, quod eſt medium neceſſarium indifferenter Iudæis, & Græcis:cum Deus ſit omnium Dominus; ideo talis authoritas nihil contra nos probat, vt bene Rodriq. *tom. 1. quæſt.14. art.6.*

Opponitur tertiò per Nauar. quia Concilium 47
Prouinciale, vel Synodale non poteſt ſtatuere contra aliquod genus perſonarum, ne contrahant matrimonium, inhabilitando perſonas, quæ habiles ſunt de iure Can. ergo nec religio tale ſtatutum facere poteſt, inhabilitando ad ingreſſum religionis; valet enim argumentum à matrimonio carnali ad ſpirituale.

Reſpondeo Epiſcopos in ſuis ſynodis poſſe ſtatuere impedimenta dirimentia matrimonium, ſi non prohibentur à S. A. vt cum aliis dicit Sanchez *lib.7.de matr. diſp. 1. num.9.* ius verò commune nihil diſponit, reſpectu religionum, quoad impedimenta profeſſionis, ergo religiones circa illa ſtatuere poſſunt.

Opponitur quartò quia tale ſtatutum eſſet 48
factum in odium populi Iudaici, ergo eſſet illicitum, & iniquum, & nullius momenti argumento eorum, quæ fecit Epiſcopus *in dict. cap.cum te de reſcript.* qui nolebat recipere in Canonicum quendam Iudæum, ex odio illius nationis, vt dicitur *in dict.cap.*

Confirmatur argumentum, quia diſpoſitio eo- 49
rum, quæ pertinent ad eſſentiam trium votorum, pertinet ad Papam tantum *cap. cum ad monaſterium, de ſtatu monach.* ergo ſtatutum diſponens, quod huius, vel illius profeſſio valeat, necnè ſpectat ſolum ad Papam, & alia plura argumenta adducit Ricciull. *de neophytis,cap.7.*

Reſpondeo ad argumentum tale ſtatutum non fieri in odium perſonarum, ſed in bonum publicum religionis, & conſeruationem regularis obſeruantiæ: licet enim ius ſeruandi ſe indemnem ab incommodis, ſcandalis, & periculis, quæ poſſet incurrere per receptionem talium perſonarum, quæ facile ſolent redire ad vomitum *cap. plerique 93.diſt.c.ad hoc 8.cap.& ſi Iudæus 13. cap. in nonnullis 15.capite cum ſis 16. cap. ex ſpecia i 18. de Iudæis,* in quibus iuribus habetur leges ibi

expreſſas fuiſſe in odium huius nationis, propter eorum incredulitatem, & iniquitatem contra Chriſtianos, quod timeri poteſt in deſcendentibus ab illis: Filij enim ſolent imitari parentes.

Ad confirmationem Reſpondeo diſpenſationem trium votorum, quoad eſſentiam ſuam ſpectare ad Romanum Pont. quod inſtitutionem; cum omnis Religio, quæ in tribus votis conſiſtit, per approbationem Roman. Pont. recipiat ſuum eſſe; quo verò ad receptionem perſonarum, ſpectat etiam ad Sapientes Regulares, prouidendo, ne recipiant perſonas, quæ poſſint obeſſe Religioni. Neque aliquis Text. facit ad rem, cum in eo dicatur, quod abdicatio proprij, & continentia caſtitatis ita ſunt annexa Religioſis, vt ſuper iſtis nec Papa diſpenſare poſſit, nec cum maxima difficultate, & cauſa vrgentiſſima.

Putant tamen Nauarr. & alij vbi ſuprà: poſſe fieri tale ſtatutum, ſed ſine clauſula irritante, ſed contra, quia ſic eſt contra ius commune ſimplex prohibitio, ſine Decreto inhabilitante, ſicuti cum Decreto, nam vtraque prohibitio aduerſatur Iuri communi. ergo ſi poteſt fieri in ſententia aduerſariorum tale ſtatutum ſine clauſula irritante, quod etiam eſſet contra Ius commune; imò cum eadem clauſula fieri poterit.

50 Dices non poteſt prohiberi certo generi perſonarum ingreſſus in Religionem; quia ſicuti Deus neminem reiicit peccatorem ad ſe venientem, ſed omnes recipit, & vult omnes homines ſaluos fieri Paul. ad Timot. *cap.* 2. & Ioan. *cap.* 6. Eum, qui venit ad me non eiiciam foras: ergo Eccleſia nulla lege, aut ſtatuto poterit repellere ad ſe venientes pro Religionis ingreſſu, quia petens ſperat gratia Dei ibi ſaluari.

51 Confirmatur, quia criminoſi, malefactores, & facinoroſi homines ſunt omninò recipiendi, maximè quando inſtanter petunt; nam Eccleſia propriè hos amplectitur ad pœnitentiam *cap. baſis* 5. 16. *quæſt.* 6. *cap. ſi ille* 58. 50. *diſt. cap. tuæ* 6. de pœnis, & non ſolum ſponte venientes, imò coguntur ingredi, vt pœnitentiam agant ſuorum delictorum.

52 Confirmatur ſecundò, quia ingreſſus in Religionem dicitur conuerſio *cap. vnico* 53. *diſt. cap. Monaſterium* 6. *cap. quia* 7. *cap. prælatum* 8. 19. *quæſt.* 7. ergo criminoſi non ſunt prohibendi ab ingreſſu Religionis, cum quærant conuerſionem, & mutationem vitæ ante malè actæ, quæ illis deneganda non eſt.

53 Reſpodeo ad argumentum Ingreſſum in Religionem aliquibus perſonis rationabiliter interdici, ne Religio inficiatur, aut aliud detrimentum patiatur; & ideo Sixtus V. prohibuit receptionem illegitimorum, criminoſorum, & obnoxiorum æri alieno, tum quia, ſi in artibus, & officiis ex bonis meliores quæruntur, multo magis id dici debet in Religionibus. Ad id verò, quod Deus vult omnes homines ſaluos fieri. Reſpondent communiter Theologi, quod vult omnes homines ſaluos fieri, non tamen omnes eligi Matth. 20. *num.* 16. Vocantur omnes à Deo, quos vult ſaluos fieri voluntate antecedenti, quæ dicitur voluntas ſigni, & ſecundum quid, non voluntate conſequenti, abſoluta, & beneplaciti. Eſt autem voluntas antecedens illa, per quam Deus abſolutè fertur in bonum in ſeipſo ſpectatum, præſcindendo ab omnibus circunſtantiis, cum quibus coniungi poteſt; voluntas verò conſequens eſt illa, per quam Deus fertur in obiectum bonum intentum à Deo omnibus hominibus, ſecundum voluntatem antecedentem, quia antecedit circunſtantias, ac proinde etiam reprobos vult ſaluos fieri, quantum eſt ex ſe, quia ſalus eſt obiectum bonum, ſed non vult hos ſaluos fieri, attentis circunſtantiis voluntate conſequenti, ſed tantum prædeſtinatos; ſicuti ergo non omnes electi ſunt ad gloriam, ita neque omnes ſunt digni Religione, ſed tantum illi, ex quorum circunſtantiis, & conditionibus ſperatur propagatio, ædificatio, & conſeruatio Religionis, non illius deſtructio, ſeu deterioratio.

Ad primum confirmandum Reſpondeo, verum 54
eſſe aliàs fuiſſe receptos homines criminoſos, & facinoroſos, licet aliqui vitam ſanctam, & laudabilem in Religione traduxerint; poſtea tamen experientia compertum eſt plures illorum ſe malè geſſiſſe, & anteactam malam vitam non mutaſſe in bonam, ſed proſequutos fuiſſe viam veterem erroris, ad quam quandoque alios trahebant Religioſos; vnde Mundum non fugerunt, ſed pœnam, quam pro ſuis delictis timebant, eludebant: Vnde Iuſt. *in Auth. vlt.* ait non inquam facilis eſt vitæ hominum mutatio, ſed cum animæ fit dolore Ideo Eccleſia Dei iuſtis, & aliis de cauſis mota fuit ad prohibendum ingreſſum Religionis criminoſis, & aliis diuerſos defectus patientibus, quibus indignos ſe reddunt Religione.

Dices ſecundò nullus prohiberi poteſt ad bo- 55
num, quod agere intendit, bonum enim eſt obiectum legis præcipientis, inde finis legis à S. Th. 1. 2. *quæſt.* 92. *art.* 1. relatus à Decano *de legibus*, *q.* 7. adiunctis aliis quatuor imperandi, prohibendi, promittendi, & puniendi, quintus eſt hominem facere bonum; prohibitionis verò obiectum eſt malum: ergo prohibitio locum habere non poteſt reſpectu Religionis, quæ bona eſt, ſancta, & immaculata Iacob. 1. 27. Conuertens animas, & deducens homines ad perfectionem: ergo potius eſt præcipiendus, quàm prohibendus ingreſſus ad Religionem.

Confirmatur primo, quia in Auth. *de Monach.* 57
collat. 1. *tit.* 50. Iuſtinianus ait. Hic etiam nobis de ſingulis Monachis cogitandum eſt, quo conueniat fieri modo, vtrum liberos ſolum, an etiam fortè ſeruos; eo quod omnes ſimiliter, diuina ſuſcepta gratia, prædicant palam, quia quantum ad Dei cultum non eſt maſculus, neque fœmina, neque liber, neque ſeruus; omnes enim in Chriſto vnam mercedem percipere: ergo quilibet homo eſt aptus ad Religionem: ergo nullus ab eius ingreſſu eſt arcendus.

Reſpondeo ad primam difficultatem non pro- 58
hiberi bonum, ſed malum, quod inde ſequeretur Religioni, ſi quilibet indifferenter recipi poſſet intra clauſtra, non prohibetur bonus ingreſſus, ſed malus, qualis eſt hominum, qui patiuntur vitia, & defectus nocituros Religioni. Ingreſſus ergo Religionis eſt de ſe bonus, ſed ratione circunſtantiæ eſt malus, ideo ratione mali, quod ineſt petenti ingreſſum; perſona arcetur ab ingreſſu Religionis.

Ad confirmationem reſpondeo, quod Chriſtus 59
Dominus recipit in ſuam religionem bonos, & malos indifferenter, quia ſuo medio poterat illos facere bonos, & cum eſſet legiſlator nulli legi erat ſubiectus, & vnus tantum remanſit malus, cæteri fuere boni. Adde, quod ſine Chriſtiana fide religionis nullus ſaluari poteſt; ſine verò religione conſiſtente in tribus votis quilibet ſaluari queit cum ſola fide Chriſtiana, & operibus, per eam præſcriptis.

Ad

Ad ſecundam confirmationem reſpondeo. Quod Imper. Iuſtinianus dixit omnem fidelem, ſiue maſculum, ſiue fœminam, liberum, vel ſeruum agere gratia Dei, & poſſe fieri monachum; non tamen ſubdit neminem prohiberi poſſe; imò intelligitur ex ſubſequentibus verbis de ſeruis, qui non niſi ex certis conditionibus recipi poſſunt, aliàs carentes prohibentur à religionis ingreſſu.

61 Ex quibus infertur primò ad deciſionem noſtri articuli, de quo agimus, P. Alexandrum à S. Ianuario nulliter profeſſum eſſe, cum interrogatus tempore ingreſſus an laboraret aliquo morbo gallico, vel habituali, negauit, & poſtea compertum
62 fuit habuiſſe; quare licet talis profeſſio iure communi eſſet valida, cum quilibet morbus, etiam grauiſſimus non vitiet profeſſionem, vt ait *gl in cap. ſicut tenor de regul.* & probatur *in cap. ſicut verbis*, & *cap. porrectarum, eod. tit.* Tamen inualiditas oritur ex conſtitutionibus Religionis, à Papa confirmatis, per quas expreſsè cauetur, vt nouitij profeſſio, laborantis morbo gallico, vel habituali incurabili, &c. ſit inualida: quod vigore conſtitutionum prædictarum PP. non conſenſiſſent, ſi notitiam de tali morbo habuiſſent, quia actus profeſſionis eſt vltrò, citroque obligatorius ex Canoniſtis citatis à Rota apud Farinac. *tom. 3. dec. 346.* & conſtat P. Alexandrum habuiſſe ante ingreſſum talem morbum gallicum, vt ex depoſitionibus Aromatariorum, Medicorum, & ſuorum cohabitantium, qui ſunt teſtes omni exceptione maiores, de nobili familia de Ritis, quæ Neapoli ſemper vixit cum ſplendore, nec ad cauſam habent affectionem.

63 Adſunt Medicorum depoſitiones, quæ de tali morbo habituali, eiuſque effectibus iurato depoſuerunt. Adſunt PP. depoſitiones, de ſimilibus effectibus; & medicorum iudicio, tanquam in arte peritorum credendum eſt *l. ſeptimo menſe*, vbi Bal. *ff. de ſtat. homin.* Rota *deciſ.* 107. *num. 6. part. 2. diuerſ.* & dixit eadem Rota in vna Papilonenſi Abbatiæ coram D. Ludouiſio, quod non fuit in illa Rotæ deciſione apud Farinac. *vbi ſuprà*, in qua monachus dixerat ſe fingere habere morbum caducum, vt à religione dimitteretur, quod & ipſe confeſſus fuerat coram duobus teſtibus ante litem motam, vt in præſenti habemus veritatem probatam ante profeſſionem, tempore nouitiatus, & poſt profeſſionem.

64 Quod confirmatur, quia elapſo anno 1665. Curia Archiep. Neap. in Monaſterio Chartuſiano energumenum ejecit, iam profeſſum, ex quo contra formam ſtatuti religionis receptus fuerat; ergo multo magis hunc, de quo agimus, dimittendum puto, & ita factum fuit per dictam Curiam Archiep. de menſe Octobris 1666. iudicibus D. Palo Carlinate Vic. Gen. & P. Priore tunc temporis S. Thereſiæ extra ianuam in Burgo & hic P. Alexander, nec D. Marcellus Origlia viuit in ſæculo cum maxima vitæ integritate in habitu Sacerdotis ſecularis. Et nouiſſimè à P. Generali Societ. Ieſu Romæ fuit dimiſſus quidam Patritius Neapolitanus, profeſſus quatuor votorum, ſub prætextu quod quando erat paruulus, fuit indutus habitu alterius religionis in ordine ad nouitiatum faciendum contra conſtitutiones ſocietatis, in qua, ſi quis ingredi vult, interrogatur. An vnquam fuerit nouitius alterius religionis, & ſi negauerit, tunc profeſſio ſua eſt nulla, & ſi eſſet Generalis, declaratur talis, & dimittitur ab ea.

Infertur ſecundò Amentem, & furioſum per- 65
petuum eſſe iure naturali inhabilem ad profitendum, quia non habet vſum rationis, & deficit conſenſus ad ſubſtantiam religionis requiſitus, adeo quod, ſi per centum annos maneret in religione, numquam fieret religioſus, ita Peyrin. de Prælato *quæſt. 3. cap. 1. num. 37.* Donat. *part. 1. tract. 3. quæſt. 3.* Pelliz. *tract. 3. cap. 20. num. 24.* de Vecchis *diſput. 2. dub. 7.* Tambur. *tom. 3. diſp. 6. quæſt. 3. num. 20.* Sanchez *in ſumma lib. 5. cap. 4. num. 51.* Mirand. *tom. 1. quæſt. 17. art. 50. concl. 3.* & in hoc nulla eſt differentia inter amentem, & 66
furioſum, qui agitatur, & agitat furendo inquietè, ſed æquiparantur in iure *l. conſil. 7. §. cum dementia, ff. de curat. furioſ. cap. ſi quis 25. 32. quæſt. 7.* & ratio eſt, tum quia ad ingreſſum religionis requiritur vſus rationis, quo caret amens, & furioſus *l. 92. ff. de regul. iur.* vbi dicitur, quod furioſi nulla eſt voluntas, & idem dicitur *in cap. ſicut tenor 15. de regular.* ergo qui caret vſu rationis, dum profitetur non obligatur, quia non potuit præſtare conſenſum in obligatione profeſſionis, quæ proinde nulla fit; quod idem dico in ſemifatuo, quia eſt incapax profeſſionis, nam ad profitendum non ſufficit ſemiplena deliberatio, ſed perfecta eſt neceſſaria, quia agitur de obligatione rei grauiſſimæ, & perpetuæ, quæ de ſui natura eſt irreuocabilis, vt latè Sanch. *lib. 4. cap. 1. num. 8.*

Infertur tertiò infirmitatem ab ingreſſu reli- 67
gionis non impedire, vt febrem, morbum gallicum, lepram, epilepſiam &c. iure communi loquendo, quo attento, infirmi non prohibentur à religione? quia hoc nullibi in iure eſt prohibitum, immò iura approbant ingreſſum infirmorum. *cap. ſicut 15. de regul.* modo ægrotus non ſit mente alienatus, ita omnes cum Nau. *conſil. 48. de reg.* ſic laborans morbo gallico validè profitetur iure communi. Rodriq. *tom. 3. qq. regular. quæſt. 17. art. 9.* alter Rodriq. nepos *reſol. 121. numero 62.* Donatus *part. 4. titul. 3. quæſt. 25. num. 50.* Peyrin. *de prælat. quæſt. 3. cap. 1. num. 67.* qui ait laborantem morbo gallico, ſeu continuo, impediente obſeruantias regulares eſſe de iure naturæ inhabilem ad profeſſionem ex impotentia vitæ regularis, legatur *deciſio 5. in ordine* apud Bord. *in fine, de profeſſione regular.* in vna Bononienſi 9. Decembris 1611. 346. *in ordine* apud Farinacium *3. volum.* vbi agitur de morbo caduco.

Infertur quartò, quod ille qui ob ſenectutem, 69
vel morbum eſt impotens obſeruare accidentalia Religionis peccat mortaliter, ſi ad eam recipiatur, & peccant etiam recipientes, vt poſt alios Peyrin. *de prælat. quæſt. 3. cap. 1. §. 20. num. 64.* quia eliditur ſtatus religionis, quod nouitius dum profitetur promittit obſeruare regulas, & conſtitutiones eo modo, quo regula obligat, ergo licet infirmus poſſit obſeruare eſſentialia religionis; cum tamen ſecundùm regulas ſuæ religionis viuere non poſſit, ſequitur, quod profeſſio emiſſa ſit nulla, vt bene Peyrin. *vbi ſuprà, num. 65. & idem* Peyrin. *num. 68.* ait poſt Nauar. Rodriq. Sor- 70
bum, Vegam, Ledeſ. Sanch. & alios ait, quod morbo gallico laborans, illudque tacens in profeſſione, ea facta, poteſt à religione expelli, ſi religio ſtatutum confirmatum à Papa dictans profeſſionem eſſe nullam habeat, ſed ſi non habeat tale ſtatutum valida eſt profeſſio, eo quod nullibi irritatur. Sed addunt DD. ſuprà citati; quod vbi ſtatutum non eſt, poſſunt Prælati illum expellere in pœnam peccati, quod fecit il-

lud delictum occultando. Alij, & meliùs negant poſſe expelli, vt rectiùs dicit Sanch. *num.*58. qui tamen dicit, quod in ſua Religione poſſit expelli. Idem dicunt de Religione Cappuccinorum Sorbus, & Vecchis apud Peyrin. & Sanch. *in ſumm.*

71 *lib.*4.*cap.*16.*num.*37. excuſat eos, qui tali morbo laborant, vel laborarunt ab implemento voti de ingrediendo Religionem, quæ nudis pedibus incedit; nec poſſunt iſti tales obſeruare votum quadrageſimalis, quod ſit eſſentiale Religioni, vt in Minimis, & aliis, ſequitur Peyr. *vbi ſuprà.*

72 Infertur quintò, Energumenum non poſſe expelli à Religione ſi nullo alio iure impeditur, quia edictum de Religioſis eſt ſimile edicto de teſtibus, quod eſt prohibitorium, vt ſcilicet, quilibet admitti poſſit, qui iure aliquo non repellitur *l.*1. *ff. de teſtib.* Gloſſ. *in cap.*1. *de teſtib. in verbo idonei;* intellige quando à dæmone non vexatur, quia dum vexatur non poteſt recipi ad habitum, & profeſſionem, quia tunc non vtitur ratione, ſed à ſpiritu maligno ducitur: & quæ dicuntur de amentibus dicas de Energumenis, quia æquiparantur inter ſe, Bordon. *cap.*3.*num.*74. Et ſic quidam

73 profeſſus Carthuſiæ Sancti Martini Neapoli, ex quo erat Energumenus, & actu vexabatur à dæmonibus die, & nocte, ob quas vexationes apparuit maleficiatus, dæmone aſſiſtente, & vexante, me patrocinante, fuit dimiſſus à Religione, & Proceſſus fabricatus in Curia Archiepiſc. Neap.

74 Infertur ſextò, Fanaticos, lymphaticos, & præſtigiatos, & ſimiles ad Religionem admitti non poſſe, & eorum profeſſiones nullas eſſe, & expellendi ſunt dæmoniaci, ſiue energumeni illi, qui ex melancholiæ vitio, quo tanquam inſtrumento vtitur dæmon, eos obſidens in inſaniam, ægrotos præſertim idiotas & mulierculas, & inter has, præcipuè virgines, quæ iam, ætate matura, non purgantur dæmoniacas exiſtimari, cum tamen non ſint ita, Valleſ. *in* 3.*epidem.ſect.*3. Foreſt. *lib.*10. *obſeruat.*19. Plura verò ſunt ſigna, quibus dæmoniaci à cæteris inſanis diſtinguuntur, de quibus Martin. del Rio *lib.*6.*diſquiſit.magic.quæſt.*3.*ſect.*2. & ex Medicis Ceſalp. *de natur. dæmon. cap penult.* & alij apud Zachiam *tom.*1. *lib.*2. *tit.*1. *quæſt.*18. ſunt, qui dicunt dæmoniacum, & fanaticum non differre Ita Brudeus *in l.*1. *ff. de ædilit. edict.* §. *exempti*, vbi ait illos antiquos fanaticos fuiſſe dæmoniacos, quia dæmone afflati, vaticinabantur: qui verò olim excitati diuino ſpiritu prophetabant, aut nunc etiam vaticinantur, non fanatici, ſed potius entheaſtici appellantur. Sed in rei veritate fanatici, & dæmoniaci idem neque ſunt, neque fuerunt; quia fanatici illi ſolum dicebantur, & nunc etiam dici debent, qui vel ex ſpirituali, vel ex naturali cauſa per vices quaſdam futura vaticinantur, vel vaticinari videntur, & extra mentem capi, quod quia in Fanis, hoc eſt in Templis aliquibus eueniebat, idcirco fanatici ſunt appellati: dæmoniaci verò, quatenùs tales non vaticinãtur, neque id proprium habent, licet aliqui ex illis vaticinentur, ſed obſeſſi à malis ſpiritibus; at fanatici, etiam à Deo impulſi, vel etiam à materiali cauſa vaticinari poſſunt, & quia dæmoniaci, à Fanaticis differunt, ideo diuerſo modo in vno, ac in alia procedi debet, ſicque dæmoniaci ſunt æquiparandi inſanis, & furentibus, quia in vtriſque mens alienata eſt, in Dæmoniacis opera dæmonis, in aliis ex alio accidenti, vt ex Iuriſconſultis notat Pariſius *lib.*50. *de beneficiis, quæſt.*6. *ſub num.*96. *& ex Medicis* Fortunatus Fid. *lib.*20. *de relationibus medicis, cap.*2. & licèt in his ſemper cauſa ſupernaturalis exiſtat, hoc eſt dæmonium corpus obſidens, ta- 76
men præcedit corporis diſpoſitio, ſeu melancholia, Valleſius *de Sacra Philoſophia cap.*15. & 18. Matthiolus *in Dioſcoridem lib.*6 *cap.*37. Foreſtus *lib.*10.*obſer.*19. Martinus del Rio *lib.*2. *Magicarum quæſt.*29. *ſect.*4. & ante omnes id dixerat Auicenna 13.*tract.*4. *cap.*11. ad quod facit quod dæmoniaci, & à malo ſpiritu obſeſſi poſt exorciſmos, & Eccleſiæ cæremonias naturalibus remediis, & auxiliis curari poſſunt Schenkius *lib.*1. *obſeruat. titul. de dement.* Martinus del Rio *vbi ſuprà*, & plura naturalia remedia contra dæmoniacos recenſet Ceſalpinus *de natura dæmon. cap.vlt.* vbi probat talia remedia in natura inueniri, & à dæmonibus obſeſſos, aliam naturaliter liberari poſſe.

Fanatici verò melancholicis non ſunt abſimi- 77
les, qui per acceſſiones inſaniunt, & futura prædicunt, & aliquando etiam illiterati aliena lingua loquuntur abſque eo, quod illam nunquam didicerint, qui effectus licèt à dæmone ſemper procedere, vel ab alia ſupernaturali cauſa vulgus credat, & contendat ſe habere, poſſunt etiam à naturali cauſa procedere, nimirum à ſimplici humore melancholico, vt dicunt communiter DD. apud Schenxiũ *in tit. de demen.* Itaque dæmoniaci, & Fanatici tum ex ſupernaturali cauſa, tum ex naturali vitio & diſpoſitione inſaniũt, & ſi ſæpè ſæpius, ac continuo tales ſint, ſunt infirmi, ſecùs ſi per interuallum, quia tunc prolari pronunciantur *l.*1.*§. apud Iul. ff. de ædilitio edicto*, dæmoniaci ad ordines ſuſcipiendos non admittuntur, nec ad perpetuam adminiſtrationem, Pariſius *lib.* 5. *de reſignatione, benef. quæſt.*6.*num.*99. Neque poſſunt contrahere matrimonium, Rota in vna Canoſinenſi matrimonij *num.* 1.

Lymphatici ſunt quidam furioſi ex Caluino 78
de verbis iuris in verbo lymphatici, & dicuntur à lympha, hoc eſt aqua, vnde plenum ventrem habent, & ſunt hydropici, & ſic morbus lymphaticus dicitur hydrops, & eſt inſaniæ ſpecies cum motu & agitatione propter timorem variorum phantaſmatum Calepinus *in verbo Lymphaticus.* Budeus *in l.*2.*ff. de ædilit. edict.* Allij vocant Lymphaticos eos, qui ex pauoribus, & variis quibuſdam apparitionibus in melancholiam incidunt, vt pueris, & idioris contingere ſolet.

Dantur enthaſiaſtici, ſeu entheaſtici, qui non 79
differunt inter ſe à phanaticis, ſed ſunt illi, qui in ſuis faciendis mente capiuntur, ſi quæ videbant, aut tympana, aut tibias, vel ſigna, audiuiſſent Schenxius *lib.*1. *obſeruat. in titul. de dementia*, & hac paſſione detenti membra ſibi ipſis amputare ſolebant, & excitati tibia, vel ſimilibus.

Dantur engaſtrimythi, & ſunt, qui, & ven- 80
triloqui loquuntur, quia videntur loqui à ventre Martinus del Rio *lib.*1. *magicar. cap.*2. Alciat. *lib.*8. latè Zacchia *tom.*1. *lib.*2. *titul.*1. *quæſt.*16. *in fine.*

DISCEPTATIO LIV.

SVMMARIVM.

1 *Facti species proponitur, de qua in præsenti.*
2 *Confirmatio electionis quid sit.*
3 *Confirmare debens, si nolit, compelli potest à Superiore.*
4 *Confirmatio fieri non potest inuito electo.*
5 *Confirmatio facta per intercessiones, & fauores valet.*
6 *Confirmans non exercet liberalitatem.*
7 *Confirmans si non confirmet ad quem deuoluatur ius.*
8 *Electus ante confirmationem non potest administrare.*
9 *Electus ante confirmationem quod ius habeat.*
10 *Electus ante confirmationem est veluti fur, si administret.*
11 *Electus ante confirmationem ex vi electionis quam potestatem habeat.*
12 *Electus ante confirmationem interdum administrat.*
13 *Electus ante confirmationem si administret est verè intrusus.*
14 *Electus petens confirmari, non notatur vt ambitiosus*
15 *Confirmatus non indiget litteris ad administrandum.*
16 *Papa non indiget confirmatione.*
17 *Generales Ordinum non indigent confirmatione.*
18 *Monialium electio non indiget confirmatione.*
19 *Electi superiores Regularium extra Italiam qualiter confirmentur.*
20 *Confirmatio non requiritur posita consuetudine.*
21 *Electus quam pœnam incurrat si administret ante confirmationem.*
22 *Confirmatio electionis fit ab immediato Superiore.*
23 *Prouincialis à quibus confirmatur.*
24 *Prouinciales Ordinis Minorum à quibus confirmentur.*
25 *Confirmationis formula nulla est, nec verba præcisa.*
26 *Confirmatio potest fieri iudicialiter, & extra iudicium.*
27 *Confirmatio etiam in Ordine Dominicanorum, an sit gratia.*
28 *Confirmatio non fit, si appelletur ab electione.*
29 *Confirmatio fit prauia informatione, & super quibus.*
30 *Electio Superioris, si cassari oporteat, requiritur processus.*
31 *Appellatio an, & quando detur à confirmatione.*
32 *Electio, vel confirmatio per abusum laicalis potestatis prohibita est.*
33 *Electio per abusum laicalis potestatis quando dicatur.*
34 *Electio per abusum an sit ob simplicem interuentum laici.*
35 *Textus* in cap. sacrosancta, & cap. cum terra de electione *adducuntur.*
36 *Episcopi Apostolorum tempore à quibus creabantur.*
37 *Papa reseruauit omnes Ecclesias ad se Cathedrales, quod fallit in Germania.*
38 *Imperator non est in sacris, licet si sacer, vel vnctus.*
39 *Electio per abusum omnem Magistratum vel Principem excludit.*
40 *Decisio affertur annullans electionem per abusum.*
41 *Laici ex priuilegio possunt electionibus Capitularibus interuenire.*
42 *Textus* in cãpite Osius de electione, *explicatur.*
43 *Ecclesias recipere de manu laicorum non licet.*
44 *Electus per abusum qualiter puniatur.*
45 *Alexandri Sperelli* decisio 181. *adducitur, & declaratur.*
46 *Electio per abusum non semper dicitur, licet talis apparet.*
47 *Electio per abusum propriè traditur, & qua sit.*
48 *Laici etiam armata manu possunt ad tollenda dissidia electioni præesse.*
49 *Confirmatio electioni à quo, qualiter, & quibus verbis fiat.*
50 *Decisio, de qua in præsenti, affertur.*

ARGVMENTVM.

Confirmatio electionis Regularium quomodo & qualiter sit facienda præsertim in Religione Sancti Dominici? & quid assistentes nouissimis Capitulis Generalibus eiusdem Ordinis. Et quid agendum Superiore nolente confirmare.

SVPPONITVR in facto in Ecclesia S. Petri Martinis Dominicanorum Neapoli fuisse die 17. Augusti 1668. congregatos vocales in numero opportuno, pro faciendo nouo Priore, petebat P. Prouincialis venire ad Conuentum, pro dirigendo Capitulo, in quo ipse nullum votum habere poterat: Patres accesserunt ad proregem repræsentantes, quod cum dictum Monasterium stet in platea famosissima populari, non erat conueniens, quod occasione dictæ electionis orirentur scandala inter Fratres, & propterea; vt Prouinciali repræsentaretur, ne in Capitulo accederet, sed contentaretur mittere aliquem, qui præesset quieti electionis, misit P. Andream de S. Seuerino, qui maxima cum quiete interuenit electioni; ac fuit electus Prior Pater Frater N. cum suis suffragiis, ex illis, qui erant ibi, hac facta electione, transmissoque Scrutinio P. Prouinciali pro confirmatione, noluit confirmare, & requisitus noluit confirmare, sed dixit illud misisse ad Patrem Generalem, Fratres electores recursum habuerunt ad proregem Excell. D. Petrum de Aragona, vt interponeret suam auctoritatem (hoc enim Monasterium apud eiusdem proregem commendabatur à Francisco Troisio electo populari, ob fratrem carnalem Monachum, quem ibi habebat) & piissimus Prorex requisiuit à Doctoribus quid facere posset, aliqui dicebant 1

posse

poſſe per collaterale Conſilium confirmari electionẽ, alij quod poſſet apud D. Nuntium Apoſtolicum negotium commendare, ego dicebam poſſe à Prouinciali petere confirmationem faciendam, aliàs deſtrueretur electio iam facta & eſſet magnum electi præiudicium. Quod, vt probem procedendo per veras Iuris canonici concluſiones, ſit

2 Prima concluſio: Confirmatio electionis, eſt prioris Iuris corroboratio, & eſt neceſſaria non ſolum ex parte electi, ſed etiam ex parte confirmantis *cap. poſtquam de elect.* vbi dicitur per confirmationem petentium, deſideria eſſe implenda, ſi nihil eſt, quod electionem impediat, ergo eſt electio confirmanda, Gloſſa, & DD. *in d. capite poſtquam*, vbi Barboſa *num.* 1. & nolens confirmare, poteſt compelli à ſuo ſuperiore, vel præ-
3 figi terminus, intra quem confirmet, aliter ſuperior ſine intimatione confirmabit, Gloſſa *in rubrica, de poſtul. in 6.* Lauorius *cap.* 25. *numero* 43. Sigiſmundus, *de electione, dubio* 43. Caſtellinus, *de electione cap.* 14. *numero* 15. & 16. Tamburinus *tom.* 1. *diſp.* 6. *quæſt.* 2. *numero* 9. Samuelius *diſp.* 8. *concluſ.* 1. *num.* 3. Paſſarinus *cap.* 33. *num.* 56. Rota coram Seraphino *dec.* 615. & alias apud Lauorium *d. cap.* 25. *num.* 44. & tale tempus eſſe debet breue, vt non extendat
4 ſex menſes, Tamburinus *vbi ſuprà num.* 16. nec poteſt electio confirmari, inuito electo, Gloſſ. *in cap. innotuit, de electione*, vbi Abbas *num.* 13. quamvis Religioſus electus poſſit compelli ad acceptandum officium, Caſtellinus *de electione, cap.* 14. *num.* 12. Tamburinus *vbi ſuprà num.* 13.
5 & ſi quis electus petat fauores apud confirmantem, vt confirmet electionem, non incidit in pœnas latas à ſummis Pontificibus contra mendicantes fauores, Portellius *in verbo officia nu.* 41. Bordonus *controu.* 31. *num.* 31. Paſſarinus *cap.* 33. *num.* 58. quia Bullæ prohibent recurri ad fauores pro obtinendo officio, non verò pro conſequenda confirmatione.

6 Quare ſuperior nullam liberalitatem exercet in ea, quia in neceſſariis liberalitas non exercetur, *l. rem legatam, ff. de adim. legat.* nec impedit beneficium, qui exhibet debitum, *l. ſi ſeruo §.* 1. *ff. de rebus dubiis, l. proximè, ff. de ritu nuptiarum*, Butreus *in dict. cap. poſtquam, de electione, in* 6. vbi Abbas *in* 1. *notabili*, Rota coram Gregorio X V. *deciſ.* 240. *num.* 12. Gloſſa *in capite vnico, de poſtulatione Prælatorum*, Bald. *conſ.* 507. *lib.* 5. Sigiſmundus à Bononia *dub.* 45. *de elect.* & ſi ſuperior ad quem ſpectat, nollet confirmare, compelli poteſt per ſuum ſuperiorem, vel ei ter-
7 minus præfigi cum comminatione, ſiue intimatione, quod niſi infrà talem terminum confirmet, ſuperior iure deuoluto hoc faciet, nam licet ad conferendum, vel eligendum ſit tempus à iure præfixum, tamen ad confirmandum, tempus non reperitur præfixum à iure, & ideo oportet, vt procedatur, vt ſuprà: cum confirmatio electionis regoletur, ſicut appellatio, quæ deuoluitur ab inferiore ad ſuperiorem, Gloſſa *in rubrica, de poſtulat. Prælatorum in* 6. Abbas *in cap. nullus, cap. paſtoralis, de iure patronatus*, Rota *vbi ſup. & dec.* 615. coram Seraphino.

8 Et licet in Ordine Dominicanorum *diſt.* 2. *c.* 2. §. 3. dicatur Priores conuentuales eſſe confirmandos, ſi prouincialibus viſum fuerit, tamen tale verbum non importat liberam facultatem, ſed arbitrio boni viri, vt habetur *in l. fideicommiſſa* 11. *ff. de legat.* 3. Barboſa *de clauſulis, clauſula* 155. latè Paſſarinus *dict. capite* 33. *quæſito* 3. *per totum.*

Secunda concluſio, confirmatio electionis eſt 9
neceſſaria ex parte electi, vt poſſit adminiſtrare ea, quæ ſunt Prælaturæ, quia electus ante confirmationem adminiſtrare non poteſt, ſiue vt Principalis, ſiue vt œconomus, ſiue in ſpiritualibus, ſiue in temporalibus, ſiue in totum, ſiue in partem, ſiue per ſe, ſiue per alium, ſiue alio quæſito nouo colore, ſic habetur *in cap. noſti, & cap. qualiter* 17. *de prabendis, cap. cum iam dudum* 18. *de elect. c. auaritiæ de elect. in* 6. Gloſſ. *in* 63. *diſt. cap. quanto, de electione*, & poſt Gloſſas, & antiquos, ita dicunt Summiſtæ cum Sylueſtro *in verbo confirmatio*, & circa Abbatias, & præpoſituras, & alias dignitates conuentuales eſt Bulla Pij I V. 86. vbi interdicitur talis adminiſtratio Tamburinus *diſp.* 6. *de iure Abbatum, q.* 1. Lauorius *cap.* 25. *de elect. à num.* 20. vbi inhabilitatur ad talem Prælaturam, Paſſarinus *de ele-* 10
ctione, cap. 33. *num.* 20. vnde debitores tali electo ſoluentes, non liberantur, & adminiſtrans bona Eccleſiæ, ſe habet vt fur, quia de alieno diſponit inuito Domino, proprie tamen non eſt fur, inſtallatio verò, vbi ſolet Prælatus inſtallari, non eſt adminiſtratio; ſed ſignum electionis, Paſſarinus *vbi ſuprà, num.* 3. *in fine*, & electus ſecundum veram ſententiam habet ius ad rem, ſed non in re, quia non dat ius adminiſtrandi, ſed dat ius ad habendam hanc poteſtatem, & ſic habet ius quærendum non quæſitum, vt *in cap. ſuper his, de accuſationibus*, & electus non habet prælaturam, neque eſt Prælatus, neque ſpirituale matrimonium contraxit cum Eccleſia, licèt illud inchoauerit, ideo non habet poteſtatem agendi, quæ officij ſunt, ad quod eligitur, ſed ſolum habet ius ad rem reuocabile, vel confirmabit per ſuperiorem, gloſſa *in dict. cap. noſti, & cap. qualiter, & cap. tranſmiſſa, de electione, Clementina* 1. *vt lite pendente*, vbi gloſſa *in verbo collatio*, Rota *deciſ. vltima, & deciſ.* 17. *de prab. in nouis* Garſia *part.* 4. *cap.* 3. *num.* 3. Tamburinus *diſput.* 61. *de iure Abbatum, quæſt.* 1. & talis confirmatio eſt neceſſaria, vel in ſe, vel in æqui- 11
ualenti: Quoniam Papa concedere poteſt, vt electio ſit ſimul confirmatio, & quod electus ex vi electionis habeat poteſtatem iuriſdictionis, quamvis poteſtas Ordinis, non niſi per collationem Sacramenti Ordinis poſſit conferri, & hoc ex lege diuinæ Inſtitutionis, Theologi *in* 4. *diſt.* 34. & per hoc fit, quod ſint multæ electiones, in quibus electi ſtatim adminiſtrant, ac ſi eſſent confirmati: ſic Generales ferè omnium Religionum, ex vi electionis, ſunt ſimul electi, & confirmati, Sigiſmundus, de Bononia *dubio* 46. *n.* 3. Peyrinus *in formulario litt. C, cap.* 18. *num.* 20. electio verò Prouincialis, licet indigeat confir- 12
matione, nihilominus in Ordine Prædicatorum, in multis Prouinciis ſtatim ac ſunt electi, adminiſtrant velut Vicarij, ſicut in prouinciis Hiſpaniarum, vel vt prouinciales, ſicut in prouinciis Indiarum, & in Religione Minimorum, teſte Peyrino, *vbi ſuprà*, Prouinciales ſtatim ac ſunt electi, adminiſtrant, licèt infrà tres menſes teneantur petere confirmationem à Generali, quod idem fit in Correctoribus Romanis, vbi tamen Prouinciales electi adminiſtrant, vti Prouinciales, eorum iuriſdictio imperfecta eſt, & veluti conditionata, & carens abſoluta firmitate, Sigiſmundus *dubio* 46. *num.* 17. Lauorius *tit.* 4. *cap.* 50. *num.* 66. Pereyra *vbi ſuprà*, & ſic contra

dictorum

dictorum electiones, potest opponi, & instari, vt cassentur.

13 Itaque electi administrantes ante confirmationem, & postulati ante admissionem postulationis, & præsertim ante institutionem, sunt verè intrusi, Abbas *in cap. cum iam dudum* 18. *de præb. num.* 3. & 4. Garsia *part.* 11. *cap.* 10. *de beneficiis, num.* 223. Sanchez post alios *lib.* 2. *opusculorum, cap.* 2. *numero* 3. & talis intrusus cadit à iure, quod supponebat habere, *cap. quisquis* 43. *de electione*, & si vult iterum illud impetrare, tenetur facere mentionem de intrusione, & de perceptione fructuum, si eos percepit, Menochius *casu* 403. Lotterius *lib.* 2. *quæst.* 13. *num.* 7. Tamburinus *de iure Abbatum, tom.* 1. *disp.* 6. *quæst.* 1. *num.* 15. Passarinus *cap.* 33. *num.* 16. *de electione*, Samuelius *de electione tract.* 1. *controu.* 7. *concl.* 1. *in fine*, Biaz *in directorio electionis, part.* 1. *cap.* 8. Decius *in cap. postquam, num.* 18. *de electione*, Berous *in cap. quoniam, de officio delegati*, Rota *dec.* 340. coram Gregorio XV. Marescottus *lib.* 2. *var. cap.* 35. *num.* 44. Sigismundus de Bononia *dubio* 44. *de electione*, Samuelius *controu.* 7. *col.* 1. neque videtur notari
14 ambitione electum petentem suam confirmationem, quoniam non tam propriam, quam Ecclesiæ negotium, confirmationem petendo agere videtur, *cap. quam sit, cap. cupientes, de electione, in* 6. Abbas *in cap exhibita, num.* 1. *de iudicis*, Cuccus *lib.* 4. *Institutionum maiorum, in tit. de confirmatione, num.* 8. Sigismundus *num.* 3. *dubio* 44. & est communis apud Canonistas, & alios.

15 Tertia conclusio posita electionis confirmatione, statim ex vi confirmationis etiam siue litteris, & ante apprehensam possessionem corporalem, valide, & impune administrat, Barbosa *in capite transmissam, num.* 20. *de electione*, Garsia *part.* 4. *cap.* 2. *de electione, num.* 7. Passarinus *de electione, cap.* 33. *num.* 25. & tunc titulum Canonicum propria authoritate Barbosa *in dict. cap. transmissam, num.* 3. *de elect.* Garsia *dict part.* 4. *cap.* 20. *num.* 6. Passarinus *vbi suprà, num.* 25. sed illa conclusio secunda, de qua supra dicens non confirmatum non posse administrare pluribus modis limitatur:
16 Primò fallit in Papa, quia electus dicitur confirmatus, *cap. in nomine Domini* 24. *dist.* Sylu. *in verbo confirmatio.*

17 Secundo eadem ratione fallit in Generali Ordinis Prædicatorum, qui statim vi suæ electionis habet omnem authoritatem, & administrationem suprà totum Ordinem, vt inter constitutiones Religionis *dist.* 1. *cap.* 14. §. 5. vbi glossa, & hoc est hodie commune Generalibus aliarum Religionum, quia electi ipso iure sunt confirmati, & à puncto suæ electionis administrant, & est priuilegium Innocentij IV. pro Dominicanis, de quo Samuelius *de electione canonica, tract.* 1. *de confirmatione, controu.* 2. *concluf.* 5. & idem concessit Sixtus IV. & Bonifacius IX. licet consuetum sit in Ordine Prædicatorum, vt eo ipso die, quo est electus, solemni processione totius Capituli Generalis, post vesperas, magistrum electum ad Papam deducunt, & ab eo humaniùs, & benevolè recipitur, quod solet toti Ordini denunciari in actis eiusdem Capituli, Samuelius *vbi suprà.*

18 Fallit etiam tertio conclusio in monialibus, nam in electione Abbatissæ, vel Priorissæ, si contingat aliquam fuisse quidem nominatam à maiori parte, sed tamen nec in Scrutinio, nec in accessu habet duas partes vototum, in tali casu Abbatissa, vel Priorissa, dum pendet cognitio illius electionis, administrat de rebus Monasterij, tamen alienare non potest, *cap. indemnitatibus*, §. *si verò, de electione in* 6. Sylvester *in verbo confirmatio, num.* 6. Abbas *in cap. nihil* 44. *de electione*, Passarinus *cap.* 33. *de elect. num.* 34.

Fallit quarto quando electus est extra Italiam, 19
& confirmari debet à Papa, & tunc non opus est confirmatione, sed statim administrat, vt Prouinciales in Indiis occidentalibus, in Hispaniis verò Poloniæ, Germaniæ, &c. statim administrant Prouinciales, vt Vicarij Prouinciarum, Passarinus *d. cap.* 33. *num.* 35.

Fallit quinto si ex legitima consuetudine re- 20
ceptum sit, vt electus statim admittatur, Lauorius *dict. cap.* 25. *num.* 50. Passarinus *vbi suprà. numero* 36.

Qui autem electus est, & administrat ante con- 21
firmationem, pœnam incurrit, quod priuetur iure electionis, & electio eiusdem cassetur, quæ pœna est ferendæ sententiæ, *cap. qualiter de electione*, & in administrantibus dignitates, ante confirmationem, pœna est latæ sententiæ, *cap. auaritiæ, de elect. in* 6. Crescentius *decis.* 6. *de iure patr. num.* 11. 16. & 20. & habetur in dicto textu, ad quam pœnam incurrendam requiritur præsumptio, malitia, & dolus, & sic ab hac pœna excusat quælibet causa quamvis iniusta, & fatua, dummodo excludat dolum, Barbosa *in dict. capite auaritiæ, & lib.* 1. *de iure Eccl. cap.* 19. *num.* 247. & requiritur declaratio iudicis super facto, vt resolutum fuit in Rota coram Sacrato, Teste Passarino, *vbi suprà, cap.* 33. *num.* 37. quia quando ad pœnam incurrendam, non sufficit factum, sed requiritur qualitas facti, & præsumptio necessaria & sententia iudicis, quæ vtramque comprehendat: nam probari debet præcisè qualitas, sub qua prohibetur actus, vt post alios Tamburinus *tom.* 1. *disp.* 6. *quæst* 1. *num.* 18.

Quarta conclusio, electio est confirmanda ab 22
immediato Superiore, nisi aliud iure speciali, vel consuetudine cautum sit, Abbas *in cap. Monachi*, §. *Prioratus, num.* 10. *de statu Monachorum, cap. ad Monasterium*, §. *neque alicui, eod. tit.* Cucchus *lib.* 4. *de confirmatione, & confirmati potestate, num.* 1. Paulus de Eleazaris *in rubrica de electione, num.* 7. per textum *in cap. mos antiquus*, & *cap. quoniam* 63. *dist. cap. duo simul, de officio Ordinarij, cap. antiqua, cap. simul de priuilegiis*, Franciscus Marcus *decis.* 930. *part.* 1. Tholosanus *de electione, cap.* 19. *num.* 10. & 14. Sigismundus *dubio* 46. *de electione*, Samuelius *tit.* 1. *controuers.* 2. *concluf.* 1.

Patres Prouinciales Ordinis Prædicatorum, ac 23
minorum confirmantur ab eorum Generalibus, non verò à Summo Pontifice, cuius est ratio, quia non sunt huiusmodi Priores Prouinciales immediatè subiecti Papæ, sed illorum Generali, hinc cautum est in Ordine Prædicatorum *dist.* 2. *cap.* 3. *de electione Prioris Prouincialis, num.* 8. vbi sic dicitur, Prior autem Prouincialis supradicto modo electus, poterit per Magistrum Ordinis confirmari, vel eius electio cassari, si ipsi Magistro videbitur, quod si ordo Magistrum non habuerit, ipsum electum confirmandi, vel infirmandi, & ad dicti officij susceptionem compellit, Vicarius Ordinis habeat potestatem, si verò post confirmationem per Magistrum Ordinis factam, antequam ad electum ipsa confirmatio peruenier, Magistrum Ordinis mori contigerit, vel amoueri, confirmatio suum sortiatur effectum.

24 In Ordine autem Minorum eſt text. *in Clem. exiui*, §. *demum de verb. ſignif.* vbi dicitur eſſe à Miniſtro Generali, miniſtros Prouinciales confirmandos, Sylueſter *in verbo, confirmatio*, Miranda *tom.2. quæſt.3. art.32. concl.2.* Azorius *part.2. lib.6. cap.16. quæſt.7.* Sigiſmundus *dubio 46. de electione*, Samuelius *tract.1.controu.2.concl.4.* Priores conuentuales electi in Ordine Prædicatorum à vocalibus conuentualibus canonicè immediatè confirmantur à Prioribus Prouincialibus *diſt. 2. cap.2. de electione Prioris, num.3.*

25 Pro confirmatione autem in iure, nulla forma eſt præſcripta, ſed ſat eſt, aliquod ſiue dictum, ſiue factum, quo Superior ſuam confirmandi, declaret voluntatem, vt puta inſtallatio, ſeu intronizatio, Oldradus *conſ.146. num.6.* Rota *deciſ.16. de conceſſ. præbend. & deciſ.262.* coram Mantica, Sigiſmundus *dubio 46. num.50.* Samuelius *vbi ſuprà, concluſ.7.* eſt autem munus confirmantis diligenter examinare proceſſum electionis, & perſonam electi, licet nihil electio obiiciatur, alias confirmatio viribus non ſubſiſtit, *cap. cum nobis, cap.venerabilem, verſ.eſt enim generaliter de electione, cap.finali de tranſlatione Epiſcoporum in fine, Clem. exiui, §.demum de verb.ſignific. cap.nihil eſt*
26 *de elect.cap.finali de elect. in 6.* in qua examinatione facienda, interdum poteſt procedi extraiudicialiter, & interdum, ac vt plurimum proceſſus fieri debet, cum cauſæ cognitione, in contradictorio iudicio, & requiritur definitiua pronunciatio, ſecundum caſus, & occaſiones occurrentes, provt natura negotij poſtulat, Samuelius *concluſ.8.* Azor. *part.2. lib.6. cap.16. quæſt.6.* Sigiſmundus *dubio 46. de elect. num.7. & 8.* licet in Ordine Minorum ſpeciale ſit, vt non procedatur iudicialiter, præſertim confirmatione Prouincialium, *d.Clement.exiui, §.demum*, & poterit Generalis in confirmatione Prouincialis fidem adhibere ſoli famæ, vel litteris teſtimonialibus, & maximè ſi non apparet contradictor offerens obiectiones probandas, Samuelius *concluſ.9. vbi ſuprà*, & licet in confirmatione Prioris Conuentualis facienda per Prouincialem in Ordine Prædica-
27 torum, dicatur *in diſt.2. cap.20. de elect. Prioris num.3.* quod confirmari debeat à Prouinciali, ſi ei viſum fuerit (quod verbum ſi ei viſum fuerit) non deſignat liberam poteſtatem, ſed diſcuſſionem rationis, & arbitrium boni viri, atque ideo non debet Prouincialis ſecundum libitum ſuæ voluntatis, ſed ſecundum iudicium rationis priorem electum confirmare, & ideo in Capitulo Romano 1580. fuit diſpoſitum, vt Prouinciales in confirmandis Prioribus Conuentualibus, adhibeat conſilium Patrum diſcretorum, eorum autem ſententias, & vota, quod ad conſilium capiendum vocauerint, per ſuffragia ſecreta, ſeu fabas ſuſcipiant, vt liberiùs poſſint ferre ſententias, quod etiam fuit confirmatum in Capitulo Barcinonenſi de anno 1574. teſte Samuelio *concluſ.10. vbi ſuprà in fine*, at quando electus eſt ita notoriè idoneus, & habeat alia canonica requiſita, tunc nulla alia eſt facienda examinatio, Sigiſmundus *dub.46. num.10.* Samuelius *d.concl.11.*

28 Sed ſi ab electione facta fuerit appellatum ad Sedem Apoſtolicam, & id in ſcriptis non datur confirmatio, & ſi fiat nullius roboris eſt, *cap. ſi poſtquam de electione, in 6.* Sigiſmundus *dubio 46. num.14.* Samuelius *concluſ.13.* & eſt textus *in cap. ſi confirmationem, de electione, in 6.* & ſi electio eſt nulla, erit quoque nulla confirmatio, atque irrita.

Ex quo infertur quod confirmans antequam 29
confirmet electionem debet ſumere informationem, tam ſuper valore electionis, quàm ſuper meritis, aut demeritis electi, *cap.poſtquam de elect. cap.cum nobis 19. cap. venerabilem 34. cap.nihil 44. de electione*, Barboſa *in dict. cap. poſtquam, & in cap.cum nobis*, Barboſa *lib.1. de iure Eccl. cap.19. num.25.* P. Donatus *part.3. tract.7. quæſt.5.* Peyrinus *in formulario litt. C, cap. 18. num.3.* Caſtellinus *de elect. cap.14. num.6.* Paſſar. *cap.33. numero 78.* & ſi nihil vrgeat contra electum præſumi debet idoneus, inquiſitum verò debet fieri iudicialiter, uel extraiudicialiter arbitrio confirmatoris, Paſſarinus *dict. cap. 33. num. 89.* & licet in Capitulo finali *de electione in 6.* dicatur Prælatos confirmantes teneri ad Inquiſitionem faciendam, tamen inter plures Regulares eſt contraria conſuetudo non teneri ad dictam formam, at in Ordine Prædicatorum Prouinciales tenentur adhibere conſilium diſcretorum in confirmandis Prioribus, vt *ex cap. Barcinonenſe 1574. & Romano 1580.* de quibus Paſſarinus *d.cap.33. num.116.* non tamen per hoc erit ipſo iure nulla, & inualida electio nec annullanda, niſi habeat alium defectum, quia ibi non irritatur aliter facta confirmatio, Paſſarinus *vbi ſup. num.116.*

Quod ſi Superior velit caſſare electionem fa- 30
ctam, opus eſſet ordine iudiciario procedere, ita Paſſarinus *dict.cap.33.* per totum & electionem digni, omiſſo digniore, confirmare tenetur Superior, Barboſa *in cap. cum nobis de elect. numero 3.* Paſſarinus *dict. cap.33. num.166.* at ſi electio deficiat in forma, tunc non confirmabitur, Paſſarinus *num.167.* & ſi confirmatio ſit irrita, non per hoc irritat electionem, Paſſarinus *num.168.* & ſi Superior ſit extra territorium, non poterit electionem confirmare, ſi ad eam confirmandam procedat in contradictorio iudicio, vel ex officio ſolemniter, ſed ſi procedat ſummariè, tunc poterit illam confirmare extra territorium, Lauorius *capite 25. num. 64.* Paſſarinus *dict. capite 33. num.170.*

Quod ſi confirmatio fiat iudicialis, vel caſſa- 31
tio, tunc poterit appellari iudicialiter, & habebit vtrumque effectum deuolutiuum, & ſuſpenſiuum, Gloſſa *in cap.finali, in verbo inanes de electione in 6.* Barboſa *num.7.* Garzia *part.3. cap.4. num.17.* Rota apud Scacciam *de appell. dec.114.* Octobonus *dec.66.* Burattus *deciſ.695.* tunc autem confirmator procedit iudicialiter, quando adeſt oppoſitor, aut electus, ſeu qui contradicit, Rota coram Octobono *deciſ.66. & 232. & 260.* & alibi apud Paſſarinum *dict. cap.33. num.3.* Quod ſi proceſſerit confirmare extraiudicialiter, tunc dabitur appellatio extraiudicialis, ſcilicet prouocatio à confirmante ad Superiorem iudicem, *cap.dilectus 32. de elect. cap. quod conſultationem de ſententia, & re iudicata, cap.1. & cap.concertationi de appellat. in 6. cap.ſuper his 16. de accuſat.* Paſſarinus *cap.34. per totum.*

Quinta concluſio, ſi quis præſumat conſentire 32
electioni de ſe factæ per abuſum ſecularis poteſtatis, priuari debet commodo electionis, *cap. quiſquis 43. de electione*, ſicque fit ineligibilis, nec ſine diſpenſatione ad aliam eligi poterit dignitatem, qui verò talem electionem facere præſumpſerit, ab officiis, & beneficiis penitus ſuſpendatur per triennium eligendi tunc poteſtate priuatur, vt loquitur text. de ea electione, de qua *in cap. quia propter 24. de elect.* vbi agitur de electione Prælatorum, ergo de hoc loquens textus

in

in dict. cap. 24. & 25. irritatur electio per abusum secularis potestatis, Passarinus *cap.* 8. *num.* 3. & talis electus per abusum secularis potestatis, fit inhabilis, vt eligatur ad quancumque dignitatem, Barbosa *de iure Eccles. lib.* 1. *cap.* 19. Sigismundus de Bononia *dubio* 50. Barbosa *in dict. cap. quisquis*, Tamburinus *disp.* 5. *quæst.* 22. *numero* 10. Layman & alij apud Passarinum *cap.* 8. *n.* 4. *in fine.*

33 Est autem electio per abusum laicalis potestatis, quando Princeps laicus, vel Iudex intercedit electioni, vel quando clerici intersunt electioni Prælatorum laicorum, Glossa *in dict. verbo abusum, & cap. Massana de electione*, vel quando Principes laicos ipsi Clerici, vel Monachi requiruntur super personis eligendis, vt consensum præstent, *cap. cum terra, cap. quod sicut de electione*, vel quando minis potentum aliquem elegerint, *cap. bonæ memoriæ, de electione*, vbi Abbas *num.* 4. Barbosa *num.* 2. Tamburinus *disp.* 5. *quæsito* 22. *num.* 12. alij dicunt abusum esse, si laicus intercessit electioni, vel aliquod munus in ea exerceat, Bonacina *de censuris, disp.* 3. *quæst.* 4. *puncto* 50. *num.* 20. Marcus Serius *de censuris, disp.* 5. *difficultate* 1. *quæst.* 16. *num.* 23. Gibalinus *in compendio censurarum, in verbo electio, num.* 8. & sic abusus erit, quando Princeps secularis electioni interuenit, & dans suffragium, tamquam vnus ex electoribus *d. cap. Messana.*

34 Secundo quando laicus interuenit tamquam is, cui interuenit optio ex duobus, vel pluribus ex electoribus nominatis, *cap. sacrosancta, de electione.*

35 Tertio si clericis electores petunt consensum laici super persona eligenda, *cap. cum terra, eodem titulo*, vel si laicus ibi intercedat tamquam exercens aliquam iurisdictionem, quia laicis nulla competit iurisdictio in Ecclesiasticos, Concilium Lateranense 3. *cap.* 19. & Bullæ Cœnæ, & tandem si laicus quocumque modo se ingerat electioni, *dict. cap. nullus*, 63. *dist.* vbi habetur, quòd licet
36 antiquitus Apostolorum tempore, Episcopi fierent ab Apostolis, Clero, & populo, postea verò Clerus eligebat, & populus consentiebat, *cap. nosce* 69. *dist. cap. vota eadem dist.* & interdum à Principibus secularibus eligebantur Episcopi, vel à Clero de consensu Principis secularis, tamen postea abrogata laicis fuit talis potestas de anno 440. *cap. Osius de electione*, vel sponte ipsi Principes tali facultati renunciarunt, *cap. Valentinianus* 63. *dist.* & ablata à Principibus secularibus, remansit in solo Clero, scilicet in Capitulis Cathedralium, quæ apud Capitula fuit vsque ad
37 tempora Bonifacij VIII. & Clementis V. vt in titulo decretalium, & Sexti de electione, hodie tamen ex regula tertia Cancellariæ, Summus Pontifex prouidet omnes Episcoporum Ecclesias, exceptis illis pertinentibus ad Regem Hispaniarum, Galliæ, Lusitaniæ, & Poloniæ, qui ex eorumdem Pontificum priuilegio habent potestatem nominandi Episcopos in suis Regnis, & in Germania tantum permansit vsus antiquus, vt Capitula Cathedralia eligant sibi Episcopos, Lauorius *lib.* 1. *tit.* 4. *cap.* 15. *num.* 23. *& ex textu in dict. cap. Valentinianus* habetur Imperatorem
38 esse constituum in ordine subdiaconatus, glossa tamen explicat esse merè laicum, licet consecretur, & vngatur: vnde Sacra maiestas appellatur, Barbosa *in dict. cap. Valentinianus, & in cap.* Adrianus primus, habetur Papam Adrianum primum ob multa recepta ab Imperatore Carolo magno dedisse eisdem facultatem ciuibus Episcopos inuestiendi: cuius concessionis Bullam tenent Parisiis Galli, vti pretiosam reliquiam, quas concessiones renunciauerunt postea Imperatores Christiani; Barbosa *in dict. cap. Hadrianus, & hæc iura d.* 63. *dist.* sunt illa, quæ ponderant DD. ad fundandum posse per Coronas Galliæ, & Hispaniarum in conclaui Summi Pontificis rogari, & instari Sacrum Collegium pro Papa optimo, & habere exclusiuas &c. vt ibi iura dicunt ponderata per Barbosam *vbi suprà.*

Si verò nuda tantum contingat præsentia Laici 39
in electione, laici inquam siue Principis, siue alterius magistratus in loco electionis, vt iuuet, defendat, & protegat electores, id non venit nomine abusus, Glossa *in d. cap. quia propter, de electione*, Sylvester *in verbo electo*, Cucchus *de electione, num.* 111. Sigismundus *de elect. dub.* 18. Donatus *part.* 2. *tract.* 4. *quæst.* 6. *num.* 3. verùm in Congregatione habita tempore Innocentij X. de anno 1646. 5. Augusti, fuit ex communi sententia resolutum, Capitulum Prouinciæ Bethicæ 40
Ordinis Eremitarum S. Augustini celebratum in Ciuitate Granatensi, cum interuentu, & assistentia Auditoris Regiæ Cameræ in Aula Capitulari, fuisse nullum, & inualidum ob laicæ potestatis abusum, *ex dict. cap. quisquis de elect.* & si laici compellerent ad hunc, vel illum eligendum, esset electio per abusum, sed si ad nullum eligendum compellerent, sed tantum, vt sine eis non fieret electio, tunc non esset nulla electio, quia non est per abusum laici, sed si ex priuilegio haberet aliquis Princeps laicus facultatem intrandi 41
Capitulum, & ibi intraret, non esset per abusum electio, DD. citati, idem si ex consuetudine permitteretur, Passarinus *capite* 8. *per totum*, sed hanc ponit conclusionem *num.* 10. *&* 11.

Quia verò in Concilio Sardicensi, vt *in capite* 42
Osius 2. *de elect.* habetur, vt electus ad clamorem Populi, non confirmetur, vbi Glossa *in verbo populi*, Abbas *num.* 4. Baldus *num.* 1. Barbosa *num.* 4. postulantes verò, vel eligentes per impressionem laicorum, ipso facto pro ea vice facultate eligendi priuantur, & electio deuoluitur ad alios, qui non peccauerunt etiam si sint in minori parte, Abbas *in dict. cap. Romæ* 23. *num.* 22. *de elect.* & talis electio est ipso iure nulla, Barbosa *in dict. cap. Romæ, num.* 3.

Sic illicitum est recipere Ecclesias de manu 43
laicorum, *vt in tota* 16. *causa quæst.* 7. Cosmus in pragmatica Sanct. *in tit. de elect. in verbo præsument*, sed *in cap. si quis Clericus* 16. Papa Paschalis II. excommunicat dicens, *si quis Clericus*, Abbas, vel Monachus per laicos Ecclesiam obtineat, secundùm Sanctiones Apostolorum Canones, & Antiocheni Concilij Capitulum, excommunicationi subiiciat, Paulus Comitolus *lib.* 1. *quæst.* 78. Barbosa *in dict. cap. quisquis, num.* 2. & sic si quis à laico obtineat dignitatem, etiamsi postea illam impetret à Superiore, sine dispensatione legitima, irrita est impetratio, & nulla, Abbas *in dict. cap. quisquis*, quem sequitur Azorius *part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 4. *quæst.* 28. at electione peracta potest Princeps, & habet ius opponendi contra electum, & ita: vt si probet electum, meritò sibi esse suspectum, & sui Principatus interesse: vt electio cassetur, & non confirmetur talis erit cassanda, & non confirmanda post alios Donatus *part.* 3. *tract.* 4. *quæst.* 5. Follerius *in praxi criminali, part.* 2. *in verbo aut criminibus, num.* 6. sed si Princeps sine rationabili causa dissentiat:

ſi electores elegerint non debet caſſari electio ſi ſine ſcandalo id fieri poteſt, Doctores communiter apud Paſſarinum *de electione, capite* 8. *numero* 14.

44 Pœna verò contra electum per abuſum ſecularis poteſtatis, probabilius eſt, quod ſit ferendæ ſententiæ ad notata per Barboſam *in dict. cap. quiſquis, num.* 3. & per Paſſarinum *in dict. cap.* 8. *de elect. num.* 15. & in pœna prædicta poteſt Epiſcopus diſpenſare Paſſarinus *vbi ſuprà, numero* 16.

45 Obſeruandum tamen eſt cum communi DD. ſententia apud Alexandrum Sperellum *deciſ.* 181. *tom.* 2. vbi quærit de electione cuiuſdam Canonici Collegiatæ Eccleſiæ facta cum interuentu iudicis laici, an ſit valida, an facta per abuſum laicæ poteſtatis, *& num.* 24. *in fine*, concludit fuiſſe deciſum pro validitate electionis, quia fuit ab electoribus vocatus, vt amicabilis compoſitor, ad terminandas altercationes, ſeu potiùs ad reſpondendum de iure, at ſimplex interuentus laici, tamquam conſulentis, vel pro bono Pacis, ac ad protegendum, non eſt de iure prohibitus: Baldus *in dict. cap. Meſſanæ de electione*, Sperellus *vbi ſu-*

46 *prà, num.* 36. qui *num.* 37. ait quòd illa regula, quæ dicit, quòd electio, in qua laicus interuenit, ſit ipſo iure nulla *ex d. cap. Meſſanæ de electione, cum concordant.* ſibi locum vendicat, quoties laicus ad eligendum admittitur, ſecus ſi propter aliquam Eccleſiæ vtilitatem ſit præſens, vt ſi vocentur laici, vt defendant electores contra molientes Schiſma, vel alias iniuſtè impedientes electionem, *cap. vota, §. principalibus* 63. *diſt.* Sperellus *deciſ.* 37. quia non per hanc laici immixtionem in electione ſemper annullatur, quia aliud eſt agere, aliud aſſiſtere, aliud facere, aliud eſſe, actui per alios explicato præſentem, *l.* 1. *ff. de officio aſſeſſoris*, Rota apud Lauorium *tit.* 4. *var. cap.* 21. *num.* 33. Maſſobrius *in praxi habendi concurſum præludio* 8. *num.* 58. Sperellus *dec.* 181. *num.* 38.

47 Itaque tunc electio dicitur per abuſum laicæ poteſtatis, quando vel requiruntur laici, vti electores, vel ſuper certa perſona eligenda Principis exigitur conſenſus contra diſpoſitionem textus *in cap. cum terra* 14. *de electione*, vel quando minæ, ſiue interceſſiones Principis interuenerunt, vt bene poſt alios Tamburinus *de iure Abbatum diſputat.* 5. *quæſt.* 12. *num.* 11. qui additur Franciſcus Marcus *dec.* 1738. vnde poſſunt laici, etiam armata manu interuenire ad protegendam electionem, quando ille, qui electioni præſidebat, præui-

48 deret diſcordias, & diſſidia, tunc enim potuit de opportuno remedio prouidere, Caſtellinus *de elect. cap.* 12. *num.* 12. Sperellus *dec.* 181. *num.* 40. *&* 41. qui *num.* 49. ait, quòd confirmatio electionis poteſt in iudicio peti, ac defendi, tam ab ipſo electo, quàm à quolibet electore, cum ea ſit neceſſitatis, licet electio fuerit voluntatis, vt ait Abbas *in cap. dudum, num.* 4. *de electione, & in cap. bonæ memoriæ il* 2. *eod. tit. de elect.*

49 Vnde apparet qualiter confirmatio fiat à quo, & quibus modis, ac per abuſum laicalis poteſtatis faciendam non eſſe ſub pœnis, &c. & ante confirmationem electum non habuiſſe ius in re, ſed ad rem, quo priuatur ſi ab alio, & non ab immediato Superiore confirmetur, cum inhabilitate ad omnem aliam prælaturam: meritò ergo non poterat confirmatio, de qua in præſenti à Prouinciali denegata peti à ſecularibus miniſtris, etiam Collateralis Conſilij: propter quod Excell. D. Petrus de Aragona Prorex ſub die 19. Auguſti 1668. accedentibus ad eum aliquibus ex 50 electoribus, pro protectione, miſit patrem Tartaglionem ad me, vt ei conſulerem quid agendum, fuerat enim Patribus conſultum, & malè potuiſſe Collaterale Conſilium confirmare talem electionem, & ego conſului non poſſe Collaterale ſe intromittere, ſed Illuſtriſſ. Dominum Nuntium, vti conſeruatorem Priuilegiorum Regularium, propter quod per Confeſſarium ſuum Excell. Dominus miſit ad Nuntium Apoſtolicum Iulium Gallum, vt vocaret Prouincialem ad ſe, & peteret ab eo, vel vt confirmaret, vel vt aſſignaret cauſam, cur non confirmaret, aliàs ipſe confirmaret, ſi nullam aſſignaret cauſam; ſed ex mera iuſtitiæ vexatione id ageret, & vocatus à D. Nuntio Prouincialis, ille ſtatim confirmauit, & omnia cum quiete geſta ſunt: vnde apparuit iniuſtè denegari à Prouinciali confirmationem prædictam, & meritò iuſto illo timore à Nuntio vocatum, non quod Nuntius poſſet confirmare, ſed fuit cautela, iuridicam petendi confirmationem. Laus Deo, &c.

DISCEPTATIO LV.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries proponitur.*
2 *Baro appellatur primus ciuis loci feudi.*
3 *Baro vti primus ciuis habet vſum paſculandi in nemoribus &c.*
4 *Baro gaudet, vt primus ciuis, licet non habet in feudo.*
5 *Baro poteſt ordinari, imò & filius eius in loco feudi.*
6 *Philiberti Marchini adducitur authoritas.*
7 *Patris Iordani authoritas adducitur.*
8 *Dianæ affertur authoritas, & Raphaëlis de Auerſa.*
9 *Baro vti primus ciuis an teneatur ad onera.*
10 *Baro an ſit propriè ciuis.*
11 *Miles cuius loci dicatur ciuis, dum militat.*
12 *Baro vendens territorium an, & quando dicatur vendere iuriſdictionem.*
13 *Baro an dicatur ciuis quando non habitat in feudo.*
14 *Ciuilitas, & immunitas ſunt ſimul compatibiles.*
15 *Ciuilitas originaria, & domiciliaris qualiter ſe habeant.*
16 *Baro licet primus ciuis, non tamen poteſt impedire locationem paſcuorum vniuerſitatis.*
17 *Paſcuorum dominium cuius ſit.*
18 *Vniuerſitas qualiter congregetur ad vendendum, & locandum bona vniuerſitatis.*
19 *Vniuerſitatis homines quando præiudicent eidem.*
20 *Maior pars vniuerſitatis quando præiudicet minori.*
21 *Vniuerſitatis bona quando tangant ſingulos, vti ſingulos.*
22 *Vſus paſculorum qualiter dicatur ſingulorum Vniuerſitatis.*
23 *Vniuerſitatis homines quando vt teſtes admittantur.*
24 *Capicij* deciſio 152. & de Franchis 197. *arguuntur de negligentia.*

25 *Baro*

25 *Baro si locat feudum, & omnia iura, quæ habet in eo, non censetur locasse ius pascendi animalia sibi competens, vti primo ciui.*
26 *Baro habet ius pascendi animalia etiamsi non habitet in feudo.*
27 *Infans expositus est ciuis loci vbi exponitur.*
28 *Filius expositi alibi natus non gaudet priuilegio Patris Neapolitani.*
29 *Ciuis verbum qualiter sumatur verè, & qualiter fictè.*
30 *Immunitatis priuilegium quibus ciuibus competat.*

ARGVMENTVM.

Baro vti primus ciuis loci, vbi est Baro, ordinari potest ab Episcopo illius diœcesis, quòd si contigat territorium vendere, seu feudum, dubitatur vtrùm remaneat ciuis? Ciuilitas autem multiplex est. Vniuersitas etiam quando præiudicium inferre possit suis hominibus, & an maior pars præiudicet minori, & quando. Cuius ciues qualiter admitti valeant, vti testes pro vniuersitate. Baro autem quando censeatur locare ius pascendi animalia, & an habeat tale ius, si non habitet in feudo. Infans expositus cuius loci sit ciuis, & quomodo sumatur.

NEAPOLITANA PRO

Barone N. eiusque filio.

1 N. Filius Baronis petiit Ordinari ab Eminentiss. D. Cardinali Archiepiscopo Neapolitano, qui recusauit eum ordinare vti natum Neapoli, sub prætextu, quòd esset grandioris ætatis, petiit à me quid agendum, ego ei consului, vt Ordinari se faceret ab Episcopo Caputaquense in cuius Diœcesi habebat feudum, petiit Episcopus, vt id in iure fundatum haberet, propterea.

2 Respondi affirmatiue, probo primò, quia Baro appellatur apud Neapolitanos primus ciuis suæ Ciuitatis feudalis, quia sicut miles est ciuis, vbi militat, *l. municipes la 2. §. finali, ff. ad municipalem*, Bart. *in l. 1 ff. eodem, num. 13.* & sicut potestas, est caput ciuium Ciuitatis, vbi est potestas, Baldus *in l. obseruare, §. proficisci, num. 12. ff. de officio Pronconsulis*, ita Baro est primus ciuis, vt latè probat Freccia *lib. 2. de subfeudis, authoritatem 46. num. 4.* & sic per Corolum V. Imperatorem fuit dispositum *in pragmatic. 12. de Baronibus*, vbi D. Capiblancus, & Regens Rouitus, in qua pragmatica fuit limitatus Baroni vsus Montium, & Nemorum suæ Ciuitatis, vel oppidi feudalis, vt vassallorum commoditas non arceatur, iuxta arbitrium P. Proregis Neapolitani, quod postea fuit specificatum, vt Baro gaudeat tanquam duo ex ciuibus vassallis, vt bene ex Freccia, & aliis dicit Capiblancus *in d. pragm. 12. num. 28.* at frater Baronis gaudet, vt vnus tantum, & adeo habet, vt primus ciuis Baro vsum montium, & nemorum communem, vt primus ciuis, vt etiam si non habitet actualiter adhuc talem vsum habeat Regens de Ponte *de potest. Proregis, tit. 3. §. 20. num. 13.* cuius ratio est, quia 3
Baronis ciuilitas non causatur ab habitatione, 4
aut origine, sed à dominio feudali, quoniam feudatarius est miles, & ibi domicilium habere videtur, vbi manet, & si nihil in patria possideat, *d. l. municeps, §. fin. ff. ad municipalem*, Bartolus *vbi suprà, numer. 13.* Regens de Ponte *vbi suprà*, Nauarrus *decis. 37. num. 38.* & in hoc non sunt audiendi Hispani Castellani, qui dicunt Dominum loci, non habitantem minimè gaudere pascuis communibus sui proprij loci, quamvis sit primus ciuis, vt fuit Auendanus *de exequendis mandatis, cap. 4. num. 25.* Gregorius Lopez *in l. 9. tit. 8. part. 4.* Burgos de Paz *in l. 3. Tauri à numero 430. vsque ad num. 511.* Bouadilla *in politica, lib. 2. capite 16. num. 198.* Rouitus *in dict. prag. 12. num. 5.* Dixi non esse audiendos in hoc Regno loquentes, quia in Regno Castellæ est hoc expressè dispositum, Baronem vsum montium, & pascuorum communium Ciuitatis non habere, nisi habitet in loco, *vt ex l. 9. tit. 28. part. 3.* si ergo Baro est primus ciuis poterit Ordinari ab eo Episcopo, vbi est feudum, & hoc tum in Barone militat, tum in filio Baronis, qui sequitur ciuilitatem Patris.

Probatur secundò in Episcopo Campanile *in* 5
suo diuersorio iuris Canonici rubrica 9. cap. 8. numero 20. qui ait, quod Baros habens plures terras, potest Ordinari ab Episcopis illorum, ad exemplum eius, qui plura habet beneficia in diuersis Diœcesibus; & subdit Campanilis *numero 21.* Idem in filiis Baronis hoc ipsum procedere, quia sunt eiusdem Domicilij, cuius est Baro propter feudum emptum, per textum *in l. assumptio, §. filius, iuncto §. libertus, & §. Patris domicilium. ff. ad municipalem*, quod sequitur Campanilis *vbi suprà*, & explicat etiam si Baro ibi non habitet scilicet in loco feudi, nec eius filius.

Probatur tertio ex Philiberto Marchino *trq. 1.* 6
de ordin. cap. 7. num. 15. vbi dicit Barones, seu feudatarios posse ad Ordines promoueri ab Episcopo, in cuius diœcesi obtinent feudum, etiam si ibi non habitent, & alibi domicilium retineant, idem dicendum est de filiis eorum, qui acquirunt domicilium in eodem loco, in quo Pater contrahit propter dictum feudum, citat Campanilem, & Barbosam.

Probatur quarto authoritate Pacis Iordani 7
lib. 3. tit. 6. tom. 1. de Sacramento Ordinis, num. 66. qui ait Barones, & filios eorum, licet non habitent in feudis, tamen ordinari posse ab Episcopo, in cuius diœcesi feudum situm est, & allegat Rotam Romanam in Cæsaraugustana Pensionis die 9. Martij 1598. coram Orana, relata per eundem Campanilem *vbi suprà*, nam Baro dicitur primus ciuis suæ Baroniæ, & affirmat procedere quoad omnia feuda in diuersis locis constituta, quia respectu singulorum, Baro efficitur subditus Ordinarij loci, sub quo situm est feudum, ex qua ratione infert Pacis Iordanus, Venetos nobiles promoueri posse in quacumque parte sereniss.

Dominij Venetorum, quia cenſentur primi ciues ſingularum vrbium, & locorum, & iudicati debent vti Barones, vel filij, & ſic priuilegiis eiſdem ſunt decorandi.

8 Probatur quintò ex Diana *part.8. de miniſtro Sacramenti Ordinis tract.2. reſol.16.* qui ait vtrùm Epiſcopus poſſit Ordinare Barones feudatarios, & filios eorumdem, & reſpondet affirmatiuè ex Marchino *vbi ſuprà*, quia domicilium contractum, ex quo vt primus ciuis ſufficit ad Ordines conferendos.

Probatur ſextò ex Raphaële de Auerſa *de Sacram. Ordinis, quæſt. 3. ſect.6. fol.mihi 104.col.2.* vbi ait, quod Barones, ſeu officiales perpetui, & eorum filij habere dicuntur domicilium in ſuis oppidis, quæ in feudo, vel dominio habent, atque in feudo, vel regimine, quamvis ibi non habitent, itaut poſſit ab Epiſcopo illorum promoueri.

9 Ex quibus infertur primò ad quæſtionem, an cum Baro ſit primus ciuis, teneatur præſtare munera in loco, ſeu Ciuitate propriæ habitationis, *l.reſcripto, §.finali in fine, ff.de muner. & honor.* Oldradus *conſ.169.ex l.vnica in 2.reſponſo, Cod.de mulieribus, & in quo loco, lib.10.* pro quorum munerum præſtatione ſunt bona cuiuſque ciuis obligata, ſi ſtabilia ſunt, Surd. *conſ.313. numero 56. vol.3.* quoniam imponuntur rebus, *l.2. C.de annuis, & tributis, lib. 10.* & etiam in fauorem Ciuitatis eiuſdem territorij, *l.forma, §. ſi verò quis,* & ibi Gloſſa *in verbo profiteri, ff. de cenſib. l.1. C. de mulieribus, & in quo loco, lib. 10.* itaque quilibet ciuis, ſi habet bona in diuerſis territoriis, habet ea diuerſimodè hypothecata, & tenetur diuerſimodè, hoc eſt pro bonis exiſtentibus in territorio propriæ Ciuitatis, tenetur vt ciuis illius, per textum *in d. l.reſcripto, ff.finali. ff.de munerib. & honorib.* pro bonis verò ſituatis in alieno territorio, tenetur ibi, vti bona tenens, *ex d. l.forma, & d.l.1. ff.de cenſibus*, & ſic pro bonis ſituatis in Ciuitate confinante tenebitur Baro, vti bona tenens.

10 Infertur ſecundò ad quæſtionem, an Baro ſit propriè ciuis, aliqui dicebant non eſſe propriè ciuem, qui non ſubit onera, *l. 1. §. ſed nunc abuſiuè, ff.ad municipalem*, vbi Bart. *num.17.* & Francus *deciſ.197. num. 18. & 19.* idem tenuit Boſſius *de Principe, num. 363.* & dicit communem, quia no ſolùm non præſtat munera, ſed neque habitat, ergo videtur fictè ciuis propter authoritatem ſui Dominij, & iuriſdictionis ad vſus communes ſuæ vniuerſitatis, non ei deficit origo, & domicilium, verùm ſi haberet Baro aliqua bona burgenſatica in loco feudi, tunc ratione eorum teneretur ad munera, non tamquam ciuis, ſed tamquam bonatenens, ita Antibolus *de muneribus, 3.part. §.quæro, num.95.* de quo Franchus *vbi ſuprà;* Alij verò dicunt eſſe propriè ciuem, quia per allectionem fit verus ciuis, *l.ciues, Cod. de incolis, lib.10.* allectio autem eſt aſſumptio ad dignitatem, veluti ad Baroniam, gloſſa ibi *in verbo allectio ab omnibus recepta*, Lucas de Peña *ibidem in verbo allectio*, vbi Ioannes de Platea *num.2.* Bart. *in l. 1. num.16. ff.ad municipalem*, Boërius *dec.260. num.13.* ergo eſt Baro verus ciuis, vbi militat, & eſt feudatarius, quoniam miles ibi domicilium habere videtur, vbi meret, & ſi nihil in patria poſſideat *l. municeps, §.fin. ff. ad municipalem*, & ly vbi (meret) reiecta gloſſæ exceptione intelligitur vbi meret, hoc eſt vbi ſuam militiam exercet, & munus militare adimplet, vel pro ſeruitio feudi, vel pro eius adiacentibus, vt bene gloſſa *in d. l.Ciues. in verbo allectio, Cod. de Incolis, lib.10.* Bartolus *in d.l.1. num.13. & in d.l municeps. §. finali, ff.ad municipalem*, & merere verbum eſt proprium militare, vt ibi aduertit gloſſa marginalis, hinc præmium, quòd militando milites acquirebant, vocabatur (emeritum) & emerita accipiet, ait Modeſt. *in l.deſertorem, §. ſed ſi ex improuiſo, & l. non omnes, §.qui ab hoſt. ff.de re milit.* & gloſſ. *in d.§. ſed ſi ex improuiſo*, in verbo reſtituere, & emeritum erat priuilegium veterani, latè Ganauerrus *deciſ. 24. num.27.* & hæc fuit cauſa, cur Carolus V. Imperator vocauit eum primum ciuem *in d. pragm. 12. de Baronibus*, vbi Rouitus *num.2.3.* Capiblancus *num. 1. & ſeq. & pragm. 11. num. 25.* Surgens *de Neap. illuſtrata, fol.299.* Regens de Ponte *de poteſtate Proregis, tit.3. de electione officialium, §.2.* Franchus *dec.197. num.1.* Freccia *de ſubfeudis, auth.18.* neque obſtat Gregorius Lopez *in l.9. tit.28. part.3.* vbi leuiter tenuit dominium Baronis non eſſe cauſam ſuæ ciuilitatis, quoniam mouetur ex Baldo *in l.à Procuratore, num.20. verſ. in contrarium, Cod. mandati*, vbi ſub venditione fundi particularis non venit iuriſdictio, quam habebat venditor in territorio, quia nihil commune habet proprietas fundi cum proprietate iuriſdictionis, quæ ratio non negat domicilium, & ciuilitatem Baronis in ſuo feudo. 12

Neque defectus habitationis obſtat huic ciuilitati, quoniam licet miles, Doctor, Rector Eccleſiæ, & Poteſtas, dum ſeruiunt, habitent, & eatenus duret ſua ciuilitas, quatenus durat ſua aſſiſtentia, & habitatio Bart. *in l.1. num.9. ff.ad municipalem*, nihilominus Baro præcedit eos, quia habet dominium vtile, eſt miles, & exercet iuriſdictionem, quod vna cum cæteris qualitatibus confert ad iuriſdictionem, ergo Baro gaudebit cómunibus vniuerſitatis, ſicut cæteri ciues, quoniam qui habet principalem partem rei, debet eſſe eius vſus particeps, & quia hoc procedit ex æquitate, & contra veritatem domicilij, ideo fieri dicitur per fictionem cum Bartolo *in l. ſi is qui pro emptore, num.35. ff.de vſucap.* & hoc ſignificat illud verbum (videtur) poſitum *in l.municeps, §.finali, ff. ad municipalem*, cuius proprius effectus eſt importare fictionem *l.in omnibus ff.de captiuis*, Romanus *conſ. 405. num.2.* quoniam ius numquam fingit aliter, quam ſuper æquitate contra veritatem, idem Bartolus *in l.nec vtilem, num.2. ff. quibus ex cauſis maiores, & in l.cum hæres, §. in ijs, qui num.1. ff.de acquir. poſſeſſ. & in d. l. ſi is qui pro emptore, num.20. & 30.* vbi Iaſon *num.72. & 384. ff.de vſucap.* Fictio autem non facit ciuem deterioris conditionis, quia nihilominus eſt verus ciuis approbatus à lege, per textum *in d.l. ciues, C.de Incolis, lib.10.* vbi ponderat verbum allectio, & ficta non differunt à veris quoad comprehenſionem, & extenſionem de vero ad fictum: iuxta veriorem intellectum textus *in l.3. §.hæc verba, verſ. ſed ſi quid, ff.de negot. geſtis*, latè Ganauerrus *deciſio 50.* 13

Neque dicas Baronem non ſubire munera Ciuitatis. 14

Reſpondeo enim poſſe ſimul concurrere ciuilitatem, & immunitatem, Cephalus *conſ.451. num.114. vol.4.* Surdus *conſ.313. num.54.* nam valet regula omnis municeps eſt ciuis, ſed non omnis ciuis eſt municeps, qui enim capit munus dicitur municeps, ſicut capit partem, dicitur particeps, *l. 1. in principio, ff. ad municipalem*, & ſic Baro eſt propriè ciuis, licet non ſit municeps vti Baro, quia Baronia cum ſit feudalis, non tenetur

netur ad munera, ne duplici onere grauetur Baro contra regulam textus *in l. Titia cum teſtamento, §. qui in vita, ff. de leg. 2. l. nauis, §. cum autem, & §. quid ergo, ff. ad leg. Rhodiam de iactu*, Soccinus *conſ. 301. num. 3. vol. 1.* ſi tamen Baro haberet intra Baroniam bona burgenſatica, tunc teneretur pro illis, quod diximus ſuprà, quoniam eorum reſpectu non grauaretur duplici onere. Neque defectus habitationis Baronis aliquid operatur, quia nõ inducit improprietatẽ eius ciuilitatis, iuxta textum expreſſum *in l. 1. C. de municipib. & originariis*, vbi ſi originarius alibi habitet, apud vtramque Ciuitatem muneribus fungi compellitur, & adeo ciuilitas originaria eſt potens, quod ſi ſimul eodem tempore vocetur ad munera vtriuſque Ciuitatis, originis, & domicilij, eſt anteponenda Ciuitas originis, quantumvis ibi non habitet, Gloſſa *in l. 1. C. de municip. lib. 10.* per textum *in l. præſcriptio, §. libert. ff. ad municipalem*; Baro autẽ eſt ciuis allectus, & miles, & ex vtraque cauſa eſt ciuis legitimus per allectionem, hoc eſt aſſumptionem ad dignitatem Dominij, & Baroniæ, *ex d. l. ciues*, vbi gloſſa *in verbo allectis*, & per qualitatem militis, *ex d. l. municeps, §. finali, ff. ad municipalẽ*, & ad vtramque qualitatem non eſt neceſſaria habitatio continua, quia ſufficit illam exercere per ſuum Gubernatorem, & ærarium, alioſque ſuos Miniſtros, vt habitatio continuata conſeruetur: Præſertim quod in feudis habitatis ſemper adeſt Palatium Baronis, & familia, quæ ſimul cum domo aperta facit, & retinet actualem Domini domicilium, Bart. *in l. prædia, §. affini ſuo, ff. de fundo inſtr.*

16 Infertur tertiò, quod adeo Baro eſt ciuis, & vti primus tractari debet, & non maioris authoritatis, reſpectu rerum communium vniuerſitatis ſuæ feudalis, vt non poſſit per eius contradictionem impediri locatio temporalis alicuius nemoris, paſculi &c. ab eadem vniuerſitate facta, pro ſubueniendis ſuis neceſſitatibus, vt deciſum refert Ganauerrus *dec.* 27. quia licet Baro ſit vtilis Dominus, habeatque iuriſdictionem ciuilem, & criminalem, primas & ſecundas cauſas, & forſan merum, & mixtum Imperium, vna cum corporibus Baronalibus, hoc eſt Actuariatum, Carceres, Ius pantzandi, Anchoragia, & falangagia, & ſimilia, nihilominus hæc non influunt ad œconomicam adminiſtrationem rerum communium vniuerſitatis, quoniam reguntur intra ſphæram diuerſæ actiuitatis, quam ingredi non licet Baroni, Freccia *lib. 2. de ſubfeudis authoritat. 46. num. 4.* Capiblancus *de Baronibus, cap. 12. numero* 24. & ratio à priori eſt, quia dominium prati,
17 & nemoris communis eſt alienum à Barone, & proprius ipſius vniuerſitatis, *l. in tantum, §. vniuerſitatis, ff. de rerum diuiſione, §. vniuerſitatis, inſtit. de rerum diuiſione*, Couarr. *pract. cap. 37.* & ſic procedit Regens Capyc. Latro *dec. 93. num. 8.* nam quoad vſum prati, & nemoris admittitur Baro inter ciues, tamquam primus eorum, ſed non ad impediendam locationem, & à fortiori quia quod fiat ab vniuerſitate, & eius maiori parte, debet præualere, *l. aliud 121. §. refertur*, vbi Gloſſa *ff. de regul. iuris, l. quod maior 19. ff. ad municipalem, l. nulli, cum l. ſeq. ff. quod cuiuſque vniuerſitatis nomine*, vbi gloſſa in verbo duæ partes, *l. nominationum, C. de decurionibus, lib. 10.* Freccia *de authoritat. Baronum, lib. 2. author. 46. num. 4.* dummodo maior pars vocetur ad locum ſolitum, ad ſo-
18 num Campanæ, vel voce præconis, vel ad ſonum Tubæ, Bart. *conſ. 42.* Decianus *lib. 7. criminalium, cap. 8. num. 9.* & exiſtentibus duabus partibus ex tribus omnium ciuium, vel eorum, qui repræſentant Ciuitatem, dicitur legitime congregata vniuerſitas, *l. nulli*, vbi gloſſa in verbo duæ partes, *& l. ſequenti, ff. quod cuiuſque vniuerſitatis nomine, l. nominationum, C. de decurion. lib. 10. l. quoties, Cod. de legat. lib. 10.* Calderinus *conſ. 3. de conſtitut.* & gloſſ. *in l. aliud, §. refertur, in verbo refertur, ff. de regul. iuris*, & ex his congregatis, maior pars præſentium, dicitur legitima maior pars vniuerſitatis gloſſa ibi in verbo duæ partes, & ſic accipi debet de iure maiors pars, *l. quod maior, ff. ad municipalem*, bona gloſſa *in Auth. de alienatione, & emphyteuſi, §. quæcumque in verbo in eis*, vbi Bart. *num. 4.*

Neque dicas primò, quod in re communi plu- 19
ribus, melior eſt, conditio prohibentis, & niſi ab omnibus fiat, nihil fit, *l. per fundum 12. ff. de ſeru. ruſtic. l. in re commmuni 25. ff. de ſeru. Vrban. l. ſi autem, ff. de aqua pluuiali arcenda, l. quod ſi nolit, §. ſi plures, ff. de ædilict. edict. l. ſi præcedente, §. Lutius, ff. mandati*, ergo non conſentiente, vel reluctante primo ciue, non poterit nemus locari, vendi &c.

Reſpondeo enim, quòd aut agitur de re communi omnibus, & ſingulis, & procedit argumentum, quia tunc melior eſt conditio prohibentis, aut agitur de re communi omnibus, vti vniuerſis, & tunc non obſtat argumentum, quoniam debet ſuſtineri, quod eſt geſtum à maiori parte, & procedit regula generalis *ex d. l. aut, §. refertur, & in d. l. quod maior*, & hanc diſtinctionem tradit Dynus *in cap. quod omnes, de regul. iur. in 6.* & Bart. *in d. l. quod maior, ff. ad municipalem*, poſt alios Franchus *deciſ. 2. num. 4. & 24.* & limitationes huius regulæ, legas apud Felinum *in cap. cum omnes, de conſtit. à num. 15. vſque ad n. 18.*

Neque dicas ſecundò, maiorem partem ex 20
conſortibus non poſſe vendere rem communem in præiudicium minoris, & ſi inter conſortes adſit Fiſcus, tunc fiſcus poterit vendere propter priuilegium vendendi rem cum priuato communem conceſſum ſibi à lege, *l. 2. C. de comm. rerum venditione, l. vnica, Cod. de venditione rerum fiſcalium cum priuatis commun. lib. 10.* ergo ſecluſo fiſco melior eſt conditio prohibentis inter priuatos.

Reſpondeo textum *in d. l. 2.* loqui in condomino rei particularis priuatæ, in quo caſu melior eſt conditio prohibentis, ſecus in condominio vniuerſali rei vniuerſitatis vt in præſenti.

Neque dicas tertiò, quòd maior pars poteſt 21
diſponere in præiudicium minoris, in illis, quæ tangunt ſingulos, vt vniuerſos, at in prato, & nemore id dici non poteſt, quia licet nemus ſit commune, tamen eſt ſingulorum quoad vſum, vt bene Vlpianus *in l. 2. §. hoc interdictum, ff. nequid in loco publico*, Gloſſa *in §. vniuerſitatis, Inſtit. de rerum diuiſ.* Capyc. *deciſ. 121.* Franchus *deciſ. 197. num. 4.* & hoc ad effectum diminuendi fidem teſtium vniuerſitatis litigantis de paſcuis, quorum vſus eſt ſingulorum, quamvis dominium ſit vniuerſitatis, latè defendit Couarr. *pract. q. cap. 18. num. 4.* ex quo ait Franchus, quod maior pars ciuium non poſſit diſponere de paſculis reluctante minori parte, ſicut non licet teſtimonium ferre, latè Capiblancus *in pragm. 11. de Baronibus, num. 19.* qui dicit hæc prata, & nemora eſſe communia, vti ſingulis, & prius dixerat Afflictus *dec. 400. num. 5.*

Reſpondeo quòd licet ſingulis habeant vſum

in

in rebus vniuerſitatis, tamen ille non eſt in bonis ſingulorum, nec competit ſibi iure Dominij, ſed iure Ciuitatis, vt explicat Vlpianus *in d. l. 2. §. hoc interdictum, ff. nequid in loco publico*, quia quæ ſunt vniuerſitatis non ſunt ſingulorum, *l. in tantum. §. vniuerſitatis, ff. de rerum diuiſione*, quod adeo verum eſt ſcilicet dominium nemoris pertinere ad ſolam vniuerſitatem, quod ſi princeps concedat feudum Baroni, expreſsè dicens vna cum pratis, montibus, & nemoribus, nihilominus prata, nemora, & montes de iure Dominij pertinent ad ipſam vniuerſitatem, Gama *deciſ. 67. numero 8.* Freccia *de ſubfeudis, lib. 2. auth. 46. num. 4.* & habetur *in dict pragm. 12.* nec ſingulis competunt iure poſſeſſionis, cum non ſit pars certa ſibi contingens, & quod incertum eſt, non poteſt poſſideri, *l. 3. §. in certum, l. locus, §. in certo, ff. de acquir. poſſ.* ideoque non ſibi, ſed vniuerſitati poſſidet, Pariſius *conſ. 111. lib. 1. num. 68.* vt & poſſidere, & vſucapere municeps poſſint, *l. 2. ff. de acquir. poſſ.* Bart. *in d. l. 1. §. municeps eod. tit.* & quod vſus non ſit ſingularis perſonæ, patet quia vniuerſitas poterit eo inuito rem ſuam
22 vendere, & in aliam formam redigere, *l. per Procuratorem, ff. de ædificiis priuatis*, ex quo fit, quod vſus ille potius dicitur ex occaſione dum non prohibentur ciues eis competere, quam iure proprio, *l. Labeo, ff. de riuis*; & ſic ſingularis non eſt Dominus, & vſus eſt contingens, & incertus dependens ab aliena, & mutabilis voluntate totius vniuerſitatis, ergo cum ſit vniuerſitatis non poteſt ſingularis perſona ſine facto vniuerſitatis illud transferre, *l. id quod noſtrum 11. ff. de regul. iur.* & ſic proprius, & ſingularis non eſt vſus, quia vſus debet eſſe certus, & non dependens à voluntate aliena, *l. cui vſus, ff. de vſu, & habitatione*, gloſſa *in l. 1. in verbo & nudus vſus, ff. eod. tit.* vbi vſus eſt ius vtendi, ſed in præſenti non eſt ius vtendi, ſed occaſio vtendi, & propriè tunc dicitur ius quando eſt proprium, vt pro eo poſſit agere in iudicio, & ſimul excipere, & agere, *l. 2. §. ſed alius, ff. quando appellandum ſit, l. ſed ſi vnius, §. Procurator, ff. de iniuriis*, ſed ſingularis de vniuerſitate non poteſt in iudicio agere, vel excipere in cauſa vniuerſitatis, nec reſpectu ſui vſus, ſuo proprio nomine *cap. cauſam il 1. de iudiciis, cap. edoceri de reſcriptis, Clementina Religioſus, de procuratoribus*, ergo Baro non habet facultatem impediendi locationem, vt bene Menochius
23 *de arbitrariis, caſu 106. num. 3.*

Vnde bene dicimus, ſingulares de vniuerſitate ſemper eſſe ad teſtimonium admittendos, quia commodum competit eis in conſequentiam, & non attenditur, argumento *l. 1 ff. de author. tutor. l. quoties, C. de iudiciis*, Cancer. *var. part. 1. cap. 20. num. 6.* eſſent tamen repellendi actualiter paſculis vtentes, ſi examinandi eſſent ſuper eiſdem, Couarr. *pract. cap. 18. num. 4.* quia tales ſentiunt commodum burſale, ſed tales etiam actualiter vtentes non poſſunt contradicere locationi paſcuorum factæ per maiorem partem, quia magis ex occaſione, quam iure proprio vtuntur paſculis.
24 Infertur etiam cauendum à negligentia Capicij *deciſ. 152.* vbi præſentem quæſtionem ita difficilem reputauit, vt auſus non fuerit illam decidere, & eandem reliquit indeciſam, Francus *deciſ. 197.* confugiens ad poſſeſſionem vendendi paſcula, quem malè accepit Capiblancus relatus à Thoro apud Apontem *de poteſtate Proregis, tit. 3. de elect. officialium, §. 20. ad n. 11.* vt bene Ganauerrus *dec. 37. n. 32. & 33.*

Infertur quartò, quod ſi Baro locauerit feu- 25
dum, & omnia iura, quæ habet in eo, non cenſetur locaſſe vſum paſculandi, tanquam primo ciui competens in pratis, & nemoribus, tum quia vſus eſt facultas perſonalis, neque egreditur perſonam *l. 4. ff. de vſu, & habitatione*, vbi Gloſſa *in verbo habitare*, ergo vſus nec locari, nec cedi potuit, *l. denique eod. tit.* Regens de Aponte *de poteſt. Proregis, de elect. officialium, §. 2. num. 9.* tum quia prædictus vſus ſingularis de vniuerſitate non eſt in bonis ipſius, cum ſibi non veniat iure, ſed occaſione, & contingens, atque dependens ab aliena voluntate, *l. ſed & ſi quis, §. interdum, ff. de vſufr. l. captatorias, ff. de hæret. Inſtit.*

Infertur quintò, vſum paſcendi animalia habe- 26
re Baronem, vti primum ciuem, etiam quando non habitat in feudo actualiter, vt bene Regens de Aponte *tit. 3. §. 2. num. 13.* ratio eſt, quia Baronis ciuilitas non cauſatur ab habitatione, aut origine, ſed à dominio feudali, quoniam feudatarius eſt miles, & miles ibi domicilium habere videtur, vbi meret, & ſi nihil in patria poſſideat, *l. municeps, §. finali, ff. ad municipalem*, Bart. *in l. 1. num. 13. eod. tit.* Regens de Aponte ibidem Ganauerrus *deciſ. 38. à num. 12. vſque ad num. 17.* Neque obſtat quod dicunt Doctores, Caſtellani ſcilicet Dominum loci non habitantes non gaudere priuilegio paſcuorum, quamvis ſit primus ciuis, vt fuit Auendanus *de exequendis mandatis, cap. 4. num. 25.* Gregorius Lopez, Burgos de Paz, Bouadilla, & alij, quos refert Rouitus *in d. pragm. 12. num. 50. de Baronibus.* Reſpondeo enim quod talis doctrina veriſſima eſt, ſed non applicabilis extra Regnum Caſtellæ, vbi eſt prohibitus vſus montium, & paſculorum communium Ciuitatis extra eam habitantibus, per textum *in l. 9. tit. 28. partita 3.* vt bene obſeruat Hiſpanus Ganauerrus *deciſ. 37. in fine.*

Infertur ſextò à ſimili Infantem expoſitum 27
eſſe Ciuem loci, vbi expoſitus reperitur, & vbi eſt hoſpitale, *ex l. 1. §. finali*, vbi Bart. *num. 21. ff. ad municipalem ex l. quia ſemper, §. 1. ff. de in ius vocando*, Marſilius *in l. Infans num. 10. ff. ad leg. Cornel. de Sicariis*, Boërius *d. 13. num. 41.* quia licuti filius vulgò quæſitus, ſequitur domicilium Matris, quoniam aliud habere non potuit, *d. l. 1. § fin. ff. ad municipalem*, ita domicilium filij expoſiti debet eſſe in Ciuitate, cuius eſt hoſpitale, tota difficultas eſt, an fiat per viam præſumptionis, an per viam fictionis (quas differre dicunt omnes cum Menochio *lib. 1. præſ. 35. num. 20. & præſumpt. 8.*) Bart. *in d. l. 1. num. 21. verſ. præterea, ff. ad municip.* dicit fieri per præſumptionem, ſed *in l. ſi is qui pro emptore, num. 35. ff. de vſucap.* ait eſſe per fictionem, vnde quidam ex- 28
poſitus obtinuit in Regia Camera priuilegium Ciuilitatis Neapolitanæ, & eo mortuo Filius expoſiti, qui non erat Neapoli natus, vti Filius Neapolitani petebat Ciuilitatis priuilegium, decidit Regia Camera *dec. 136.* quod non competebat, quia priuilegium conceſſum Filio Neapolitani, conceditur filio veri, non interpretati Neapolitani: Immunitas enim conceditur Neapolitanis genitis non factis, vt colligitur *ex pragm. 4. de Immun. Neapolitanorum*, vbi Regens Rouitus *num. 1.* at expoſitus quamvis gaudeat iuribus veri Neapolitani, non tamen eſt verus, & certus Neapolitanus, ſed per fictionem, vel præſumptionem reputatur originarius Ciuitatis Hoſpitalis, cui fuit expoſitus, Bart. *in d. l. ſi is qui pro emptore, ff. de vſucapion. num. 35.* ergo priuilegium conceſſum

29 cessum filiis ciuium, non potest competere filio
expositi, tum quia verbum *ciuis Neapolitanus*,
intelligi debet de ciue naturali, non de ciue ciui-
liter interpretato vel ficto, iuxta naturam priui-
legij, & eius legitimam interpretationem, *l. fidei-
commissum 75. ff. de condit. & demonstrat.* vbi ap-
pellatione filij, non venit filius adoptiuus, qui
propriè non est filius, licet habeat iura filij, *§. sed
& hodie, instit. de adopt.* Bart. *in l. si maritus, §. le-
gis Iuliæ, ff. de adult.* nam est filius fictus *l. filio
quem pater, ff. de liber. & posthumis*, & sic consu-
luit Bart. *cons. 24. lib. 1.* dum ait in statuto verbum
filij non comprehendere adoptiones, Tiraquell.
*in l. si numquam, in verb. susceperit liberos, num. 7. C.
de reuoc. donat.* ergo cum expositus sit ciuis Nea-
politanus fictus, repugnat comprehendi sub ver-
bis legis particularis, seu Capitulorum Ciuitatis
exorbitantium à iure communi, ad regulam tex-
tus *in l. hæc verba*, vbi Bart. *ff. de negot. gestis*; tum
30 quia tale priuilegium immunitatis Neapolitanis
concessum, & eius filiis, fuit concessum à Prin-
cipe, inter alias gratias à Ciuitate petitas, ergo
est strictè interpretandum, & non debet extendi
ad ciues interpretatos, vel fictos, & non pro-
prios, nec naturales, argum. text. *in l. si aliquando,
C. de operibus publicis*, tum quia priuilegia immu-
nitatis sunt cæteris Regnicolis præiudicialia, &
& ideo iniusta est regulariter eius concessio, An-
charanus *cons. 260.* per textum *in l. rescripto, C. de
precib. Imperat. offer.* ibi ab omnibus iudicibus
refutari præcipimus: nam debet iudex replicare,
& expectare secundam iussionem, *cap. si quando
de rescriptis*, Anch. *cons. 303. & cons. 399.* & notat
Bossius *de Principe, num. 136.* & quia munera
debent ab omnibus præstari, *cap. in singulis, §. &
quæ conuenerint, de statu Monachorum*, Ancharan.
cons. 260. num. 20. at priuilegium concessum Ti-
tio v. g. granat Principem concedentem, quoad
præterita, *l. 2. §. si merito, & §. si quis à Principe,
ff. ne quid in loco publico*, & quoad futura granat
cæteros vassallos, Riminald. *cons. 25. num. 55.
vol. 1.* per textum *in l. ab omnibus, ff. de leg. 1.* ergo
quia priuilegium immunitatis operatur, vt vnus
teneatur pro alio, erit odiosum, & strictè inter-
pretandum, Decius *in l. iuxta territorium, num. 5.
ff. de iurisdict. omn. iud. & cons. 491. vol 2.* Ancha-
ranus *cons. 260.* ergo non extenditur ad Neapo-
litanum præsumptum, vt bene Surdus *cons. 313.
num. 16. & 17. vol. 2.* ex Baldo *in l. ciues, num. 4.
C. de appell.* Tiraquell. *vbi suprà, num. 15.* tum
quia ciuilitas expositi est facta, vel præsumpta in
fauorem, & priuilegium eius interpretata, ergo ad-
iungere huic fauori, & priuilegio aliud priuile-
gium filij, esset multiplicare fauores, & priuilegia
contra textum *in l. 1. C. de dotis promissione*, Gloss.
in l. cum post diuortium, §. gener, ff. de iure dotium,
Gratianus *cap. 518. num. 27.* Riminaldus iunior
cons. 31. num. 70. vol. 1.

DISCEPTATIO LVI.

SVMMARIVM.

1 *Series facti proponitur.*
2 *Gloss.* in cap. 1. de offic. Ordinarij, *expen-
ditur.*
3 *Archiepiscopus visitare potest totam suam pro-
uinciam.*
4 *Text.* in cap. nullus primas 9. quæst. 2. *decla-
ratur* cum Clem. Archiepiscopo 1. de priu-
il. in 6 in seq.
5 *Declinare verbum quid importet.*
6 *Archiepiscopus declinat ad locum suffraganei
pro tempore quo à iure permittitur.*
7 *Archiepiscopus in tota prouincia insignijs vtitur
& benedictionem facit.*
8 *Mozzettam defert, & crucem* num. 9.
10 *Non tamen præsente legato.*
11 *Et mantellettum violaceum, vel nigrum.*
12 *Prædicare Archiepiscopus per totam prouin-
ciam valet, & Episcopus per suum territo-
rium etiam in Ecclesiis regularium.*
13 *Et indulgentias promulgare, & conce-
dere.*
14 *Episcopus præsente metropolitano non bene-
dicit.*
15 *Archiepiscopus missam cantat Pontificaliter
in Ecclesia suffraganei & alia gerit sine exer-
citio iurisdictionis.*

ARGVMENTVM.

*Archiepiscopus quando possit vti in-
signiis suis, in diœcesi Episcopi sui suffra-
ganei, & præsente legato, & Episcopus
etiam præsente metropolitano? Et quid si
Archiepiscopus sit Baro terræ sitæ in diœ-
cesi Episcopi suffraganei.*

PRO

Illustrissimo D. Archiepiscopo Reginensi,

CVM

Illustrissimo Episcopo Bouen.

EMINENTISSIME & Reuerendissime Domine, Reuerendissimus Archiepiscopus Reginensis, qui est etiam Comes in temporalibus, Ciuitatis Bouæ, solet pluries in anno, ad dictam Ciuitatem Bouæ, se transferre, ob negotia ad dominium temporale spectantia, & ibi diu commorans, tanquam metropolitanus, crucem ante se deferri facit, populo benedicens, & in Pontificalibus celebrans, ac mozzetum defert, inuito D. Episcopo Bouen. suo suffraganeo, ad aures dicti Illustrissimi Archiepiscopi peruenit, per Doctorem Thomam Clausum, nomine dicti Episcopi Bouen. fuisse memoriale porrectum super his, petentem per S. Congregationem declarari, dicto Archiepiscopo talia facere non licere, ego tamen mirari non desiui de prætensis, & vt iura mei principalis Archiepiscopi proponam, duo cogitaui, primum ostendere allegata per Clausum non esse ad propositum adducenda, sed in casibus propriis, non ad materiam etiam applicanda secundum iura mei Principalis proponere.

Quoad primum allegat Clausus, quod quamvis Ciuitas, & Diœcesis Bouen. sit infrà Prouin- 2

ciam Reginenſem, & ſuffraganeam, non tamen permittitur Archiepiſcopo illam ingredi, ad ſui libitum, ſed tantum in caſibus ſibi à iure permiſſis, tamquam Metropolitano, & allegat Gloſſam *in cap. 1. de offic. Ordinarij in 6. in verbo ingrediantur*, & *in cap. nullus primas 9. quæſtione 20. in verbo Metropolitanus.*

Sed Eminentiſſime Domine, rogo videri gloſſam allegatam, & textum *in dict. cap. nullus*, gloſſa enim hæc dicit *in dicto verbo ingrediantur*, damus verba (quomodo ergo viſitabunt, & procurationem recipient? Ecce de quo loquitur) & ſic ſubdit Gloſſa, eſt contra ſuprà de præſcript. ex officiis, ſuprà *de cenſibus ſopita, & cap. nuper, & infrà eod. tit. Roman. & capite vlt.* cum ſuis ſimilibus, ſolu. hoc non poſſunt, niſi in caſibus permiſſis, quorum ille vnus eſt, & vide. Loquitur ergo Gloſſ. quando Archiepiſcopus Reginenſis vellet ingredi in ciuitatem Bouen. ſuffraganeam pro viſitanda diœceſi Epiſcopi Bouen. vnde collectores dicti textus, colligunt quod Archiepiſcopus non poteſt ad viſitandam Diœceſim ſuffraganei venire, ſua propria authoritate, quandocumque voluerit, & exigere procurationem pro viſitatione, quod & Gloſſa intellexit ibi (& procurationem recipientem.)

3 Poteſt enim Archiepiſcopus totam ſuam Prouinciam viſitare, *cap. cum Apoſtolicus*, vbi Gloſſa *in verb. Archiepiſcopus, cap. ſopita, cap. ſuper eo, de cenſibus, cap. cum ex officiis, de præſcriptio. cap. 1. & fin. de cenſibus, in 6.* Trid. *ſeſſ. 24 de reformat. cap 3.* Panuinus *de viſitat. part. 1. queſt. 29.* Fulcus *de viſitat. lib. 1. c. 20.* Quaranta *in verb. Archiepiſcopi authoritas verſ. 33. authoritas*, ſed non ad ſui libitum, imò in caſibus à iure permiſſis, qui licet eſſent dubij iure communi, nunc ſunt à Concilio Tridentino declarati, ſcilicet poſtquam plenè viſitauerit ſuam Diœceſim, & non niſi cauſa cognita, & probata ex Concilio Prouinciali, vt in Trident. habetur *dict. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 3.* at videat Dominus Clauſus pro ſuo cliente, ſi Archiepiſcopo Reginenſi obſtet, quod allegat.

4 Secundò allegat text. *in dict. cap. nullus primas 9 quæſt. 2.* vbi Caliſtus *in Epiſto. 29.* prohibuit vt nullus Primas Archiepiſcopus, vel Epiſcopus indicet, aut ordinet, vel diſponat aliquid in alterius Parœcia, niſi fuerit inuitatus, qui textus fuit à Trid. innouatus *ſeſſ. 6. de reformat. cap. 50.* at non eſt hoc, quod prætendit in Ciuitate Bouen. Dominus meus Illuſtriſſimus Reginenſis Archiepiſcopus.

Subdit Clauſus præter quos caſus nullibi reperitur iure cautum, quod poſſit Archiepiſcopus in locis ſuffraganeorum ſupradicta exercere, niſi per text. *in Clem. Archiepiſcopi de priuil. in 6.* quæ licet expreſsè loquatur de locis exemptis, tamen DD. illam extendunt, etiam ad loca ſuffraganearum, Genuenſ. *in prax. cap. 88. num. 18.* Quaranta *in ſumma Bullarij in verb. Archiepiſcopi authoritas, num. 28.* qui textus loquitur tranſeunter, ſeu declinando, at Archiepiſcopus in præſenti non eſt per tranſitum, non declinat, ſed commoratur, ergo vti non poterit priuilegiis ſuis in Ciuitate Bouen. qui non per modicum tempus ſtat ibi, ſed per multum tempus, & allegat Ciceronem, & alios huius Farinæ authores, & ponderauit aduerbium, forſitan cum Alberic. *in ſuo dictionario*, & concludit, quo ſolus tranſitus conceditur Archiepiſcopo in Ciuitate Bouen. ex improuiſo ad inſtar militum præſidiarij.

5 Vidit ergo Clauſus textum *in dicta Clement. Archiep. de priuil. in 6.* vbi habetur, quod Archiepiſcopus per quæcumque loca exempta ſuæ Prouinciæ tranſiens, aut ad ea forſan *declinans*, ſed quia Clauſus prætendit quo ly declinans ſignificet Archiepiſcopum per modicum tempus debere permanere. Videamus, quid ſignificet declinare, de quo *in dict. Clement.* quod à vocabulariis, & Lexicis eſt petendum, & primo Calepinum Paſſeratij *in verbo, declino*, ait quod ſumitur, vel pro auertere ab aliquo bono, vel malo, vel pro deflectere, vel præterire vt puta Brunduſium veni, vel potius ad mœnia acceſſi, vrbem vnam mihi amiciſſimam declinaui, vt ex Plauto colligit Calepinus, numquam verò habetur quod ſignificet, tranſeundo, vel pertranſire, ſed ſimpliciter venire, &c. & interdum ſumitur pro deduco, Liuius *lib. 1.* ab vrbe dum ab vno loco ad alium ducor, & alibi ſic Lexicon Caluini ait declinare ſumitur, pro eo quod eſt euitare nocitura, & declinare ſententiam & paulatim illam infirmare, & ideo niſi ſententia declinetur rebus iudicatis ſtandum erit, & alias quod etiam dicit, Lexicon Scardij *in verbo declinare*, ſic vocabularium Eccleſiaſticum Ioannis Bernardi Sauonenſis, cum additionibus Benedicti Pucij declinare ſumitur *per andare à caſa d'alcuno, laſciando il camino, che facea*, ſic Lexicon Eccleſiaſticum Simeres, declinare ſumitur per euitare *algunas coſas, & leuar de vn lugar para otro*. Lexicon Græcum Latinum Scapulæ declino à via ſc. muto locum, vt in vocabulario Ioannis Scapulæ *fol.* 1585. in impreſſis de anno 1663. Lugduni, *in fol. 6.*

Cum ergo ex Latinis, & Græcis authoribus, 6
Hiſpanis, ſecularibus, & Eccleſiaſticis declinare ſignificet, cum præſenti locum mutare hoc facit Archiepiſcopus Reginenſis dum ex ſua Ciuitate, & diœceſi accedit, pro aliqua parte temporis, & declinat locum ſuum, ad locum ſuffraganei pro tempore quod permittitur ſibi à Concilio Tridentino, *ſeſſ. 23. de reform. cap. ergo poterit*, ibi ea omnia, facere quæ *in dict. Clementina*, concedunturs.

Dicit Clauſus quod ſi dum Archiepiſcopus eſt 7
in Ciuitate Bouen. vellet benedicere eſſet aliquid monſtruoſum quia duo capita eſſent ſimul in diœceſi Bouen. quod repugnat omni iure, & adducit Graffium *part. 1. lib. 3. cap. 2. numero 70. & part. 2. lib. 3. cap. 18. num. 29 & 58.* & poſt alios Ciarlinum *cap. 67. num. 16. lib. 1.* & Rom. *dec. 39. num. 11. & deciſ. 324. num. 10. part. 1. in recentioribus.*

Sed parcat mihi Clauſus, nam Graffius *loco citato in tit. de Epiſcopi, num. 7. fol. 370. col. 2.* ait quod Epiſcopus ſi vtatur inſignibus denotantibus Superioritatem extra ſuum territorium non poſſet quia viderentur plures Prælati in eodem loco, at numquam ſomniauit Graffius quod Archiepiſcopus non poſſit vti talibus inſigniis in loco ſibi ſuffraganeo, vt *in dict. Clem.* habetur, eſſet enim Graffium loqui contra textum *in dicta Clementina, &c.* & idem Graffius *part. 2. lib. 3. capite 15. numero 28.* ait Archiepiſcopum poſſe vti inſignibus denotantibus Superioritatem in tota ſua Prouincia ex priuilegio *Clementin. 2. de priuileg.* ſed non competere dicit extrà Prouinciam, quod nec Archiepiſcopus Reginenſis prætendit, Idem Graffius *vbi ſuprà num. 58.* loquitur de Abbatibus habentibus priuilegium conceſſum ab homine, vt vtantur Pontificalibus, & dicit Graffius quod eo vti non decet præſentibus Epiſcopis, at ſumus in

Archie

Archiepiscopo cum Episcopo in loco sibi suffraganeo, qui cum possit vti insignibus propriis non recepit normam ab existentia Episcopi in eo loco, Ciarlinus *vbi suprà num.* 16. ait benedictionem Populi, & agrorum non esse committendam alienis Prælatis, ne monstrum videatur, eandem diœcesim habere duo capita, Qui Ciarlinus si loquatur, quod non possit committi ab vno Episcopo, alteri Episcopo, vt sui vice id faciat, est absurdissimum dictum, non enim per hoc, quod Archiepiscopus Neapolitanus v. g. committit alicui Episcopo, vt semper fit ordinationem Clericorum confirmationem, &c. sunt Neapoli duo capita, quia id facit inuitatus ab Archiepiscopo, & alieno nomine, si verò Ciarlinus dicere velit de Archiepiscopo in loco suffraganei, vt non possit Benedictionem facere, &c. errat in terminis, essent enim non duo capita, sed vnum prouinciæ, aliud Diœcesis.

Dicit D. Clausus circa delationem Mozzettæ indubitanter tenendum est illam Archiepiscopum deferre non posse, quia Mozzetta est insigne plenariæ iurisdictionis, Riccius *in praxi aurea resol.* 491. *per tot.* Rubeus *Aphorismi Episcoporum in verbo legatus num.* 6. ergo non poterit ea vti Archiepiscopus in Ciuitate suffraganea, 8
sed tantum poterit ante se deferre crucem benedicere, & celebrare, sed in simplici transitu tantùm, & non in aliis casibus non expressis allegat Vital. *in d. Clem. num.* 54.

Sed parcat mihi Clausus allegat Riccium *in praxi aurea*, quatuor sunt partes totius praxis Riccij, quem habui Dominum, & præceptorem, prima est praxis rerum quotidianarum, cuius primæ partis resol. 491. non agit de hoc. secunda est praxis aurea, cuius resol. 491. est an conuentio facta per maiorem partem noceat aliis. Tertia pars est rerum quotidianarum cuius resol. 491. agit de causæ remissione. Quarta est praxis rerum quotidianarum, cuius resol. 491. agit an Archiepiscopus possit formare processum contra Episcopum, ad effectum illum transmittendi ad Romanum Pontificem, at si Doctor Clausus vidisset Riccium *in dict. praxi aurea resol.* 234. *à num.* 2. vidisset Riccium bene discurrentem sc. posse Archiepiscopum ante se deferre Crucem, & Mozzettam portare in tota Prouincia, solum autem de Indulgentiis dubitat, & sic Riccium habemus pro nobis, nec potest somniari contrarium, & somniariè dicitur licere in simplici transitu, nulla enim est authoritas, quæ hoc dicit, nullus Doctor, qui somniauerit, est hic humor melancholicus Doctoris Clausi, & sui principalis.

Solutis ergo Clausi grammaticalibus potius quam legalibus obiectis.

Concluſio firma remanet pro Illustrissimo Domino meo Archiepiscopo Reginense posse in Ciuitate Bonæ plura facere, veluti sibi suffraganea.

9 Primo Crucem ante se deferri facere Castaldus *in praxi ceremoniali lib.* 1. *section.* 59. *capite* 12. Pilaia *tom.* 1. *dec. Can. dec.* 6. *de primat. & Archiepisc. in fine.* Barbos. *de iure Eccl. lib.* 1. *capite* 7. *num.* 125. Præs. de Franch. *dict.* 711. Gratian. *cap.* 467. *ex d. Clem.* 20. *de priuil.* sed extra Prouinciam illam deferri facere non potest, nisi ex peculiari priuilegio Sedis Apostolicæ *cap.* 1. *vt lite pend.* & hoc vt habetur *in dict. Clem.* etiam in locis exemptis suæ prouinciæ, etiam si essent loca nullius, Barbos. *part.* 3. *alleg.* 80. *de pot. Episc. num.* 9. *& in summa Apostolicarum decisionum Collectanea* 234. qua non poterit vti præsente legato in Ciuitate, idem Barbos. *collect.* 41. & Pilaia citatus, & hoc siue visitet, siue non visitet Ventrigl. *de iurisd. Archiepiscopi cap.* 17. *num.* 9.

Secundo potest vti Mozzetta in tota prouin- 10
cia, & illa violacea suprà Rocchettum apertum, Castald. *in prax. ceremoniali lib.* 1. *sect.* 10. *cap.* 10. *num.* 18. Barbos. *de iure Eccles. lib.* 1. *cap.* 7. *numero* 128. non tamen præsente legato de latere, idem Barbosa *in summa Apostolicarum decisionum in verbo* Mozzetta *num.* 7. *&* Pilaia.

Tertiò Mantelletus, qui est vestis ita appel- 11
lata, quia super vestem inferiorem talarem inducitur, eaque breuior, & aperta, vt per scissuram extrahi possit, *ceremoniale lib.* 1. *cap.* 1. & talis vbique Terrarum deferri poterit, & coram quibuscumque violacei coloris, vel nigri, provt est vestis inferior Episcopus Campanilis *in diuersorio Iuris Caconici rubr.* 9 *cap.* 50. *num.* 3.

Quartò licet Episcopo non concedatur prædi- 12
care in alieno territorio, sine licentia proprij Ordinarij vt tempore Clementis VIII. fuisse decisum, dicit Genuensis *c.* 18. *n.* 2. Gratian. *c.* 393. *num.* 9. & sequitur Barbosa *in summa Apostolicarum decisionum in verbo prædicare*, licet possit prædicare in quacumque Ecclesia suæ Diœcesis etiam Regulari, vt voluit Sacra Congregatio, de qua Lezzana *tom.* 3. *quæst. Regul. in verbo Concionatores num.* 13. Diana *part.* 1. *tract.* 2. *resol.* 109 Pilaia *tom.* 1. *dec.* 12. *de regularib. num.* 58. licet inquam Episcopo indicatur, tamen Archiepiscopo conceditur posse prædicare etiam solemniter per totam Prouinciam, Gratian. *capite* 467. *num.* 37. & alibi *vbi suprà.*

Quintò poterit Archiepiscopus in tota sua 13
Prouincia Indulgentiam concedere *cap. nostrum de pœnit. & remissionibus cap.* 1. *eod. tit. in* 6. Genuensis *cap.* 89. Barbos. *part.* 3. *alleg.* 88. *& de Iure Eccles. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 80. *& in summa Apostolicarum Decisionum in verbo Indulgentia sc.* per 40. dies in actibus ordinariis, & per annum in actum Consecrationis Ecclesiæ Genuensis *d. cap.* 89. Castald. *in praxi Ceremoniarum lib.* 2. *section.* 11. *cap.* 9. *num.* 3. Tamburin. *de Iure Abbatum.* 2. *disp.* 9. *quæst.* 2. *n.* 1. Episcopus, vel Archiepiscopus Cardinalis concedit post quamlibet missam solemnem, & in aliis actibus Indulgentiam centum dierum ex peculiari priuilegio, de quo Castaldus, Tamburinus, & alij *vbi sup.* & si Archiepiscopus, & Episcopus simul, eidem subdito, concedunt Indulgentias tunc multiplicatur numerus 40. dierum, vt bene Alexander de Neuo *in add. ad Abbatem in cap. cum ex eo de pœnit & remiss.* vbi Cardinalis, &c. Quas Indulgentias non possunt concedere pro defunctis, quia facultas est restricta ad subditos viuentes, Bonacina *tom.* 1. *in tit. de indulgentiis disp.* 5. *quæst.* 1. *punct.* 3. *præp.* 2. *num.* 50.

Sextò conceditur Archiepiscopo benedicere 14
populo per totam Prouinciam simplici, & solemni benedictione, *ex clem.* 2. *de priuilegiis.* Quaranta *in verbo Archiepiscopi authoritas vers.* 29. Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæstione* 22. *numero* 27. & etiam in loco exempto, vel Populo exempto Genuens. *cap.* 58. *numero* 18. Meroll. *tom.* 3. *disput.* 7. *cap.* 50. *num.* 166. Gratian. *cap.* 467. *tom.* 31. & præsente Metropolitano Episcopus se abstinet à benedictione sicuti Archiepiscopus se abstinet præsente Cardinali, vel lega-

to à latere, Caſtald. *d. cap. 9. numero 13.*

15 Septimò vti poterit Pontificalibus in prouincia, *Clementina 2. de priuilegiis*, ſine tamen exercitio iuriſdictionis, vt intelligitur Trid. *ſeſſ. 6. de reform. cap. 59.* vnde non poterit Archiepiſcopus in diœceſi ſuffraganea ſine licentia ordinarij, illam exercere etiam in proprium ſubditum Couar. *pract. cap. 9. num. 2.* Merolla *vbi ſuprà*, Quaranta *verſ. 31.* ſed poterit Miſſam dicere cum Pontificalibus, quo eſſet Pontificalia tenere ſine exercitio iuriſdictionis, quod bene permittitur, ſed non permittitur ordinare, confirmare, nec proceſſionem facere, vel ordinare, & poterit Baldacchinum habere in Eccleſia, qui hoc pertinet ad Pontificalia ſine iuriſdictione, quæ exercet Archiepiſcopus in tota Prouincia, Quaranta *verſ. 30.* Merolla *diſp. 7. tom. 3. cap. 50. num. 566.*

Quare ex dictis apparet ad aliud propoſitum dicta D. Clauſij eſſe adoptanda, nec loqui in cauſa, de qua agimus, & ex veris Canonicis principiis, Bullis Pontificum, & declarationibus Sacræ Congregationis imponi perpetuum ſilentium debere D. D. Clauſo, & ſuo Patronali, & D. meum Illuſtriſſimum Archiepiſcopum Reginenſem eſſe in ſuo proprio ſtatu, manutenendum, vt ſperat, &c.

DISCEPTATIO LVII.

SVMMARIVM

1 *Facti ſpecies proponitur.*
2 *Difficultatis quæſtio in praxi proponitur diſputanda.*
3 *Concluſio proponitur excluſiua Angelæ deſcendentis ex maſculo.*
4 *Linea quid ſit, & in quo differat à familia.*
5 *Linea appellatione non continentur fœminæ, & quando.*
6 *Fœmina, non venit appellatione lineæ, quando tacitè, vel expreſsè teſtator voluit familiam conſeruare.*
7 *Lineæ appellatione, venit linea deſcendens, non tranſuerſalis.*
8 *Familiæ verbum, comprehendit etiam tranſuerſales maſculos, & fœminas ex maſculis.*
9 *Fœmina ex maſculo, dicitur de familia, de domo, & de agnatione maſculina.*
10 *Tranſuerſales dicuntur de familia, non de linea.*
11 *Familia dupliciter vocari poteſt ad fideicommiſſum contentiuè, & effectiuè, & quid vtrumque ſit.*
12 *Familia in dubio, an veniat contentiuè, an effectiuè eſt difficultas.*
13 *Familiam vocari effectiuè, an contentiuè, quæ ſit vtilitas.*
14 *Familiam in dubio vocari contentiuè, probabilius eſt, & pluribus probatur.*
15 *Riminaldus Iunior ſtat pro familia contentiua.*
16 *Tiberius Decianus ſtat pro familia contentiua.*
17 *Menochius tenet pro familia contentiuè.*
18 *Peregrinus tenet pro familia contentiua.*
19 *Idem Peregrinus eſt pro familia contentiua.*
20 *Familia vocata, etiam cum prænomine (ſua) tranſuerſales continentur.*
21 *Familiam contentiuam vocari, & idem, ac vocare agnationem, domum, vel caſatam.*
22 *Fideicommiſſi materia, continet agnatos, & maſculos, excludendo fœminas.*
23 *Filia nupta agnationem non conſeruat, nec familiam.*
24 *Maſculinum quando cõcipiat fœmininum, etiam per viam interpretatiuam, an comprehenſiuam.*
25 *Maſculinum non concipit fœmininum, poſita conſeruatione familiæ.*
26 *Maſculini qualitas, excludit fœminas in fideicommiſſis.*
27 *Angela, de qua in præſenti, eſt omnino excluſa.*
28 *Fœmina excluditur, vocata linea maſculina, & deciſiones afferuntur.*
29 *Fœmina proximior excluditur per agnatum remotiorem, poſito fauore agnationis.*
30 *Inueſtitura accepta pro ſe, & hæredibus ex linea maſculina, non comprehendit fœminam natam ex maſculo.*
31 *Fœmina ex maſculo in fideicommiſſis per lineam maſculinam non admittitur.*
32 *Fœmina deſcendens ex maſculo, an ſit in linea maſculina, & qualiter.*
33 *Fœmina ex maſculo admittitur vocata familia, domo, agnatione, progenie, &c.*
34 *Fœmina admittitur, quando ſubſtitutus non eſt habilis ad conſeruandam familiam.*
35 *Teſtatorem in præſenti habuiſſe voluntatem conſeruandi familiam probatur.*
36 *Maſculinitatis vocatio videtur ob agnationem facta.*
37 *Proximioribus vocatis an veniant fœminæ deſcendentes ex maſculis.*
38 *Fœmina deſcendens ex maſculis, ſi ſit de linea deſcendenti, verius eſt, quod veniat appellatione maſculorum, ſecus ſi ſit tranſuerſalis.*
39 *Maſculi nomen quibus modis ſumitur, & ad quos referatur.*
40 *Teſtamenti verba qualiter ſint accipienda naturaliter, an ciuiliter.*
41 *Teſtamenti verba ſunt intelligenda in ſenſu naturali.*
42 *Fœmina ex maſculo fictione iuris tantum cenſetur maſculus non rei veritate attenta*
43 *Teſtatorem in præſenti non cogitaſſe de fœmina ex maſculo, clarè probatur.*
44 *Fœmina ex maſculo, attenta mente teſtatoris non venit appellatione maſculorum.*
45 Alexandri conſilium 53. lib. 6. *ad propoſitum adducitur.*
46 *Succeſſiua vocatio proximorum cum qualitate maſculinitatis, operatur conſeruationem agnationis.*
47 *Fœmina excluditur in concurſu maſculorum à fideicommiſſo, etiam ſi ſit agnata.*
48 *Fœmina etiam proximior maſculis excluditur à fideicommiſſo maſculino.*
49 *Fœmina ſiue nupta, ſiue non nupta excluditur à fideicommiſſo conſeruatiuo familiæ.*
50 *Fœmina quoad nomen conſeruat familiam; non quoad ſubſtantiam, & effectum.*
51 *Doctiſſimi, & amiciſſimi* Altogradi conſ. *ponderantur, ſcil.* 92. tom. 1. & 80. tom. 2.
52 *Fœmina ex maſculo dicitur de linea maſculina excluſiuè, non incluſiuè.*
53 *Fœminarum excluſio eſt ſufficiens ratio conſeruandi agnationem.*
54 *Fœmina non excluditur in præſenti, quia non*

eſt

est agnata, sed quia non conseruat agnationem.

55 *Masculinitatis ratio cum aliis adminiculis, facit præsumi conseruationem familiæ fuisse voluntam.*

56 *Fideicommissi successio datur quatuor consideratis, & quæ sint, & prohibitio alienandi qualiter inducat conseruationem familiæ.*

57 *Filia subingrediatur in locum patris quoad gradum, & locum, non quoad personam.*

58 Scæuolæ *dictum* in l. gallus, §. nunc de lege Velleia, ff. de liber. & posthum. *qualiter procedat.*

59 *Tex.* in l. voluntas, C. de fideicom. *qualiter procedat.*

60 *Tex.* in d. l. voluntas *loquitur de fideicommisso in casu alienationis.*

61 *Fœmina excluſa in proximiori gradu, remotiores excluduntur.*

62 *Proximioribus vocatis est quæstio, an testatoris, an grauati contineantur.*

63 *Proximiore de agnatione vocato, venit proximior agnato grauato.*

64 *Scribentis protestatio, & conclusio dictorum.*

ARGVMENTVM.

Fideicommissum an, & qualiter comprehendat fœminas, & familia quotupliciter vocari possit, & an transuersales de linea esse dicantur? Fœmina descendens ex masculo si sit in gradu proximiori, an excludat masculum in gradu remotiorem? Fideicommissum qualiter constituatur, & an sit fauorabile; Masculi etiam ex fœmina vtrum; & quando contineantur sub linea masculina ad ornatum Glossæ in l. Gallus §. nunc de lege Velleia *ibi (Per virilem) sexum* ff. de liberis, & posthumis, *& plura de fideicommissorum materiæ latè adducuntur, &c.*

PRO

D. Francisco, & aliis de Iuuene,

CONTRA

Angelam Iuuene, & Franciscum de Marino eius filium, & cessionarium.

1 SVPPONITVR in facto, quod Ioannes Antonius Iuuenis Fidelissimæ Ciuitatis Cauæ, post eius mortem sex reliquit filios in arbore proponta contentos, v. g. Ioannem Franciscum, Hieronymum, Iacobum, Ascanium, Christophorum, & Cæsarem.

Ex Ioanne Francisco natus fuit Ioannes Antonius, & ex dicto Ioanne Antonio Franciscus Iuuenis iunior ad præsens viuens Dux S. Angeli ad Fasanella.

Ex Hieronymo peruenerunt Ioannes Benedictus, qui sine filiis decessit, Ioannes Thomas, qui relicto Ianuario abiit, nullis aliis relictis liberis, ac Ioannes Vincentius vltimus ex prædictis fratribus moriens, instituto hærede prædicto Ianuario eius ex fratre nepote, qui voluit, quod ipso moriente sine filiis quandocunque ex suo corpore, &c. in eius hæreditate succederent proximiores in gradu de linea masculina ipsius testatoris Canonici Ioannis Vincentij ad faciendum, & disponendum, &c. cum expressa prohibitione, & fideicommisso formato, quod ipse Ianuarius suus hæres vendere, nec alienare quomodolibet, nec etiam distrahere posset aliquod de hæreditate ipsius testatoris: Nec ipsa aliquem effectum haberet, nec decretum aliquod super ea interponi posset per nullum Tribunal, quod pecunia staret pro fideicommisso. Nec aliter posset interpretari dicta sua loquutio, quoniam vult, quod hæreditas conseruetur pro obseruantia præsentis sui testamenti ad beneficium dictorum proximorum in gradu de linea masculina, vbi dixit, & mentionem fecit, vt suprà.

Ex Iacobo inter alios filios, qui decesserunt sine filiis natis, fuit Bartholomeus, & ex Bartholomeo Dominicus Antonius ad præsens viuus.

Ex Ascanio orti fuerunt quon. Lelius, & Matthæus, & Isabella, quæ tantum viuit.

Ex Lelio extat filius nunc Frater Hiacinthus Iuuenis Frater Dominicanus, ab eodem testatore Ioanne Vincentio maximopere dilectus, cuius ego testis fum.

Ex Christophoro natus fuit Ioannes Nicolaus mortuus deinde absque filiis.

Et ex Cæsare in lucem venerunt Angela, & Paulus, qui Paulus ab hac vita decessit, & Angela ad præsens viuit iam nuptui tradita in aliam familiam.

Posita ergo hac facti specie oritur difficultas quis debeat succedere stante morte prædicti Ianuarij sine filiis ex fideicommisso prædicti Reuerendi D. Ioannis Vincentij testatoris disponentis ad beneficium eius proximioris de linea masculina, an prædicta Angela in gradu proximiori prædicto testatori, cum ipsa sit in quarto gradu Reuerendo D. Ioanni Vincentio, & in quinto gradu prædicto Ianuario, an prædicti frater Hiacinthus, Ioannes Franciscus Iunior Dux S. Angeli, & Dominicus Antonius filius Bartholomæi remotiores in gradu cum sint, respectu prædicti Reu. D. Io. Vincentij in quinto gradu, & respectu prædicti Ianuarij in sexto gradu. Ratio difficultatis consistit in hoc, sc. primò an transuersales sint de linea, & quid sit esse de linea effectiuè, quid contentiuè, & an fœmina consobrina testatoris descendens ex masculo dicatur de linea testatoris consobrini, secundò, an fœmina descendens ex masculo proximiori gradu succedat excludendo masculum ex masculo in remotiori gradu, quibus solutis difficultatibus, clarè apparebit veritas negotij.

Ego tamen mordicus defendo, partes masculorum

lorum, ex maſculis deſcendentium, ad excluſionem Angelæ, ex Cæſare deſcendentem.

4 Quoad primum dico, quod linea eſt nomen collectiuum plurium perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium, gradus continens, & numeros diſtinguens, iuxta notata per Bald. *conſ.* 331. *vol.* 1. *&* *conſ.* 334. *&* 339. *vol.* 3. per Menoch. *conſ.* 106. *num.* 334. *lib.* 2. & differt familia à linea, vt bene Germani omnes, teſte nouiſſimè Philippo Kinſpilt *de fideicommiſſ. familiarum nobilium*, *cap.* 1. *num.* 79. & quamvis linea cognationis vtrumque ſexum, tam maſculinum, quàm fœmininum in ſucceſſionibus comprehendat, Valentinus Foreſterius *de ſucceſſ. ab inteſtato*, *lib.* 3. *cap.* 23. *num.* 13. Menoch. *conſ.* 625. *num.* 9. *&* *ſeq.* Peregrinus *de fideicommiſſ. art.* 22. *num.* 24. Fuſar. *quæſt.* 346. *num.* 1. *&* *ſeq.* tamen diuerſum

5 eſt, ſi iure aliquo ſingulari, vel hominis diſpoſitione, ſoli maſculi, fœminis excluſis ad ſucceſſionem vocentur, quo caſu lineæ appellatione fœminæ non continentur, Foreſterius *vbi ſuprà*, *numer.* 14. quoties enim in ſucceſſione in vtroque ſexu non eſt paritas, ſed verſamur in materia differenti, in qua fœmina differt à maſculo maſculinum non concipit fœmininum, Kinſpilth *d. cap.* 1. *num.* 48. *&* *num.* 85. qui notabiliter ad propoſitum aduertit, quod quando teſtator tacitè, vel expreſsè mentem habuit conſeruandi bona in agnatione, fœminæ non veniunt appellatione lineæ, Iaſon *conſ.* 52. *col.* 4. *lib.* 3. Pariſ. *conſil.* 47. *&* *conſ.* 63. *num.* 24. *lib.* 2. Menoch. *conſ.* 625. *num.* 2. Fuſarius *d. q.* 346. *num.* 5. *&* *ſeq.*

7 ſicuti neque tunc, quando linea maſculina, vel deſcendentes per lineam maſculinam, vel virilem ſexum vocauit teſtator, Pariſ. *conſ.* 40. *num.* 43. *lib.* 2. Menoch. *conſ.* 295. *&* *lib.* 4. *præſumpt.* 91. *num.* 6. Peregrinus *art.* 26. *num.* 23. *&* *ſeq.* Fuſarius *d. quæſt.* 346. *num.* 12. *&* *ſeq.* & in dubio dum teſtator, & diſponens vocat lineam, intelligitur de linea ipſius deſcendenti, & nõ de collaterali, ſeu tranſuerſali, Bald. *conſ.* 321. *lib.* 1. Ruin. *conſ.* 97. *num.* 4. *lib.* 1. *&* *conſ.* 153. *num.* 10. *lib.* 2. Menoch. *conſ.* 233. *num.* 19. *lib.* 3. *&* *lib.* 4. *præſumpt.* 88. *num.* 11. latè Fuſarius *quæſt.* 345. Peregrin. *art.* 22. *num.* 24. quod maximè procedere dicunt Doctores quando teſtator dixiſſet, quod bona conſeruari debeant in linea ipſius teſtatoris, quia tunc tranſuerſales non continentur, ita Peregrin. *conſ* 57. *num.* 9. *lib.* 5. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 88. *num.* 11. Fuſar. *quæſt.* 345. *num.* 6. Kinſpilth. *de fideicomm. cap.* 1. *num.* 87. *&* *cap.* 6. *nu-*

8 *mero* 46. qui de communi teſtatur, familiæ verò verbum latè comprehendit etiam inſtituentis tranſuerſales, *l. pronunciatio* 195. §. *item appellatur* 4. *ff. de verb. ſignif. l. fin. Cod. de verb. ſignific. l. cum ita legatur*, §. *in fideicommiſſo*, *ff. de leg.* 2. Molina *lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 40. & non tantùm maſculos, ſed etiam fœminas, *d. l. fin. Cod. de verb. ſignif. l. voluntas*, vbi DD. *C. de fideicomm.* atque ita familiam ad fideicommiſſum vocata, etiam fœminam contineri, vel alienationis prohibitione extra familiam facta, fœminam non excludi, dicunt DD. *in d. l. voluntas*, *C. de fideicomm.* Mantica *lib.* 8. *tit.* 12. *num.* 6. Menoch. *d. præſ.* 88. *num.* 3. Peregrin. *art.* 22. *num.* 26. Fuſarius *quæſt.* 352. comprehendit ergo linea deſcendentes tam maſculos, quàm fœminas deſcendentes à maſculis, vt latè Tiraquell. *de retract. lignagier.* §. 1. *gloſſ.* 9. *numer.* 244. quæ etiam ſi ex maſculis deſcendunt, dicuntur eſſe de agnatione, ſiue agnatæ, *d. l. pronunciatio* 195. §. *fin. ff. de verb. ſign. l.* 2. §. *fin. ff. de ſuis, & legitimis*, §. *ſunt autem* 1. §. *præſumpt.* 3. *verſ. & hæc quidem*, ibi, *omnes agnatos, ſiue maſculos, ſiue fœminas, inſt. de legit. agnat. ſucceſſ.* Alex. *conſ.* 55. *lib.* 3. Corneus *conſ.* 229 *&* 230. *lib.* 2. Bartholomæus Romuleus *de teſtatoris præcepto bona extra familiam alien.* ſiue in explicatione, *l. filius fam.* 114. 9 §. *Diui ff. de leg.* 1. & fœminam ex maſculo deſcendentem non minus quàm maſculum dici, & eſſe de ſua familia, domo, & agnatione maſculina, tradunt DD. *ex l. voluntas*, *C. de fideicomm. l. lege*, 12. *tab. Cod. de legit. hæred.* Decius *in l.* 2. *num.* 95. *ff. de reg. iur.* Cranetta *conſ.* 67. *num.* 3. *lib.* 1. Vulteius *tom.* 1. Mampurgenſium *conſ.* 25. *num.* 26. *&* *conſ.* 54. *tom.* 4. *num.* 96. Kinſpilth. *de fideicomm.* 10 *cap.* 1. *num.* 38. erunt ergo tranſuerſales de familia, ſed non de linea, quæ in dubio non continet tranuerſales ex ſupradictis, ergo Angela vtpote tranſuerſalis teſtatoris ſub linea ab eo vocata non cenſentur, verum licet in linea contineantur fœminæ, tamen ſi ſit contemplata agnationis conſeruatio, tunc non venirent fœminæ, ex plenè notatis à Peregrino *de fideicomm. art.* 25. *num.* 10. *&* *conſ.* 23. *num.* 5. *vol.* 3. & hoc ſenſu lineæ appellatione continentur deſcendentes omnes, Ancharanus, Decius, Soccinus ſenior, & iunior, Ruinus, & alij apud Capycium *d.* 159. *num.* 6. Grinella *d.* 109. *num.* 12. Peregrin. *ar.* 122. *num.* 24. Fuſarius *quæſt.* 345. Rota apud Farinac. *deciſ.* 226. *part.* 1. *recentiorum.*

Dupliciter verò ad fideicommiſſum poteſt vo- 11 cari familia, ſcilicet primo contentiuè, ſeu paſſiuè, quo caſu veniunt omnes agnati etiam tranſuerſales, ſecundo modo effectiuè, ſiue actiuè, quo caſu veniunt ſolùm deſcendentes ab ipſo diſponente, non verò tranſuerſales, ita Hieron. Gabriel *conſ.* 132. *num.* 59. *lib.* 1. Simon de Petris *libro* 3. *de interpret. vltim. volunt. interpret.* 3. *dub.* 1. *fol.* 11. *num.* 26. Gratianus *cap.* 465. *num.* 3. *&* 4. Ruin. *conſ.* 153. *num.* 10. Roland. à Valle *conſ.* 70. *num.* 75. *lib.* 3. Peregrin. *d. art.* 22. *num.* 26. Intrigliol. *centur.* 3. *de ſubſtitutionibus*, *quæſt.* 83. *num.* 23. In dubio verò appellatione familiæ vocatæ in 12 fideicommiſſo, venit familia contentiuè, ſiue paſſiuè, & ſic comprehenduntur omnes agnati, etiam tranſuerſales, vt ait Gabriel *d. conſ.* 132. *num.* 59. Rota *in Romana fideicommiſſi*, *de micinellis* 17. *Iunij*, coram Pamphilio impreſſa per Farinac. *deciſ.* 707. *num* 6. *part.* 1. Card. Seraph. *deciſ.* 1438. Dom. Præſ. de Marinis *tom.* 1. *cap.* 132. Tondutus Sanligerius *part.* 2. *cap.* 1, 9 *num.* 10. qui in dubio ait oppoſitum, ſcilicet familiæ nomen cenſeri expreſſum effectiuè, non contentiuè, & ideò Angela, de qua in præſenti, etiam ſi teſtator vſus eſſet nomine familiæ, non contineretur, ſecundùm allegata per Sanligerium.

Quare duplici modo poteſt vocari familia, 13 primò contentiuè, & in genere pro tota agnatione, vt omnes agnatos contineat, ſecundò in ſpecie, & effectiuè pro illis tantum, qui à patrefamilias diſponente deſcendunt, *d. l. pronunciatio* 193. §. *familiæ appellatio*, *ff. de verb. ſignific.* & notat Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 88. *&* *conſ.* 233. *lib.* 3. Peregrin. *conſ.* 149. *lib.* 5. Fabius Turretus *conſ.* 49. *num.* 3. *lib.* 3. Fuſarius *quæſt.* 351. Rota apud Seraphinum *vbi ſuprà*, & in recentioribus *part.* 1. *deciſ.* 193. Sforza Oddus *q.* 8. *art.* 5. hoc poſito.

Puto tamen ego in dubio vocari familiam con- 14 tentiuè, & ſic omnes de familia, non autem effectiuè.

Probatur primò, quia ſufficientes coniecturæ teſtatorem voluiſſe familiam contentiuè vocare, ſunt

sunt illæ quas referunt, & colligunt DD. Primò. enim consuluit Hippolitus Riminaldus *conf.* 482.
15 in quodam, qui instituit filios, & substituit descendentes masculos, & prohibuit bona alienari, consuluit Riminaldus extinctis masculis fideicommissum durare ad fauorem aliorum de familia.

16 Secundum exemplum est Tiberij Decian. *conf.* 68. *num.* 18. *vol.* 3. vbi facto fideicommisso quod bona sua conseruentur in masculis legitimis, & naturalibus de familia, & agnatione prædicti testatoris, concludit Decianus resultare fideicommissum, non extantibus descendentibus ad fauorem masculorum transuersalium de familia.

17 Tertium exemplum est in eo, quod consuluit Menochius *conf.* 424. vbi testator instituit filiis, & reciprocè substitutis, & eorum descendentibus masculis, prohibuit alienationem bonorum, ad hoc, vt bona ipsius testatoris conseruentur in familia, Menochius concludit, quod extincta descendentia masculina fideicommissum, perseueret ad fauorem transuersalium de familia.

18 Quartum exemplum est apud Peregrinum *conf.* 16. *dub.* 2. *vol.* 3. vbi testator instituit nepotem ex fratre, & illis substituit eius descendentes masculos, & postea adiecit prohibitionem alienandi ad fauorem masculorum, dixit Peregrinus censeri vocatos alios de familia, masculis deficientibus, & secundùm hanc opinionem consuluisse, & obtinuisse refert Fusarius *de subst. q.* 351. *num.* 21.

19 Quintum exemplum est apud eundem Peregr. *conf.* 149 *lib.* 5. qui refert quod testator filiis institutis, & substitutis eorum descendentibus, prohibuit bona alienata, & consuluit Peregrinus, extincta linea testatoris; censeri vocatos alios de familia.

Ergo quia in præsenti habemus prohibitionem alienandi ad fauorem, &c. & fuit institutus hæres transuersalis non est per consequens vocata familia effectiuè, sed contentiuè, quicquid alij dicant cum Tonduto Sanligerio *d. tom.* 2. *cap.* 138.

20 Probatur secundò, quia vocata familia, etiam cum prænomine (sua) omnes de familia etiam transuersales vocati censentur, secundùm veram, & communem sententiam, quam probat textus apertus *in d. l. fin. Codic. de verb. signific.* ponderatus à Molina *lib.* 1. *de primog. capite* 4. *numero* 40. ex glossa *in l. cum ita* 33. §. *in fideicommisso in verb. nominati sunt ff. de leg.* 1. dum exemplificat illam legem in legato facto familiæ suæ, Castill. *lib.* 2. *cap.* 22. *num.* 70. Mantica *de coniect. lib.* 8. *tit.* 12. *num.* 11. Fusar. *quæst.* 352. Rota *dec.* 139. & *d.* 300. *part.* 1. *in recentioribus*, & vocata familia contentiua idem est, ac si vocauerit
21 agnationem, domum, vel casatam, quoniam hæc sunt synonyma, Molina *lib.* 3. *de primog. cap.* 4. *num* 10. Rota apud Seraphinum *dec.* 1438. Simon de Petris *lib.* 3. *fol.* 11. *num.* 95. Rota Florentina apud Fusarium *conf.* 169. *num.* 4. & sic idem est vocare illos de domo, vel de familia, ac vocare domum, vel familiam, quia vocata familia, nisi aliud constet, etiam familia contentiua, & transuersales continentur, vocatis verò descendentibus de familia ex propria, & clara significatione verborum, veniunt descendentes testatoris, qui tamen sunt de ipsius familia, Rota Florentina apud Fusarium *vbi suprà num.* 31. imo idem Fusarius, qui *conf.* 170. tenet contra Rotam Florentinam, *num.* 4. id limitat, &c. ergo in casu nostro si esset vocata familia, quæ non est, sed (linea masculina) continerentur omnes etiam transuersales, verum quando testator dixerit, quod bona conseruentur in linea ipsius, tunc non continentur transuersales, Ruin. *conf.* 153. *num.* 11. *lib.* 2. Hieron. Gabriel, Peregrin. Menoch. & alij, quos refert, & sequitur Fusar. *quæst.* 345. *num.* 6. Barbosa *de appellatiua verborum, appellatiua* 135. *num.* 3.

In materia verò fideicommissario, & ex com- 22
muni vsu loquendi, teste Forestero *de succeff. ab intestato lib.* 3. *cap.* 25. *num.* 11. Philippo Klispilth *capite* 1. *de fideicomm. numero* 39. familiæ appellatio continet agnatos, qui de eodem sanguine procedunt masculos, idem cognomen, eademque insignia portantes, & sic fœminas excludit, quia in fideicommissis voluntas testatoris semper est voluisse conseruare familiam, & agnationem, quo casu nec nomine familiæ continentur fœminæ; sed illæ exclusæ intelliguntur, Menochius *lib.* 4. *præsumpt.* 88. *n.* 3. & *conf.* 197. *num.* 55. *lib.* 2. Gabriel *conf.* 132. *num.* 38. *lib.* 5. Correus, Parisius, Ruinus, & alij apud Fusarium *quæst.* 352. *num.* 10. & *quæst.* 363. & licet fœminæ dicantur esse agnatæ, eorum tamen descendentes non sunt de agnatione, ex *d. l. voluntas*, vbi DD. *Cod. de fideicomm.* & filia nupta li- 23
cet sit de agnatione, & familia, non tamen, talis est, quæ familiam istam conseruare possit, Parisius *conf.* 22. *num.* 41. Crauetta *conf.* 160. Menoc. *consil.* 95. *num.* 53. & 56. Honnedeus *conf.* 75. *num.* 16. *vol.* 1. Fusarius *q.* 352. *num.* 44. & *seq.* & *q.* 731. *num.* 6.

Licet enim regulariter masculinum concipiat 24
fœmininum, siue sermone masculino etiam sexus fœmininus comprehendatur, *l.* 1. *l. homines* 152. *d. l. pronunciatio ff. de verb. sign. l. si quis* 7. *ff. de iurisd. omn. iud. l. ait Diuus* 16. *ff. de iur. fisci, l. hæc autem satisdatio* 20. *cum l. seq. ff. de adopt. l.* 1. §. *de eo*, *ff. de peculio*, *l.* 1. *ff. de constituta pecunia*, *l. si quis in tantum*, *Cod. vnde vi*, *l.* 3. §. *hæc verba ff. de negotiis gestis*, *l. qui domum* 8. *l. mater* 10. §. 1. *ff. ad l. Iul. de adult.* Card. Tusch. *litt. M*, *concl.* 101. Fusar. *quæst.* 311. & hoc non tantum per modum interpretationis, & significationis extensiuæ, vt dicunt communiter DD. cum glossa *in l. seruis legatis ff. de leg.* 1. Bart. *in l. si quis in tantum Cod. vnde vi*, Cujacius *lib.* 6. *obser.* 21. Mantica *de coniectur. lib.* 7. *tit.* 1. *num.* 19. Valentinus Forestierus *lib.* 4. *de succeff. ab intestato cap.* 6. *num.* 7. Peregrin. *art.* 25. *num.* 4. sed etiam ex interpretatione comprehensiua & ex proprietate sermonis, ex *l. si quis* 7. *ff. de iurisd. omn. iud. l. hominis* 152. *ff. de verb. signif. l. qui duas* 62. *ff. de leg.* 3. Geddeus *in l.* 1. *num.* 39. *ff. de verb. sign.* Tiraquell. *de retract.* §. 1. Glossa 9. *num.* 212. Fusar. *q.* 311. *num.* 6.

Tamen quando disponens familiam, & agna- 25
tionem conseruare voluit, tunc masculinum non concipit fœmininum, Alexander, Rolandus, Soccinus, Menochius, Peregrinus, & alij apud Fusarium *q.* 31. *num.* 28. & *q.* 311. *num.* 18. quando enim testator pro agnationis conseruatione substitutionem fecit, vel fideicommissum instituit, tunc filiorum appellatione non veniunt filiæ, Rolandus *conf.* 82. *num.* 33. *lib.* 3. Menoch. *conf.* 877. *num.* 3. & *conf.* 904. *num.* 21. Grassus *in* §. *fideicommissum q.* 12. *num.* 5. Molina, Peregrinus, Mantica, Farinac. & alij apud Fusarium

d. quæſt. 311. num. 28. Kniſpilth. *de fideicomm. capite 1. num. 5.* vel quando diſponens expreſſit
26 qualitatem maſculi, Abb. *conſ. 36. lib. 1.* Card. Tuſchus *concl. 101. num. 52.* Peregrin. *art. 21. numero 48.* Kniſpilt. *à n. 51. cum ſeq.*

27 Quoad ſecundùm verò dubium propoſitum pro quæſtionis deciſione, an ſcil. Angela filia Cæſaris Iuuenis ſit admiſſa ad hoc fideicommiſſum de linea maſculina quond. Reuerendi D. Ioannis Vincentij excludatque nepotes eiuſdem fratres conſobrinos, ſcil. Ianuarij vltimo loco mortui.

Reſpondeo, negatiuè, ſed Angela excluſa, dico eſſe admittendos Franciſcum Iuniorem Dominicum, & fratrem Hyacinthum; primò quia lineæ mentio, vt ſuprà non comprehendit tranſuerſales, ſed deſcendentes, ergo, &c.

28 Secundò in caſu, quo ſunt vocati deſcendentes, & fit mentio de linea maſculina, fœminæ cenſentur excluſæ, poſt alios Fuſarius *quæſt. 346.* qui non ſolùm refert vtriuſque ſententiæ Doctores; verum etiam rationes hinc inde diſcutit, atque nonnullorum conciliationes, ſiue declarationes addit, quas poſtmodum non ſequitur, & Fuſarius *num. 12.* pro negatiua anteſignatum affert, Paulum de Caſtro *in l. ſi maritus, num. 5. Cod. de procur.* Soccinum ſeniorem *in d. l. Gallus, §. nunc de lege Vell. num. 3. ff. de lib. & poſthum.* latiſſimè Menoch. *conſ. 295.* qui dicit hanc eſſe receptam ſententiam, ſequitur idem Menoch. *conſ. 585. numer. 18. & conſ. 625. num. 7. & conſ. 957. num. 30. & lib. 4. præſumpt. 91. num. 6.* Peregrin. *conſ. 11. numero 15. lib. 2. & d. art. 26. cum. 23.* & teſtatur Fuſarius ſecundùm hanc ſententiam conſuluiſſe pro ſuo medico phyſico D. Ioanne Maſperone, & verè in hanc inclinat ſententiam, Fuſar. *ibi. num. 31.* Reg. Rouit. *conſ. 16. & 17.* vbi reſpondet ad conſilium Peregrini *5. vol. 3.* quod cauſæ inſeruiens pro contraria, & ſic pro affirmatiua reſpondit ſententia, & Rouitum, ac Molinam citat, vt ſectatores Pauli de Caſtro, Noguerol. *alleg. 23. num. 155.* & ſequitur additio ad Molinam *lib. 1. cap. 6. num 38.* qui poſt alios expendit Gozadin. *conſ. 87. num. 15.* volentem, quod in hoc caſu duo quis probare debet, primo, quod deſcendat ex maſculis per lineam maſculinam, ſecundò, quod ipſe maſculus, & repetit ad *num. 39. 40. & 41.* vbi in *verſ. & quod talis vocatio*, dicit hanc vocationem per lineam maſculinam, agnationem inducere, ac ſi proximus agnatus fuiſſet vocatus.

29 Quod quidem probatur, quia quando lex, ſtatutum, vel homo diſponit, quod extantibus agnatis, cognati non ſuccedant, eſt quæſtio, an includat fœminas agnatas; ita vt proximior fœmina remotiorem agnatum excludat, & Theſaurus *dec. 37.* ait, quod fœmina agnata quamvis proximior excludatur per remotiorem agnatum, qui non ſolùm punctuales affert doctrinas, verùm etiam *num. 9.* ait, Senatum ita iudicaſſe, & dicit, quod licet agnatio, etiam per fœminam, ſaltem ipſa viuente conſeruetur cum ipſa agnata ſit, tamen ait Theſaurus, quod licet ipſa ſit agnata, eſt tamen principium cognationis, ideoque de illa iudicatur, ac de cognatione, & in cognatorum ordinem referri debet, & ſicut à fatre, ſororis maritus cognatus, appellatur, etiam ipſa cognata dicatur, vt poſt Paulum de Caſtro *conſ. 172. numero 5. & 153. num. 13.* per illius enim perſonam bona in alienam tranſeunt familiam, ſecundùm Pariſium *conſ. 63. num. 26. lib. 3.* & vxorata fœmina ius agnationis ipſo iure amittit, ſicuti etiam ius ciuitatis cum efficiatur de loco, vnde vir eſt, prout ipſe, Theſaurus proſequitur *dec. 123. à numero 9. & 12.*

Hinc dicit Paul. de Caſtro *in d. l. ſi maritus,* 30
num. 5. C. de procur. quod inueſtitura accepta pro ſe, & hæredibus ex linea maſculina, non comprehendit fœminam natam, ex maſculo, quia illa eſt principium lineæ fœminæ; ideò ſicuti deſcendens ab ipſa, quia non deſcendit per lineam maſculinam, ita nec ipſa poteſt ſuccedere, cum ſit principium lineæ fœmininæ, quod dictum Caſtrenſis communiter eſt receptum, vt latè Menoch. *conſ. 205. vol. 3. num. 2.* Rota apud Veralum *dec. 16. num. 4. & dec. 17. num. 6. & 18. p. t. 2.* Grat. *cap. 901. num. 22.* Caldas Percira *de iur. emph. lib. 2. quæſt. 24. num. 86. & 92.* vbi ait, quod Iaſ. qui contrarium tenet, eſt ſibi contrarius in *l. Gallus §. nunc de lege, num. 10. ff. de lib. & poſth* vbi verè exequitur doctrinam Pauli, & ponderat bonas rationes Rot. Rom. coram Coccino *in Rom. fides Comm. de guetan. 23. Martij 1635.* quæ eſt *dec. 33. part. 3.* Rubeus, iuncta *dec. 93. cad. part. 3.* latè Caſtill. *tom. 3. controu. cap. 29.*

Hinc etiam Peregr. *de fid. art. 26. num. 30.* ſuam 31
ſententiam ponit, & firmat, quod perpenſo diutius negotio, verùm credat fœminam ex maſculo natam, dici ex deſcendentibus virilis ſexus à ſexu virili per virilem, de virili, & ex virili, per text. *in §. item vetuſtas, inſtit. de hæredib. ab inteſtat.* quod latius fundat ipſe *num. 23. vſque ad num. 28.* ſubdit deindè Peregr. quod in conceſſionibus, & ſubſtitutionibus fideicommiſſariis non facilè conſentiendum eſt, quod fœminæ admittantur, quia de fœminis non videtur diſponentem cogitaſſe, niſi ad illarum excluſionem, quia enim deſcendentes ab illis excluduntur, videtur ſufficiens ratio, vt etiam fœmina illorum auctrix excludatur, per duas rationes, quas ibidem adducit, in effectu reſoluens, quod in propoſito caſu, ex mente diſponentis ſignificatio nominis reſtringenda ſit ad maſculos deſcendentes ex maſculis, ſicuti non venit fœmina, in qua finitur deſcendentia virilis ſexus, & incipit ſexus fœmininus.

Neque dicat primò pars aduerſa, quod fœmi- 32
na ex maſculo veniat in talibus diſpoſitionibus, ſicque Angela deſcendens ex Cæſare, prout refert Fuſarius *dict. quæſt. 346. num. 19. ex gloſſ. in dict. l. gallus, §. nunc de lege velleia. in ver. nam & ſi ff. de lib. & poſth.* vbi Bal. Alex. *num. 3.* Iaſ. *num. 23.* Menoch. *conſ. 318. num. 6. & conſ. 379. num. 26. iuncto conſ. 625. num. 8.* vbi ſe declarat contra ea, quæ ſcribit *conſ. 1073. num. 9.* Peregr. *conſ. 5. n. 3.* iuncta *dec. 4.* vbi ſic ait iudicatum, Gramm. *dec. 63. num. 2.* Mant. *de conject. lib. 8. tit. 11. num. 9.* Ceuall. *quæſt. 693. Ruſtic. in l. cum auus, lib. 2. cap. 9. num. 22. ff. de condit. & demonſtr.* Alc. *conſ. 13. numero 12. lib. 2.* Facch. *lib. 11. cap. 24.* Petr. de Greg. *de ſucceſſ. feud. quæſt. 18.* Marta *de ſucc. part. 1. q. 20. art. 2. & part. 4. quæſt. 21. art. 16. num. 23. & de clauſ. part. 3. clauſ. 30.* Loffr. *conſ. 39. num. 14.* Pinell. *in l. 3. C. de bon. mat. num. 27.* Beltr. ad Ludouiſ. *dec. 363.* Reg. Valenz. *conſ. 97. num. 92. 1. vol.* qui omnes hanc tuentur ſententiam, quam defendit etiam Roſent. *de feud. c. 7. concl. 37. num. 3. & 12.* Reg. de Pont. *de pot. Prior. in tit. de ſucc. mul. num. 34.* Caſtill. *tom. 2. cap. 2. num. 11.* Cyriac. *tom. 2. cap. 281. num. 88.* qui omnes adducunt pro ratione, quod fœmina licet ſit finis lineæ fœminæ, attamen continetur quoque in ea, vt pes, qui

eſt

est vltima pars corporis Bal. *conf.* 339. *lib.* 3. Dec. *conf.* 31. *num.* 38. Menoch. *conf.* 3. 8. *num.* 24. Fusar. *d. quæst.* 46. *num.* 29. vbi per extensum omnes repetit rationes, & argumenta huius sententiæ, de quibus etiam meminit Viu. *decis.* 10. *numero* 14. Aug. Berous *conf.* 77. *vol.* 2. & pro D. Anna Carafa filia ex masculo, quæ successit in feudo Sabionetæ decisum fuit in Supremo Senatu Imper. iuncta alleg. *Dom. Conf. Brancacci*, provt refert Cens. ad Peregr. *d. art.* 26. *fol.* 118. Molf. *p.* 4. *de succ. q.* 28.

Respondeo ad argumentum, quod procedit vocata familia quando constare non potest apertè testatorem agnationem suam conseruare voluisse, vel agnationis conseruandæ gratia qualitatem masculinam adiecisse, & fœminas excludere voluisse, tunc enim admittitur argumentum, & fœmina ex masculo descendens admittitur, vt bene Castill. *tom.* 2. *cap.* 2. *num.* 11. quia hoc fundat ex Mant. *lib.* 8. *de coniect. tit.* 18. & ex Burgo de Paz *conf.* 29. *num.* 23. & 24. & ex Pinello *in l. si viua matre, num.* 27. & 29. *in fin. Cod. de bon.*
33 *matern.* vnde idem Castill. *vbi supra*, *num.* 16. at post alios, quos allegat, quod si fideicommissum sit relictum descendentibus de hærede in hæredem nascituris de domo, de familia, de agnatione, de progenie, & simili, tunc fœmina erit admittenda, quoniam agnata, quoniam de domo, & progenie quousque tamen vixerit, vt post eius mortem exclusis filiis suis vti cognatis hæreditas restituatur proximioribus de domo, de stirpe, de agnatione, &c. tandem idem Castil. *vbi suprà, num.* 16. *cum seq.* mordic. dicit, quod si testatoris intentio fuerit bona in familia conseruari, tunc filia ex masculo non admittitur existentibus agnatis, &c. si ergo testator habuit sensum, vt bona conseruentur in familia, tunc fœminæ, & omnes eius descendentes censentur excluſi, vt post Dec. Ruin. Soccin. iun. Beroum, Crauett. & alios, dicit Menoch. *d. conf.* 379. *numero* 30. Peregr. *d. art.* 26. *num.* 29. & 30. idem Menoch. *conf.* 625. Fusar. *d. quæst.* 346. *numero* 42. dicens *numero* 43. contrarium esse, quando dispositio non esset facta pro conseruandis bonis in agnat. vel si esset substitutus ille, qui agnatio-
34 nem conseruare non posset vti pia causa, quia tunc fœmina veniret secundùm Menoch. *d. conf.* 615. qui alios allegat, quibus addo addit. ad Molin. *lib.* 1. *capite* 6. *numero* 39. 40. & 41. & ad confirmationem præcitatæ distinctionis, quod vbi agnationis conseruatio militat, fœmina quantumcunque vocata sub tali vocatione non comprehendatur, adiungit Meieres *de maior. p.* 1. *quæst.* 6. *numero* 55. Molin. *de ritu nupt. lib.* 3. *quæst.* 24. *num.* 143. Grat. *cap.* 428. *num.* 12. Facch. *d. lib.* 12. *cap.* 25. Robles *de repræs. lib.* 1. *cap.* 12. *n.* 19. secus verò vbi de agnationis conseruatione actum sit, vt latè Caualc. *decisione* 18. *numero* 91. 92. & 99. *p.* 3. Peregrin. *conf.* 41. *numero* 10. & 58. *num.* 6. *l.* 5.

35 Videamus nunc, an in facto, de quo agimus, Reu. D. Ioan. Vincentius Iuuenis voluntatem habuerit conseruandi bona in familia, & certè dico, quod sic probatur autem hoc, quia quando testator exprimit masculos, indubitatam coniecturam habet agnationem fuisse prospectam, vt aduertit Bal. *in cap.* 1. *num.* 3. & ibi Aluar. *col.* 2. *quemadmodum feudum ad filium*, &c. Bal. *in l. maximum vitium num.* 2. *Cod. de lib. prater.* Soccin. *in d. l. gallus* §. *nunc. del. vell. ff. de lib. & posth.* qui *num.* 6. ait, quod dispositio facta sub condi-

tione, quod decesserit sine liberis masculis non comprehendit masculos ex fœminis, quia qualitas masculinitatis videtur adiecta causa conseruandæ familiæ, Ruin. *conf.* 111. *num.* 15. *lib.* 2. Paris. *conf.* 8. *vol.* 3. vbi plura adducit, dicens, non aliam esse ob causam masculinitatis qualita- 36
tem expressam esse, nisi vt agnationi, & conseruationi familiæ prouideatur, Dec. *resp.* 127. *numero* 8. *cum seq.* propriè *num.* 15. *lib.* 3. vbi dicit hanc esse veriorem, & communiorem sententiam, & dat rationem, quia familiæ nomen per masculos tantum retinetur, §. *cæterum instit. de leg. agnat. succes. l.* 1. §. *denunciare, ff. de vent. inspic.* & conseruatur per masculos, *d. l.* 1. §. *penult.* Reg. Valenz. *conf.* 40. *num.* 27. *lib.* 1. Marz. *conf.* 14. *num.* 21. *lib.* 1. Bursat. *conf.* 226. *num.* 37. *lib.* 3. Ber. *conf.* 138. *num.* 11. & 12. *lib.* 1. Bart. *in l.* 2. §. *videndum ff. ad S. C. Tertull.* D. Theod. *alleg.* 24. *num.* 50. Reg. Rouit. *conf.* 16. *num.* 15. & ponderat Reg. Valenz. *d. conf.* 97. *num.* 80. *lib.* 1. Præs. Vrsin. *de succes. feud. p.* 2. *quæst.* 10. *num.* 13. *cum plur. seq.* vbi latè fundat non aliam assignari posse rationem, quare masculi vocentur in qualibet dispositione, nisi pro conseruatione familiæ alioquin sufficeret dicere absque liberis, vel absque descendentibus, & superflua essent illa verba (masculis) quod dicendum non esse, ait Præs. Doctiss. deducens ex text. *in l. si quando ff. de leg.* 1. *cum concord.* & soluens argumenta, quæ pro parte contraria possent adduci, dicit esse maximopere considerandam qualitatem masculinitatis, ex qua agnationis fauor contemplatus secernitur, & propterea Ioan. Baptist. Cost. *de iur. & fact. ign. num.* 34. & 38. ait, quod coniectura sufficiens conseruationis familiæ, est posuisse masculos in conditione, quod sequitur Molina *lib.* 3. *de primog. cap.* 5. *num.* 37. sequitur Marta *de succes. p.* 1. *art.* 2. *q.* 1. *num.* 15. & D. Pratus *tom.* 1. *cap.* 4. *à num.* 5. *cum seq.* omnino videndus decisum referens, qui etiam *cap.* 6. *à num.* 11. *cum seq.* docet, quod expressio masculinitatis tantum, operatur, vt prospectum sit agnationi, & familiæ, quæ pet masculos conseruatur, vt benè Bal. *in d. cap.* 1. *in tit. quemadmodum ad filios pertinet num.* 3. quem ibi sequitur Aluar. idem Bald *in d. l. maximum vitium num.* 2. *Cod. de lib. prat.* Soccin. *conf.* 22. *lib.* 3. Ruin. *conf.* 11. *num.* 15. *lib.* 2. Paris. *conf.* 8. *num.* 9. *lib.* 3. Soccin. iun. *conf.* 13. *numero* 8. & *conf.* 108. *num.* 4. *lib.* 3. nam qualitas masculinitatis ostendit præcisam, & cnixam mentem testatoris conseruandi bona in cognatione, Abb. *conf.* 54. *numero* 3. Gabriel, Mantica, & alij, quos sequitur D. Pratus *d. capite* 6. *numero* 11. *cum seq.*

Neque dicatur secundò, quod quando testator 37
vocat simpliciter propinquos, vel proximos, aut proximiores, intelliguntur vocatæ fœminæ, per tex. *in l. proximum ff. vnde cognati, & in* §. *non tamen, iuncto* §. *cæterum inst. de legit. agnat. succes.* Fusarius *quæst.* 366. *à num.* 2. *cum seq.* dicens, eos, in specie loquutos, quod admittatur fœmina ad fideicommissum relictum proximis, propinquis, vel proximioribus, vnde licet Peregr. *de fideicom.* Magister. *art.* 25. *num.* 47. *ver. sed hos*, dicit, quod quando testator vocat proximiorem, intelligitur de masculo, non de fœmina, & ait quod comprehendit masculos, excluſis fœminis, adhuc proximioribus, quod etiam dixit idem Peregrin. *d. art.* 25. *num.* 48. *in fin.* quem Peregrin. post alios sequtus fuit Fusar. *quæst.* 311. *num.* 22. qui ait similiter, si post masculos testator vocauit proximiores

ximiores de domo, vel de agnatione, vel de familia, licet non eſſet dictum maſculinæ, fœminæ non eſſent admittendæ ad excluſionem agnatorum maſculorum remotiorum, & allegat Fuſarius, Soccin. ſen. Curt. ſen. Ruin. Crauett. Burſat. Menoch. Peregr. Soccin. iun. Simon. de Petr. Gab. & alij, tamen idem Fuſar. *quæſt.* 366. *numero* 24. *ex illa dec.* Rot. Rom. *de guidat.* apud Farin. *dec.* 282. *p.* 2. & poſt ſuum *conſ.* 15. & idem Fuſar. *quæſt.* 499. *num.* 10. contrarium dicit ad fauorem fœminarum, non obſtante vocatione proximiorum de domo, &c.

38 Reſpondeo enim ad argumentum, quod quando fœmina eſt deſcendens tunc ſiue ſint vocati proximiores ſimpliciter, ſiue cum illo addito de domo, vel de familia teſtatoris, ſemper venit admittenda, provt concludunt DD. qui in argumento contrario adducuntur, & ſic iudicauit Rota Rom. *in deciſ. ſup. report.* & facit text. *in l. voluntas, C. de fideic.* quem procedere in filia, quæ dicitur de familia teſtatoris, & patris, non autem in alia fœmina tranſuerſali, vt poſt Corn. & alios dicit Ozaſch. *d.* 127. *num.* 6. *ver. tertio.* Reſpondetur, ſi verò fœmina ſit collateralis, ſeu tranſuerſalis, tunc procedit opinio noſtra, vt fœmina excludatur, cum fuerint vocati proximiores de domo, vel de familia teſtatoris, & ſecundùm quam iudicauit Senat. Pedam. teſte Ozaſch. *d. dec.* 127. & Theſ. *d. dec.* 37. ad quam diſtinctionem licet non aduertat Fuſar. tamen in iudicando, & conſulendo ab ea iudicem recedere non debere, & ſic ſententias prædictas eſſe reconciliandas, ſcripſit poſt alios Cenſ. ad Peregr. *art.* 26. *f.* 142. *in impreſſ. Venet.*

39 Neque dicas tertiò, quod verbum illud ſuccedat maſculus, comprehendit omnem maſculum, etiam ex fœmina, ergo multò magis fœminam ex maſculo, conſe. patet, antecedens probatur ex Raud. *de analog. lib.* 1. *cap.* 35. *num.* 32. ex Surd. *conſ.* 144. *num.* 21. *vol.* 2. Farin. *d.* 29. *num.* 4. *part.* 2. *in nouiſſ.* Sim. de Petr. *lib.* 2. *de interpret. vlt. volunt. interp.* 4. *dub.* 2. *fol.* 2. *à num.* 34. vnde non poteſt reſtringi ad ſolos maſculos agnatos, ſed ita ſimpliciter prolatum eſt accipiendum, iuxta omnem ſui latitudinem, vt bene Socc. *conſ.* 10. *n.* 4. inter conſilia feudalia Curt. iun. *conſ.* 1. *num.* 1. & *ſeq. lib.* 1. Peregr. *d. art.* 26. *num.* 10. Aldobrand. *conſ.* 5. *num.* 26. Surd. *dec.* 210. *num.* 8. ſecus eſt, quando dictum verbum ſuam naturam amitteret, & reſtrictiuè ſignificaret maſculorum agnatorum ſpeciem tantum, putà ſi dicatur ſuccedat maſculus agnatus, Menoch. *conſ.* 173. *num.* 23. *vol.* 2. Surd. *conſ.* 494. *num.* 7. *tom.* 4. idem Raud. *de analog. lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 47. Anton. Faber. *de error. tom.* 2. *decad.* 28. *err.* 8.

40 Quod confirmari poſſet per aduerſarios, quia verbum *maſculus* in ſui naturali ſignificatione, & ſenſu acceptum, ſiue naturaliter, & verè intellectum, comprehendit maſculos ipſos ex fœminis, & fœminas ex maſculis, quia verba teſtamenti, & alterius diſpoſitionis verè, & naturaliter, ſiue in naturali ſignificatione, non autem ciuiliter, ſiue non ciuili ſignificatione accipienda eſſe, docet text. *in l. fin. C. de his, qui ven. ætat. impet.* vbi communiter ſcribentes, Calder. *conſ.* 376. alias 47. *de teſt.* Alex. *conſ.* 1. *vol.* 1. Bald. *con.* 14. *lib.* 4. & *conſ.* 373. *num.* 8. *lib.* 1. Crauett. *conſ.* 271. Roman. *conſ.* 82. Simon. de Petr. *lib.* 2. *interpr.* 3. *dub.* 20. *fol.* 1. *n.* 164. & *fol.* 2. *num.* 296.

41 In teſtamentis enim, quod ſenſus naturalis ſit accipiendus in dubio, non autem ciuilis, aut fictus, & verba teſtatoris ad naturalem, non ad ciuilem intelligentiam, in dubio ſint referenda, dixit Cephal. *conſ.* 82. *num.* 71. & *conſ.* 11. *num.* 13. *lib.* 1. Caſanat. *conſ.* 59. *num.* 10. Raud. *de anal. capite* 1. *num.* 12. vbi ait, quod verba, quæ dupliciter accipi, & intelligi poſſunt, per prius ſcil. & per poſterius, ſi ſimpliciter proferantur, per prius, & naturaliter ſunt intelligenda, non autem ciuiliter, & per poſterius, idem dicit Raud. *de analog. cap.* 10. *num.* 15. & id maximè procedere in materia fideicommiſſaria, vt bene Caſan. *conſ.* 45. & 48. *num.* 35.

Reſpondetur enim primò ad argumentum, & confirmationem partis aduerſæ, quod diſpoſitio quæcumque ſemper intelligi debet ſecundùm communem vſum loquendi, & in proprio litteræ ſenſu ſunt verba intelligenda non ciuiliter, & ſecundùm ſubtilitates iuris, aut ſecundùm communem ipſum loquendi vſum, vt ex pluribus dicit Ludou. Caſan. *conſ.* 58. *num.* 20. Menoch. *conſ.* 215. *num.* 66. & *ſeq. lib.* 3. Molin. *de primog. in proœm. num.* 5. cum ergo verbum illud *maſculus* duplicem habeat ſenſum, atque intelligentiam, alterum naturalem, qui comprehendit omnem maſculum agnatum, aut cognatum, & alterum ciuilem, qui ſolùm maſculum agnatum per lineam maſculinam complectitur, *l. non facilè, §. cognationis. ff. de grad.* fœmina ergo ex maſculo fictione iuris maſculus dicitur, & ciuiliter, non verò naturaliter, latè Mant. *l.* 8. *de coniect. tit.* 18. *num.* 42. Neque de fœmina ex maſculo potuit teſtator cogitare, quia erant alij maſculi, propriè, & tales ſubtilitates iuris, non omnibus DD. ſunt notæ, cum non ſint caſus tam noti, neque tam faciles, neque tam clari, vt non habeant contrarias ſententias, non ſolùm diuerſorum DD. ſed etiam eorumdem multorum, quorum aliqui mox vnam, mox aliam ſectati ſunt ſententiam, vt patet apud DD. cit. 42 43

Vnde Card. Mantic. *lib.* 8. *tit.* 11. *num.* 7. & 8. & *lib.* 11. *tit.* 15. *num.* 20. dixit, quod aliud eſt ex mente teſtatoris, quia ea attenta nec maſculus ex fœmina, nec fœmina ex maſculo admitti debet, quando diſpoſitio eſt facta fauore maſculorum, & ideò dicit Mant. pluries contrarium practicaſſe attenta mente diſponentis, quia mens teſtatoris aliud vult, licet aliter conetur diſcrepantes opiniones concordare, Ant. Faber *de error. decad.* 8. *num.* 4. & *err.* 10. *num.* 7. quem reiicit Caſtil. *tom.* 6. *contr. cap.* 132. *num.* 50. 44

Imò Alex. *conſ.* 53. *lib.* 6. quem ſequitur Meier. *part.* 2. *quæſt.* 6. *num.* 417. Caſtil. *tom.* 6. *cap.* 141. *num.* 13. *in fin.* propoſuit factum, in quo dixerat teſtator, vt ſi de Bartholomæo non remaneret hæres per lineam maſculinam, &c. quærunt DD. cit. an filia dicatur eſſe de linea maſculina, & reſoluit Alex. *num.* 5. quod filia Bartholomæi non comprehendebatur appellatione hæredum lineæ maſculinæ dicti Bartholomæi, & dat rationem, Caſtill. *vbi ſuprà, num.* 14. quia fœminæ deſcendentes ex maſculis non dicuntur maſculinæ lineæ, & modo, quo ſuprà declarauimus. 45

Reſpondeo ſecundò, quod ſucceſſiua proximorum ſubſtitutio cum qualitate maſculinitatis, operatur agnationis fauore fuiſſe, factam diſpoſitionem, provt operatur etiam prohibitio reſtricta alienationis, Ceph. *conſ.* 31. *num.* 53. ibi, & *prohibuit alienationem*, Mant. *de coniect. lib.* 6. *tit.* 15. *num.* 13. *ver. illud verò non recipit dubitationem*, Rota *coram Corrado meritiſſimo Datario, in Bonon. fideic. de Barber. 5. Dec.* 1650. de qua Aud. Cenſ. 46

in

in add. ad Fratrem, dec. 17. *num.* 7. vocatio enim masculorum facit, vt habita sit ratio agnationis, præsertim quando vocatur linea masculina, vel proximior ex ea, vt latè Molin. *lib.* 1. *cap.* 6. *numero* 38. vbi additio alios cumulat, quibus addo Meieres *part.* 2. *de maior. quæst.* 6 *num.* 60. *& q.* 7. *num.* 44. Simon de Præt. *interpr.* 3. *dub.* 1. *fol.* 11. *num.* 54. ergo talis qualitas masculinitatis non videtur aliud posse significare, nec quod propter aliud sit posita, nisi vt prouideatur descendentibus masculis ex linea masculina, Fusar. *conf.* 192. *num.* 29. vbi refert 24. DD. ita tenentes, & esse magis communem, vt fœmina etiam agnata excludatur, Fusar. sequitur Rota in Tiburt. *fideic. coram Arguelles* 14. *Ian.* 1647. apud Cens. *dec.* 31.

47 *num.* 6. & eadem Rota *in Rom. fideic. de Carpianis coram Verospio* 13. *Ian.* 1651. quæ dicit, quod in concursu masculorum, debent præferri fœminis etiam agnatis, quantumvis non esset habita ratio agnationis, quæ decisio est apud Cens. *dec.* 40. *num.* 10. *cum seq.*

48 Propterea Reg. de Ponte *conf.* 45. *in prin. col.* 1 ait quod si fideicommissum sit factum ne bona alienentur, sed masculos vocando, si fœmina sit proximior testatoris, & masculus remotior hic admittitur, quamvis remotior, Thor. *litt. F, tom.* 1. *f.* 121. *col.* 1. & sic procedit *conf. Rouit.* 57. *tom.* 1. ibi enim non vocauit testator proximiores de linea masculina, sed proximiores simpliciter, de quo patet in facto, de quo ibi, & quod concurrebant filij sororum vtrinque coniunctarum cum aliis in remotiori gradu consuluit pro filiis sororum, quæ erant vtrinque coniunctæ, tum testatori, tum hæredi grauatæ, vnde nihil facit contra nos.

49 Quando ergo fideicommissum, seu dispositio est ordinata pro conseruatione bonorum in familia, tunc fœminæ, siue nuptæ, siue innuptæ censentur omnino excluſæ, vt post communem Scholam DD. dixit Doctiss. Altograd. decisum referens *conf.* 92. *à num.* 54. Viu. decisum referens *decis.* 10. *p.* 1. & sic practicatum Romæ, Mirandulæ, & alibi dicit Amicis. Altograd. *vbi suprà num.* 54. & in nupta extra familiam DD. dicunt non dici amplius de familia patris, vt bene Ozasc. *d. dec.* 127. *num.* 1. Bim. *conf.* 230. Menoch. *conf.* 197. *num.* 47. *& seq.* cui potius ipsa est finis, & transit in familiam viri, de cuius familia nuncu-

50 patur, & si dicas fœminas conseruare familias sua vita durante, dico id esse verum quoad nomen, sed non quoad effectum à testatore consideratum, nam ipse voluit conseruari agnationem per diuitias, sine quibus familia sordescit, at certum est appellatione huius familiæ per diuitias conseruandæ, non venire fœminas, sed solùm masculos, qui soli earum dignitatem, & nobilitatem, mediantibus fortunæ bonis sustinere dicuntur, vt post Gabali. Port. Menoch. Honned. & alios decisum refert D. Altograd. *conf.* 92. *n.* 56.

51 Imo idem amicis. Lelius Altogr. *tom.* 2. *conf.* 80. *à num.* 80. *cum seq.* mordicus dicit post alios, quos allegat fœminam ex masculo descendentem non esse in linea masculina, & ex pluribus dixit Rota coram Durano *d.* 300. & decisum per doctiss. Mart. Venturin. refert. D. Altograd. *num.* 83. nam dicitur finis lineæ masculinæ excluſiuè, non autem includiuè, ideoque non censetur esse in linea masculina, Grat. *cap.* 901. *num.* 28. *&* 29. & in puncto dixit Rot. *d.* 304. *p.* 6. *recen. & d.* 217. *n.* 2. *tom* 1. *recen.* sequitur Ioan. Franc. Andriolus *pom.* 2. *c.* 139. *per tot.*

Et in hoc sensu procedit, quod ait Reg. Capyc. Lat. *d.* 4. *à num.* 11. quod fœmina ex masculo dicatur de linea masculina excluſiuè, non includiuè, & nonnisi in ordine ad successionem, non in ordine ad fideicommissa, de quibus in præsenti, & ipsemet Reg *dec.* 103. *num.* 13. ait, fœminas familiam non conseruare, sed masculos, & quod vocatis masculis sint penitus excluſæ, & *dec.* 108. *num.* 73. *cum seq.* 52

Dom. Reg. Marcian. *disp.* 4. *tom.* 1. *à num.* 13. 53 excluſionem fœminæ sufficientem esse coniecturam dicit conseruandi agnationem, quia fœminis, non conseruatur agnatio, sed finitur, *l. familiæ ff. de verb. sign.* §. *cæterum, & §. media inst. de leg. agn. succ. l. pronunciatio §. fin. ff. de verb. sign.* Bal. *conf.* 473. *lib.* 5. ergo cum in præsenti sint vocati proximiores de linea masculina ipsius testatoris, erit omnino excluſa Angela, &c. & D. Cons. Hodierna *tom.* 1. *var. cap.* 11. *à num.* 24. ait, fœminas admitti ad fideicommissum quando ratio agnationis, non esset habita, in præsenti verò est habita ratio agnationis, tum quia dixit proximior de linea masculina, tum quia prohibuit, ne bona alienentur, & D. meus Cons. 54 Rocchus *resp.* 45. *tom.* 1. *num.* 27. post alios, quos allegat, ait, quod fœminæ non excluduntur in præsenti, quia non sunt agnatæ, sed quia non sunt aptæ conseruare agnationem, & plura iura bene inducit ad hoc, & licet D. R. Cap. Lat. 55 *dec.* 128. *tom.* 2. *à num.* 45. videatur dicere solam nominationem masculorum non inducere affectum conseruationis agnationis, tamen hoc non est applicabile ad casum nostrum, quia in præsenti est etiam inducta prohibitio alienandi, ergo, &c. sequitur Cyriac. *cap.* 283. *à numero* 1 *cum seq.* 1

Neque dicat quis, quod prohibitio alienand 56 operatur coniecturam conseruandi bona in familia, & sic masculos præferendos esse fœminis, quando est prohibitio alienandi extra familiam, quia hæc de iure arguit fideicommissum ad beneficium aliorum de familia, iuxta tex. *in l. filius fa.* §. *Diuiil* 2. *ff. de leg.* 1. Menoch. *conf.* 333 *numero* 15. *vol.* 4. Petra *de fideic. quæst.* 5. *num.* 5. & oportet, vt sit directa prohibitio ad quoscunque successores in perpetuum, cum dictione semper, vt benè Ruin. *conf.* 123. *num.* 8. *vol.* 2. Dec. *conf.* 23. *& conf.* 38. *&* 481. Petr. *vbi suprà num.* 12. *&* 91. quando verò est relicta ad personas ipsius hæredis tantum, non egreditur ipsius personam, ex *l. cum pater*, §. *quindecim ff. de leg.* 3. *l. Lucius in princ. ff. de leg.* 3. vbi Bart. Ruin. *conf.* 131. *& conf* 127. *vol.* 2. Ripa *in d.* §. *Diui, num.* 110. Kinspilt *de fideic. famil. nobil. cap.* 11. *num.* 355. *& cap.* 16. *num.* 184. & alibi.

Respondeo retorquendo argumentum, quia in in facto, de quo agimus, est expressa prohibitio alienandi, facta hæredi grauato, quia volebat testator conseruari ad fauorem proximioris suæ lineæ masculinæ, & sic habuit respectu D. Ioan. Vincentius ad tales suos proximiores consequenter ad eos agnatos, qui masculi sunt, non ad fœminam agnatam descendentem ex masculo, quia, vt benè Fontan. *decis.* 34. *in succ. fideic. & primog.* quatuor sunt consideranda, primò linea, secundò gradus, quia inter eos, qui sunt in eadem linea præfertur proximior in gradu, tertiò sexus, nam inter eos, qui sunt eiusdem lineæ, & gradus præfertur masculus, quartò ætas eo modo, quo explicat idem Fontan. *d. d.* 34. *tom.* 1.

57 Neque tandem dicas filiam ſubingredi in locum patris. Reſpondeo enim intelligi quoad locum, ſeu gradum patris, non verò quoad eius perſonam, vt docet communis præceptor Bart. *in l.1. §. ſi ſit nepos ff. de collat. dotis, & in l.1. §. ſi ſit filius, ff. de coniung. cum emancip. lib.* Paul. de Caſtr. *in l. pactum quod dotale, num. 7. C. de collat.* Aret. *in l. gallus, §. inſtituens, ff. de lib. & poſt. num. 40.* Alex. *conſ. 20. lib. 1.* Iaſ. *in l. 2. num. 4. C. de ſucc. ed.* Det. *conſ. 44. num. 20.* Rip. *in l. in quartam, num. 169. ff. ad l. falc.* Gramm. *dec. 63. numero 50. & 11.* Capyc. *dec. 21. num. 6.* Bolognett. *conſ. 8. num. 6.* Ant. Fab. *lib. 2. Cod. tit. de pact. defin. 14.* Canc. *part. 1. var. cap. 50. num. 12. & part. 3. cap. 15. num. 46.* Meieres *part. 1. inſtit. de donat. coll. 6. fol. 135. num. 8. & 9.* Reg. Tapp. *de ſucceſſ. Reg. Portug. num. 122.* D. Reg. Merlin. *tom. 2. cap. 4. n. 20.* & ideò reprobant Molfeſ. dicentem filiam fœminam ſubintrare, etiam quoad perſonam, quia illa ſuccedit ex ſua perſona, gradum ſolùm repræſentando ex Francho *dec. 67. num. 8. & 9.* cum impotens ſit, maſculinitatis qualitatem patri inhærentem ſibi aſſumere, ita Paul. de Caſtr. *conſ. 47. dub. 2. lib. 1.* Aret. *conſ. 141.* Soccin. *conſ. 116. numero 22. lib. 1. & conſ. 296. lib. 2.* Det. *conſ. 308. num. 2.* Tiraquell. *de primog. quæſt. 40. num. 53.* Coſta *de patr. & nep. p. 197.* Molin. *de primog. lib. 3. cap. 6. num. 49.*

58 Nec contra hanc diſtinctionem facit locus Sceuol. *in l. gallus, §. nunc de leg. vell. ff. de lib. & poſth.* in quo habetur, quod omnis deſcendens ex maſculo dicitur virilis ſexus, ibi, *qui teſtamentum faciet is omnis virilis ſexus, qui ei ſuus hæres futurus erit.* Ergo, &c.

Reſpondeo enim ibi, Sceuol. per prius in *eod. §.* loquutum fuiſſe de nepote ex filio in illis verbis, *quid ergo ſi filium habes, & nepotem nondum natum*, vnde ſequentia illa verba intelliguntur de naſcituris maſculis, cum verba ſint intelligenda ſecundùm ſubiectam materiam, de qua loquitur ex *l. inſulam ff. de præſcriptis verbis, l. ſi ſtipulatus, ff. de vſur. l. ſi vno, ff. loc. l. ſi olei*, vbi Bart. *Cod. eod.* Surd. *tit. 50. de alim. num. 4.* Gloritius *in reſp. 9. pro Ciuit. Meſſanæ, num. 7. & 8.*

59 Vnde intelliges text. *in l. voluntas, C. de fideic.* vbi *I. C.* aſſerit fœminam deſcendentem ex maſculo dici eſſe de familia, & agnatione, nam ibi fit mentio de prohibitione extra familiam, & nihilominus poteſt fieri à fratre ſorori, & ſic deſcendenti ex maſculo, ibi, *fratrem ſorori donare prohibuiſſe non videtur*, & notant ibi, DD. *ſc.* Bald. *num. 2.* Socc. ſen. *conſ. 227. num. 5. lib. 2.* Det. *conſ. 287. num. 12.* Pariſ. *conſ. 35. num. 50. & conſ. 47. num. 40. & 41. lib. 3.* Socc. iun. *conſ. 2. numero 14. & 16. lib. 2.* Gabr. *conſ. 195. num. 3. lib. 1.* Paſch. *part. 4. de pat. pot. cap. 9. à num. 58.* vera enim intelligentia eſt, quod fœmina ex maſculo eſt de familia, ſed non conſeruat illam, vt poſt alios Paſch. *d. cap. 9. num. 56.* vnde dicunt DD. quod vocato cippo, quo caſu ſecundùm communem ſententiam non ſolùm comprehenditur familia, ſed illius, etiam conſeruatio, vt ex Corneo *conſ. 55. num. 5. l. 1. & conſ. 26. num. 5. lib. 4.* Honned. *conſ. 75. num. 8. lib. 1.* Durand. *de arte teſt. tit. 5. caut. 22.* Fuſar. *quæſt. 348.* & aliis apud eos tali caſu fœmina non admitteretur, & ſi deſcendens ex maſculo, vt poſt antiquiores notant Peregr. *de fideic. ar. 22. num. 24.* Maut. *de coniect. lib. 8. tit. 12. num. 16.* Intrigl. *de ſubſt. quæſt. 79. num. 13. & quæſt. 83. numero 29.* Fuſar. *vbi ſuprà, num. 6.* Viu. *opin. 850. num. 50. & lib. 1. dec. 10. num. 7. & 9.* Carroc. *d. 41. num. 14.* Farin. *part. 1. dec. 130. & 503.* quia teſtator in præſenti non ſolùm conſiderauit familiam, ſed etiam conſeruationem ipſius.

Ideoque text. *in d. l. voluntas*, agit de fideicommiſſo contrauentionis, ideſt in caſu alienationis extra familiam, ſub qua prohibitione non continebatur ſoror deſcendens ex maſculo, cum illa diceretur de familia, ſecus eſſet in fideicommiſſo abſoluto reſpiciente conſeruationem familiæ, tunc enim non daretur locus diſpoſitioni *d. l. voluntas*, vt poſt infinitos ſcripſerunt Surd. *conſ. 96. num. 97. lib. 1.* Sim. de Petr. *conſ. 161. num. 14.* & ſequitur Menoch. *conſ. 197. num. 48. & 49.* Pereg. *conſ. 23. num. 10. lib. 3. & de fideic. art. 25. num. 47.* Intrigliol. *de ſubſtit. cent. 4. quæſt. 853. num. 4.* latiſſimè Fuſar. *quæſt. 32. per tot.* & propriè *à numero 10.* 60

Excluſa verò fœmina propinquiori, cenſentur quoque excluſæ fœminæ remotiores, ne melioris conditionis ſint, quam fœminæ, propinquiores magis dilectæ, *argum. l. ſi viua matre C. de bon. mat.* Fulgo. *conſ. 18. & conſ. 38.* Peregr. *de fideic. art. 25. num. 44.* declarata per Ludouic. Caſan. *conſ. 38. à num. 107. cum ſeq.* 61

Supereſt videre, ſi teſtator vocat proximiores, de quibus intelligatur de proximioribus teſtatoris, an hæredis: prima ſententia docet, quod attenditur proximitas teſtatoris non grauati, ex *gl. in l. is, qui quam plures ff. de leg. 30.* Bart. *in l. ſi cognatis, ff. de reb. dub. & in l. hæredes mei, §. cum ita in fin. ff. ad Trebell.* Bal. & alij *in l. cum ita 32. § in fideic. ff. de leg. 2.* Giurba *ad conſuet. Meſſanæ, cap. 11. gloſſ. 6. num. 16.* Couarr. *pract. qq. cap. 38. num. 3.* Simon de Petr. *lib. 5. de interp. vlt. volunt. interp. 3. dub. 4. fol. 3. num. 35.* Card. Mant. *lib. 8. tit. 12. num. 30. & 31.* Facchin. *lib. 4. cap. 85.* Craſſ. *in § fideic. quæſt. 11. & quæſt. 18.* Ceuall. *quæſt. 398.* Molfeſ. *part. 4. quæſt. 56.* Det. *conſ. 1. & 549.* Alex. *conſ. 213. vol. 1. & conſ. 30. vol. 5.* Rouit. *conſ. 50. lib. 1.* Theſ. *dec. 64.* Barzius *d. 2.* Puteus *d. 133. p. 3.* Peregr. *d. 5. & 132.* Grat. *cap. 493. num. 13. cum ſeq.* vbi arguit contra Rot. Rom. pro contraria opinione ſentientem, Ant. Fab. *li b. 6. C. tit. de verb. ſignif. def. 6.* Reg. Cap. Gal. *tom. 1. contr. 11.* 62

Secunda, ſententia eſt pro proximioribus grauati, ita Soccin. *in d. l. ſi cognatis num. 30. ff. de rel. dub. & in d. l. hæredes mei, §. cum ita num. 21. ff.* ad Trebell. *& conſ. 249. lib. 2. & conſ. 86. num. 11. lib. 3. & conſ. 51. num. 31. & conſ. 73. num. 13. lib. 4.* Soccin. iun. *conſ. 126. lib. 1.* Iul. Clar. *in §. teſtam. quæſt. 76.* Marzarius *de fideicom. part. 2. quæſt. 35. & conſ. 1. 15. & 28.* Viu. *opin. 848.* Trentacinq. *part. 4. de ſubſtit. cap. 12. & p. 5. cap. 9.* Molina Theolog. *diſp. 620.* Cancer. *lib. 1. cap. 1. num. 59. & lib. 3. capite 21. num. 331. & ſeq.* Caſtil. *lib. 3. cap. 19. numero 140. cum ſeq.* Peregr. *art. 20.* Fuſar. *q. 484.* qui ait, quod hanc opinionem ſequitur Rot. Rom. & ſequitur Anton. de Amato *tom. 1. reſol. 10.* Viu. *d. 295.* Rot. *dec. 72. part. 1. in nouiſſ. & dec. 470. p. 1. & dec. 671. part. 2. in recen.* latè Barbat. *de fideic. part. 2. cap. 20.* & plures Rot. *dec.* affert Buratt. *dec. 107. tom. 1.*

In præſenti verò proximitas teſtatoris attendi debet, quia ita expreſsè dixit proximiorem eiuſdem teſtatoris, vt bene Craſſ. *in d. §. fideicom. q. 18. num. 3.* Barbat. *part. 2. cap. 4. num. 18.* nec deſunt, qui dicunt, quod ſi teſtator vocat proximiorem de agnatione ſua, vel de parentela ſua, vel de linea ſua, tunc venit proximior agnato grauato, quia dictio (De) ſignificat cauſam proximam, & originem immediatam, Surd. *conſ. 120. num. 9.*

poſt

post Bald. & alios per ipsum allegatos, quos etiam refert Amat. *resol.* 10. *num.* 58. Barbat. *part.* 2. *capite* 4. *num.* 52.

64 Omni ergo iure sperant Clientes mei excludi Angelam, tum quia non est de linea, tum quia vocantur proximiores, tum quia cum qualitate masculinitatis, tum quia fuit habitus respectus ad familiam conseruandam, tum qnia fictione iuris esset de familia masculina, sed nunquam de linea, tum quia sic communiter DD. asserunt Tribunalia, sic practicarunt, &c. Sed hæc omnia dicta sint sub censura tot Supremorum Senatorum, & meorum Præceptorum, quorum purgatissimis ingeniis hæc omnia submitto.

Hæ causa transactione fuit finita.

DISCEPTATIO LVIII.

SVMMARIVM.

1 *Catonis sententia de fœmina, expenditur.*
2 *Fœmina infelix hominis adiutorium, malorumque artifex.*
3 *Fœmina ex masculo originem trahens, an comprehendatur in linea masculina?*
4 *Fœmina locum sibi tantum vindicat, quando descendit à masculo recipiente, & lineam incipiente.*
5 *Linea descendentium ab aliquo, incipit à primo.*
6 *Idem iudicatur de ipso principio principiante, ac de his quæ sequuntur ab eodem principio.*
7 *Linea in hac facti contingentia duplex considerari debet, masculina scilicet, & fœminina.*
8 *Fœmina, filiorum appellatione, attenta sui natura, & proprietate, non venit.*
9 *Nec vocatâ posteritate, venit*
10 *Nec sub nomine familiæ intelligitur.*
11 *Nec domo substituta concurrere potest.*
12 *Nec sub Cippi Domus nomine continetur.*
13 *Nec in ordinem agnatorum referri debet.*
14 *Multo minus sub nomine proximiorum de agnatione, vel de familia, vel de domo vocata censetur.*
15 *Nec sub descendentium per virilem sexum, nomine venit.*
16 *Nec sub vocatione generationis masculinæ comprehenditur.*
17 *Postremè nec linea masculinæ appellatione venit.*
18 *Tribunalia masculis semper fauerunt licèt remotioribus pro fœminis excludendis proximioribus.*
19 *Fœmina vxorata, ius agnationis ipso iure amittit.*
20 *Priuilegium concessum Patri & filiis, non competit filiabus coniunctis quæ è familia & domo patris exierunt, & de familia & domo viri factæ sunt.*
21 *Fideicommissum, quod masculina linea, absque dubio agnatis relictum censetur.*
22 *Voluntas Testatoris in fideicommissis primum locum obtinet, & tanquam regina dominatur.*
23 *Voluntas imperfecta, etsi non sit voluntas, ea tamen sumitur coniectura probabilis ad voluntatis declarationem.*
24 *In dubio is præfertur, ad quem testator maiorem habuit affectionem.*
25 *Voluntas defuncti probatur ex consuetudine loquendi.*
26 *Ex consuetudine familiæ testatoris, in testamentis semper agnationi fauere, percipitur coniectura ad declarandam testatoris voluntatem.*
27 *Voluntas testatoris in substitutionibus est regulanda secundùm voluntatem quam demonstrauit in institutione.*
28 *Exclusio fœminarum testatori propinquarum in fideicommisso, in quo agnati vocantur, arguit exclusionem aliarum remotiorum.*
29 *In Italia ex Statutis & familiarum consuetudine habetur ratio agnationis ad exclusionem fœminarum.*
30 *In dubio interpretatur id quod vero similius est.*
31 *Voluntas testatoris duobus modis interpretari potest.*
32 *Voluntas testatoris vero similis etiam sequenda est.*
33 *Legum præsumptiones rebus non vero similibus aptari non debent.*
34 *Verisimilitudo dicitur cognata naturæ.*
35 *Vnusquisque naturaliter studet familiam suam conseruare.*
36 *Ordo rationis naturalis postulat, priùs vocari masculos quàm fœminas.*
37 *Omnis dispositio restringitur secundùm causam antea explicatam vel cogitatam.*

ARGVMENTVM.

Fœmina quando comprehendi intelligitur in linea masculina, & quando attenta sui natura & preprietate, vocatione filiorum, posteritatis, familiæ domus, &c. veniat? Voluntas coniecturata & verosimilis quid sit? Ordo rationis naturalis postulat vt priùs vocentur masculi quàm fœminæ.

PRO

Illust. Duce Sancti Angeli Fasanellæ,

CVM

Francisco de Marinis.

VERAM nunc scio Catonis Vticensis 1
sententiam, Si absque fœmina Mundus esset, nostra conuersatio non esset absque diis; Illa enim semper damnosa, à quo nomen sumpsit, Parcis succumbendo domum totam mœrore plenam facit, Muliebri postea ætate potita, eam bonis decapulat, Paternas opes in alienam asportando familiam. Semper exitiosa

exitioſa, nam ſi incomitata, vti altera noctis, & Erebi filia, in familia perſiſtit, ſtatim eam miſſam facit, ſi maſculorum comitatu eos de fortunis
2 deturbat. O infelix hominis adiutorium, malorum artifex optimus ab Euripide in Medea, & *à gloſſ. noſtra in l. pater Seuerinam, in fin. ff. de condit. & demonſt.* meritò vocatum; Quo ſane, ipſe vltro, caruiſſet, cum ei alio adiumento non fuerit, quam eum in culpæ ruinas agere; Nec mirum ſi familiæ exitum expediat, dum vniuerſalis exitij initium fuit. Ex quo exitum ſemper malè ominatur; Ipſam enim agnationem abſoluere decretum reliquit Iuſtin. *in §. caterum, & §. media autem, de legit. agnat. ſucceſſ.* Lineæ paternæ finem imponere literis prodidit Paul. *in l Iur. conſ. §. cognitionis origo, ff. de grad.* Nullam ſibi familiæ claritatis partem relinquere dixit Vlpianus *in l. fœminæ, ff. de Senator.* Domum euertere legimus *Prou.* 14. ac demum propriæ familiæ finem eſſe annotauit idem Vlpianus *in l. pronunciatio in fin. ff. de verb. ſign.*

Nullius æſtimationis certè ſexus eſt, Deo nihil ſuæ imaginis, illi tribuente, vt teſtatur Diuus Ambroſ. *in 1. ad Corinth. ad cap. 2. ex Geneſ. cap. 2.* & habemus 33. *quæſt. 5. Hæc imago, & mulier;* Iure optimo hominis Principatui ſubiectus, ac poſt habitus, vt *Geneſis 3. verſ. 16. Epheſ. 5. 22. Petr. 1. 3.* ac legitimus 33. *quæſt. 5. Eſt ordo* cum ſequenti, itaut leges antiquæ coram illo ei ſilentium indixerint, quia vt Ambroſius inquit contra naturæ ordinem, & legis *Geneſis 3.* eſt, vt in conſpectu hominis fœmina ei ſubdita loquatur 1. *Cor.* 14. Tacita enim fœmina eſt bona ſemper, quàm loquens, Plaut. *in Rudente.*

Quomodo igitur nunc fœmina iſta, & ſi à maſculis genus ducens, illis exiſtentibus, quamvis in gradu remotiori, audere poterit non ſolùm os aperire, ſed ſucceſſionem appetere vocantis proximiores de linea maſculina.

Quid ſi legum oracula conſulere velimus, & I. C. fidem implorare; In quæſtione illa, quam agitant, an fœmina ex maſculo originem trahens, comprehendatur in linea maſculina, ni velimus opinionem eorum illam excludentium amplexari, qui numero, atque authoritate anteſignani eam communem faciunt, vt Alciat. *in l. Gallus, §. nunc de lege, num. 11. ff. de lib. & poſth.* & ibi Soccin. ſen. *num. 3.* & Ruin. *num. 1.* Caſtrenſ. *in l. ſi maritus, num. 4. C. de procur.* Curt. iun. *in l. 1. numero 21. C. vnde vir, & vxor, & in l. qui ſe patris num. 77. C. vnde liberi,* Alciat. *in l. cognoſcere, §. 1. in fin. ff. de verb. ſignif.* Crotus *in l. filiusfamilias, §. diu. num. 10. ff. de leg. 1. & ibi* Ferd. Loard. *numero 61.* Paul. de Caſtro *conſ. 190. lib. 2.* Alex. *conſ. 43. num. 6. lib. 3. & conſ. 53. num. 6. l. 6.* Socc. ſenior *inter conſ.* Curt. iun. *conſ. 40. col. 5.* Gozid. *conſ. 87. num. 15.* Bero *conſ. 77. num. 19. & conſ. 116. num. 9. lib. 2.* Crauett. *conſ. 250. num. 3.* ac plerique omnes relati, ac ſectati à Menoch. *conſ. 205. num. 20. lib. 3. & præſumpt. 91. lib. 4.* Peregrin. *de fideicommiſſ. art. 26. num. 30.* Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt. 346. num. 12. 26. & 31.* & nouiſſimè à D. Reg. Rouit, *conſ. 16. vol. 1.* eam ſimiliter communem aſſerente. Sed contrariæ adhærere ſententiæ; nonnè ipſam etiam reiici debere comperiemus?
4

Cum illa ſolùm locum ſibi vindicet, vt pro opinionum concordia vnanimiter aſſeuerant DD. teſte Peregr. *loc. cit. num. 29.* & Fuſar. *num. 39.* Quando deſcenderet à maſculo recipiente, & lineam incipiente, quæ à ſuo capite in ipſam continuaretur, non quando in ea illa finem alia initium faceret ex mente *gloſſ.* & Bald. *in d. §. nunc de lege,* vt ſi deſcenderet ex filio alicuius recipientis, ſeu filio hæredis grauati ſub conditione reſtitutionis deſcendentibus per lineam maſculinam, nam tunc quia deſcendit per lineam maſculinam illius filij, à quo illa incipere dicitur rectè in eam 5
includi debet; linea enim deſcendentium ab aliquo, incipit à primo, *cap. quod dilecto, & cap. fin. extra de conſanguin. & affin. cum gloſſ.* Ceterum ni inueniretur in aliqua linea iam incepta, etiam ſi eſſetmet filia teſtatoris ex ſententia, Gratian. *diſcept. forenſ. 901. tom. 5.* etiam ſi eſſet illiusmet recipientis filia, ſeu hæredis grauati, authoritate Alex. *in conſ. 43. num. 6. in 3.* quod eſt repetitum *conſ. 53. in 6.* nullatenus in maſculina linea eſt admittenda, quia etſi deſcendat per virilem ſexum, non tamen deſcendit per lineam maſculinam, Soccin. *inter conſil.* Curt. ſen. *conſ. 40. col. 5. ad medium, verſ. confirmatur & quarto num. 12.* Crot. qui de communi *in l. filiusfamil. § Diui, num. 10. in fin. & ibi* Loaz *num. 67. ff. de leg. 1.* Pariſ. *conſ. 74. num. 2. lib. 3. & conſ. 22. num. 44. & 45. eod. lib.* vbi etiam teſtatur de communi Alciat. *conſ. 13. num. 12. lib. 3.* Ruin. *conſ. 208. num. 7. lib. 1. & conſ. 126. num. 13. eod. lib.* Vgo *conſ. 120. num. 4. ad fin.* provt etiam latè comprobat Sim. de Petr. *de de interp. vltim. volunt. lib. 3. fol. 11. num. 54. cum ſeq. fol. 292.* Peregr. *de fideic. art. 26. num. 28. & num. 29. verſ. hoc circa iſta maior. noſtrorum, & num. 30. fol. 250.* Palaez *de maior. part. 2. quæſt. 7. num. 44.* & Cald. *de nominat. emph. lib. 2. quæſt. 24. num. 85. 86. & 91.* Cùm alterius lineæ principium ſit, Menoch. *conſ. 625. num. 9 in fi. & 11. verſ. tertio ſuffragatur in fi. lib. 7. & conſ. 326. num. 86.* 6
de qua abſque dubio iudicari debet, Theſ. *d. 37. num. 8. in fi.* cum idem iudicetur de ipſo principio principiante, ſicut de his, quæ ſequuntur à dicto principio, provt etiam idem iuris eſt in cauſa, ſicut in cauſato, imò potentius, Gozzadin. *conſ. 87. num. 15.* adeo vt eadem non poſſit in duplici linea contineri, eo magis quod linea maſculina, quoties ab aliquo acquirente initium non repetit, ſtatim mortuo patre extinguitur, & ſic filia eſt finis lineæ maſculinæ excluſiuè, non autem incluſiuè, cum in alia includatur linea, Menoch. *conſil. 205. num. 28. lib. 3. poſt* Mar. Salam. *in l. gallus, §. nunc de leg. in fi. ff. de lib. & poſth.* & latè oſtendit Cald. *de nominat. emphyt. lib. 2. q. 24. num. 91. in pr. & num. 92. poſt. med. verſ. quamobrem cum filia*, vt ſpecimen habemus in marito, qui vti principium affinitatis iudicatur vti affinis, Cyn. Caſtr. Iaſon *alij in l. maritus, C. de procurat.* Alex. *in l. gallus, §. nunc, de lege, num. 3.* vbi Socc. *num. 4. ff. de liber. & poſth.* Cald. *de nom. emphyt. lib. 2. quæſt. 24. num. 86. ad med. verſ. quod ſane argumentum.* 7

Linea enim in hac facti contingentia, duplex conſiderari debet, maſculina, & fœmina, vt notat Cuman. *in conſ. 2. num. 6.* (Nec ambiguum habemus effectiuè, an contentiuè illam intelligendam eſſe, ſemper namque vocatur linea maſculina contentiuè accipi debere, poſt multos dixit Fuſar. *de ſubſtit. quæſt. 345. num. 18.*) illa quidem à maſculo incipit, iſta à fœmina; ſtatim namque quod illa hoc coſmico iubare potitur, in fœmineo ſe referendo ſexu, natura nihil ei veritatis tribuente, ab illa prorſus ſe abducit, nec quidem patrium ſtipitem retinendo, ſic declarante Paulo *in l. Iuriſconſultus, §. cognationis origo, ff. de gradibus*, itaut diuerſum conſtituendo genus, diuerſam

sam constituit lineam; ipsa primum punctum in illa formante, secundum Mathematicos; in eam proculdubio se admittit, sic asseuerante Paul. de Castro *in l. maritus, Cod. de procur.* cum à primo puncto incipiat linea, non à secundo, imò volens penitus non solum à masculino nomine, sed ab eius coniunctione se eripere, ab agnatione decedit, Imperatoria decretatione *in §. media autem de legit. agnat. succeff.* ac eius vice nouam constituendo; Cognationi initium dat, inquam se introducit, qua propter in cognatorum ordinem referri debere, notabiliter post Castr. scripsit Curt. iun. *conf.* 172. *numero* 5. *&* 152. *num.* 13.

8 Nec mirum dum fœminam, nec filiorum appellatione, attenta sui natura, & proprietate venire, constans est nostrorum sententia, inter quos Bart. *in l.* 1. *ff. de verb. sign.* Dec. *in l. fœminæ col. ff. de reg. iur.* Rustic. *in l. cum auus lib.* 6. *cap.* 10. *num.* 15. *de condit. & demonstrat.* Honded. *conf.* 12. *num.* 2. Tiraquell. *de retract. conjang.* §. 1. *gloss.* 9. *num.* 178. vt post multos firmat Io. Bapt. Larrea *decis.* Granat. 53. *num.* 11. *tom.* 2. Masculinum enim non concipit fœmininum ex propria significatione, sed ex interpretatione, *l. iusta interpretatione de verb. signif. l. pronunciatio in princ. eod. tit. l. hæc autem satisdatio, ff. de adopt. l. cum in adoptiuis,* §. *penult. C. de adopt.* Bart. *in l. si quis in tantum num.* 4. *C. vnde vi* Socc. iun. *in conf.* 61. *num.* 8. *vol.* 4. Itavt nec fratrum vocatione contineri, scripserunt Corn. *conf.* 271. *num.* 9. *lib.* 4. Curt. sen. *conf.* 9. & Fusar. *de subst. quæst.* 349.

9 Nec vocata posteritate venire, sensit Alex. *conf.* 160. *num.* 4. *lib.* 2. & Anchar. *conf.* 339. *col.* 1.

10 Nec sub nomine familiæ intelligi, posteris prodiderunt Corn. *conf.* 26. *num.* 4. *vol.* 4. *& in conf.* 41. *num.* 6. *eod. vol.* Ruin. *in conf.* 24. *num.* 5. *vol.* 2. & Paris. *in conf.* 63. *num.* 10. *in fin. vol.* 2.

Nec casata ad successionem inuitata conuenire posse defendit Odd. *conf.* 46. *num.* 54.

11 Nec domo substituta concurrere posse, probarunt Corn. *conf.* 41. *lib.* 4. Gozzadin. *conf.* 45. *num.* 10. *& conf.* 29. *num.* 6. Crauett. *conf.* 800. *col.* 2. Riminald. iun. *conf.* 835. *num.* 27. *lib.* 7. Surd. *conf.* 46. *num.* 27. *lib.* 1. Honded. *conf.* 75. *lib.* 1. Intrigliol. *de subst. cent.* 3. *quæst.* 83. *num.* 14. Viuius *commun. opinion. conclus.* 835. Carocius *decis.* 4. *num.* 11.

12 Nec sub Cippi Domus nomine contineri responderunt Corn. *conf.* 55. *num.* 5. *&* 6. *lib.* 1. *& in conf.* 41. *num.* 9. & Gozzadin *conf.* 79. *num.* 6. Fusar. *de substit. q.* 348. *num.* 6. & decisum refert Mantica *de coniect. vlt. volunt. lib.* 8. *tit.* 12. *numero* 24.

13 Nec in agnatorum ordinem referri debere, sed cognatorum, notabiliter tradidi post Castr. Curt. iun. *conf.* 172. *num.* 5. *&* 152. *num.* 13. relatus à Thes. *decis.* 37. *num.* 8. *in fin.*

14 Multò minus sub nomine proximiorum de agnatione, vel de familia, vel de domo vocatam censeri, consuluerunt Menoch. *conf.* 522. *num.* 4. *& seq. & conf.* 833. *in fin.* Hier. Gabr. *conf.* 132. *num.* 5. *lib.* 1. Peregr. *conf.* 58. *num.* 61. *& conf.* 159. *n.* 13. *lib.* 5. *& in tract. de fideicom. art.* 25. *num.* 45. *in fi.* Pretis *de interp. vltim. volunt. fol.* 293. *num.* 70. *& conf.* 161. *num.* 28. *& seq.* Osasc. *decis. Pedem.* 127. vbi dicit, hoc maxime verum in fœmina transuersali, Viuius *decis.* 1. *num.* 1. *& seq. & num.* 13. & Fusar. *de substit. quæst.* 366. *num.* 24. vbi alios adduxit.

15 Nec sub descendentium per virilem sexum nomine venire dixit, Menoch. *præsump.* 91. *lib.* 4.

Nec sub vocatione generationis masculinæ 16
comprehendi, absolutè scripserunt Anc. *conf.* 359. Corn. *conf.* 190. *lib.* 3. Paris. *conf.* 22 *num.* 26. *lib.* 3. Bero. *conf.* 116. *num.* 9. *lib.* 2. & Pret. *de interpret. vltim. volunt. fol.* 293. *num.* 67. *in fin.*

Ac postremò in lineæ masculinæ appellatione, 17
nullatenus venire vno ore fatentur omnes, dum per masculum, & fœminam DD. diuersas secreuerunt lineas teste Fusar. *cit. q.* 346. *num.* 15. *&* Peregr. *d. art.* 26. *n.* 28.

Quapropter Tribunalia masculis semper fa- 18
uisse, licet remotioribus, pro fœminis excludendis proximioribus, quamquam per virilem sexum descendentibus, in consimili substitutione Senatus Consulta testimonium nobis perhibent, vt patet in illo Senat. Pedemont. 37. apud Thesaur. *numero* 7. *&* 121. apud Ozasc. *& in illo* Rot. coram Cardin. Mantic. *Nucerina fideicom.* & coram Cardin. Lancellot. *Fulginat. fideicommiss.* de quo *per* Farinac. *decisione* 507. *part.* 4. *diuersor. & in alio* Rotæ Romanæ 203. *num.* 5. *ad medium part.* 2. *in recent.* & inquam plurimis aliis consulto omissis vti peruulgatis.

Quæ omnia fortius vrgent aduersus mulierem istam, quæ cum sit extra familiam nupta, extra patris familiam per matrimonium se transtulit, *addentes ad* Bal. *in l. voluntas* 4. *Cod. de fideicom.* vxoratam enim fœminam Ius agnationis ipso 19
Iure amittere testatur Thesaur. *d. decisione* 37. *numero* 8. *in fin.* nec illud conseruare posse dixit Honned. *conf.* 75. *numero* 16. *lib.* 1. cum per eius nuptum finem imponat familiæ patris, illamque extinguat, & familiam viri augeat, Port. Imola *conf.* 14. *num.* 15. Menoch. *conf.* 348. *numero* 31. ac omnino de illa desinat esse Bal. *in l. fœminæ ff. de senatorib. & in l. maximum vitium num.* 21. *vers. Quarto, quia Cod. de liberis præteritis* Ruin. *conf.* 24. *num.* 12. *lib.* 2. Crott. *conf.* 13. *num.* 18. *lib.* 1. & Menoch. *conf.* 197. *num.* 48. cum efficiatur de familia, & domo viri, Bar. *in d. l. quoties Co. de priuilegiis Scholar. lib.* 12. Riminal. senior *conf.* 185. *num.* 32. Riminal. Iunior *conf.* 313. *num.* 51. *lib.* 3. adeo, vt nec dicatur de cognomine paterno, Corn. *conf.* 41. *num.* 10. *&* 11. *lib.* 4. *& conf.* 55. *col. pen. lib.* 1. *& conf.* 29. *lib.* 4. Socc. senior *conf.* 30. *col.* 3. *lib.* 1. Imo nec paternum Forum retinendo non solum ratione incolatus, sed originis *l. Mulieres Cod. de incolis, lib.* 10. Bart. *in l. cum quædam puella, ff. de iurisdict. omn. iud.* & ibi Bal. nobilitatem etiam patris amittit, *vt in d. l. fœminæ ff. de Senat.* & ibi Bald. & Albert. Matrimonium enim est Ius naturæ, quod trahit mulierem ad totalem originem viri, vt *in l. pen.* §. *Iulia, ff. quod falso tut.* quam refert Bald. *in l. voluntas* 4. *C. de fideicom.* vt rectè cecinit Eurip. *in Danaë.*

Mulier paternam egressa domum
Non amplius parentum est, sed mariti.

Quamobrem rectè existimarunt DD. priuilegium concessum patri, & filiis non competere 20
filiabus coniunctis, quæ familiam, & domum patris exierunt, & de familia, & domo viri factæ sunt, inter quos Bar. *in d. l. quoties*, & ibi Ang. & Ioan. de Plat. *addentes* ad Bal. *in cit. l. voluntas*, Felin. *in cap. Monialib. n.* 524. *ext. de sent. excomm.* Socc. iun. *in conf.* 168. *num.* 57. *&* 58. *lib.* 2. *&* Tiraq. *in tract. de leg. connub. l.* 1. *num.* 32. qui plures alios refert, quibus addendi erunt Ant. Corsett. *in singulari in verbo priuilegium incip. si quis*, Soccin. senior. *conf.* 40. *num.* 16.

inter.

inter. con. Curt. ſen. *& Marti. laud. in tract. de priuilegiis art.* 82.

Ac merito cum per ipſarum perſonas bona in alienam tranſeant familiam Pariſ. *conſ.* 63. *num.* 26. *lib.* 6.

Supradictum verò axioma prorſus in fideicommiſſo agnatitio, locum ſibi vindicare in dubium à noſtris prudentibus non reuocatur, vt teſtantur Soccin. ſenior. *in l. gallus* §. *nunc de lege col. vlt. ff. de lib. & poſth. & conſ.* 60. *num.* 14. *lib.* 3. Præt. *de interp. vltim. volunt. fol.* 293. *num.* 67. Ioan. de Anan. *conſ.* 4. *colun.* 2. Dec. *conſ.* 466. *num.* 9. *in fine* Ozaſch. *deciſ. Pedem.* 127. *num.* 1. *&* Fuſar. *de ſubſt.* qui multos cumulat *q.* 346. *num.* 42. *&* 352. *num.* 44.

Ac talem eſſe in caſu noſtro hæſitationi locus non eſt, quoties enim vocantur proximiores ex linea maſculina, ſemper cenſetur habitam fuiſſe agnationis rationem, ex communi DD. ſententia Crauett. *conſ.* 656. *num.* 8. *&* Ruin. *conſ.* 164. *num.* 7. *in fin. vol.* 3. cum expreſſio generis maſculini faciat præſumi mentem teſtatoris talem eſſe, vt voluerit bona in agnatione conſeruari Curt. *conſ.* 121. *n.* 16. Pariſ. *conſ.* 26. *num.* 12. *& in conſ.* 37. *num.* 31. *& in conſ.* 41. *num.* 38. *vol.* 2.

21 Ac etiam clarè deducitur ſemper namque fideicommiſſum quod maſculinæ lineæ relinquitur abſque dubio agnatis relictum cenſeri conueniunt DD. referente Menoch. *conſ.* 625. *num.* 9. cum agnatio per maſculos conſeruetur, *l. lege Cod. de legit. hæred.* §. *cæterum, inſtit. de legit. agnat. ſucc.* ac per maſculos deſcendentes ex maſculis propagetur, *l. pronunciatio* §. *familiæ ff. de verb. ſignif. l.* 2. §. *agnati ff. de ſuis, & legit. hæred. l. Iuris Conſultus* §. *inter agnatos, & l. non facile* §. *agnationis in fine de grad. affinitat.* & quoties fideicommiſſum ſimpliciter agnatis relinquitur nulla facta mentione de conſeruatione agnationis, tacitè intelligitur pro illa conſeruanda, nam nulla alia ratio reddi poteſt, ergo pro expreſſa haberi debet Bal. *poſt gloſſ. in l. quamvis in princip.* Paul. Caſtren. *num.* 4. & Iaſ. *num.* 6. *&* 7. *de fideicom.* Idem Paul. *conſ.* 92. *col.* 2. *verſ. ex quo lib.* 1. Aret. *in l. gallus* §. *inſtituens num.* 41. *verſ. & licet de lib. & poſth.* & hanc opinionem communiter profitetur Socc. Iun. *in conſ.* 22. *num.* 12. *lib.* 4. relatus à Mant. *de con. lib.* 8. *tit.* 12. *num.* 17. *&* 18. ac fœminas non complectitur quantumvis agnatas, Crauett. qui plures alios, adducit *in conſ.* 180. *num.* 1. *& in conſ.* 184. *num.* 11. & diffuſius *in conſ.* 800. *num.* 6. relatus à Mantic. *loc. cit. num.* 9. quia agnatione vocata, fœmina de illa non dicitur, Grat. *diſcept. forenſ.* 491. *num.* 8. *tom.* 3.

Ex quo nobis fas erit, tacitam etiam maſculinitatem conſiderare, in prima inſtitutione, in conditione impoſita hæredi grauato ſi ſine filiis deceſſerit, quam de maſculis lex ſubintelligit, quotieſcumque enim ſubſtitutio eſt ad fauorem alicuius agnati, & præcipuè quando illa eſſet concepta nominibus collectiuis, ac ciuilibus, vt in caſu noſtro conditionem illam ad fœminas non extendi, ſed de maſculis tantum intelligi, pro limitatione illius regulæ, maſculinum concipere fœmininum, conſentientibus animis, aſſerunt DD. relati à Theſ. *deciſ.* 188. *num.* 6. & Sim. de Petris *lib.* 3. *de interpr. vlt. volunt. dub.* 3. *fol.* 2. *n.* 37. cum ex ſubſtitutione illa appareat teſtatorem habuiſſe animum ad ſuam conſeruandam agnationem, Peregr. *de fideic. art.* 25. *n.* 47. alios multos refert, & ſequitur Roland. à Valle *conſ.* 85. *num.* 33. *verſ.* 2. *lib.* 3.

Et quid ſi ad teſtatoris voluntatis Aſylum, confugere opus erit, cuius veſtigia ſectanda eſſe decreuit Iuſtin. *in l. pen. C. de neceſſar. ſeruis hæred. inſtit. l. ſi cui legatum, verſ. neque enim de condit. & demonſtrat.* cum in fideicommiſſis voluntas teſtatoris primum locum obtineat, & tanquam 22
Regina dominetur *l. in conditionibus primum locum, l. publicis in fin. ff. de condit. & demonſtr. l. cum verùm, C. de fid.* ita vt tanquam lex omnibus modis ſeruanda ſit, §. *diſponat. auth. de nuptiis, C. vlt. vol.* 13. *quæſt.* 2. & quidem illam non ſolùm expreſſam, ſed etiam tacitam, & coniecturatam debere magis attendi, quam verborum qualitatem, eſt tex. notiſſimus *in l. hæredes mei*, §. *cum ita, vbi omnes ad Trebell.* Bald. *& aly in l. quoniam indignum, C. de teſtam.* Ang. *in l.* 3. *C. de lib. præt.* & tex. notabilis *in l. ex pacto*, §. *rerum de hæred. inſt.* cum voluntatem ex coniecturis collectam, expreſſam voluntatem dici cenſeat gloſſ. *notabilis in l. prætor*, §. *interdum, verſ. expreſſum de noui oper. nunc.* Dec. *cenſ.* 68. *num.* 13. ac euidenter, & clarè apparere, quod ex coniecturis apparet, probat Iaſ. *in l. Imperator, num.* 3. *de leg.* 1. Affl. *dec.* 44. *num.* 15. Menoch. *conſ.* 86. *num.* 52. Rimin. iun. *conſ.* 393. *num* 53. *&* 54. & Decian. *conſ.* 34. *n.* 98. *&* 99. *vol.* 3. adeo vt voluntatem teſtatoris coniecturis deſumptum attendendam eſſe, etiam contra propriam ſignificationem verborum ſentit idem Dec. *conſ.* 49. *num.* 43. *lib.* 2. Bal. *in l. vlt. col. pen. Cod. de imp. & aliis ſubſt.* Bart. *in l. in ambiguo, ff. de reb. dub.* & Clar. *in* §. *teſtamentum quæſt.* 76. voluntatibus enim defunctorum non verbis fauor à lege exhibetur, §. *noſtra, inſtit de leg.*

Nonne ipſum agnationi conſulere voluiſſe, & de maſculis ſenſiſſe apertè proſpiciemus? optimum enim eſt non propriam verborum ſignificationem ſcrutari, ſed in primis qnid teſtator ipſe ſenſerit, *l. cum delationis*, §. item Cacobos, *verſ. optimum de fundo iuſtructo*, ac melius eſt ſenſum magis, quam verba amplecti, *l.* 3. §. *condit. in fine de adimend. legat l. vinum de legat.*

Cum teſtatorem noſtrum mirificè affectare ſuæ familiæ immortalitatem, bonaque in illa perſeuerari, ac frequenter declaraſſe, quod è vita decedente ſuo ex fratre nepote, nullis relictis liberis, patrimonium ſuum ad noſtrum Ducem perueniret pro illius conſeruatione probatum ſit.

Et pro comperto habemus teſtamentum poſſe interpretari, etiam ex iis, quæ teſtator ipſe dixit ante teſtamentum, quo ad ea, quæ poſtea diſpoſuit in teſtamento, Bart. *in l.* 2. *num.* 40. *verſ. dixi de vulg. & pupill. ſubſtit. & in l. ſi quis in fundi vocabulo num.* 3. *&* 6. *de leg.* 1. & ibi Iaſ. *num.* 38. *idemque* Bart. tradit *in l. cum proponebatur num.* 3. *de leg.* 2. Alex. *conſ.* 100. *num.* 11. *vol.* 4. &R un. *conſ.* 192. *numero* 5. *vol.* 1. & Natta *conſ.* 474. *num.* 19.

Et quidem non ſolùm ex antecedenti voluntate perfecta, ſed etiam imperfecta, nouiſſimam ambiguam claram fieri; cùm illa aperiatur, & ex teſtamento reuocato, ex *Collegio Ferrarienſe inter conſilio* Rimin. iun. *in conſ.* 214. *num* 33. *&* Crau. *conſ.* 856. *num.* 20. Ac ex illo irrito ex Ceph. *conſ.* 411. *num.* 23. Ac ex illo inualido ex Zaſio *in conſ.* 3. *num.* 54. *lib.* 1. Et ex illo nullo ex And. Barb. *in rubr. C. qui adm. num.* 55. *verſ. Ego amplio*, Alex. *conſ.* 45. *num.* 7. *vol.* 1. Cùm ex actu nullo, declaretur etiam teſtatoris voluntas, ex Ruino *in conſil.* 118. *num.* 6. *vol.* 3. Alc. *in conſ.* 37. *numero* 9. *lib.* 9. *&* Io. Crot. *in l. ſi conſtante in* 2. *lect. num.* 17.

ff.

ff. ſol. matr. Ac demum ex voluntate imperfecta, planam etiam reddi explicarunt Bart. *in l. 2. §. teſtamentum, num. 2. ff. quemadm. teſt. aper. & in l. gerit, num. 18. ff. de acquir. hæred.* & Bald. *in l. qui à patre ff. de conſ. tut.* Nam & ſi voluntas imperfecta non ſit voluntas, *l. cum Syllanianum, C. de iis quib. vt ind. & l. ſi quis cum teſtamentum, ff. de teſt.* Ex ea tamen ſecundùm DD. ſumitur probabilis coniectura ad voluntatis declarationem, *l. vlt. de reb. eor. qui ſub tut. & l. 2. C. de confir. tut. l. 2. de fideicom. l. in teſtamento, ff. de fideicom. liber. & l. filij, & l. vlt. C. famil. erciſc.* Et ſic multo magis in caſu noſtro ex priori teſtatoris noſtri perfecta voluntate per teſtes habita; Generaliter enim ex verbis etiam extra teſtamentum ſimpliciter ab ipſo teſtatore prolatis eius intentio declaratur, & probatur Bart. *in l. fideicommiſſa, ff. ſi rem, in fi. de leg. 3. & in l. 2. num. 46. de vulg. & pupill. ſubſt.* Alex. *conſ. 100. num. 11. vol. 4.* Pariſ. *in conſ. 79. num. 12. vol. 2.* & ſequitur Cef. *in conſ. 144. num. 29.*

Nec voluntas mutata præſumitur, *l. 3. & l. eum qui, ff. de probat. & l. Lucius Titius in fi. de leg. 2. & l. fideicommiſſa, §. ſi rem ſuam de leg. 3. cap. maiores in fi. de baptiſ. cap. licet de procur. lib. 6.* Maſcard. *de probat. concl. 1416.* Nam quamvis hominis animus non ſemper in eiſdem motibus conſiſtat, Bald. *conſ. 424. vol. 1.* tamen in dubio voluntatis mutatio non præſumitur, *l. non ad ea, de condit. & demonſtrat.* Menoch. *lib. 4. præſ. 165. & lib. 6. præſumpt. 37.*

Eo magis quod iure ad hoc animum inducebat, tum ob ſingularem beneuolentiam, quam erga Ducem gerebat, cum teſtatorem noſtrum illum earum habuiſſe, ac ei ſemper ſe adiutorem præbuiſſe ſuorum negotiorum patrocinium arripiendo, cuius amori à Duce amore reſpondebatur, ac mutuam voluntatem inter eos eſſe fundatum ſit.

Etſi ex affectione coniectura voluntatis, capienda eſt ad intelligendam ambiguam ſubſtitutionem, arg. *l. ſi ſeruus plurium, §. vlt. de leg. 1. l. cum auus de cond. & demonſtr. l. cum acutiſſimi, de fideicom. l. generaliter, §. cum autem de inſtitut. & ſubſtit.* cum ex illa præpotens coniectura ſumatur, quæ aliis præfertur, & verbis præponderat, vt voluerunt Socc. ſen. *conſ. 23. num. 21. vol. 1.* Alciat. *conſ. 122. num. 9. in fine, lib. 9.* adeò vt ſi ex plurimis cauſis colligatur coniectura voluntatis, tamen ex affectione potiſſimum deducitur, id. Socc. *conſ. 26. numero 4. vol. 4.* & Socc. iun. *conſ. 126. num. 7. & 8.* Nonne affirmare poterimus teſtatorem noſtrum, Ducem ſuum dilectum agnatum vocaſſe non fœminam? Quam non ſolùm pro nihilo ſemper putaſſe, nec in conſanguineam numquam habuiſſe, dum debitis mutuò non reſpondebantur officiis, ſed eam odio proſequi, nec minus agnoſcere eam volens, neque eius
24 virum, filiumque teſtes deponant. Cum in dubio is præferatur, ad quem teſtator maiorem habuit affectionem, *l. ſi ita fuerit, ff. de reb. dub.* Roman. *conſ. 468. num. 4.* Mant. *de coniect. lib. 8. titul. 18. num. 4.* ac de quibus ſenſerit ex affectione teſtatoris declaratur, *l. ex facto, § ſi quis rogatus, ff. ad Trebell.* aliàs ſequeretur minus dilectum eſſe melioris conditionis magis dilecto, quod eſt abſurdum dicere contra regulam *l. publius, ff. de cond. & demonſtr.* voluntas enim teſtatoris, ita debet interpretari, vt minus dilectus non præferatur magis dilecto, Alex. *in l. hæredes mei, §. cum ita num. 15. ff. ad Trebell. & in conſ. 93. num. 4. vol. 3.* ex qua coniectura à verbis etiam receditur, *l. ſi vi-*

ua matre de bon. mater. quo argum. Bald. etiam vtitur *in l. non dubium in 8. opp. C. de teſt.* ſic etiam dictante charitatis ratione, vt quem dilexit in vita, multò magis diligeret in morte, *l. vlt. ff. de adim. leg.* Bart. *in l. quartam num. 9. ff. ad l. fal. & in l. filium, quem habentem, num. 6. & ibi* Bal. *num. 16. C. fam. erciſc.* quæ autem affectio, etiam præſumitur reſpectu ordinatæ charitatis à lege ſemper procliuior ad maſculos, quàm ad fœminas. Præterea cum in ignotum non cadat affectio, is in dubio vocatus non præſumitur, Alciat. *in l. gallus, §. etiam ſi parente, num. 28. de lib. & poſth.* & multò minus, qui fuerunt odioſi ipſi teſtatori, vocati intelliguntur, *l. Lucius Titius §. pe. de leg. 2.* Alex. *conſ. 138. num. 25. vol. 1. & 213. num. 4. lib. 6.* Socc. Sen. *conſ. 37. num. 6. lib. 3.* Dec. *conſ. 286. n. 3.* Rom. *conſ. 438 num. 6. in fi. & 7.* odioſi enim ſub diſpoſitione teſtatoris non comprehenduntur, *l. 3. in fi. de adim. legat.*

Et quidem noſter teſtator, ita totum ſuum amorem in Ducem transfudit, vt eum magnificiebat, nec vllum maximis vinculis propinquitatis coniunctum extimabat, neque alios proximiores ſuæ domus, familiæque vocabat, quàm ipſum: quapropter pluries declarauit ſe non habere proximiorem agnatum, quam ipſum Ducem, vt per teſtes planum facimus.

Ex quo ſanè etiam concipere poſſumus ſub nomine proximiorum ſuorum, voluiſſe ipſum Ducem intelligere, quem talem extimabat, cum in exquirenda voluntate ante omnia conſuetudo, & vſus loquendi teſtatoris ſpectari debeat, *l. ſi ſeruus plurium, §. vlt. de leg. 1.* & ibi notat Bart. Aret. & alij, vſus namque eius mentem declarat, & ab iis, quæ viuens teſtator obſeruare conſueuit, coniectura voluntatis etiam poſt mortem eius ſumitur, vt latè ſcribit Zaſ. *in conſ. 2. num. 2.* 25 *lib. 1.* voluntas enim defuncti probatur ex conſuetudine loquendi, vtendi, & intelligendi, vt Bart. ſcribit *in l. labeo in fine, de ſupell. leg.* Quo circa ex conſuetudine propria loquendi ipſius teſtatoris, verba dubia teſtamenti aperta reddunt, *gloſſ. in l. ille, à quo §. ſi de teſtamento, in verbo verba, ff. ad Trebell.* ac ex vſu ipſius ambigua interpretantur, ex textu *in l. cum alimenta, in pri. & ibi* Bart. *de alim. leg.* & ratio eſt, quia ex conſuetudine viuentis ſumitur etiam coniectura voluntatis morientis, *l. damnas eſto in fi. de vſufr. leg. &* Signo. de Homo *in conſ. 175. num. 6. & conſ. 181. num. 6. verſ. idem ex facto, num. 9.*

Cùm etiam propter antidoralem obligationem, nam Io. Antonius Iuuanis teſtatoris frater patruelis, ac noſtri Ducis parens ſatis lautum patrimonium relinquens illud ſtrictiſſimo fideicommiſſo agnationis contemplatione ſubiecit ad fauorem noſtri teſtatoris, ac fratrum ſuorum agnatorum, proprias filias excludendo, quam obligationem, ipſum pluries confeſſam fuiſſe, ac ſæpiſſime declaraſſe, illi viciſſitudine velle reſpondere (ſicut iam adimpleuit) teſtes in publicum propoſuerunt.

Ex quo cùm conſuetudinem familiæ teſtatoris 26
eſſe in teſtamentis ſemper agnationi fauere percipiamus; ex hac etiam coniectura, ambiguam teſtatoris voluntatem declarari dixerunt Io. Andr. *in ſpec. de inſtr. edit. §. compendioſè verſ. ſed numquid de conſuetudine cum ſeq.* Angel. & Imola *in l. 3. ff. de teſtam.* ſequitur Alex. *in l. ſi non ſpeciali num. 5. C. de teſtam. &* Iaſon. *in l. ſi quis à filio, §. vlt. num. 4. de leg. 1.* Io. Crot. *in l. omnes populi, num. 14. de Iuſt. & iure.*

Et quod pariter teſtator noſter fecerit conſuetudinem illam obſeruando, ante oculos habemus, dum nepotem, & neptes ex ſorore excluſas videmus, quas cum mirifice diligeret, ita vt nepoti illi curam, & tutelam alterius nepotis inſtituti commiſit, nulla alia ratione in dubio teſtator moueri potuit ad illarum excluſionem, quam agnationis conſeruandæ cauſa, vt deciſum habemus per Rot. Rom. *deciſ.* 801. *part.* 3. *in nouiſſ.* de qua meminit Marzar. *in Epito. fideicom. num.* 21. *verſ. non omitto*, quæ ratio cum ſit vnica pro expreſſa deberi debet, vt ſupponunt omnes ad doctrinam Caſtren. *in præfata l. gallus*, & in ſpecie poſt Ruin. Menoch. Dec. & Honned. qui alios citant, notat Petrus de Luna *inter conſ. diuerſor. ſicul. illuſtr. conſ.* 4. *à num.* 12. & hoc etiam ſi in nulla parte teſtamenti maſculinitatis mentio facta ſit de Xart. *deciſ. Sardiniæ* 35. *num.* 14. ab excluſione fœminarum quando agnati vocantur etiam per nomina collectiua abſque expreſſione maſculinitatis, colligitur vrgentiſſima coniectura teſtatorem rationem agnationis conſeruandæ habuiſſe Viuius *deciſ.* 414. *lib.* 3. *num.* 14. ac propterea fœminas excludi debere cum excluſio cognatorum proximiorum, & vocatio agnatorum remotiorum inducit agnationis rationem, Cephal. *conſ.* 37. *num.* 16. Menoch. *conſ.* 463. *numero* 5. *verſ. cæterum*, Surd. *conſ.* 96. *num.* 31. *verſ accedat lib.* 1.

27 Quamobrem cum voluntas teſtatoris in ſubſtitutionibus ſit regulanda, ſecundum voluntatem, quam demonſtrauit in inſtitutione, ſecundum regulam traditam à DD. *in l.* 1. *Cod. de impub. & aliis ſubſtit.* & reſponderunt Cephal. *conſ.* 411. *num.* 8. *& ſeq.* Menoch. *conſ.* 452. *num.* 7 Honded. *conſ.* 57. *num.* 6. *&* 9. *lib.* 1. & Mant. *de coniect. lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 2. dum in inſtitutione nepotem ex ſorore excluſit, & ſic maſculum ex fœmina procedentem ita ſimiliter in ſubſtitutione fœminam ex maſculo deſcendentem excludere voluiſſe præſumitur Melch. Palaez *in tract. maioratus p.* 2. *q.* 6. *num.* 71. nam ſicut prædilexit in inſtitutione maſculum ex maſculo, ita etiam in ſubſtitutione maſculum, ex maſculo prædilexiſſe videtur, vt dicit Bart. *in l. fin. num.* 3. *ff. ad Trebell. & in l. Lucius ff. vulgari* Alex. *in conſ.* 36. *in princ. lib.* 2. Dec. *in l.* 1. *& in conſ.* 186. *&* 514. *num.* 2. Cautum

28 enim eſt in Iure excluſionem fœminarum teſtatori propinquarum in fideicommiſſo, in quo agnati vocantur excluſionem arguere aliarum remotiorum, vt deciſum refert de Xart. *in deciſ. Sardin.* 31. *&* 35. ne remotior ſit melioris conditionis proximiori, contra regulam *l. Publius* §. *fin. ff. de condit. & demonſt. l. ſi viua matre, Cod. de bonis mater.* & dicit Theſ. *in dec.* 188. *n.* 4. & hoc ma-

29 xime in Italia procedere, vbi ex ſtatutis, & familiarum conſuetudine habetur ratio agnationis ad excluſionem fœminarum, dicunt Caſtr. *conſ.* 409. *lib.* 2. & Dec. *conſ.* 15. *col. fin.* At præcipuè in Regno noſtro ex eius Conſt. incip. *In aliquibus* fœminas excludente, cum qua teſtatorem ſe conformaſſe, ac de maſculis cogitaſſe præſumitur, *l. conficiuntur*, §. *ſi quis cum nullum, ff. de iure Cod.* Bart. & Alex *l. hæredes mei*, §. *cum ita*, *ff. ad Treb.* Durand. *deciſ* Rot. Rom. 136. *num.* 25. Nec excluſionem illam à maſculo in pari gradu fieri obſtabit, quia cum Statutum prædictum ſit emanatum pro conſeruanda agnatione, fœmina etiam excluditur propter maſculum remotiorem, vt conſiderauit Menoc. *conſ.* 150. *num.* 41. & habetur ex Romano *conſ.* 16. *n.* 4. Natta *in tract. quod extant. maſc. q.* 3. *in princ. verſ. quinto quaro*, Molin. *d. Hiſpan. primogen. lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 29. Duran. *vbi ſup. num.* 27.

Eo magis cum teſtatus ſit de bonis maiorum ſuorum, dum ipſe nihil acquiſiuit, quo caſu, ex qualitate rerum præſumi, & induci fideicommiſſum agnationis fauore, cenſuit Mant. *de coniecturis vltimarum lib.* 6. *tit.* 12. *num.* 8.

Et quod teſtator noſter ſuæ agnationis rationem duxit, ac fœminas prorſus excludere voluiſſe vrgenti ratione deducimus, ipſum namque nepotes ex ſorore excludendo, ac proximiores maſculinæ lineæ vocando, intentionem habuiſſe, vt bona non tranſirent ad cognatos, qui aliàs concurrere potuiſſent inficiari non poteſt, Peregrin. *de fideicom. art.* 26. *num.* 28. & Fuſar. *de ſubſt. q.* 346. *num.* 14.

Et ſi fœmina iſta ſuccederet nonne contra voluntatem ipſius, illico bona peruenirent ad cognatos? rum ipſa etiam ante acquiſitionem inanem iſtam ſpem filio ſuo largita fuit, qui nunc in iudicio comparet, cum durum nimis videatur in remotiores, & extra familiam bona teſtatoris deferri. Et ſic fœminas, & ſi agnatas omninò excludere voluiſſe euidenter percipimus, ne per ipſas peruenirent ad cognatos, quando enim aliquid prohibetur, dicitur etiam prohibitum omne illud antecedens quo peruenitur ad illud conſequens iam prohibitum, *l. oratio, ff. de ſponſ.* de qua regula plura per Tiraquell. *in tract. de retractu conſanguin.* §. 1. *gloſſ.* 14. *num.* 17. *& in tract. de leg. connubialibus gloſſ.* 3. *num.* 175.

Poſtremò dato, quod teſtator de maſculis 30
non ſenſiſſet, & eſſet dubia vox illa, nonne in dubio etiam interpretatur id, quod vero ſimilius eſt? *l. in obſcuris ff. de regulis Iuris l. cum in teſtamento de rebus dubiis.*

Ex quo ducimur ad communem illam DD. 31
diſtinctionem agnoſcendam, voluntatem nimirum teſtatoris duobus modis interpretari poſſet quod ita ſcilicet teſtator ſenſerit, per tex. *in l. ſi ſeruus plurium.* §. *vlt. & l. licet Imperator de leg.* 1. *& l. cum de lanionis* §. *item Cacabos verſ. optimum de fund. inſtructo*, vel quod ſi cogitaſſet ita veriſimiliter diſpoſuiſſet, ac interrogatus reſpondiſſet, per tex. *in l. penult. ff. de iu. Cod. l. vlt. ff. de hæred. inſtituen. & l. Titius* §. *Lucius Titius ff. de liber. & poſth.* & docet Bart. *in l. in teſtamento la* 1. *num.* 3. *C. de militari teſtamento.*

Et quidem aſſequuti fuimus coniecturatam 32
voluntatem teſtatoris nunc diſpiciamus eam vero ſimilem, quam etiam ſequendam eſſe edixit Vulp. *in l. cum res in princ. de leg.* 1. in illis verbis *vel vbi veroſimile eſt teſtatorem voluiſſe*, ac per text. *in l. ſicut certi*, *& l. ſi cum vel in vtero Cod. de teſta. mil.* cum ad illud potiſſimum inſpici debeat, quod teſtator veroſimiliter diſpoſuiſſet, ſi de eo fuiſſet interrogatus, *l. Titius* §. *Lucius Titius de liber. & poſth.* & ibi in ſpecie poſt Bar. & Paul. de Caſtro notat Alex. *num.* 2. quod etiam pro expreſſo habetur, ita poſt plures congeſtos Ant. Gabr. *de regulis Iuris, concl.* 10. Mant. *de coniecturis lib.* 3. *tit.* 19. Præt. *de interp. vltim. volunt. fol.* 52. *fol.* 15. Peregr. *de fideicom. art.* 11. *num.* 32. voluntas enim teſtatoris a veroſimili interpretationem, recipit, Socc. ſen. *in conſ.* 129. *num.* 11. *&* 47. *vol.* 2. Nec legum, quidem præſumptiones, re- 33
bus non veroſimiliter aptari debent, vt notat Bal. *in l. vlt. in vlt. notabili Cod. de Hær. inſtit.* & ſic cum aliquid in teſtamento per tabellionem ambiguè, confusè, & ineptè, ſcriptum ſit (id

quod

quod non ratò accidere fidem facit Trident. Synodus *in canone* 10. *6. ſeſſionis*, & meminit Angel. *in conſ.* 338. *in princ.& 342. in princ.*) benigne interpretari ; & ſecundùm id quod credibile eſt cogitatum , credendum eſt , *l. cum in teſtamento de rebus dubiis*, cum verba à veroſimili recipiant intellectum , Decius *in conſ.* 189. *verſ. ad hoc facit*, Allegans namque veroſimilitudinem dicitur allegare tex.legis, quoniam lex iubet ſeruari id,quod eſt veroſimile,*l.ſemper in ſtipulationibus ff. de regulis iuris*, ita vt etiam verbis recedatur , quando ex interpretatione iuris aliud eſt veroſimile ; *l. Publius §.vlt. de condit.& demonſtr.* Imò ille qui arguit à veroſimili , arguit à ratione naturali , quia veroſimilitudo dicitur cognata naturæ, Bal. *conſ.* 380. *num.3.vol.3.*

34 Et quænam veroſimilitudo inducere nos poteſt ad credendum teſtatorem maluiſſe bona in alienam tranſire familiam , quam in propria conſeruari ? Quænam ratio patitur maſculinum genus , naturaliter fœminino dignius , vt ſcribit Philo *lib. 1. politic. cap. 1. &* Vlpian. *in l.1. ff.de ſenator. & in l.vlt. ff. de fid.inſtrum.* illi retroponi, cuius conditionem in multis deteriorem eſſe ait Papin. *in l. in multis de ſtatu hominum ?* Quænam æquitas ſuadet maſculo per quem honos , & decus familiæ conſeruatur ; familiæ patrimonium adimere , ac illud fœminæ dono dare , quæ familiæ nomen , ac memoriam in lethe demergit ? Quisnam legiſlator iubet fœminam , quam diuinus ille Plato dubitare videtur vtro in genere ponat rationalium animalium, an brutorum , maſculo præferendam eſſe , nihil ipſo Deo ſimilius , ac gratius , vt dixit Lucius Apuleius *de Deo Sacratis ?* Quænam lex præcipit fœminam anteferendam eſſe cum,& lege Moſaïca illa maſculum præponendum eſſe ſancitum ſit *Num.*17. ſicut & lege naturali cum ius naturale idem quod diunum ſit , quia leges diuinæ natura conſtare dicuntur *can. 2. diſt. 1.* cum illud ius, quod continetur in lege veteris teſtamenti ius naturale dicatur , vt explicat Pariſ. *conſ. 68. numero 337. & infrà , vol. 4.* Imò & leg. 12. tabul. cautum erat, vt agnatus proximius familiam haberet ; & ò quam malè à Iuſtiniano damnatam legum veterum diſpoſitionem fœminas excludentium agnoſcimus , quam ex ore Dei Moyſes accepit ; Excluſio enim illa ; nec contra legem naturæ videtur , neque iniuſta dici poteſt , cum ex ſummi Dei legum opificis maximi ore proceſſerit quodque diuina lege ſancitum eſt ; Neque iniuſta, vtpote à fonte iuſtitiæ manata.

Non hoc iura patiuntur , nec teſtatoris voluntas fuit , quæ magis conſtat ratione , quam verbis, Bal. *conſ. 121. num. 6. in fin.vol.3.* cum ratione probetur , & demonſtretur cuiuſcunque diſponentis voluntas, *arg. l. Iuris gentium*, §. *pactorum , ff. de pactis* , & ita per illum tex. poſt Bertan. dixit Socc.iunior *conſ. 122. num.20.vol.3.* Ille enim cum præſumatur prudens Corn. *conſ.97. num.17. verſ.ego diſtinguo, vol. 1.* vt vere fuit noſter teſtator V.I. ac S.T.D. Canonicus, ac Cimiliarcha Cathedralis noſtræ Eccleſiæ Neap. eius diſpoſitio tanquam à prudenti viro facta intelligi debet, Bal. *in l.pen.num.2. de Imp.& aliis ſubſt.* ac ita interpretanda , vt à ſapiente nequeat reprehendi, *l. Saluius Ariſtot. de legatis præſtan.* & quis prudens vir nollet bona in ſua familia conſeruari , ſed fœminam maſculo anteponere ? Et quis veſtrum ſapientum eum ſic diſponentem non obiurgaret ? Cum omnis homo prudens perpetuationem ſuæ familiæ nonne mirificè expetat ? Illam etiam noſter teſtator exoptauit , qui illud ſenſiſſe videtur , quod prudens homo ſentire debuit, *l. Lucius 2 ff. de hæred. inſtit.* vt eius tex. verba poneret Bal. *conſ.40.num.1. vol.3.* quilibet autem præſumitur appetere honorem, & incrementum dignitatis ſuæ agnationis, Abb. *conſ. 65. nu-* 35
3. verſ. in caſu autem lib. 2. & vnuſquiſque naturaliter ſtudet familiam ſuam conſeruare , *l. prænunciatio §.familiæ, ff. de verb. ſignif.* quam ad hoc propoſitum adducit Bero *in conſ. 95. num. 15. lib. 2.* Vnde omnis viuens naturali impulſu nihil magis deſideraſſe credendus eſt , quam ſuæ familiæ fauere , eamque propagari , & conſeruari , vt eleganter ſcribit , Zaſius *in conſ. 2. num.13. in fin. & 14.lib.1.*

Et ſi hæc ſunt communia mortalium vota,hoc etiam fuit noſtri teſtatoris cum deſideria morientium ex arbitrio , & opinione etiam viuentium declarentur *l. quoniam de natur. lib. lau. cal. in conſ.8. num.41.* qui proximiores maſculinæ lineæ ad ſui ſucceſſionem imitando fuit agnatis prouidere, ac proximiorem maſculum maſculinæ lineæ præferre ; in quo verboſum ſe non geſſit , tum tabellionis ineptia , cum etiam quia teſtatores dum teſtantur cogitando ſe morituros non ſemper accuratè loquuntur , neque verbis propriis vtuntur , quoniam mortis cogitatio obſcurat intellectum quo fit , vt mens ipſa, quam propria verborum ſignificatio debeat obſeruari, *l. in condit. primum locum in princip.& l.eas cauſas de condit.& demonſtr. & cap.intelligentia, de verb. ſignif.* ac illa arbitrio boni viri ex æquo , & bono interpretari , vt probat text. *in l.in iis de rebus dubijs* in illa verba , *ex æquo , & bono* , Bald. *conſ.40. circa finem verſ. conſideratis , vol. 3.* & quænam benignior interpretatio , & magis vereſimilis dari poteſt , quam nomina collectiua prolata à teſtatore debere intelligi ſecundùm ordinem naturalis affectionis, Bal. *conſ.411. ad finem vol.2.* cum debeamus naturam ſequi quæ nos diligit , ad intellectum verum Corn. *conſ. 97. num. 10. vol. 1.* & 36
nonne rationis naturalis ordo expoſtulat teſtatorem vocaſſe prius maſculos , quam fœminas, qui præſumuntur magis dilecti, Rolan.à Val.*conſ.82. num. 21. lib. 3.* Decian. *conſ. 74. num. 53. lib. 1.* Menoch. *conſ.204. num. 24. conſ. 487.num. 7. & lib.4. præſumpt. 16.num. 10.* Ac quos ſpes naturalis , & ratio ciuilis , & votum omnium teſtantium vocare conſueuit , cum per teſtatores noſtri æui magis honoretur ſexus maſculinus , quam fœmininus , & ideò coniectura ſemper pro maſculis capienda eſt , vt ſcribit Sign. Homod. *in conſ.172.num.4.& conſ.173. num.3.*

Nec pars dicere poteſt fideicommiſſo iſto agnatitio deficere alienationis prohibitionem, quia iam illam non obſcurè in illo legimus agnationis fauore ; nam teſtator formato fideicommiſſo expreſsè prohibuit , quamlibet venditionem , alienationem , ac diſtractionem de ſua hæreditate ; explicare dicendo velle ſuum patrimonium conſeruari pro obſeruantia ſui teſtamenti ad beneficium ſuorum proximiorum in gradu de linea maſculina , & ſic ſuorum agnatorum cùm maſculinitas pro agnatione accipiatur, Molina *de primog.Hiſpan. lib.3. cap.5. num.50.* vt ſuprà fundauimus , quamobrem non ſolùm deducimus teſtatorem eius agnationi, ac familiæ proſpexiſſe ; ſed eius fauore graduale , ac perpetuum fideicommiſſum conſtituiſſe , quod per rationem extendi poſſe ſenſit Bart. *in l. pater filium, §. fun-*

dum in fin. de leg. 3. & explicant Cephal. *conſ. 134. num. 36.* & Pariſ. *conſ. 92. num. 46. vol. 2. & conſ. 1.*
37 *num. 36. vol. 3.* omnis enim diſpoſitio reſtringitur ſecundum cauſam antea explicatam, vel cogitatam, Ang. *conſ. 248. num. 2. ad finem, & 3. & in conſ. 357.* quia agnationis fauor, nedum expreſsè, ſed tacitè colligitur, de Franchis *deciſ. 29. num. 7.* ac ratio finalis quandoque plus comprehenditur ex mente, quam ex verbis, Bal. *in conſ. 51. num. 6. in fi. vol. 5. & in l. per fideicommiſſa, §. interdum de leg. 3.* ex qua extenditur, & reſtringitur totum teſtamentum, Decian. *in conſ. 1. n. 227. lib. 1.* eo magis quia dum teſtator vocauit ſuos agnatos, ac illorum fauore illud fecit, illam neceſſe non eſſe, decreuit Rot. Rom. coram Tolomeo *dec. 801. p. 3. in nouiſſ.*

Explanata igitur teſtatoris voluntate, & per eius declarationem per teſtes fundatam, per text. *in l. hæredes palam §. 1. de teſt.* Et per Iuris, & hominis coniecturas per text. *in l. 1. Cod. de legibus*, ac demum ex veroſimili ratione, ac diſputatione cum etiam Herend. Modeſtin. notando, & diſputando bene, & optima ratione decernit, *l. Munerum §. miſſa de muneribus, & honoribus.* Quibus modis illa ſemper certa redditur ex mente Bal. *in l. penult. num. 5. in fine de impuberum, & aliis ſubſtitutionibus*, ſupereſt nunc iudices ſapientia, & æquitate præditi, vt illam exequutioni demandetis, teſtatorem noſtrum voti compotem reddendo; Nec amplius à fœmina iſta nos vexari faciatis, ſilentium illi imperando; Ni cauſam nobis dare velitis aſſeueranter cum Catone aſſeuerandi, quod ſi abſque fœmina eſſet mundus, noſtra quies eſſet abſque litibus. Die 6. Ianuarij 1660.

DISCEPTATIO LIX.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum in præſenti cauſa deductum, dicitur familia*, num. 14. & 15. *Perpetuum*, num. 33. *Reale* num. 36. & 59. *ac reciprocum* n. 67. *Inſtitutum.*

2 *Fideicommiſſum, conſtituitur, vel verbis expreſſis, vel tacitis. Immò quibuſcunque verbis*, num. 64. *Ac etiam nutu, ibi. Item per verbum* voluit num. 63. *Per coniecturas, & præſumptiones, etiam leues, & ſi verba deficiant, inducitur* num. 3. *Suppletur* num. 5. *Extenditur, & ampliatur*, num. 8. *Etiam ſi illæ non ex teſtamento, ſed aliunde ſumantur*, n. 9.

3 *Tex.* In l. vnum ex familia 67. §. ſi omiſſa 9. ff. de lega. 2. *perpenditur* in l. ex facto §. ſi quis autem, ff. ad S. C. Trebell. *ponderatur*, n. 12. In §. 1. inſtitutus de fideicom. hæred. *expenditur* n. 11. In l. pater filium, §. fundum, ff. de leg. 3. *declaratur* n. 58. In l. Titia Seio, §. Seia libertis de leg. 2. *limitatur, vt non procedat accedentibus contrariis coniecturis*, n. 68.

4 *Coniecturæ apertiſſimæ probationes dicuntur. Et quod ab iis reſultat pro expreſſa habetur.* num. 7.

6 *Sola voluntas ſpectatur in fideicommiſſo. Etiam coniecturata, & minus ſolemnis*, numero 7. & 68.

10 *Fideicommiſſum, vt valeat à propria verborum ſignificatione receditur, ac illa etiam improbantur.*

11 *Fideicommiſſorum materia eſt fauorabilis, ac lata interpretationis.*

12 *In dubio pro fideicommiſſo interpretatio capienda eſt. Ob publicam vtilitatem*, numero 13.

14 *Modus quo fideicommiſſa familiarum conſtituuntur, eſt per vocationem proximiorum.*

15 *Fideicommiſſum, linea maſculina ordinatum, familia relictum intelligitur. Familia, relictum, dicitur perpetuum, & abſolutum*, num. 22. *Perpetuum, & abſolutum inducitur, quando diſponens mentionem fecit de ſolis maſculis, vel linea maſculina*, num. 33. *Quia cenſetur voluiſſe agnationi conſulere*, num. 34. *Etiam ſi ratio agnationis conſeruandæ non ſit adiecta, cum pro expreſſa habeatur*, n. 35 *Reale eſt, quando bona agnationi ſunt relicta*, num. 36. *In dubio præſumitur reale*, num. 37.

17 *Familia, ſtat loco generis; linea loco ſpeciei; Et continetur in linea vti genus in ſpecie. Sunt etiam ſynonyma*, numero 16. *In agnatis conſiſtit*, num. 20. *Idem eſt, quod agnatio*, n. 21.

18 *Genus ſpeciei ineſt per poſitionem, & ſpecies ineſt generi per continentiam.*

19 *Generi per ſpeciem non derogatur.*

24 *Fœmina appellatione familiæ non continetur. In familiarum fideicommiſſorum materia. Nec in illis ſuccedit*, num. 23. *Nec conſtituit, nec conſeruat familiam* numero 25. *Nupta non eſt de familia patris, ſed viri*, num. 48.

26 *Maſculi ſoli conſeruant, & conſtituunt familiam, ac illius columnæ ſunt. Præſumuntur magis dilecti, quam fœminæ, etiam à matre*, n. 51. *Sunt digniores fœminis*, n. 107. *Magis in conſideratione habiti, quàm fœminæ*, n. 108. *Coniecturam in dubio merentur*, n. 109. *Ex fœminis procedentes non includuntur in linea maſculina*, n. 100. *quia deſcendunt à radice infecta ibi.*

27 *Luctuoſum eſt bona familiæ, maiorum veſtigia, & memoria Recolentia diſtrahi.*

28 *Lugubre eſt antiqua maiorum prædia, ad extraneos deuenire.*

29 *Graue agnato redditur bona ſua ad extraneos familias tranſire videre.*

30 *Per ſucceſſionem æqualem fœminarum, bona paterna, ac gentilitia ad extraneas familias tranſeant. Quæ Iuſtiniani, vtriuſque ſexus exæquatio in ſucceſſionibus ab omnibus populis abolita fuit*, num. 52.

31 *Reipublicæ intereſt, vt familiarum dignitas conſeruetur.*

32 *Familiarum dignitas ſine opibus non conſeruatur. Earum domus alienare turpe*, numero 27.

34 *Lineæ maſculinæ vocatio ex ſe agnationem inducit. Ac ei relictum agnatis relictum intelligitur*, n. 21.

38 *Fœminæ ex maſculo, non comprehenduntur in fideicommiſſo fauore lineæ maſculinæ. In diſpoſitione facta, fauore agnatorum non ſuccedunt*, num. 44. *Non dicuntur agnatæ*, num. 40. *Et licèt agnatæ dicerentur, agnationis ius non retinent*, num. 45. *Nec lineæ maſculinæ. Nec lineæ tantum appellatione continentur*, num. 41. *Non ſunt in linea maſculina*

sculina, n. 97. *Amplia, vt nec etiam neptis ex filio acquirente, dicatur descendere per lineam masculinam, cum illa distinctio reiiciatur.* n. 99. *Et de ratione* n. 100. *Praecipuè accedentibus coniecturis ad earum exclusionem.* n. 106.

39 *Fœmina ex masculo proximior, excluditur à masculo ex masculo remotiori.*

41 *Agnatio per masculos, non per fœminas conseruatur ei testator prouidens de masculis, non de fœminis sensit.* n. 43.

46 *Fœminarum, successio agnationis conseruationi repugnat. Exclusio legibus diuinis, ciuilibus antiquioribus, ac mediæ iuris prudentiæ consentanea est*, n. 54.

47 *Fideicommisso, vt quis succedat, non sufficit esse agnatum, sed talem, quod illam conseruare possit.*

50 *Quilibet sua agnationi, & familiæ magis quam alienæ fauere præsumitur. Ac verisimilis non est, quod successionem alienam, suæ propriæ anteponere voluerit*, n. 49.

53 *Statuta fœminarum exclusiua, non solùm in tota Italia, sed per totum orbem terrarum vigent.*

55 *Fideicommissum proprium, ac expressum habemus. Reale oritur ex simplici prohibitionis alienatione, adita causa*, quia voluit, *non enunciatiuè, sed dispositiuè*, n. 59. *Item licet prohibitio sit nuda, si postea adita sit causa conseruationis honorum, resultat simplex, & absolutum*, n. 65. *Item quando prohibitio personalis transit in naturam realis*, n. 58. & 59. *Item quando prohibitio, est de se vestita.* n. 82. *Et de ratione. ibi. Ei semper non obstat facultas alienandi inter comprehensos.* n. 91. *Et de ratione. ibi.*

56 *Prohibitio alienationis arctissima, & realis adest in casu nostro. De personali, an, & quando fiat realis*, n. 57. *Realis quid operetur*, n. 59. *Ex quibus dicatur vestita*, n. 83. *Ex prohibitione detractionis falcidiæ, & trebellianica vestita dicitur*, n. 84. *Ex pœna ei addita nullitatis alienationum*, n. 85. *Realis satis vestita dicitur.* n. 86.

57 *Ratio*, quia vult, *prohibitionem personalem facit transire in naturam realis. Posita post alienationis prohibitionem, dicitur stare dispositiuè, non consecutiuè*, n. 61. & 62. *Et quando sic dicatur stare*, n. 60. & 61. *Est apta de per se ad fideicommissum inducendum absolutum in casum mortis.* n. 66. *Licet prohibitio alienationis esset nuda.* n. 65. *Adita prohibitioni validæ, ac de per se vestitæ, ne sit superflua, & otiosa; fideicomissum reciprocum inducit.* n. 82. *Non obstante alienationis concessione*, n. 95.

67 *Fideicommissum reciprocum, vt resultet, requiritur concursus trium requisitorum, de quibus* in l. Titia Seio, §. Seia libertis, ff. de leg. 2. *Limita accedentibus coniecturis*, n. 68. *Censetur inductum ex collectiua vocatione*, n. 69. *Resultat quando fit substitutio ab vltimo ex vocatis, & in tota hæreditate*, n. 71. *Item quando testator habuit animum ad agnationem*, n. 76. *Item quando prohibitio est realis.* n. 87.

70 *Conseruatio bonorum in beneficium proximiorum, non potest dari sine reciproca*, n. 72. & 75.

73 *Prohibitio alienationis, & præceptum testatoris, vt bona pleno iure, & absque diminutione Trebellianica deueniant in substitutos, coniecturam præbent pro reciproco fideicommisso*, & n. 84.

74 *Prohibitioni de non alienando, si fuerit adiecta clausula dispositiua*, quia vult, *inductum censeatur fideicommissum absolutum, & reciprocum.*

77 *Ratio sola agnationis conseruandæ, per se potest fideicommissum inducere. Ergo multo magis inductum extendere.*

78 *Coniecturæ plures ex se, licet non sufficiant ad inducendum fideicommissum reciprocum. Iunctæ tamen prosunt.*

79 *Verba*, vllo vnquam tempore, *æquipollent dictioni* in infinitum, & in perpetuum; *Imò plus operantur*, num. 79. *prohibitionem induunt.* num. 83. Ita enim fiet *sunt enunciatiua futuri euentus, & non disponunt.* n. 58. Quia vult, *sunt dispositiua, & fideicommissum important*, n. 63. Linea masculina *sunt exclusiua fœminarum*, n. 97. Ad faciendum, & disponendum *an sint compatibilia cum fideicommisso*, n. 91.

80 *Verba negatiua magis negant, quàm affirmatiua affirment, ac sui natura trahuntur in infinitum.* num. 81.

81 *Testatorem vno, vel alio verbo vti nil interest, dummodo æquipollenti vtatur.*

88 *Expressæ dicuntur substitutiones inductæ ex clausula generali*, quia vult.

89 *Expressum dicitur, quod sub generalibus verbis continetur, & quod ex coniecturis elicitur.*

90 *Alienandi facultas non tollit fideicommissum absolutum. Immò se compatitur cum illo*, n. 92. *Et censetur ordinatum in eo, quod superest*, n. 93. *Data non impedit quin resultet fideicommissum absolutum in casum mortis, si prohibitionis alienationis dispositiua addita sit causa*, quia vult, n. 95. *Intelligitur dummodo fiat bona fide non animo interuertendi fideicommissum*, n. 94.

95 *Bona posse alienari, & esse subiecta fideicommisso simul stare possunt.*

96 *Donatio inter viuos est compatibilis cum facultate reuocandi.*

98 *Linea incipit à filiis, non à patre; Et à masculo linea masculina, & à fœmina, fœminina.*

100 *Fœmineus sexus, sicut obest masculis ex fœminis ita, & ipsismet fœminis.*

101 *Ius omne potentius est in causa, quàm in causato.*

102 *Iuris plus reperiri non potest in causa influenti, quàm in causato.*

103 *Masculinitatis mentione facta, testator de masculis sensit. Et propterea non admittitur, nisi sit ex linea masculina, & masculus.*

104 *In transuersalium ordine, magis priuilegiata est linea descendens.*

105 *In dubio recurrendum est ad testatoris voluntatem.*

106 *Masculinum non concipit fœmininum, quando disponentis contraria voluntas apparet: Ac illum in casu nostro de masculis cogitasse probatum est.*

110 *Masculinus sexus, sicuti natura, honoratior est faminino: ita etiam honoratior, debet esse in successione.*

DE EADEM RE

PRO

Illust. Duce Sancti Angeli Fasanellæ,

CONTRA

Franciscum de Marinis.

1 FOEMINAM istam nullo iure, ad istius fideicommissi successionem, concurrere posse, omni iure controuersiosum non esse, planè liquet; siquidem illud verè, familiæ, perpetuum, reale, ac reciprocum est.

2 Nam, etsi institutor verbis expressis, se fideicommissum familiæ conseruandæ causa, perpetuum instituere non explicauit; Ipsum tamen hoc voluisse, ex mente, & sententia ipsius, ac verbis extra testamentum ab ipso prolatis, à testibus in apertum positis, & in nostro responso perpensis, clarè constat.

3 Ex quibus coniecturis fideicommissum induci, etiam si verba expressè fideicommissi non adsint, censuit Paul. *in l. pen. ff. de leg.* 1. *l. cum proponebatur* 64. *l. vnum ex familia* 67. §. *si omissa* 9. ibi, rectè datum, & minus scriptum, *&* §. *fi. & l. qui solidum* 78. *ff. de leg.* 2. *l. fideicommissa* 11. §. *item si quis* 19 *ff. de leg.* 3. *l. in legatis* 21. *Cod. de leg.* Salyc. *in l. penult. Cod. de impuber. & alijs substit.* Coras. *in l. eum virum num.* 11. *Cod. de fideicomm.* Mol. *de Hispa. primog. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 7. *& cap.* 5. *num.* 21.

4 Grass. §. *fideicommissum quæst.* 4. *num.* 4. Vvessemb. *cons.* 94. *num.* 15. Et quidem illas quoque leues sufficere tradunt Petr. *de fideicomm. quæst.* 9. *nu.* 62. Fusar. *de substit. quæst.* 276. *num.* 5. Cum apertissimæ probationes dicantur, *l. in tempus* §. *quoties, ff. de hæred. instit. l. si quis locuples in fi. ff. de man. test.* Mascar. *de probat. concl.* 776. *num.* 5.

5 Imò ex coniectura voluntatis illud suppleri potest, & si verba deficiant, *l. quidam in test.* 30. *l. cum pater* 77. §. *cum imperfecta* 22. *ff. de leg.* 2.

6 Mascar. *de prob. concl.* 776. *num.* 6. sola namque voluntas spectatur in fideicommissis, etiam si ex verbis commodè concipi non possit, dum tamen ex coniecturis colligatur, *l. quamvis is, C. de fideic.* Mant. *de coniect. lib.* 8. *tit.* 1. *num.* 18. *&* 25. nam illa quæ ex coniecturis colligitur, euidens, & manifesta dicitur, *l. licet Imperator*, & ibi Bar.

7 *num.* 10. *ff. de leg.* 1. Gœdde 4. ac pro expresso habetur, quod ex coniecturis resultat, Cephal. *cons.* 479. *num.* 12. & sic vt fideicommissum inductum censeatur ac debeatur, sola testatoris voluntas sufficit, etiam coniecturata, nedum ex scripto, & expresso, sed etiam signis, & nutu demonstrata, ad text. *in l. nutu ff. de leg.* 3. ac illa etiam minus solemnis seruatur Pereg. *art.* 1. *num.* 44. *l. à fratris* 127. *l. ab omnibus* 104. *in princip. ff. de leg.* 1. *l. vbi iure* 19. §. 1. *ff. ad S. C. Trebell.*

8 Et non tantum inducitur, sed etiam extenditur, & ampliatur fideicommissum ex coniecturis, Dec. *cons.* 287. *num.* 5. *&* 7. Tusch. *litt. F. concl.* 260.

9 *num.* 18. Hocque non tantum procedere, si coniecturæ ex scriptis in testamento, sed etiam si aliunde desumantur, ac de testatoris voluntate constet, Fusar. *d. quæst.* 276. *num.* 9. nec mirum, nam vt fideicommissum valeat à propria verborum significatione recedere debemus, *l. cogi in* 10 *princ.* §. *& si quis*, & ibi Bar. *num.* 1. *&* 2. *l. ex facto* §. *fi.* & ibi Alex. *ff. ad S. C. Trebell.* Ipsaque offendere, etiam licet, sicuti ex Soccino *cons.* 100. *num.* 10. *vol.* 3. loquitur Mantic. *de coniect. lib.* 8. *tit.* 1. *num.* 26. Cum illa fauorabilia esse testetur 11 Iustin. *de fideicommiss. hæred. in princ.* ibi tantúsque eorum fauor factus est, Peregr. *de fideicom. art.* 1. *num.* 24. Tiraquell. *de iure primog. quæst.* 71. *num.* 2. Menoch. 4. *præsumpt.* 67. *num.* 19. Ernest. Cothm. *cons.* 80. *num.* 89. Besol. *cons.* 133. *num.* 77. Marzar. *in epitom. fideicomm. part.* 2. *quæst.* 1. *num.* 8. *ver. non omitto tamen*; itavt non solùm pro iisdem beniqniorem, ac latam interpretationem faciendam esse, omnes ferè DD. vno ore doceant Anch. *cons.* 27. *num.* 6. Signorol. *cons.* 173. *num.* 3. Raph. Cuman. *cons.* 2. *num.* 4. & plerique alij relati à Ceph. *cons.* 137. *num.* 38. *in fi.* Sed in dubio illa extare, ac 12 vt valeant potius, quam pereant iudicandum esse concertant Authores per text. *in l. ex facto* §. *si quis autem ff. ad S. C. Trebell.* ibi extitisse fideicommissi conditionem magis dicendum est, ita ponderatum à gl. *in l. qui duos*, §. *cum in bello ff. de reb. dub.* relati per Marz. *de fideicomm. quæst.* 1. Iason *cons.* 203. *num.* 1. *vol.* 2. Philipp. Decium *cons.* 652. *numero* 7. Alban. *cons.* 51. *num.* 17. cum publicè 13 expediat supremas hominum voluntates exequi, *l. vel negare ff. quemadmod. testam. aperiantur.*

Quodque veritate comprobari in casu nostro, notior modo erit.

Fideicommissum enim proximioribus reli- 14 ctum, familiæ fideicommissum esse, bene probat Knipschilt *de fideicommiss. famil. nobil. cap.* 6. *num.* 266. Cum fideicommissa, quæ familiæ mandantur, plerumque proximioribus deferantur, vt idem dicit *cap.* 2. *num.* 15. Ac in fideicommisso familiæ relicto, solùm proximiori restitutio facienda est, *l. fi. Cod. de verb. sig. l. cum ita* 31. §. *in fideicommisso, l. peto* §. *fratre ff. de leg.* 2. *l. cum pater*, §. *libertis ff. de leg.* 3. Paris. *cons.* 40. *num.* 12. *& cons.* 51. *num.* 14. *& seq. vol.* 2. Corn. *cons.* 233. *num.* 11. *vol.* 4. Burs. *cons.* 170. *num.* 33. *vol.* 2. Vvess. *cons.* 41. *num.* 74.

Et cum noster testator, suæ lineæ proximiori- 15 bus, fideicommissum disposuerit; vere illud familiæ institutum fuisse, asseuerare nobis fas erit; Familia enim, & linea sunt synonyma, vt bene 16 dicit Knipschilt. *de fideicomm. cap.* 1. *num* 85. *in* 7. *synonymo.* Immò cum illa in lineas diuidatur, vt idemmet dicit *loc. cit. n.* 106. Borgnin. *dec.* 19. *n.* 75. *p.* 3. Giouagn. *cons.* 39. *num.* 20. 21. *lib.* 1. loco ge- 17 neris habetur, & lineæ specierum, Altograd. *cons.* 79. *num.* 15. *tom.* 2. & sic ipsa vti genus inest speciei; Genus autem speciei inest per positio- 18 nem, siue per consequentiam, quia posita specie ponitur genus, & ad speciem sequitur genus, vt discurrit glos. *in l. si quid* 45. §. *interemptum. ff. de leg.* 3. & species inest generi per continentiam, quia in genere species continentur, *l.* 1. *in princ. ff. de auro, & argento legato.* Itavt species possit etiam affirmatiuè genus inferre: gl. *in l.* 1. *Cod. de filio famil. ex minore.* Quamobrem generi per spe- 19 ciem non derogari, dixit Scæuol. *in l. Titia* §. *qui Marco ff. de ann. lega.* Egregiè Surd. *cons.* 352. *num.* 14. Mart. Medic. *decis. Senen.* 83. *numero* 20.

Eo magis, quod cum familiam iure communi dicamus

dicamus omnium agnatorum, *l. pronunc. 195. §. 2. vers. communi iure, & §. item appellatur. 6. ff. de verb.*
20 *sig.* ac propriè illa in agnatis consistat, Paris. *conf. 16. vol. 3.* Rom. *conf. 16. & conf. 32.* Valentin. Forster. *de succession. ab intestato, lib. 3. cap. 4. numero 20.* Et noster testator lineæ, masculinitatis
21 qualitatem, etiam addidit, de agnatis absque dubio intellexisse, fundauimus in nostro responso, & consequenter de familia, cum agnatio, & familia idem sint, Tiraq. *de retract. lignag. §. 1. gl. 9. num. 195.* Molin. *lib. 3. de primog. cap. 4. num. 10.* Rota apud Seraphin. *dec. 1438.* Rot. Floren. apud Fusar. *cons. 169. num. 1.*

22 Et quoties testator bona sua, familiæ relinquit, tunc fideicommissum perpetuum, & absolutum induci dixerunt DD. *per text. in l. cum ita, §. in fideicommisso, ff. de leg. 2. l. fin. C. de verb. sig. l. si cognatis ff. de reb. dubiis,* Soc. iun. *conf. 227. col. 4. in pr. vers. ex quibus concludo vol. 2.* Alc. *conf. 484. num. 1.* Mascar. *de prob. concl. 776. num. 7.* à quo
23 fœminas exclusas intelligi concludum, refert Ludou. à Peguer. *dec. 112. num. 2.* Peregr. *de fideicom. art. 25. num. 47. ver. sed vltra hos,* Gozadin. *conf. 89. num. 6.* Aymo. *conf. 180. num. 1.* Menoch. *conf. 95. à num. 56. vsque ad num. 100.* & alij relati ab Al-
24 tograd. *conf. 92. num. 54. tom. 1.* cum sub familiæ nomine illæ non contineantur, Menoch. *4. præs. 88. num. 5. & conf. 197. num. 55. lib. 2.* Gabriel *conf. 132. num. 38. lib. 5.* Corn. *conf. 26. num. 4. vol. 4.* Crauett. *conf. 180. num. 1.* Honded. *conf. 75. num. 14. & seq. lib. 1.* Muntic. *de coniect. lib. 8. tit. 12. num. 8.*
25 Familia enim per masculos eorundemque diuitias, non autem per fœminas in alienam transeuntes familiam, ac paternam finientes constituitur, & conseruatur, *l. quicumque 10. C. de re militari,* & scribit Herman. Vultei 4. *Marpurg. conf. 30. num. 19.* Alc. *resp. 126. num. 13.* Cors. *sing. 207.* ac per masculinam prolem conseruatur æterna memoria, Tusc. *lit. S, conc. 656. n. 31. & 38.*
26 Cum filij masculi columnæ sint familiarum, iuxta Euripidem, quorum genus perpetuo manet in ædibus Deorum paternorum, & sepulchrorum limitem honorat, Philipp. Matth. 3.

27 Et nonne maximè luctuosum existimaretur, bona familiæ, maiorum vestigia, memoriamque, in eis quoque non permanere, sed recolentia distrahi, ac dissipari? Besold. *part. 6. conf. 263. numer. 50. in fi.* Reusner. 1. *conf. 3. num. 30.* Gaill. 2. *obser. 127. num. 2.* Cum turpe sit familiæ domum alienare, vt loquitur Imperator Augustus *in l. lex quæ 22. §. nunc verò, C. de administ. tutor.* Gaill. 2.
28 *obseru. 19. in pr.* Et nonne deplorandum foret, videre antiqua maiorum præ lia, bonaque gentilitia, (vti sunt bona ista fideicommissata) in alienas familias de Murinis, ac extraneas manus peruenire? *l. in fundo 38. ff. de rei vend. l. si in emptionem 35. ff. de minor.* & audire illud lamentabile Prophetæ Hieremiæ *thre. 5. ver. 2.* hæreditas versa est in alienos, domus nostræ ad extraneos. Nec non illud Maronis, veteres migrate coloni, sicuti etiam conqueritur Imperator Iustin. *in l. cum oportet 6. in pr. C. de bonis, quæ liberis.*

29 Quid enim antiquæ, alicuius familiæ splendidæ, agnatis, atque posteris; euenire poterit grauius, ac tristius; quam bona maiorum ad familiæ splendorem, amplitudinem, ac vtilitatem comparata; ad extraneas transiuisse familias experiri?
30 Quod certè malum cum ex indiscreta sexus æquali successione eueniat, illi noster testator occurrere voluit familiæ fideicommissi constitutione; quod suum sortiri effectum, æquè, ac publicè expedit, cum Reipublicæ etiam interfit, vt familiarum dignitas conseruetur, & salua sit *l. 1. §. sed & si 13. ff. de ventre inspicien.* Roland. à Valle *conf. 58. num. 81. seq. vol. 1.* Paris. *conf. 26. num. 12. seq.* Tiber Decian. *conf. 9. num. 4. vol. 3.* Brun. *de statu fœmi. exclud. art. 3. col. 2.* Mysinger. *dec. 8. resp. 79. num. 32.* ac splendorem familiæ posteris conseruare è Republica esse, antiqui prudentes putarunt, vt inquit Petr. Greg. Tholos. *in syntag. lib. 45. cap. 13. num. 4.* Cum familiarum conseruationem, in Reipublicæ quoque splendorem, commoditatem, & vtilitatem vergere dicat Valentin. Forster. *de succes. lib. 3. cap. 13. numero 7.* Bodin. *de Republica, cap. 2. in prin. fol. 12.*
Ann. Robert. *lib. 2. rer. indic. 4.* At familiarum no- 32
bilium splendorem, sine opibus, ac diuitiis conseruari, ac propagari non posse, præter ipsam experientiam, communis DD. schola tradit Corn. *conf. 90. in fi. lib. 3.* Tiraq. *de nobilit. cap. 25. per totum,* Schurff. *conf. 27. num. 16. centur. 2. & cent. 3. conf. 72. num. 4.* Vuessembec. *conf. 50. num. 15. & conf. 51. num. 27.*

Præterea cum disponens illud ad fauorem 33
masculinæ lineæ conseruari mandauerit, vti est in casu nostro, ibi, *atteso vuole, che la sua facoltà si conserui per osseruanza del presente suo testamento à beneficio di detti suoi più prossimi de linea masculina,* perpetuum, & absolutum inductum censeri tradunt per *l. cum ita §. in fideicommisso ff. de leg. 2. l. si. C. de verb. sig. l. pater filium, §. pater filium, ff. de leg 3.* Alciat. *conf. 484. col. 1. ver. primum est,* Honded. *conf. 9. num. 20. vol. 2.* Vultei 4. *Marpurg. conf. 54. num. 90.* relati à Knipschilt *de fideicom. cap. 6. num. 102. 110. & 111.*

Et hoc, quia cum illud masculis, vel lineæ masculinæ relinquatur (quod idem importat) di- 34
positionem illam ad eum finem factam præsumi, vt prouideatur, & consulatur familiæ, & agnationi, & vt bona in linea masculina, & agnatione conseruentur, tradunt communiter DD. Bar. *in l. cum auus, num. 4. ff. de cond. & demo.* Dec. *in l. fœminæ, num. 92. ff. de reg. iur. & conf. 226. num. 6. ver. nam dum testatur,* Iason *conf. 233. col. 1. vol. 2.* Ruin. *conf. 95. num. 8. vol. 2.* Vultei 4. *Marpurg. conf. 30. num. 123. & conf. 54. num. 78.* & plerique alij relati à Philippo Knipschilt *de fid. cap. 6. num. 210.* Illa enim vocatio per lineam masculinam ex se agnationem inducit, ac si proximus agnatus fuisset vocatus, *additio ad* Molinam *lib. 1. capite 6. num. 39. 40. 41. in ver. & quod talis vocatio.*

Quod adeo verum est, vt licet in dispositione ratio conseruandæ familiæ, siue agnationis ex- 35
pressè, vel tacitè non sit adiecta, tamen si in ea simpliciter, & absolutè masculi, vel linea masculina vocata sit, ex illa solùm vocatione disponens censeatur voluisse agnationem, & familiam conseruare, Alex. *in l. venia num. 16. C. de in ius voc.* Dec. *conf. 172. num. 4.* Cephal. *conf. 251. num. 4.* Mattheisila *sing. 130.* & Molin. *de Hisp. prim. lib. 3. cap. 5. num. 25.* eamque rationem pro expressa haberi debere, scribit Sim. de Petr. *in interpr. vlt. volunt. lib. 3. dub. 1. fol. 11. num. 5.* Expressionem enim generis masculini præsumi facere mentem testatoris talem esse, quod voluerit bona in agnatione, & familia conseruari, statuunt Curt. iun. *conf. 121. num. 16.* Paris. *conf. 26. num. 12.*

Et quando fideicommissum agnationi institu- 36
tum fuit, reale dicitur Bald. *in l. quod vero contra, ff. de leg.* Iason *in l. filius fam. §. diui, num. 146. &* ibi Ripa *num. 181.* Loazes *num. 98. de leg. 1.* Ludou.

37 à Peguer. *dec.*101. *nu.*5. relati à citato Knipſchilt. *cap.* 2. *num.* 10. Sicut etiam illud in dubio reale præſumitur, Caſtr. *in l. filiusfam.* §. *diui, num.* 9. *ff. de leg.*1. Alex. *conſ.*143. *num.*9. *lib.*2. Petr. Ant. à Petra *tract. de fideicom. quæſt.* 2. *num.* 12. & 19. Simon. de Præt. *de interp. vlt. vol. col. caſ.*285. *circa med. lib.* 3.

38 Nec fœminas, etſi ex maſculis deſcendentes, complectitur, Marta *part.*1. *de ſucc. leg. quæſt.*1. *art.* 1. *à num.* 18. lanè Andr. Capan. *de fideicom.*

39 *maſc. art.* 1. *inſpect.* 2. *per tot.* Sed illas excludi à maſculis quamvis remotioribus, & in diſpari gradu conſtitutis, exploratum eſſe apud DD. in dubio non verſatur, vt ipſimet communiter tradunt per *cap. Raynaldus ver. ſi abſque maſculis extra de teſtam.* relati à Knipſchilt. *cap.* 6. *num.* 110. & 111. & *cap.* 8. *num.* 127. 128. & 135. Altogr. *conſ.*80. *num.*71. *tom.*2. Alex. *conſ.*81. *col. fin. lib.*6. Peregr. *art.*26. *num.* 23. latè Reg. Rouit. *conſ.*16. & 17. Menoch. *conſ.* 904. *num.*32. *vol.*9. Valenz. *conſ.* 113. *num.*18. *vol.* 2. & Franciſcus Molina *de ritu nuptiar. quæſt.*23. *lib.*3. *num.*109. *ver. rationibus.*

40 Cum illas licet ex maſculo deſcendentes agnatas non dici vulgo ſtatuatur, Ioan. de Anania *conſ.* 4. Ruin. *conſ.* 146. *num.* 4. *lib.* 2. Michaël ab Arguir, *apolog. part.* 3. *num.* 67. Soli enim maſculi, &

41 non etiam fœminæ agnationem conſeruant, *l. pronunciatio* 195. §. *fi. l. familiæ* 196. *ff. de verb. ſig.* Pariſ. *conſ.* 22. *num.* 14. *vol.* 1. Burſat. *conſ.* 1 *num.*39. *lib.*1. Decius *in l.*2. *num.*61. *ff. de regul. iur.* Bart. *in l. Titio centum* 71. §. *Titio genero*, *ff. de cond. & demonſt.* Mynſing. *decad.*8. *reſpon.*79. *n.*37.

42 Vuehner. *pract. obſer. ver Stamm.* Nec in linea maſculina comprehendi dixit Molin. *de primog. c.*6. *num.*38. *lib.*1. Ruin. *conſ.*208. *num.*7. *lib.* 1. relati à Franciſco Molina *loc. cit. num.* 196. Cum hoc caſu maſculinum non concipiat fœmininum, Roland. à Valle *conſ.*82. *num.* 33. *lib.* 3. Socc. ſen. *conſ.*73. *col.*3. *lib.*4. Menoch.4. *præſ.*84. *num.*8. & *præſ.*85. *n.*25. & *conſ.*926. *n.*36. Fuſar. *de fideicommiſſ. q.*311. *n.*18. relati à Knipſchilt. *cap.* 1. *n.*50. Nec ſub lineæ tantum appellatione contineri ratione agnationis conſeruandæ poſt Caſtren. Cur. Ruin. Cels, & Salamo. reſpondet Menoch. *conſ.* 585. *num.*18. *ver. reſpondetur ſecundo*, Iaſon *conſ.* 52. *col.*4. *lib.*3. Pariſ. *conſ.*47. & *conſ.* 63. *num.*24. *lib.*2. & ſcripſit Franch. Molin. *loco cit. num.* 198. Valent. Forſter. *de ſucc. ab inteſt. lib.* 3. *cap.* 23.

43 *num.* 14. quoties enim teſtator agnationi prouidere voluit, ipſum de maſculis, & non de fœminis ſenſiſſe intelligi tradunt Pariſ. *conſ.* 63. *num.* 10. *in fi. & ſeq. vol.* 2. Corn. *conſ.* 26. *num.* 4. *vol.* 4. Ruin. *conſ.* 24. *num.* 5. ſequitur Gozad. *conſ.*79.

44 *num.*7. Peguer. *deciſ.*112. *num.*1. Et diſpoſitionem in fauorem agnatorum factam non complecti fœminas tradunt Crauett. *conſ.* 180. *numero* 1. Ruin. *conſ.* 146. *num.* 4. *lib.* 2. Alcia. *conſ.* 69. *col.* 1.

45 Eo magis, quod licet illæ agnatæ dicerentur, & agnatæ eſſent, quia agnationis ius non retinent, Bal. *in l. vnica Cod. quando non petentium partes*, nec ad illud conſeruandum idoneas dici, ſcribit poſt Bar. *in d. l. pronunciatio* §. *familiæ*, Gy-

46 land *dec.*15. *num.* 24. *lib.*1. illarum ſucceſſio agnationis conſeruationi repugnat, ait Molin. *de Hiſp. primog. lib.*3. *cap.*5. *num.*1. & 2. nam ad hoc, vt quis fideicommiſſo ſuccedat non ſufficere ag-

47 natum eſſe, ſed talem eſſe oportere, vt illam conſeruare poſſit, teſtatur Beſold. *conſ.*231. *num.* 29. Et fœmina iſta non ſolum illam non cuſtodiuit, ſed illius exitum expediendo, in alienam familiam per matrimonium tranſitum fecit, quam illico adſumpſit *l.* 1. §. *ſi vir.* 15. *ff. ad S. C. Sillan. l. ediles* 25. §. *familiæ* 2. *ff. de ædil. edicto*, *l. quicunque* 10. *Cod. de re milit. cap. hæc imago cau.*33. *quæſt.*5. Vultei 1. *Marpurg. conſ.*15. *n.*164. Gell. 3. *not. attic. cap.*10. Schrad. *de feu. p.*9. *c.*2. *n.*3. Cap. Latro *conſult.* 134. *num.*43. *tom.* 2. Marta *de ſucc. leg. p.*4. *q.*21. *art.*5. *n.*2. & 3. *vſque ad* 26. & *p.*3. *q.*2. *art.* 3. *n.*12. & nouiſſimè Andr. Capan. *de fideic. maſc. art.*2. *inſpect.*2. *n.* 7. ac non ſolum bona non ſeruabit, ſed nec etiam ad eam peruenient; cum illis ceſſis Franciſco de Marinis, eius filio, qui nunc iudicio experitur, in alienam tranſirent familiam. 48

Et nonne alienum, ratione credibile eſt, quod quis ſucceſſionem alienam; ſuæ propriæ antepo- 49
nere voluerit, *l. cum acutiſſimi*, *Cod. de fideic. l. cum auus*, *ff. de cond. & demonſt.* Cum quilibet ſuæ 50
agnationi, & familiæ magis, quam alienæ fauere præſumatur, *l. omnia* §. *in fideicommiſſo*, & ibi Alcia. *ff. de leg.* 2. *l. qui fundum*, §. *qui filios ff. ad leg. falc.* Bar. *in l. ſi mater* §. *ſi filius ff. de vulg. & pupilla. ſubſt.* Indéque maſculos præſumi magis 51
dilectos, quàm fœminas cenſent Rol. à Valle *conſ.*82. *num.*21. *lib.*3. Menoch. *conſ.*204. *n.*24. & 4. *præſ.* 16. *n.* 10. ac matres quoque filios magis, quam filias amare, teſtatur Cor. *in rep. l. omnes populi n.*156. *ver.*4 *ff. de iuſt. & iure Marpur. conſ.*24 *num.*45.

Quo fit, vt omnes vbique locorum, Ciuitatis, 52
ac populi, Iuſtiniani Imperatoris vtriuſque ſexus exæquationem in ſucceſſionibus, æquo animo diutius tolerare, cum non potuerint ab eadem ſenſim iterum recedendo ad iuris diuini, & veteris differentias paulatim redierunt, ac priſtina ſucceſſionum iura, fœminas excludentia, conſuetudine, vel ſtatuto introduxerunt, taleſque conſuetudines, & ſtatuta non ſolùm in tota Italia vigere, teſtantur Caſtren. *conſ.* 274. *lib.* 2. Me- 53
noch. *de arbitr. iudic. caſ.*149. *in princ.* Zaſ. *conſ.*1. *num.*52. *vol.*2. Petr. Greg. Tholoſ. *in ſynta. lib.*45. *cap.* 13. *num.* 5. Sed per maximam orbis partem, hodie florere teſtimonium perhibent, Laur. de Palat. *ad* §. *cæterum in proœm. inſt. de ſucc. agn.* Alb. Brun. *de ſtatu fœmin. exclud.* Guil. Bened. *in cap. Raynutius ver. duas habens num.* 126. 10. *de teſtam.* cum excluſionem illam legibus Moſaïcis, Diui- 54
nis, Ciuilibus antiquioribus, & mediæ iuris prudentiæ conformem, ac conſentaneam eſſe pulchrè probet Dec. *conſ.* 17. *n.*31. *vol.* 1. Vvlte. 2. *Marpurg. conſ.*29. *num.*35. & Chaſ. *in conſuet. Burg. rub.*7. §. 12. *in princ. num.*15. Fichard. *conſ.*3. *n.*15. *ver. ex allegatis*, *vol.*1. & Bodin. *de republ. lib.*5. *cap.* 2.

Nec pars fideicommiſſum iſtud inficiando, prætendere poterit, illud, nec familiæ, nec perpetuum, nec reale eſſe, Reali prohibitione illo carente, immò liberam poteſtatem ſubſtituto conceſſam continente, quod certè nobis non refragatur.

Siquidem proprium fideicommiſſum, ibi *con* 55
eſpreſſa prohibitione, *e fideicommiſſo formato*, arctiſſimámque prohibitionem in illo legimus, ibi, 56
che non poſſa, *ne vaglia detto Gennaro ſuo nepote*, *& herede nemini vendere*, *ne alienare*, *concedere*, *ne permutare*, *ne altrimente diſtrahere coſa alcuna dell'heredità di eſſo teſtatore*, *ne quelle mai vaglino*, *ne habbino effetto alcuno*, *ne poſſi interponerſi per neſſuno tribunale decreto*, *che* pecunia ſtet pro fideicommiſſo, *ne poſſi altrimente interpretar ſi detto ſuo parlare.* Et licet illa videatur perſonæ hæredis

57 dis grauati cohærere, & sic personalis appareat, tamen cum postea rationem addiderit, ibi, *atteso vuole, che la sua facoltà si conserui per osseruanza del presente suo testamento à beneficio di detti suo più prossimi in grado de linea masculina.* Prohibitio illa transit in naturam realis prohibitionis, & vere realis dicitur, Iaf. *in l. filiusfamil.* §. *diui num.* 146. *&* 552. & ibi etiam Ripa *num.* 108. Crot. *num.* 127 *ff. de leg.* 1. Curt. iun. *conf.* 43. *n.* 11. Bec. *conf.* 24. *num.* 25. Rimin. iun. *conf.* 279. *n.* 85. cum pluribus aliis relatis ab Altograd. *conf.* 80. *num.* 12. *tom.* 2. & Knipschilt. *de fideicom. cap.* 2. *num.* 7.

58 Prohibitio enim alienationis ad tempus facta, seu simpliciter nulla adiecta ratione, vel adiecta quidem, sed enunciatiuè personalis dicitur, & ita procedit text. *in l. pater filium,* §. *fundum, de leg.* 3. vt indicant illa verba, ibi, ita enim fiet, vt fundus, quæ sunt enunciatiuè iam dicti euentus, & nullo modo disponunt, vt declarat ibi in puncto Bar. & Alciat. & optimè Odd. *de prohib. alien. fideic. quæst.* 11. *art.* 5. *num.* 78. At quando ratio prohibitioni adiecta, non est apposita per verba enunciatiua, sed per modum rationis dispositiuæ, quia testator dixerit, *quia volo, &c.* tunc enim ista ratio, quæ generalior est quam dictum, declarat dictum, & facit eam esse realem, Bar. *in l. pater filium* 36. §. *fundum, num.* 3. *ver. sed si essent. ff. de leg.* 3. Alberi. ibi *num.* 3. *ver. responderi potest*, pulchre Cur. iun. *conf.* 43. *num.* 11. *ver. confirmantur præmissa*, Rimin. iun. *conf.* 456. *num.* 64. *&* 65. Giouagn. *conf.* 75. *num.* 85. *in fin. ver. & ex ratione*, & ita resoluit Rota *dec.* 10. *num.* 3. *part.* 1. *in recent.* & verè realis censetur, Paris. *conf.* 92. *n.* 24. *lib.* 2. Becc. *conf.* 24. *num.* 25.

59 Vnde inductum est fideicommissum reale inter proximiores, ita Alba. *conf.* 93. *num.* 1. Surd. *conf.* 67. *num.* 18. *& conf.* 96. *num.* 39. Cornazzan. *dec.* Luc. 122. *num.* 26. Rot. Roman. *decis.* 656. *num.* 5. *ver.* 3. *mouebatur in recentissimis, seu posth.* Farinac. *part.* 2. *vel in* 2. *part. tertiæ partis recent.* Penia *dec.* 486. *num.* 13. *&* 17. Caualer. *dec.* 481. *num.* 4.

60 Quod vero in casu nostro dicta ratio, non enunciatiuè, sed dispositiuè apposita sit, patet ex eadem Bar. doctrina, communiter approbata,
61 dum dixit ista verba, *quia volo, &c.* esse dispositiua, & in casu nostro testator, inquit, *velle suam facultatem, &c.* quæ absque dubio sunt dispositiua, & dicuntur prolata principaliter, & per modum rationis dispositiuæ, optimè Iaf. omnino videndus *conf.* 108. *col.* 3. *post medium, ver. secus si talia lib.* 4. Gozad. *conf.* 102. *num.* 5. Surd. *conf.* 67. *num.* 14. *ver. & per hanc*, & Rot. Rom. apud Ca-
62 ual. *dec.* 48. *in* 6. *ver. maximè eum*, vbi dixit verba ista, *quia vult, vt eius bona* stare de per se, & posita dici per orationem separatam, nec stare consequutiuè, & accessoriè, sed principaliter, eadem Rot. Roman. *in bon. de lamber. fideicomm.* inter *decis.* Peregr. *decis.* 134. *numero* 15. *ver. vltra quod.*

63 Verbum autem *volo*, de per se, est aptum ad fideicommissum inducendum, *ad l. verbum volo, C. de fideic.* Odd. *de prohib. alien. fideic. quæstione* 11. *num.* 129. Eugen. *conf.* 44. *nnm.* 54. *&* 55. *lib.* 2. Rota *dec.* 193. *num.* 6. *part.* 1. *in recent.* Cum illud dispositiuè positum, id importet, *l.* 2. *C. com. deleg.* in puncto Curt. iun. *conf.* 22. *num.* 6. *&* 18. *ver. illud tamen semper putaui*, Aymo *conf.* 130. *numero* 10. & Altog. *conf.* 92. *num.* 71. *tom.* 2. fidei-
64 commissum enim inducitur quibuscumque verbis Fusar. *de substit. quæst.* 275. *num.* 1. ac etiam nutu, *l. nutu, ff. de leg.* 2. *l. quamvis C. de fid.*

Nec mirum videri debet, etenim prohibitio, 65
& si esset nuda, si postea addita, legatur causa conseruationis bonorum, resultat fideicommissum simplex, & absolutum in casum mortis, apud vocatos, Socc. sen. *in l. qui Romæ* §. *cohæredes n.* 18. *ver. hanc conclusionem, ff. de verb. oblig. & conf.* 40. *in fin. inter conf.* Cur. sen. Purpurat. *conf.* 375. *lib.* 1. Rub. Alexand. *conf.* 63. Aym. *conf.* 130. *num.* 10. Vber. Zuccar. *conf.* 5. *num.* 30 Dec. *conf.* 1. *n.* 263. *& conf.* 50. *num.* 18. *lib.* 4. Rot. Rom. *dec.* 121. *numero* 4. *part.* 2. *diuers. & decis.* 10. *num.* 25. *&* 6. *part.* 1. *tom.* 2. *recent. & dec.* 164. *num.* 5. *&* 6. *ead. part.* 1. *&* 681. *num.* 1. *part.* 2. *tom.* 2. *recen.*

Cum censeatur testator perpetuum, ac proprium 66
fideicommissum inducere, quando dispositiuè dixit velle se bona sua conseruari apud proximiores, Bal. *in l. quoties, num.* 8. *C. de fideicom.* Turret. *conf.* 77. *num.* 12. *&* 17. Aponte *conf.* 46. *numero* 11.

Inter quos reciprocum etiam fideicommissum 67
oriri, asserere, incongruum non erit. Nam quamvis ad reciprocam regulariter requiratur concursus illorum trium, de quibus in *l. Titia Scio*, §. *scia libertis. ff. de legat.* 2. tamen à necessitate concursus horum trium requisitorum, & recedit ex coniecturis ostendentibus, voluntatem testatoris fuisse, vt vocati non solùm suc- 68
cessiuè, sed etiam per transuersum inter se succedant, quæ voluntas quomodocumque elicita, totum facit in testamento, *l. ex facto ff. de hæred. instit.* Illasque coniecturas sufficere ad reciprocam inducendam, est receptissima DD. sententia, quam amplectuntur Iason *conf.* 33. *col.* 2. *prope fin. ver. sed in casu lib.* 1. *& conf.* 108. *ver. item fideicommiss. lib.* 4. Aym. *conf.* 113. *num.* 1. *ver. sed tamen*, Surd. *conf.* 136. *num.* 14. Ceph. *conf.* 478. *num.* 14. Rot. Rom. in Bonon. *fideic. de Panno. & dec.* 390. *numero* 3. *in recentiss. seu in posthum.* Farin. *part.* 1. *& dec.* 649. *num.* 12. *&* 13. *tom.* 3. *part.* 4. *recen. &* pulchrè *dec.* 266. *in fin. ver. quæ tamen in recen. part.* 1. *tom.* 1. Cyriac *contr.* 70. *n.* 14. & *contr.* 303. *num.* 15. & alij relati ab Altog. *conf.* 92. *num.* 3. *tom.* 1.

Quæ in casu nostro clarè resultant; Ex substi- 69
tutione enim per verbum collectiuum concepta, ibi, *che succedano, e debbiano succedere li più prossimi, in grado de linea masculina di esso Signor Canonico Gio. Vincenzo Giouene*, argumentum sumi pro reciproco fideicommisso, in puncto consuluit Rui. *conf.* 139. *num.* 22. *lib.* 3. Alciat. *conf.* 2. *n.* 2. 3. *&* 4. *lib.* 8. *& conf.* 80. *num.* 3. *lib.* 9. Quia quando plures vocantur sub nomine collectiuo; Intelliguntur vocati, vt vnus eueniat post mortem alterius, ad inuicem per fideicommissum substituti censentur, Pancirol. *conf.* 150. *num.* 10. Gall. *conf.* 17: pœnè *per tot.* Et cum noster testator post 70
proximiores ita collectiuè vocatos; expressè dispoſuerit omnia, & singula eius bona, conseruari debere ad illorum beneficium, ni reciprocè eos vocare voluisset, bona conseruari ad eorum beneficium, ita collectiuè vocatorum, verificari non posset, ita probant Cast. *in l. cum ita* §. *in fideicommisso, ff. de leg.* 2. Anch. *conf.* 27. *num.* 9. *ver post quam igitur num.* 10. *seq.* Ruin. *conf.* 158. *num.* 14. *lib.* 2. *& conf.* 139. *num.* 22. *vers. dum ergo, & conf.* 140. *num.* 5. *& seq.* Nam verum est non posse vnitim, omnia dicta bona peruenire ad proximiores: sed sensus huius coniecturæ est, quod omnia bona permanere debeant apud omnes proximiores,

& per consequens illius portio, qui prius decederet, peruenire debeat ad alios, adeò vt in vltimo demum eorum, omnia prædicta bona vniantur, & apud eum permaneant, quod fieri non potest circumscripto fideicommisso reciproco, vt per Crau. *cons.* 113. *num.* 5. Rota *dec.* 467. *num.* 4. 5. *in resid.* 71 *part.* 5. *recent.* & Mant. *dec.* 319. *num.* 8. Et sicut dicitur, quod quando fit substitutio ab vltimo ex vocatis, & in tota hæreditate, censetur inducta reciproca, quia alias omnia bona non potuissent peruenire ad vltimum, vt in text. *in l. Titia Seio,* 72 *§. Seia liberti, ff. de leg.* 2. sic dicimus non posse dari casum conseruationis in suos proximiores, nisi portio vnius eorum, qui prius deficeret ad alios transiret, vt in simili consuluit Altograd. *cons.* 92. *num.* 12. *tom.* 1.

73 Eo magis, quia vltra collectiuam vocationem, prohibuit Trebellianicæ diminutionem, & alienationem quamcumque suorum bonorum ad fauorem dictorum suorum proximiorum, & sic agnationis, vt suprà diximus. Ex quibus coniectura pro fideicommisso reciproco, etiam elicitur, Curt. iun. *cons.* 43. *num.* 9. *ver. secundo principaliter*, Iason. *cons.* 52. *col.* 5. *lib.* 3. & *cons.* 108. *col.* 4. *circa medium. ver. confirmatur eodem libro*, latissimè Bimi. *consil.* 8. *n.* 2. Gozad. *cons.* 64. *n.* 13. Rot. 74 Ro. *dec.* 361. *n.* 14. *part.* 1. *tom.* 1. *recent.* Quæ validius confirmatur, ex clausula illa dispositiua, dictæ prohibitioni adiecta; nam quoties prohibita est alienatio, eique adita est illa ratio, *quia vult bona conseruari*, vt in casu nostro: illa ex se inducit fideicommissum absolutum, & reciprocum in casum mortis, inter vocatos; Bar. & communiter scribentes *in l. qui Romæ*, §. *cohæredes*, vbi in specie Soccin. *de verb. oblig.* sequitur Alex. *in l. filius familias*, §. *diui n.* 32. *ff. de leg.* 1. Goz. *cons.* 102. *per tot.* Crass. *in* §. *fideic q.* 5. *num.* 6. *ver. secus si*, Achill. Personal. *de adip. n.* 205. Surd. *cons.* 67. *n.* 12. & 13. Burgen. *cons.* 81. *n.* 25. & 59. Berret. *cons.* 142. *n.* 17. & alij apud Altogr. *d. cons.* 92. *n.* 19. *tom.* 1. & Franc. 75 Molin. *de ritu nupt. lib.* 3. *q.* 23. *n.* 121. alias voluntas testatoris, quod omnia sua bona apud proximiores conseruentur, non posset sortiri effectum ad beneficium omnium dictorum proximiorum, ni alteri ab altero restituerentur, Surd. *cons.* 96. *n.* 15. Sed ab iis in alios transirent, Aymo *cit. cons.* 113. *n.* 2. & 3. & *cons.* 130. *num.* 9. *seq.* Martar. *cons.* 48. *num.* 10. Bursat. *cons.* 170. *num.* 15. *lib.* 2. Rota *dec.* 467. *num.* 3. *seq. in resid. p.* 5. *recent.* & *dec.* 284. *n.* 23. 24. *p.* 6. *recent.* & *dec.* 306. *n.* 1. *seq. ead. p.* 6.

Præterea cum non proximiores simpliciter te- 76 stator vocauerit, sed illos de linea masculina, & sic animum habuisse ad agnationem suprà fundauimus: coniectura pro reciproco fideicommisso cæteris vrgentior postremo elicitur: ac suam agnationem; & familiam in suos proximiores inclusiuè conseruare voluisse colligitur, Curt. sen. *cons.* 40. *num.* 12. & *infrà*. Ex quo illos voluisse reciprocè inter se succedere debere, datur intelligi Iason *cons.* 108. *col.* 2. *ver. modo in proposito lib.* 4. Ruin. *cons.* 164. *num.* 3. 4. & 7. *ver. circa verò secundum*, & *seq. lib.* 3. Menoch. *cons.* 575. *num.* 8. & *cons.* 1072. *num.* 24. Port. *cons.* 46. *num.* 18. Peregr. *cons.* 54. *num.* 7. & *seq. lib.* 1. & alij apud Altograd. *cons.* 80. *n.* 65. *tom.* 2.

Siquidem sola ratio agnationis conseruandæ, 77 est apta ad fideicommissum inducendum, etiam vbi nulla appareret facta substitutio, aut alienationis prohibitio, vt ex magis communi firmant plerique, & in specie Surd. *cons.* 443. *num.* 19. Alex. Ambros. *dec.* 7. *num.* 18. Ergo multo magis poterit iam inductum extendere; quo arguendi genere vtitur idem Ambros. *ibid. ver.* & *sicut.*

Et quando quælibet ex dictis coniecturis ex se non sufficeret, simul iuncte prodessent, vt ad- 78 mittit Menoch. *cons.* 376. *num.* 59. & est regulare, quod quæ non prosunt singula, iuncta iuuant, *l. spadonem* §. *qui iura ff. de excus. tut. l.* 1. *C. qui num. tut. se excus. gl. in l. in str. C. de probat.*

Nec pars dicere poterit in testamento isto deficere dictiones illas *in perpetuum*, *vel in infinitum.* Nam cum in prohibitione testator dixerit, vllo vnquam tempore bona sua alienari possint, ibi, *che mai vaglino*, ista verba æquipollent dictioni in infinitum, & in perpetuum, vt ostendit Abba. *cons.* 200. *num.* 7. Eugen. *cons.* 81. *num.* 32. immò 79 cum illa verba vniuersalia, sint negatiuè concepta, magis præcisè astringunt, Archid. *in cap. si peccauerit* 2. *q.* 1. dictio enim *in perpetuum*, multas in iure recipit interpretationes, vt dixit Corn. *cons.* 230. *vol.* 3. sed dictio *nullo tempore* omne tempus excludit: Negatiuè enim magis 80 negat, quam affirmatiua affirmet *gl. in cap. cum dilectus de consuet. gl. in l. hoc genus, ff. de cond & demonst.* Et negatiua verba, sui natura trahuntur in infinitum Dec. *in auth. qui rem n.* 16. *C. de Sacr.* 81 *Eccles.* & pluribus exhornat *cons.* 3. *num.* 4. Nec refert, an testator vno præcisè verbo vsus fuerit, dum æquipollentibus vsus est, *l. si mater, C. de instit. & substit. l. fideicom.* §. *si cui, ff. de leg.* 3. Et quamvis verba illa posita sint, in ipsa prohibitione, non in causa ipsiusmet prohibitionis, tamen ex quo iuris dispositionem respiciunt eorum virtus, & efficacia censeri debet repetita in ratione huius prohibitionis; quasi dixerit testator, quia voluit bona sua semper & in infinitum conseruar ad beneficium proximiorum, vt in individuo dicunt Curt. sen. *cons.* 40. *num.* 17. *in fin. ver. igitur vocando*, & *num.* 20. *ver. accedat*, Ancharan. iun *q.* 73. *n.* 11. *lib.* 1.

Et vt omnis tollatur parti difficultas, cum prohibitio alienationis sit vestita, & sic de per se valida ad inducendum fideicommissum causa subsequens dispositiua, quia vult cum non possit 82 censeri adiecta pro vestimento, & validitate prohibitionis, consequens est, ne sit superflua, vt nouum inducat fideicommissum & dispositionem ampliet, & extendat, vt firmant videndi Soccin. sen. *cons.* 40. *num.* 17. 18. *inter cons.* Curt. sen. Dec. *cons.* 182. *n.* 4. *ver. sed ad hoc respondetur*, Ruin. *cons.* 110. *n.* 7. & *cons.* 122. *n.* 2. *lib.* 2. Gabr. *de fideic. concl.* 9. *num.* 41. Vegg. *cons.* 74. *num.* 391. 392. & 398. & *seq.* & illud reciprocum, & absolutum in casum mortis ad fauorem omnium proximiorum vocatorum, vt vnanimi consensu communi DD. schola, probauit Bar. *in d. l. qui Romæ*, §. *cohæredes*, quem ibi ita intelligit Aret. *in eod* §. *cohæredes de verb. oblig.* vbi etiam cæteri DD. Socc. sen. *inter con.* Curt. sen. *cons.* 40. *num.* 18. Ozasc. *dec.* 49. *num.* 14. Sim. de Pret. *de interp. vlt. vol. lib.* 3. *interp.* 3. *dub.* 1. *solut.* 10. *numero* 8. vbi pleniss. in è Bursat. *cons.* 401. *num.* 8. latissimè Bertaz. *cons.* 6. *num.* 10. *ver.* 3. *principaliter*, & *infrà*, & nouissimè Altogr. *cons.* 81. *num.* 15. *tom.* 2.

Et quidem indutam etiam illam videmus, tum 83 quia testator prohibuit nullo tempore alienari posse, ibi, *che mai*, &c. quæ verba validam prohibitionem reddunt. Petra *de fideic. q.* 1. *num.* 56. cum etiam, quia fuit prohibita, Trebellianicæ, 84 & falcidiæ detractio, ibi, *quod non possit aliquid detrahi, seu de falcari iure naturæ, ratione falcidiæ, aut trebellianicæ, seu pro debito bonorum subsidio,*

ex

ex quarum detractionum prohibitione? prohibitio dicitur vestita, Dec. *consil.* 104. *numero* 27. *lib.* 2. Rota Roman. *in Perus. fideicomm. de Bigaz.* impressa apud Giouagn. *consil.* 75. *numero* 77. & 78.

85 Immò quia prohibitioni, testator adiecit clausulam pœnalem nullitatis quarumcunque alienationum, vt legitur, ibi, *che mai vaglino, ne habbino effetto alcuno, ne possi interponer si per nessuno tribunale decreto, che, pecunia stet pro fideicommisso.* Ex hac nullitatis pœna, prohibitio dicitur ex se valida à principio, & vestita, vt est text. *in l. codicillis* 91. §. *instituto ff. de lega.* 2. post Ana. Bolognin. Berret. & alios, quos refert Fusar. *quæst.* 685. *num.* 19. Ruin. *consil.* 128. *num.* 11. & *cons.* 208. *num.* 16. *ver. quia igitur lib.* 1. Riminal. iun. *consil.* 456. *num.* 84. & 85. Veg. *consil.* 74. *n.* 400. Gabr. *de fideic. concl.* 9. *num.* 23. & 25. Zuccar. *decis.* 76. *num.* 138.

86 Quod maximè procedit cum prohibitio alienandi fuerit in rem concepta, ex iis, quæ suprà diximus, quo casu dicitur satis ex se vestita, Crot.

87 *cons.* 48. *num.* 17. 18. & 19. Et quando impositum est huiusmodi onus reale, minus dubitationis habet apud DD. quin sit huiusmodi fideicommissum inductum, cum onus rem afficiat omnia bona, & personas quascumque illa possidentes, vt censeantur grauatæ, illa restituere aliis vocatis, quorum contemplatione onus fuit impositum, ita latissimè plurimos allegans, tradit Becc. *cons.* 24. *num.* 24. & *cons.* 236. *num.* 44. & 45. Alba *cons.* 93. *num.* 1. & 2.

Remanet igitur necessariò concludendum, fideicommissum reciprocum inter ipsos proximiores inductum esse, cum satis illud expressum sit,

88 substitutiones enim ex clausula generali, *quia vult*, inductæ, expresse etiam dicuntur, cum illa verba dispositionem inducant, vt vidimus, & in fortioribus terminis, dicit Ruin. *in omnibus suprà cit. cons.* Borgnin. latè *dec.* 18. *num.* 67. & 68. ac etiam, quia expressum dicitur in hac materia,

89 quod sub generalibus verbis continetur, Rimin. iun. *con.* 21. 66. 67. & 68. Morot. *cons.* 50. *num.* 17. *ver.* 2. *quia*, & *seq.* imò in proposito expressum etiam dicitur illud, quod ex coniecturis, & præcipuè conseruandæ familiæ elicitur, Ambros. *decis.* 7. *num.* 14. 16. & 23. Paul. Leon. *inter cons. vlt. vol. cons.* 27. *num.* 65. & 82. ni dicere velimus illa verba per modum causæ superflua esse, quod dicendum non esse in indiuiduo, respondet Ruin. *d. cons.* 116. *in* 2. Cur. iun. *cons.* 116. *numero* 3. *in fin.*

90 Nec facultas illa disponendi, qua proximiores vocati videntur in illis verbis *ad faciendum*, & *disponendum*, tollit, quin absolutum fideicommissum ex clausula illa dispositiua, *quia vult*, inductum sit; sicuti nec officit illi in casum mortis.

91 Ex quo ducimur ad alium partis obicem remouendum propter facultatem, nimirum substitutis concessam in dictis verbis *ad faciendum*, & *disponendum*, prohibitionem illam, non obstante causa, etiam dispositiuè adiecta importare, nequire fideicommissum absolutum.

92 Siquidem alienandi licentia incompatibilis non est cum fideicommisso absoluto, illud enim in casum mortis institutum censetur, sub conditione, quatenus aliqua bona vendita, seu aliter alienata non fuerint, ita in puncto Ruin. *consil.* 76. *num.* 13. 14. *lib.* 2. Surdus *consil.* 10. *numer.* 34. & *consil.* 96. *num.* 23. 24. 25. & 76. & *consil.* 396. *n.* 1. & 2. Torniol. *consil.* 102. *num.* 14. Rota *dec.* 10. *numero* 7. & 8. *part.* 1. *recent.* & *dec.* 396. *num.* 11. *in recent. part.* 2. *seu posth.* Farin. *aut. tom.* 2. *part.* 3. *recen.* Anch. iun. *famil. qq. lib.* 1. *quæst.* 12. *num.* 9. Dec. *consil.* 38. *num.* 1. & 4. *per tot.* In quibus re- 93
liquiis non alienatis remaneret fideicommissum absolutum in casum mortis, ex notatis per Socc. *consil.* 123. *vol.* 2. & *consil.* 43. *vol.* 4. Dec. *con.* 27. 38. & 78. *num.* 48. *lib.* 3. Intrigl. *de subst. cent.* 3. *quæst.* 73. *num.* 14. Reg. Cap. Lat. *dec.* 23. *num.* 8. *cum seq.* Concessa enim disponendi facultate testator videtur fideicommissum ordinasse, de eo, quod superfuisset, & fideicommissum in hoc subsisteret, vt in his terminis conclusionem hanc admittit, Ger. Spina *consil.* 93. *num.* 13. 14. & 16. *ver. rursus verba*, cum facultas illa adeò se compatiatur cum fideicommisso in casum mortis, vt docet Menoch. *consil.* 1006. *num.* 30. & *inf.* & *consil.* 1130. *per tot.* vt intelligatur, dummodo remota fraude, alienatio fiat bona fide, & non ani- 94
mo interuertendi fideicommissum, vt benè decidit Rota in Bonon. *fideic.* de Formagliar. apud *consil.* 23. Giouag. *lib.* 2. *num.* 16. idem Giouag. *con.* 45. *num.* 26. *d. lib.* 2.

Quamobrem fideicommisso isto verè agnatitio, ac reciproco minimè obstat illius facultatis concessio; Cum prohibitioni vestitæ, si addita sit ratio, *quia vult*, vti est in casu nostro, licet data sit alienandi licentia, nihilominus resultare fideicommissum in casum mortis, defendit Alciat. *in l. filiusfamilias*, §. *dini*, *num.* 53. *ff. de leg.* 1. Crot. *consil.* 48. *numero* 12. Surd. *consil.* 96. *num.* 23. 24. & 25. Alba. *consil.* 54. *numero* 1. & 2. pulchrè Rot. Roman. omninò videnda *decisione* 10. *numero* 7. *ver. quia fuit responsum part.* 1. *tom.* 1. *recent.* possunt enim simul stare bona posse alie- 95
nari, & esse subiecta fideicommisso, in casu non sequutæ alienationis, Fontanell. *claus.* 4. *gloss.* 26. *numero* 1. *cum sequentib.* & Christoph. Martius *decisione Senen.* 10. *à num.* 25. sicut donatio inter 96
viuos remaneret in robore, licet pactum de reuocando fuerit appositum, cum illa donatio solam expressam reuocationem pateretur, non tacitam per alios modos, quibus potest reuocari; & erit donatio inter viuos, casu quo non fuerit reuocata, vt benè Morot. *consil.* 4. *numero* 4. Cauale. *decis.* 42. *numero* 34. *part.* 1. & alij apud Consil. Dexarte *dec.* 85. & Bottig. *de succ. ab intest. cap.* 1. *theor.* 6. *num.* 25. qui omnes allegat.

Postremo, posito, quod fideicommissum istud agnatitium non esset, simplex fideicommissaria substitutio; adhuc fœminam istam repellendam esse aperti iuris est; Generaliter enim, & absolutè fœmina à masculo descendens de linea ma- 97
sculina non est, vt nouissimè post multos testatur Altog. *consil.* 80. *num.* 80. *tom.* 2. Cum verbum illud, linea masculina de per se præ se ferat fœminarum exclusionem, idem Altogr. *loc. cit. num.* 64. ostendens de masculis tantum habitam fuisse rationem, *Additio* ad Molin. *de primog. lib.* 1. *capite* 6. *numero* 34. & 35. quod ne dum clarum per terminos habemus, cum linea non incipiat à patre, sed à filiis, ideóque à filio masculo incipit linea masculina, & à filia fœmina, 98
fœminina linea initium ducit, vt ait Castr. *in l. maritus C. de procurat.* & idem Altogr. *consil.* 80. *num.* 83. Qui nec etiam admittit distinctionem illam ab aliquibus traditam, & in nostro responso expensam, in *pag.* 1. *ver. cum illa.* De fœmina 99
illa descendente, quæ ab aliquo acquirente initium

tium repeteret, ſed omni aſſeueratione affirmat, illam, etſi ex maſculo acquirente genus ducentem, penitus in maſculina linea comprehendi, communem opinionem eſſe.

100 Sed etiam euidenter deducitur, nam ſi ſexus fœmineus obeſt maſculis ab illis progenitis vti à radice infecta procedentibus, §. *reliquum in auth. de hæred. ab inteſt. venien.* vt in illa linea non includantur vt poſt Bal. Imol. & Alex. *in l. gallus, §. nunc de lege ff. de liber. & poſth.* dixit Dec. *conſ.* 319. *n.* 2. Eodem modo, aut multo magis obeſſe debebit ipſiſmet fœminis eorum Authoribus, *cap. licet ex*

101 *quadam ex. de teſt.* Cum omne ius potentius ſit in cauſa, quam in cauſato, Caſtren. *in d. l. maritus n.* 5. *ver. ſed certum*, & melius *conſ.* 190. *num.* 4. *lib.* 2. Caputaquenſ. *dec.* 16. *num.* 4. *&* 5. *& dec.* 17. *n.* 6.

102 *& dec.* 18. *num.* 4. *part.* 2. Nec poteſt plus iuris reperiri in cauſa influenti, quàm in cauſato, Bal. *in l.* 1. *ff. de ſenator.* Franc. Molin. *de ritu nupt. q.* 23. *lib.* 3.

103 *num.* 206. *& ſeq.* vbi enim fit mentio maſculinitatis, intentio diſponentis eſſe videtur, vt veniant tantum maſculi, & propterea admitti nequeat, niſi habens duplicem qualitatem, videlicet, quod ſit ex linea maſculina, & quod ſit maſculus, ita dixit Goz. *conſ.* 87. *n.* 15. Menoc. *conſ.* 205. Molin. *de Hiſp. primog. lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 38. vbi etiam addentes ad eum Honded. *conſ.* 7. *n.* 30. *lib.* 2. Rota *deciſ.* 203. *n.* 5 *ver. ſed hic eſt in recent. p.* 2. *tom.* 1. Duran. *dec.* 300. *n.* 7. Ioſeph de Seſſ. *dec.* 49. *n.* 7. *&* 8. Altog. *conſ.* 26. *n.* 67. *ver. non enim deſunt, tom.* 1.

Quomodo igitur fœmina iſta, fœmininam lineam conſtituente, ac extra patris familiam per matrimonium manente, & tranſuerſalis æqualis

104 audere poterit, & ſe in maſculinam lineam intromittere, & cum maſculo iſto ex maſculo, imò tranſuerſali deſcendenti concurrere? Cum in collateralium ordine, magis priuilegiatam eſſe lineam tranſuerſalium, inferiorem dicit Iacob. Butrig. *in Auth. ceſſante C. de leg. hæred. in princ.* & adeſt celebre Bal. *conſ.* 29. *ſub n.* 8. *ver. cum enim vol.* 6. relatum ab Altog. *conſ.* 51. *tom.* 1.

Sed quando etiam vox illa, linea maſculina eſſet apta comprehendere maſculum, & fœminam, nos etiam extra omnem controuerſiæ aleam verſaremur; ſiquidem cum Iudicantium partium ſit,

105 illo caſu teſtatoris voluntatem conſulere, quando tunc aliquæ aliæ accedant coniecturæ, aut circumſtantiæ ſuadentes, & oſtendentes teſtatorem de maſculis, & de familia maſculina intellexiſſe; fœminam nullatenus ſub appellatione lineæ maſculinæ venire, dixit in puncto Rota Rom. *dec.* 304. *num.* 9. *&* 10. *p.* 6. *recent. & dec.* 217. *n.* 2. *p.* 2. *tom.* 1. *recent.* relata ab Altogr. *conſ.* 80. *n.* 86. *tom.* 2.

106 Maſculinum enim, etſi concipiat fœmininum, tamen quando diſponentis contraria voluntas appareat, ne vtiquam comprehendit, *l. Luciu, §. quæſitum ff. de leg.* 3. Bar. *in l.* 1. *ff. de verb. ſig.* Men. *præſ.* 84. *n.* 17. *lib.* 4. relatus à Knipſchil. *de fideic. cap.* 1. *num.* 54.

Et nonne illa, in noſtro reſponſo per iuris, & hominis coniecturas, ſedulo indagata apertè apparet, ipſum de maſculis ſenſiſſe, qui etiam ma-

107 ioribus, tum animi, quam corporis donis præditi; fœminis dignitate præſtare debent, teſte Heſiod. & habemus etiam in iure noſtro ciuili Iuſtinianeo *in l. in multis* 9. *ff. de ſtatu hom.* & apud

108 Accurſium *in l.* 1. *ff. de con. tut.* Quocirca quilibet magis maſculis, quàm fœminis proſpicere intelligitur, *argum. l. peto* 69. *§. fratre ff. de leg.* 2. *l. pater*

109 38. *§. pater filius ff. de leg.* 3. & in dubio pro illis coniectura eſt capienda, Signor. *de hom. conſ.* 172. *num.* 4. Mantic. *de coniect. lib.* 6. *tit.* 15. *num.* 2.

Si igitur maſculinus ſexus, Iudices æquiſſimi, natura honoratior eſt fœminino, ex Ariſt. 1. *polit. cap.* 8. *& argum. habemus in l. cum pater, §. pater*

110 *pluribus ff. de leg.* 2. cur non poteſt quoque honoratior eſſe in ſucceſſione? ſicuti loquitur ex Laur. de Palat. *in repet. §. cæterum n.* 12. *inſt. de leg. agnat. ſucceſſ.* Vulte. 2. *Marpurg. conſ.* 29. *n.* 33. Iſto autem honore, maſculum iſtum afficere; cui iura, & rationes patrocinantur, ſuppliciter vobiſcum agit. Die 3. Februarij 1660.

DISCEPTATIO LX.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries proponitur.*
2 *Iacobi Bertea teſtamentum quoad ſubſtantialia affertur.*
3 *Antonij Giacconij, & aliorum prætenſiones afferuntur.*
4 *Decretum M. C. in præſenti cauſa latum adducitur.*
5 *Giacconij inſtantiæ iterum proponuntur.*
6 *Iacobi Bertea conditiones appoſitæ in inſtitutione hæredis oſtenduntur.*
7 *Status Regularium duplex Monachorum, & Fratrum, & quæ ſit differentia eorumdem.*
8 *Mendicantes ſunt in duplici differentia, vel ex Regula, vel ex Conſtitutionibus.*
9 *Mendicantes ex priuilegio poſſunt habere bona in communi, & ſucceſſiones, quia non ex vi Regulæ ſunt tales.*
10 *Religioſos poſſe cedere iuri ſuo circa capacitatem certum eſt.*
11 *Societas Ieſu qualiter habeat ſuam incapacitatem oſtenditur.*
12 *Per Bullam Pauli V. octuageſimam primam in ordine, PP. Scholarum Piarum ſunt capaces habendi bona ſtabilia in communi*
13 *Rota Romana pro capacitate PP. Scholarum Piarum decidit.*
14 *Vota quæ emittunt PP. Sch. Piarum quatuor ſunt, & quæ.*
15 *Fraus in dubio non præſumitur, nec multo magis in præſenti per inſtitutionem procuratoris ſæcularis in caſu incapacitatis Religionis.*

ARGVMENTVM.

Patribus Scholarum Piarum an obſtet incapacitas bonorum. Quænam ſint eorum vota? Status Regularium quotuplex, & mendicantes in quotuplici ſint differentia? Fraus an, & quando præſumatur in fine.

PRO

RR. PP. Pauperibus Matris Dei Scholarum Piarum,

Circa

Circa extensionem Voti præambuli olim facti,

CONTRA

Prætensionem Antonij Ciaccone.

1 IACOBVS Bertea die vigesimo quinto Nouembris 1631. suum condidit testamentum, in quo hæredem fecit vsufructuarium Petrum Bertea Fratrem, & post eius mortem instituit hæredes in proprietate, & vsufructu Ecclesiam Scholarum Piarum erigendam in loco Pausilippi cum conditione, quod dicta Ecclesia deberet erigi infrà duos annos à die mortis eiusdem Iacobi testatoris, quam si non erigi contingat, succedere dixit Ecclesiam S. Annæ Lombardorum, vt ex institutione *fol.3. à ter.*

Insimul dictus Iacobus bona hæreditaria prohibuit alienari, & casu quo dicta Ecclesia non erigeretur, vel dicta Ecclesia S. Annæ nollet acceptare dictam hæreditatem, tali casu instituit hæredem Ecclesiam S. Mariæ Visit. Pauperum, & ea nolente acceptare substituit Hospitale Incurabilium, *fol.4. lit.H.*

2 Declarauit etiam dictus Iacobus in eodem testamento; quod in tantum donat dictis PP. Scholarum piarum locum pro Ecclesia erigenda, in quantum quod cum effectu erigi debeat, & poni debeat marmor inscriptionis, in quo moneantur celebrantes recordari de animabus sua, & Fratris, nec non voluit, quod si Ecclesia postea non erigeretur infrà biennium, ex tunc reuocauit legatum, & donationem, & substituit Petrum suum Fratrem sua vita durante tantũ, & post eius mortem substituit Ecclesias suprà nominatas, scilicet S. Annæ, S. Mariæ Visit. Pauperum, & Hospitale Incurabilium *fol.4. lit.B.*

Declarauit etiam quod in tantum instituit dictam Ecclesiam Scholarum Piarum erigendam, in quantum erit capax dictæ hæreditatis, & casu, quod non fuisset capax, tunc, & eo casu instituit hæredem Ludouicum Cinque, qui teneatur expendere hæreditatis fructus in benficium dictæ Ecclesiæ, & PP. & post mortem Ludouici substituit procuratorem sæcularem, qui erit pro tempore prædictorum PP. cum eiusdem conditionibus in perpetuum *fol.4. à ter. lit. F.*

Disposuit etiam testator fructus hæreditarios diuidi in quinque partes, vna quarum daretur Patribus Scholarum piarum Pausillippi, & aliæ quatuor applicari deberent pro maritaggiis, vt in testamento *fol.6. lit.A.*

3 Vigore huius testamenti post mortem Petri vsufructuarij fuit hæres declarata Ecclesia prædicta auditis Ecclesiis S. Annæ, & aliis interesse habentibus vt *fol.8.* & hoc ab anno 1638. & fuit verificatum, Ecclesiam fuisse tempore debito ædificatam *fol.19. lit.B, & fol.8. lit.D.*

Econtra comparet Antonius Giacconus Nepos testatoris, vt asserit, & alij proximiores eiusdem Iacobi, & dicunt, quod stante incapacitate ex regula eorundem PP. & repudiatione facta per substitutos, pertinet ad eos hæreditas, nec non dicunt, Ecclesiam prædictam non fuisse ædificatam tempore designato à testatore, nec adimpletas fuisse conditiones appositas in eodem testamento, & etiam posito, quod decretum præambuli ad beneficium PP. interpositum non reperiatur sed solùm votum registratum à Secretario, nullam habendam esse de tali voto rationem, & sic per viam appellationis, & nullitatis totum hoc petierunt determinari, & hoc sub die 14. Nouembris 1654. vt *fol.90. in fine, & à ter.* & fuit dictum vt M.C.V. de supplicatis verbum faciat in S.C. *fol.9. à terg.* & facto verbo per Dom. tunc Iudicem Erasmum de Ponte sub die 17. Martij 1655. fuit dictum, quod causa committatur in S.C. *fol.10. à terg.* quæ fuit commissa quond. Consiliario de Aquino d. *fol.* 10. *à terg.* à quo fuit datus terminus, in quo Patres produ. cunt fidem præambuli ab Actorum Magistro eiusdem causæ *fol.* 15. *à ter.* copiam constitutionis suæ Religionis, vbi etiam quod sint incapaces datur potestas Patribus, & Superioribus locorum, vt possint dispensare, tum super re, tum in personis *fol.* 15. *lit. B.* Necnon produxerunt sententiam Rotæ Romanæ, vbi in casu simili contendentibus PP. S. Francisci de Paula, PP. Scholarum piarum esse incapaces, fuit à Sac. Rota Romana visis constitutionibus Religionis, & partibus maturè auditis declarata capax Religio, vt ex *fol.12.* & sententia *fol.16.* quæ scripturæ fuerunt omnes receptæ præuio ordine Collateralis Consilij, & relatione Regij Cappellani Maioris, ac Ordinarij sui Consultoris *fol.11.*

Compilato itaque processu, dum PP. sperabant absolui ab impetitis, provt institerunt, fuit decreto Sac. Consilij ordinatum M.C.V. procedere debere ad confectionem præambuli quond. Iacobi Bertea auditis omnibus vocatis in eodem testamento, vt ex decreto *fol.* 18. sub die 18. Ianuarij 1658. ob quod PP. Scholarum piarum hæredes instituti à quon. Iacobo stante morte Petri Berteæ vsufructuarij institerunt in M. C. V extendi votum præambuli lati primo loco ad. eorum beneficium, ex quo fuerunt amissa acta primæ interpositionis, vt ex iustrumento *fol.1.* producunt testamentum dicti quond. Iacobi *fol.3.* factum sub die 15. Nouembris 1633. & in ea celebrati Missam, nec non marmor, & epitaphium fuisse appositum seruata forma testamenti *fol.19. à terg. lit.B.* 4

Producitur etiam copia voti præambuli expediti ad beneficium PP. prædictorum sub die 5. Octobris 1638. vbi dicitur visa comparatione præsentata sub die 29. Augusti 1638. *fol.* 15. ac citatione procuratoris Ecclesiæ S. Annæ Lombardorum, & Petri Berteæ hæredis vsufructuarij interponitur decretum præambuli ad beneficium Venerabilis Ecclesiæ Religionis Scholarum Piarum sitæ in Montanea Pausillippi quoad proprietatem, durante vita dicti Petri, & post eius mortem quoad proprietatem, & vsufructum vt *fol.8. lit.D.*

Ex quo clarè colligitur dictum præambulum fuisse interpositum auditis vocatis in eodem testamento; imò dato termino ordinario sub die 28. Ianuarij 1637. *fol.9. lit.G,* præsentarunt etiam omnes supradictas scripturas, & sperant extendi votum præambuli primo loco interpositi ad eorum beneficium, hanc instantiam intimari fecerunt Magnifico Ludouico Cinque *fol.* 31. *&* 32. qui institit in casu incapacitatis dictæ Ecclesiæ declarari hæredem seruata forma testamenti *fol.* 19.

Sunt etiam intimati Procurator Incurabilium *fol.29. & 30.* Procurator Eccleſiæ S. Annæ Lombardorum *fol. 37. & 34.* & Procuratio eiuſdem Eccleſiæ *fol.33.* intimata etiam eſt procuratio Antonij Giacconij, & proximiorum Iacobi Magnifico Thomæ Imparato *fol. 25.* Nec non Procuratori S. Mariæ Viſit. Pauperum *fol. 22. & 28.* & procuratio *fol.35.* Nec non procuratio PP. Scholarum Piarum in perſonam Magnifici Gaſparis de Rinaldo *fol. 24.*

Idem Antonius Giacconius fecit inſtantiam, vt PP. Scholarum Piarum legitiment eorum perſonas, & ſi nunquam fuerunt habitantes in dicta Villa Pauſillippi, & ſi Pater Generalis vnquam approbauerit diſpoſitionem dicti Iacobi, & ſi in tempore debito, ædificauerint Eccleſiam, an dederint cautionem ordinatam in teſtamento (quam non video fuiſſe per Teſtatorem ordinatam,) an ſint Religioſi, vel non, & à quo tempore, vt poſſit videri an ſint ex vocatis, an non, & vt transferant proceſſus omnes à S. C. in M. C. V. vt ex inſtantia *fol. 26.* quæ comparatio eſt præſentata per Antonium Giacconium, qui non eſt perſona legitima, nam hæredes Petri Bertea declarati per M. C. V. ſunt Vilelmus, Hieronyma, & Catharina Bonini *fol. 20. à ter.*

Producitur præambulum Petri Berteæ declarati hæredis in vſufructu ſub die 17. Ianuarij 1632. eiuſdem Iacobi ſeruata forma teſtamenti *fol. 18. à ter.*

6 Nec non probata eſt mors dicti Iacobi Berteæ *fol.18. à ter.* idem Iacobus Giacconius die 23. Iunij 1658. Comparitionem aliam præſentauit, in qua inſtat interponi decretum præambuli ad ſui beneficium, ſtante, quod factus eſt caſus, quod Iacobus ordinauit, quod ſi non erigeretur Eccleſia in Villa Pauſilippi infrà duos annos, bona prædicta darentur ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus, vel in caſu, quo extingueretur dicta Religio Summi Pontificis decreto, tunc, & eo caſu bona prædicta, reuertetentur ad Iacobum Teſtatorem quia ergo (dicit Antonius) Innocentij X. fuit ſuppreſſa Religio, & ad Congregationem redacta. Propterea factus eſt caſus ſucceſſionis ad ſui beneficium tanquam Iacobi Nepos, vt ex inſtantia *fol. &c.*

Ex aduerſo PP. dicunt, factum aliter ſe habere, quia Eccleſia fuit ædificata tempore à Teſtatore deſignato, vt ex actu publico præſentato apparet. Secundò, quamvis religio fuit ſuppreſſa per Bullam Innocen. X. remanſit tamen Congregatio, neque hoc facit ad propoſitum prætenſionis, dum hæres Inſtituta ab eodem Iacobo eſt Eccleſia erigenda in Villa Pauſillippi, nec eſt vocata Religio, provt ex teſtamento apparet. Tertiò, dicunt, quod in dicto loco non eſt neceſſe adeſſe, vel aſſiſtere duodecim Regulares, cum ſit locus Conualeſcentium, & non Conuentus formatus. Quarto, dicunt PP. dictum Iacobum Teſtatorem conſideraſſe caſus ſupradictos, nec in ſuo teſtamento dicit bona, vt reuertantur ad ipſos, ſuóſque hæredes, ſed vocauit Eccleſiam Sanctæ Annæ Lombardorum, vel Magnificum Ludouicum Cinque ſua vita durante, & poſt eius mortem procuratorem ſæcularem, qui pro tempore erit eorumdem PP.

Quibus poſitis in facto, erit de Iure probandum, an Patribus Scholarum Piarum obſtet incapacitas bonorum. Secundò, an habeat actionem Antonius Giacconus in præſenti, & ſic tandem probatum erit præambuli votum, aliàs non extenſum, fore, & eſſe extendendum ad beneficium PP. prædictorum.

Quod quidem probatur ex eo, quia ſtatus Regularium duplex eſt, ſcilicet Monachorum, ac Fratrum, vt conſtat ex Gratiani decreto *cauſa 16. quæſt. 1. cap. nonnunquam de conſec. diſt. 3.* hos omnes differre à Mendicantibus non ambigitur, attamen mendicantium priuilegia ad Monachorum Religiones Pius V. extendit, vt in illo priuilegio, quod Mare Magnum appellant, cuius initium eſt (Et ſi Mendicantium) Fratres vtuntur aliis inſtitutis diuerſis ab illis Monachorum aliarum vitam degere norunt omnes. Inter iſtos ſunt alij Mendicantes directè, vt Minores, Carmelitæ, Hæremitani, & Prædicatorum familia, ſunt, & alij per participationem tales, provt declarat Tambur. *tom. 1. diſp. 17. quæſt. 1.* Et ex Mendicantibus, alij aſſequuti ſunt priuilegium capacitatis ſuccedendi priuantur eo alij, ſunt etiam alij Mendicantes ex vi Regulæ, & alij ex vi Conſtitutionum Pontificia authoritate confirmatarum. De quibus omnibus eſt text. *in cap. vnico, §. ſanè de Religioſis Domibus in 6. gloſſ. in* Clem. 1. *de Regularibus verſ. (quoſlibet)* Iſidor. Moſcou. *de Maieſt. Militantis Eccleſiæ lib. 1. p. 4. cap. 1. De regularibus Verſic. (Mendicantes.* Azor. *part. 1. lib. 12. cap. 23. quæſt. 2.* Ludouic. Miranda *in Man. Prælatorum, tom. 1. quæſt. 11. artic. 6.* Galgan. *de Iure publico lib. 3. tit. 41.* Baro. *de poteſt. Epiſcopi part. 3. allegatione 72. & de appellatiua verborum, appellatiuo 147.*

Sunt etiam Mendicantes in duplici differentia, vt dicebamus, aut enim ſunt tales ex vi Regulæ, & iſti, neque ex priuilegio; neque ex Conſtitutione poſſunt bona ſtabilia in communi 8
poſſidere: huiuſmodi ſunt Fratres Minores, *cap. quorumdam il primo, de verb. ſignificatione, cap. etſi qui ſeminat, eod. tit. in 5.* Clem. *exiui, eod. tit.* aut ſunt Mendicantes ex conſtitutione, & iſti poſſunt ex priuilegio, & diſpenſatione poſſidere bona ſtabilia in communi, vt eſt PP. Prædicatorum cœtus, Carmelitæ, & qui Diui Auguſtini familiæ nomen dedere, vt bene Suar. *tom. 4. de Religione, tract. 2. lib. 1. cap. 13.* Azor. *tom. 1. lib. 12. cap. 23. quæſt. 73.* Lezana *tom. 2. cap. 1.* & colligitur ex gloſſ. *in cap. cum ex eo in Verbo Mendicantes de exceſſibus Prælatorum, cap. quorundam de electione, in 6. in Verbo Mendicantes.* Nam poſſidere bona in communi non repugnat voto paupertatis, vt ait S. Thom. *2. 2. q. 22. art. 2.* & Caiet. *ibidem*, & decreuit Pius V. in Bulla quæ incipit (*dum vberes*) & eſt decima quarta in Bullario ſub Bullis Pij V. &c.

Mendicantes ex priuilegio habent cenſus, & 9
bonorum poſſeſſiones in communi, vt ex Trid. *ſeſſione 25. de Regularibus cap. 3.* vbi habetur, quòd omnes Religioſorum Ordines, præter Minores de Obſeruantia, & Capuccinorum, capaces ſunt cuiuſlibet ſucceſſionis, provt de Minoribus loquitur Clem. *exiui ſuprà citata*, Imò quod in Trid. diſponitur, fuerat prius diſpoſitum per *l. fin. §. hoc etiam Cod. de Epiſcopis, & Clericis*, vbi dicitur quoſlibet eſſe capaces ſucceſſionis, neque per hoc amittunt priuilegia Mendicantium, neque eximuntur à Iuribus loquentibus de Mendicantibus, Rebuff. *in concordatis in Rubrica de Regularibus*, Rodriquez *quæſtionum Regularium tom. 3. quæſt. 3. art. 15.* Mandoſ. *ad Regulam 23. Cancellariæ quæſt. 4. num. 4.* Itaque non propterea Mendicantes non dicuntur tales ex eo, quod poſſint bona ſtabilia in communi poſſide-

re,

re, ſed tales potius dicuntur ex eo, quod illa non poſsunt habere ex Regulis, aut ex conſtitutionibus, quod benè ſaluatur, ſi poſſidere dicantur talia bona in communi vi præfati Decret. Concilij.

10 Quia verò vnuſquiſque poteſt cedere iuri ſuo, citra præiudicium tertij, propterea non repugnat Religioſos ordines renunciare poſſe prædictæ conceſſioni Concilij, non admittendi bona ſtabilia in communi, quamvis id ſibi concedatur, & de facto per PP. Soc. Ieſu anno 1565. fuit renunciatum quoad domos Profeſſas) ſicut etiam per Carmelitas Diſcealcatos apud Hiſpanos, vt per P. Thomam à Ieſu *part. 5. cap. 2. & part. 1. cap. 7. 2. 11.* Sangh. *in præcepto Decalogi tom. 2. lib. 1. cap. 18. num. 11.* Idque approbat Sedes Apoſtolica ſub Gregorio XIII. quæ renunciatio fuit declarata, quoad hoc, vt poſſit habere, & poſſidere bona ſtabilia, non autem vt capiat ad vendendum, quia ad hunc effectum poterit capere, vt poſt innumeros DD. dicit Menoch. *conſ. 1014. à num. 14. & 15.* Grat. *cap. 202.* Gabell.

11 *conſ. 10.* Verum an ordines, qui ſponte prædictæ conceſſioni renunciarunt, poſſint mutata voluntate reuocare, quæſtio eſt, & non vna Mens omnium. Vnum addo vetitum fuiſse in ſeptima Congregatione Generali Decreto quinto, ne hæreditates relictæ Collegio cum onere præſtandi Domibus profeſſis annuam eleemoſynam, nullo modo admitterentur. Nam videtur fieri in fraudem mendicitatis ad quam Domus profeſsæ tenentur, Card. Lugo *in Opuſc.* Mor. *lib. 4. dubio 8.*

12 Quia ergo per Bullam Pauli V. octuogeſimam *in Bullario tom. 3. fol. 216.* quæ incipit *inter Paſtoralis*, plura determinantur pro faciliori regimine Religionis Scholarum Piarum, neque de incapacite loquitur, imò contrarium dicit, conſequenter aërea eſt partis aduerſæ prætenſio excluſiua præambuli propter incapacitatem. Conſimilis eſt Bulla Clementis VIII. de qua in appendice *tom. 2. in Bulla 123. fol. 45. & ſequentibus.* Vbi conſtituit Clem. VIII. aliam Congregationem Cleric. Sæcul. pro hoc miniſterio, quam Paulus V. poſtea erexit in Religionem, nulla facta mentione incapacitatis ſuccedendi, ſed potius, capacitatem expreſsè concedendo, & hoc

13 eſt, quod benè informata, Rota Romana Bullarum Summorum Pontificum, ad cuius oraculum ſpectat, in dubiis caſibus iſtis occurrere bene decreuit, in lite vertente inter Monaſterium Scholarum Piarum Ciuitatis Theatinæ cum Monaſterio S. Franciſci de Paula Minimorum, bene inquam decreuit Religionem Sch. Piarum eſse capacem, vt ex ſententia, quæ producitur in actis *fol. 16.* quæ ſcripturæ, vt dicebamus, ſunt receptæ præuio ordine Collateralis Conſilij *fol. 11.*

14 Vota enim PP. Sch. Piarum, quæ vigore conſtitutionum emittunt, ſunt quatuor. Primum nimirum votum erudiendi pueros in primis elementis Grammaticæ, computo, ac præcipue in Fidei Catholicæ erudimentis, idque gratis abſque vllo ſtipendio, mercede, ſalario, aut honorario. Secundum votum eſt numquam agendi, nec ratione aliqua conſentiendi, vt quæ ordinata ſunt circa paupertatem in conſtitutionibus ordinis immutentur, niſi quando iuſta cauſa contrarium ſuadeat. Tertium, votum eſt non agendi, nec conſentiendi, ne indirectè quidem, vt in aliquam prælaturam, vel dignitatem, in Religione eligatur. Quartum, & vltimum vorum eſt, ne, extra Religionem prælaturam aliquam habeat nec conſentiendi in eam eligi, niſi coactus ſi-obedientia eius, qui ipſi poteſt præcipere ſub pœna peccati, provt apparet ex conſtitutionibus Religionis, de quibus P. Pelliz. in Man. Reg. *tom. 1. tract. 4. tom. 5. cap. 5. ſeſſ. 12.* quæ quidem vota ſolemnia eſſe, nullus eſt, qui dubitet, vigore quorum non eſt licitum Patribus Conuentionem alimentorum facere cum aliqua vniuerſitate ſecundum communionem opinionem, imò neque eis licitum eſt ſtipendium exigere, nec etiam recipere, quamvis ſponte oblatum pro miniſterio eruditionis puerorum, niſi reciperetur ſub titulo gratitudinis, & eleemoſynæ, provt ex Bulla Pauli V. colligit Pelliz. *vbi ſuprà, n. 530.* In qua Bulla Paulus V. dixit hæc verba, quæ deſeruire poſſunt pro Coronide, *Ita quòd liceat Præpoſito, & Clericis præfatis præfatarum Scholarum huiuſmodi, & aliorum, ſimul atque erecta fuerint, illarumque bonorum, & redituum quorumcumque corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem capere, & apprehendere, ac de illis in Scholarum earumdem bene ficium diſponere.* Quæ ſunt verba Bullæ Pauli V. in fundatione Religionis prædictæ, quæ eſt 81. in ordine *tom. 3. Bull. fol. 316. Coll. 2. § 5.*

Nec motiuum partis aduerſæ, ſcilicet, quod 15
poſita inſtitutione in caſu incapacitatis in perſonam Ludouici Cinque ſua vita durante, & poſtea procuratoris ſæcularis pro tempore Scholarum Piarum, fraudulentam eſse, ſcilicet in fraudem venientium ab inteſtato, quia reſpondetur, quod fraus in dubio non præſumitur, per text. *in l. merito, ff. pro ſocio*, quia eſt ſpecies falſitatis; *l Cred. vbi gloſſ. &* Salic. *C. de falſis*, quia enim fraus delictum dicitur, propterea probationes requiruntur clariores, vel ſaltem debet probari indiciis ſpecialibus, ſiue perfectè efficacibus, teſte Bald. *conſ. 250. volum. 1.* In caſu verò noſtro non poteſt dici fraudulenter factum, ſcilicet in fraudem venientium ab inteſtato, quia ſubſtituit alias Eccleſias, quamvis Ludouicum Cinque inſtituerit, vel alium procuratorem ſæcularem. Vnde fraus numquam præſumitur, quando factum quod arguitur fraduloſum factum eſt, lege permittente, provt conſuluit Oltradus *conſ. 203.* provt in puncto, quod non præſumatur in dubio fraus ſi quis inſtituatur hæres à Patre ſpurij, & poſt mortem Patris reſtituat ſpurio hæreditatem, non præſumitur accommodata fides defuncti in fraudem, provt bene conſuluit Bald. *conſ. 240. lib. 2.* quod idem eſt, ſi Maritus inſtituat vxorem, eamque roget reſtituere cui voluerit hæreditatem, quia ſi reſtituat ſpurio Mariti, non præſumitur fraus, Bald. *conſ. 75. 7. lib.* Idem etiam, ſi pater habens filium legitimum; & naturalem habentem filium ſpurium legitimatum, ſi inſtituat filium, & nepotes, & ſi non erunt hæredes, inſtituat extraneum, ille extraneus non præſumitur contemplatione ſpuriorum, ſed contemplatione ſui inſtitutus, vt bene Alex. *conſ. 78. lib. 3.* Card. Tuſchus *lit. F, concl. 478. num. 7. cum ſequentibus*, quia talis inſtitutio fuit facta ſub conditione intrinſeca, quæ de neceſſitate intelligitur, ſi ſcilicet capax erit, quo quidem caſu nulla poteſt conſiderari fraus, provt ex pluribus Tuſchus *vbi ſuprà*, nam aliàs procederet, quod dicit Martha *part. 3. de ſucc. ab int. tom. 1. quæſt. 12. artic. 2. à numero 23. cum ſequentibus.* Nec nouum eſt, quod etiam in hæreditate quærenda poſſit fraus fieri ne dum priuato, ſed etiam Fiſco provt colligunt

DD.

DD. *ex locum quidem de iis quæ in fraudem creditorum*, quod & notat Alphar. *de officio Fisci gl. 16. num. 43.* juncta gloss. 20. §. 3. *num. 69. & §. 10. num. 457.* quod etiam notauit Garronius *de Iure Fisci lib. 4. tit. 7. fol. 88.* Imò si verum esset motiuum, quæ clam incapaci relicta essent, per intermediam personam Procuratoris, tunc non auferrent venientes ab intestato, sed Fiscus, quia Fisci ius; & actio est non priuati, glos. *celebris in l. his consequenter, §. 1. ff. fam. erciscunda*, per quam Glos. sic determinat Bart. *cons. 480. num. 4. in primo*, Peregr. *lib. 3. de Iure Fisci, tit. 19. num. 24.* & hoc casu Fiscus non aufert sub prætextu tacitæ fidei de restituendo incapaci, nisi probaretur clarè, & expressè, quod hæres tacitè, & clam fidem suam astrinxerit, vt post Bart. & alios, de quibus Peregr. *vbi suprà, lib. 8. tit. 19. num. 6.* Imò talis fides de restituendo incapaci, debet esse firmata promissione obligatoria, non simplici pollicitatione, vt benè post alios Mant. *de coniecturis lib. 10. tit. 4. num. 8.* post Bald. & alios, *l. in tacitis, ff. de legatis primo*, Peregr. *d. lib. 3. tit. 19. num. 14.*

His ergo generaliter probatis, nullo Iure video posse impediri, quin non extendatur votum præambuli in alio tempore lati. Giacconij reiectis friuolis, & aëreis oppositionibus, quod totum sub censura Iudicantium remittendum censeo, scripsi hodie die 5. mensis Septembris 1658.

DISCEPTATIO LXI.

SVMMARIVM

1 *Facti series proponitur disputanda.*
2 *Dos Ecclesiæ, seu Cappellæ debet esse perpetuo permansura apud eam.*
3 *Dos Cappellæ sufficiens esse debet, & qua sufficientia.*
4 *Dotis Cappellæ deterioratio quando pertineat ad dotantem.*
5 *Dos Ecclesiæ gaudet omnibus priuilegiis, quibus, & dos Mulieris.*
6 *Dos semel data per Patrem diminui non debet, dato quod ad eumdem reuertatur, nisi quibusdam casibus.*
7 *Dos Ecclesiæ cur vocatus mansus?*
8 *Mansus quid importet in Iure.*
9 *Mansus liber debet esse ab omni onere decimarum, &c.*
10 *Mansus sumitur pro titulo præbendæ, & quare.*
11 *Argumentum validum est de matrimonio carnali ad spirituale.*
12 *Mulier fideiubens pro dote Ecclesiæ non habet Vellcianum.*
13 *Dos Ecclesiæ est imprescriptibilis, quicquid alij dixerint.*
14 *Ecclesiæ fauor maior est, quàm rerum temporalium.*
15 *Textus* in l. Attilicinus, ff. de pactis dotalibus, *procedit etiam in dote spirituali.*
16 *Patronus in fundatione, vel dotatione Ecclesiæ si apponat onus irrationabile quid agendum.*
17 *Ecclesia potest agere de euictione contra seipsam dotantem.*
18 *Ecclesia non fundatur, vel dotatur diœcesani consensus interuenit, & instrumentum.*
19 *Viuiani locus adducitur* lib. 2. capite 4. numero 25.
20 *Dos à Patre semel tradita filiæ iterum tradi debet soluto matrimonio, si sine culpa filiæ amissa fuerit.*
21 *Text.* in Auth. quod locum, C. de collat. *adducitur pro hoc proposito.*
22 *Pater tenetur Dotare filiam per dispositionem legis principaliter.*
23 *Text.* in l. Pater filiæ 71. ff. de euict. *adducitur, & resoluitur.*
24 *Dos in partem deperdita, pro parte est restauranda.*
25 *Pater tenetur Dotare filiam non semel, sed bis, & toties quoties opus fuerit.*
26 *Dos debetur filiæ loco legitimæ.*
27 *Dos assignata Ecclesiæ continet exigibilitatem.*
28 *Legatum pro Matrimonio Carnali comprehendit etiam spirituale.*
29 *Clausula taxatiua fauore Ecclesiæ, vtrum resoluatur in demonstratiua.*
30 *Instrumentum dotationis, de quo in præsenti tollit difficultatem clausula taxatiua.*

ARGVMENTVM.

Dote semel data à Patre Filiæ iterum est tradenda si amissa sit, sine culpa dotatæ? Hoc idem in fundatione iurispatronatus dici debet si fundator voluerit gaudere iure patronatus; & quam dotem dare debeat qui fundat ius patronatus?

PRO

Reuerendo D. Iosepho Dota,

CVM

Victoria de Sylueſtro.

SVPPONITVR in facto, quod *in anno 1629. die 14. mensis Martij* quondam Io. Iacobus Binzone Neapolitanus constituit, & fundauit, præuia dotatione facta, Ius patronatus laicale perpetuum in Cappella S. Trophomeæ constructa, & erecta intus Cathedralem Ecclesiam Ciuitatis Minoris, dotem verò constituit annu. scut. viginti quatuor. Idque vt deseruirent pro aliquibus Missis celebrandis scilicet viginti quatuor tum pro anima sua, tum etiam pro suis antecessoribus, quos quidem annuos scutos 24. assignauit Beneficiato eiusdem Cappellæ, cum onere celebrandi prædictas Missas, & in die festiuitatis dictæ Sanctæ Trofomeæ voluit dari, & assignari Illustrissimo Episcopo dictæ Ciuitatis candelam vnam Ceræ nouæ librarum duarum in signum Pastoralis Dominij provt appellat ex instrum. fundationis, quod in promptu producitur, *fol. 30.* In quo quidem 1

obligatio omnium bonorum, tum etiam constituti, & precarium.

In simul etiam supponitur in facto, quod dictos annuos scutos 24. dictus Ioannes Iacobus asseruit se possidere super quadam domo sita, & consistente in Ciuitate Auersæ in Parœcia S. Mariæ ad Plateam iuxta eius fines, &c. nemini vendita &c. sed franca, & libera &c.

Quia verò in beneficio prædicto fuit nouissime præsentatus Reueren. Clericus Ioseph Dota ad præsens Sacerdos, per Victoriam de Sylueſtro hæredem dicti quondã Ioannis Iacobi, qui præsentatus cum voluisset possessionem capere dictæ domus pro consequutione scutor. 24. de quibus suprà sita in Ciuitate Auersæ, inuenit eam penitus dirutam, & inhabitabilem. Et quia hæreditas dicti quondã Ioannis Iacobi reperitur opulenta, vt notorium est, prætendit dictus præsentatus cogi, & compelli dictam Victoriam, vti hæredem dicti quondam Ioannis Iacobi, ad sibi soluendos dictos annuos scutos 24. quod quidem licito iure p osse fieri probatur.

2 Primo quia dos ipsi Ecclesiæ, seu Cappellæ constitui debet perpetua, *cap. nemo de consecrat. dist. 1. cap. placuit, 1. quæst. 2.* Idcirco non potest in solo vsufructu constitui, vt bene Lambertinus *de iurepatr. lib. 1. part. 1. quæst. principali, artic. 5.* 3 *fol. 77.* & debet esse sufficiens pro sustentatione Rectoris, pro luminaribus &c. vt post Paulum de Citadinis notat idem Lambertinus *vbi suprà*, vnde si contingat dotem Ecclesiæ deteriorari, post- 4 quam est contignata Ecclesiæ sine culpa, seu negligentia Rectoris Ecclesiæ, tunc periculum pertinet ad dotantem, si verò culpa Rectoris, siue illius negligentiæ, periculum pertinet ad Rectorem, Lambertinus *vbi suprà, num. 17.* cum igitur in præsenti fuerit res deteriorata post factam fundationem eiusdem, & assignationem, nil mirum est cogi, & compelli posse hæredes dotantis ad dotem assignandam.

5 Probatur secundo quia dos Ecclesiæ eisdem priuilegiis gaudet, quibus & dos mulieris propter omnimodam similitudinem quæ datur inter vtramque dotem, vnde competunt eadem priuilegia, quæ doti temporali eidem doti spirituali, de quibus priuilegiis dotis tractant DD. *in l. assiduis, C. qui potiores in pignore habeantur*, Paul. de Citatinis *de iurepatr. in verb. 2. pars fol. 118. n. 37.* 6 *qui num. 47.* ait, quod dos semel data per patrem non debet diminui, dato quod soluto matrimonio ad eum reuertatur, nisi Pater aliquo casu fortuito patiatur cladem aliquam in suis rebus, vt *in Auth. sed quamvis, C. de rei vxor. act.* quod dotis priuilegium ad Ecclesiam non trahitur per hoc, quod dos sit restituenda, cum non amplius restitui debeat, sed per hoc, quod dotans, si illa amittatur, tenetur iterum dare, DD. *vbi suprà*, igitur cogi, & compelli possunt hæredes ad iterum dotem dandam.

7 Probatur tertio, quia dos Ecclesiæ ideo vocatut Mansus *cap. 1. de censibus*, quia manere debet in perpetuum pro dote, Lambertin. *fol. 105. numero 8.* Belletus *part. 1. de clerico debitore, §. 15. num. 4.* Azor. *part. 2. moral. lib. 9. cap. 3. quæst. 7.* Barbosa *de potest. Episcopi, part. 3. alleg. 64. numero 1. & in tract. de iure Eccles. lib. 2. cap. 2. vers.* 8 *debet cum seq.* Mansus verò dicit Gloss. *in dicto cap. 1.* sumitur pro tanta quantitate terræ, quanta possit laborare per annum à duobus Bobus, & dicit esse vocabulum Italicum, & producere debet tot fructus, qui sufficiant ad seruitium Ecclesiæ, &

ad victum deseruientium illi, iuxta disposita *in dict. cap. nemo, de consecrat. dist. 1.* alij dicunt Mansum esse tantam quantitatem terræ, vt ex ea possit viuere rusticus cum tota familia sua, Hostiensis *in dict. cap. 1. de censibus*, alij dicunt Mansum, idest prædium, ex quo percipitur vinum, & panis ad Euchariſtiam perficiendam, *gloss. in cap. secundum Canones 15. quæst. 8.* quia sic erit prouisum Rectori, & Ministro, alij dicunt Mansum esse dotem Ecclesiæ, Lambertin. *vbi suprà, n. 8.* qui 9 quidem Mansus liber tribui debet ab omni onere decimarum *cap. 1. de censibus*, quia ex manso Ecclesiæ, & aliis positis propè eam non deberi censum vel decimas dicitur *in dict. cap. 1.* S. Anton. *part. 3. titul. 12. cap. 2. §. 3.* Otalora *de nobilitate, part. 2. tertiæ partis num. 3.* Cassaneus *ad consuet.* Burgundiæ *rubr. 9. §. 4. in princ. num. 2.* Azorius *part. 2. lib. 6. cap. 1. quæst. 2.* vbi asserit verius sibi videri Mansum esse agnum certi modij, seu mensuræ, qui propterea metatus dicebatur, eo quod quis illud demetiebatur, & limitibus suis diuidebat, Perez de Lara *de anniuersariis, lib. 1. cap. 18. num. 1. & 13.* & accipi solet pro titulo, qui constituitur in præbendis, aut possessionibus, quibus 10 dotata est Ecclesia, vt docet Lambertinus *de iurepatr. part. 1. lib. 1. quæst. 5. art. 2.* Cuiacius *lib. 1. feudorum tit. 1. in princ.* Balzaran. *in cap. 1. §. similiter in tit. si de inuestitura feudi*, Petrus Gregorius *de beneficiis, cap. 15.* cum ergo in præsenti non reperiatur talis Mansus, seu talis dos perpetua, poterit hæres cogi, & compelli ad illam assignandam.

Probatur quarto, quia validum est argumen- 11 tum de matrimonio carnali, & spirituali *cap. penult. & fin. de translatione Prælatorum, cap. cum inter Canonicos de electione, Auth. nisi rogati, C. ad Trebell.* latissimè Barbosa *in locis argument. in loco 70.* Hinc videmus, quod sicuti mulier promittens dotem, vel intercedens pro, ea non iuuatur Velleiano; *l. generaliter, C. ad velleianum*, 12 sic etiam si promittat dotem Ecclesiæ, vt bene Paulus de Citatinis *de iurepatr. part. 3. in 12. quæst. 2. causa*, vbi enumerat multa priuilegia dotis mulieris competentia doti Ecclesiæ, quod etiam fecit Lambertin. *vbi suprà, art. 8.* Genuens. *in practicab. quæst. 385.* sic etiam videmus, quod 13 dos Ecclesiæ non potest præscribi, quia dos pro matrimonio carnali est impræscriptibilis, & alienabilis, vt *in tit. inst.* quibus alienare licet, vel non, post principium, & *toto tit. ff. de fundo dotali, & l. si fundum, ff. eodem, l. in rebus, l. omnis, C. de iure dotium*, ergo idem dici debet in dote data à principio pro sustentatione Ecclesiæ fundatæ, patet consequentia, quia magis fauendum est matrimonio spirituali, quod est magis fauorabile, & maioris potentiæ, quàm carnale, quia tollit, & extinguit vinculum matrimoniale ante consummationem, vt patet in ingressu Religionis, *cap. ex parte, cap. ex publico, de conuersione coniugatorum*, & sic licet bona Ecclesiæ possint alienari, seruata tamen forma, de qua *in cap. sine exceptione 12. quæst. 2.* possunt etiam præscribi, *cap. 1. cap. sanctorum, cap. de quarta, de præscript.* tamen secus videtur in bonis assignatis pro dote Ecclesiæ facit Glossa *in cap. nouum genus, de decimis*, quæ vult, quod de fructibus bonorum ab initio concessorum pro dote Ecclesiæ non debeantur decimæ prædiales, sed contrarium tenet Baldus nouellus *part. 1. de dote cap. 1. num. 8.* vbi dicit, ita fuisse consultum per Collegium Perusinum in fauorem cuiusdam Communitatis, quod potuisset præscri-

bere quoſdam redditus aſſignatos Eccleſiæ pro dote, & affert rationem diuerſitatis in dotem Mulieris, cum Mulier conſtante matrimonio nullum Ius habeat dominij, vel quaſi, nec ipſa poteſt iterum agere *dict. l. in rebus*, §. *omnis*, *Cod. de Iure dotium*, quæ ratio ceſſat in Eccleſia, quæ poteſt agere quemadmodum curreret præſcriptio contra Mulierem ſoluto Matrimonio, quia poſſet agere, vt ſi vir vergat ad inopiam, *& l. ſi conſtante*, *ff. ſolut. matrim. l. vbi adhuc*, *Cod. de Iure dotium*, Bald. *nouell. de dote part.* 7. *cap.* 1. *num.* 5. vbi ait ſecus eſſe in Eccleſia, contrarium verò puto dicendum quòd dos Eccleſiæ ſit impræſcriptibilis, quemadmodum dos Mulieris; imo
14 etiam maiori fauore digna, quia maior vtilitas publica verſatur in ſacris, quàm in dote Mulieris, quæ propter bonum publicum multa habet priuilegia, *cap. Ius autem* 1. *diſt.* & maior fauor debetur Eccleſiæ, quàm Reipublicæ, Felin. *in cap. nonnulli, num.* 23. *de reſcriptis*, Rota diuerſorum *deciſ.* 454. *part.* 1. & validiſſimum eſt argumentum de dote ad Eccleſiam, vel ad aliam piam cauſam, *cap.* 1. §. *donare*; qualiter olim feudum alienari poterat, Bald. *in l. ſicut*, *Cod. de action. & obligat.* Euerard. *in topica legali in loco de dote ad piam cauſam*, Paulus de Citatinis *de Iurepatr.* 3. *part.* 12. *quæſt.* 2. ſecundæ cauſæ Lambert. *art.* 8. *quæſtionis principalis, part.* 1. *lib.* 1. vbi ponit multa priuilegia competentia doti Mulieris extendenda ad dotem Eccleſiæ. Imo dicunt, quod dos Eccleſiæ eſt magis priuilegiata. Neque obſtat ratio differentiæ aſſignata à Baldo nouello, quod Mulier viuente viro non poteſt agere, ideo contra eam non currit præſcriptio, ſed dotem adminiſtrat Maritus, quia idem dicendum eſt in Eccleſia conſiderata de per ſe tanquam vxor, quia Prælatus eius ſponſus adminiſtrat; & ideo nec contra eum currere debet præſcriptio, Prælatus enim dicitur ſponſus *cap.* 2. *de tranſlatione Prælatorum*, ergo dicendum eſt dotem Eccleſiæ eſſe impræſcriptibilem exemplum dotis mulieris, & fuit quia Eccleſia eſt illa, quæ eſt vera domina dotis, ſed Prælatus exemplo Mariti adminiſtrat, & recipit fructus, vt bene Genuenſis *quæſtione* 384.

15 Sic ſicut mulier non poteſt conditiones dotis facere deteriorem, licèt meliorem poſſit, & nec ex pacto ſibi præiudicare poteſt *l. de die*, *l. Atilicinus*, *ff. de pactis dotalibus*, ſic in dotatione Eccleſiæ pactum improbatur, per quod eius conditio efficitur deterior, Paulus de Citatinis *part.* 3. *quæſt.* 12. *cauſa* 2. & ſic habetur in textu notabili *in cap. præterea il* 2. de iure patronatus, vbi dicitur, quod patroni in fundatione, vel do-
16 tatione Eccleſiarum contractus præiudiciales Eccleſiæ facere non poſſunt, & eſt textus *in Auth. ſicut alienatio*, *Cod. de Sacroſ. Eccleſ.* & ſic ſi in fundatione Eccleſiæ ſit adiectum onus Miſſarum exceſſiuum, vltra laudabilem conſuetudinem ſuſtineri non ſolet. Idque forte propter timorem alicuius Potentis, qui dotauit Eccleſiam, ſi clerici auſi non ſunt contradicere, poterit tale onus moderari, & ſic de ſimilibus, vt latè Genuenſis *q.* 340. *in fine.*

17 Hinc etiam videmus, quod Mulier habet hypothecata bona dotantis pro euictione cum illa diſtinctione, quod aut dos promiſſa eſt extimata, puta talis fundus pro mille, quod ſi fundus fuerit euictus ante dationem poterit agi actione ex empto: nam ſi Maritus recepiſſet illum extimatum officeretur debitor pretij, & non rei, quaſi res ſit ſibi vendita, *l. quoties*, *ff. de Iure dotium*. Quod verò de dote temporali, & profana dicimus, dicas in dote Eccleſiæ, quia ſemper intelligitur præceſſiſſe ſtipulationem, vel ſaltem pol- 18
licitationem, quia alias Patronus non habuiſſet licentiam fundandi Eccleſiam à Diœceſano, *cap. nemo, de conſecrat. diſt.* 1. *cap. piamenti* 16. *quæſt.* 7. & tenetur tradens pro fundanda Eccleſia, eaque dotanda de euictione, vt latè Genuenſis *q.* 342. ſic ſicut bona ſubiecta fideicommiſſo fauore dotis poſſunt alienari, vt *in Auth. res quæ*, *Cod. comm. de legat.* ſic hæres poterit ædificare Eccleſiam in fundo ſubiecto fideicommiſſo, & fideicommiſſarius tenebitur eueniente caſu fideicommiſſi recipere pretium, & non fundum fauore Eccleſiæ, vt benè Genuenſis *q.* 333.

Probatur quintò ex celebri doctrina Viuiani *de* 19
Iurepatronatus, lib. 2. *cap.* 4. *num.* 25. vbi ait quod licet regulariter in principio conſtitutionis Eccleſiæ debeat dos aſſignari, tamen ſi quis ſiue dote Eccleſiam fundauit, & conſtruxit, cogi poteſt eam dotare, & dato, quod Eccleſia ſit conſtructa ſine dote, tamen conſtructor poteſt directè compelli officio Iudicis ad eam dotandam, ſi autem ſit fundata, ſed non dotata, Patronus, qui fundauit cogi poteſt pro dote, & eius ſupplemento, vel eius hæres, quod ſi ſoluendo non ſit ad nihilum tenetur, videatur Viuianus *vbi ſuprà*.

Probatur ſexto, quia ſi dos ſemel à Patre ſit 20
conſtituta, atque tradita genero, eamque amiſit Gener, vel filia ſine culpa ſua, tenetur Pater iterum dotare, ita Bart. Angel. & Imola, Cynus, & Paulus *in l.* 2. §. 1. *ff. ſolut. matrimon.* vbi Ripa *numero* 7. Boër. *d.* 131. *numero* 3. Campegius *de dote part.* 1. *quæſt.* 15. *& quæſt.* 26. Tiraquellus *in l. Boues*, §. *hoc ſermone*, *limit.* 9. *numero* 11. *ff. de verb. ſignific.* Menoch. *caſu* 182. *num.* 57. Peregrinus *de fideicomm. art.* 42. *num.* 88. Ludouicus Molina *de primogenit. lib.* 2. *capite* 16. *num.* 23. *& 25.* Didacus Spino *in ſpeculo teſtamentorum*, *gloſſ.* 11. *num.* 42. Coſta *remedio* 65. *num.* 8. Barboſa *in l.* 1. *part.* 4. *numero* 11. *& 30.* & 141. *ff. ſolut. matrimon.* Giurba *deciſ.* 5. *num.* 39. *& ſeq.* Surdus *de alim. tit.* 7. *quæſt.* 5. *num.* 5. Faber. *lib.* 5. *Codicis tit.* 6. *diffin.* 13. Cancer. *part.* 1. *variarum cap.* 3. *num.* 3. Oſaſch. *dec.* 124. *num.* 5. Fontanella *clauſ.* 5. *gloſſ.* 1. *part.* 1. *numero* 69. *& pluribus ſeqq.* Merlinus *num.* 2. *de legit. tit.* 2. *quæſt.* 30. *num.* 6. Cardin. Tuſchus *in verbo, dos, concluſ.* 781. Gratian. *tom.* 3. *cap.* 466. *num.* 2. *tom.* 4. *cap.* 689. *num.* 11. *& 22.* Mangilius *de imputation. quæſt.* 164. & ex Theologis Molina *tom.* 3. *diſp.* 636. *numero* 14. Fagundez *in Decalogum lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 20. Fragoſius *de Regim. Reipublicæ. part.* 3. *diſput.* 5. *num.* 49. Angelus Boſſius *de alimentis capite* 7. *numero* 559.

Quod probatur primo per textum *in Auth.* 21
quod locum, *Cod. de collat.* vbi habetur, quod ſi dos à Patre data Genero, ſit amiſſa, ſeu deperdita, quia illius vir factus ſit inops, & filiæ non poſſit ad culpam imputari, quòd Marito vergente inopiam dotem non exegerit, non tenetur talis filia dotem illam imputare in legitimam poſt mortem Patris, ſed ſufficit, quod conferat illam actionem quam habet contra virum etiam inanem, eamque cedat fratribus, ex quo apertè infertur in tali caſu amittere dotem abſque filiæ culpa, ſed dotem ſoluto matrimonio per mortem viri, filiam iterum à Patre eſſe redotandam,

ex

ex eo enim, quod non debet in legitimam imputare, concluditur iterum debere dotari.

22 Secundo probatur quia Pater ex dispositione legali *l. qui liberos, ff. de ritu nuptiarum, l. fin. C. de dotis promissione*, tenetur filiam dotare, vt possit matrimonium contrahere, quod sine dote illi impediretur, quod est causa finalis inductiua talis obligationis legalis, & necessitatis dotandi filiam quoties remanet eadem causa finalis ipsius obligationis, & sic quoties filia vult nubere, si dotem amiserit sine culpa tenetur Pater iterum dotare, quia alias non posset facile nubere. Neque dicas, quod obligatio ex primo actu solutionis, *l. provt quisque* 80. *ff. de solution.* quia hoc procedit in obligatione conuentionali, non in legali, quæ est contra patrem, illa enim durat quantum remanet causa similis inductiua ipsius obligationis, Bald. *in l. qui per salutem* 33. *ff. de iureiurando*, Campegius *dict. quæst.* 26. adducens textum *in l. si is, à quo, ff. vt in poss. legata, & in l.* 2. *ff. de fideiussor.* Merlinus *dict. quæst.* 30. *num.* 6. Gratianus *cap.* 466. *num.* 5.

23 Neque obstat textus *in l. pater filia* 71. *ff. de euict.* vbi euicto fundo dotali, Pater non tenetur. Respondeo enim textum loqui, quando constante matrimonio dos euicta fuit, quo casu eodem matrimonio constante, non cogitur Socer Genero nouam dotem dare, sed bene soluto matrimonio filiæ iterum nubenti cogitur nouam dotem constituere, vt probatum est.

24 Idque procedit, teste Gratiano *dict. cap.* 466. *numero* 3. siue in totum dos sit deperdita, siue pro parte tamen diminuta, nam semper pater tenetur ad tantumdem, nam officium paternum est dotare filiam, eamque conseruare, *Auth. sed quamvis C. de rei vxor. act.* nisi conditio patris fuisset facta deterior, & contigisset diminui substantiam illius, nam tunc non tenetur redotare, nisi in quantum eiusdem substantiæ virtus est, *d. Auth. sed quamvis.*

25 Tertio probatur, patrem teneri dotare filiam non semel, sed bis, ter, & toties quoties opus fuerit ex Bart. *in l. si socius pro filia*, & ibi Baldus *vers.* 20. *ff. pro socio*, & alij relati per Gratianum *d.* 95. *num.* 11. per Baez. *de non meliorandis filiabus, cap.* 16. *num.* 32. dant rationem, quia dos datur loco legitimæ, sed legitima data à Patre si amittatur sine culpa filij est reficienda, vt bene idem Baeza *vbi suprà, num.* 18. quod sane procedit, nisi dolosè, vel culposè mulier dotem consumpserit, tunc enim pater non tenetur ad vlteriorem dotationem, Bart. *in l. si cum dotem*, §. 1. *n.* 20. vbi Alex. *num.* 6. *ff. solut. matrim.* Boërius *dec.* 131. *num.* 50. Ripa *in dict. l.* 2. §. 2. *num.* 7. *ff. solut. matrim.* Giurba *decis.* 64. *num.* 10. & 39. vbi ait non procedere si culpa leuissima, vel casu dos esset deperdita, Tiraquellus *dict. lim.* 9. *num.* 4. *ff. de verb. signif.*

27 Probatur vltimò quia illa dos assignata Ecclesiæ, seu Cappellæ S. Trufomeæ scutor. 24. annuorum, pro dote dicuntur dati, igitur promittens talem dotem censetur promisisse illam omni tempore exigibilem esse, provt in dote carnali, seu temporali dicit Regens Galeota *tom.* 1. *contr.* 32. *num.* 37. & 38. *vbi num.* 82. dicit fuisse decisum per S. C. quod hoc etiam procedit in interesse dotis, imò etiam in datione insolutum post Castillum, & alios decisum refert consiliarius Staybanus *tom.* 1. *resol.* 96. *in fine*, quod etiam dixit *in resolut.* 77. *cum igitur in dote carnali ita producitur*, sic & in dote spirituali dicendum est, vt post text. *in* §. *sed & hoc præsenti, Auth. de sanctiss. Episcop.* post Fontanell. *dict. claus.* 5. *gloss.* 8. *part.* 1. *num.* 62. & *seq. tom.* 2. dicit idem D. Staibanus *tom.* 2. *resol.* 177. *num.* 40. *cum seqq.* 28 qui assignant rationem, quod sponsus Ecclesiæ semper est vniformis, & æqualis cum terreno, vnde legatum factum pro maritagio deberi pro dote monialis dicit Capic. *dec.* 204. imò etiam deberi moniali Bizochæ tertij ordinis dicit post Gratian. *cap.* 533. *num.* 19. & 20. idem D. Staibanus *vbi suprà, numero* 49. & 50. sicut ergo pro dote carnali præsumitur promissa exigibilitas, ita, & pro dote spirituali, tum monialium, tum etiam Ecclesiarum dicendum est, iuxta dicta supra.

Tandem meminisse oportet quod illa promis- 29 sio scutor. 24. super domo in Ciuitate Auersæ consistente fauore Ecclesiæ, cui promissio facta est intelligitur demonstratiuè nõ taxatiuè, vnde si non sufficiat illa domus, super aliis bonis hæreditariis procedendum est, vt post alios dicit Nouarius *de miserabilibus personis, priuil.* 163. Tondutus Salingerius *lib.* 1. *quæstionum legalium, quæst.* 90. *Episcop.* Maranta *part* 4. *respons.* 15. & licet Regens Rouitus *in dec.* 57. Consil. Staiban. *lib.* 2. *resol.* 106. Thorus *in summa, de pia causa, priuil.* 267. Riccius *collect.* 3509. dicant oppositum, quod legatum pium priuilegium non habeat vt clausula taxatiua, resoluatur in demonstratiua, tamen id non potest applicari in casu nostro, vbi non' sumus in legato facto Ecclesiæ, sed sumus in dotatione facta, præuio instrumen- 30 to stipulato cum clausulis consuetis, vti promisit, & obligauit se, bona sua, & hæredes cum pacto de capiendo authoritate propria cum constituto, & precario pœna dupli, &c. quæ quidem omnia operantur, vt cuncta testatoris bona censeantur obligata, vt ex instrum. apparet. Quando verò clausula demonstratiua, vel taxatiua dicatur, disputarunt Doctores vt Præses Merlinus *lib.* 2. *capite* 82. Gizzarell. *decis.* 81. *consil.* Roccus *respons.* 50. *lib.* 1. D. Marcianus *consil.* 4. Regens Galeota *tom.* 2. *controu.* 44. Thorus *part.* 2. *in verbo legatum*, Beccius *quæst. for. cap.* 9. Danza *de pugna Doctorum tom.* 1. *in tit. de legatis piis*, Riccius *collat.* 4311. Episc. Maranta *resp.* 34. *part.* 1. P. Amatus *consil.* 6. 32. & 37. Constantinus Cafarus *in speculo peregrinarum quæstionum, quæst.* 21. *consil.* Pratus *lib.* 3. *cap.* 34. Regens de Marinis *tom.* 2. *resolut.* 124. Acosta *de priuil. Creditor. regul.* 3. *ampliat.* 5. *num.* 2. nouissimi Addentes ad Rouitum *in decisione* 57. *numero* 11.

Vnde ex his concludendum est iuridicè propositam instantiam per Reuerendum D. Iosephum Dota contra hæredem, de qua suprà vt cogatur, & compellatur sibi soluere pro dote suæ Cappellaniæ dictos scutos 24. annuos.

DISCEPTATIO LXII.

SVMMARIVM.

1 *Edictum Episcopi, vt sibi præsentetur aliquis titulus, qui non debetur non tenet.*

2 *Episcopos, Archiepiscopos, summos Sacerdotes,*

& summos Pontifices diuersis temporibus, diuersis titulis fuisse condecoratos.

3 *Episcopi, & Cardinales qua dignitate erant decorati ante bullam Vrbani VIII. & qua dignitate fuerunt decorati Cardinales.*

4 *Titulus Illustrissimi fuit vsurpatus tam ab Episcopis quàm Archiepiscopis.*

5 *Subditi nullum peccatum commmittunt denegando Episcopo, vt Archiepiscopo titulum Illustrissimi.*

6 *Episcopus ambulando per diœcesim singulis de populo benedicit capite detecto, & si non Archiepiscopus ante se deferri debet crux.*

7 *Episcopus debet se gerere erga subditos vti pater, non vt Dominus.*

8 *Episcopus non debet esse iracundus.*

9 *Episcopus emanans edictum contra subditos nulliter, acquiritur subditis actio libelli famosi contra Episcopum.*

10 *Libelli famosi definitio.*

11 *Episcopus non exercendo amorem paternæ correctionis erga subditos venenum præbet.*

12 *Episcopi, & Archiepiscopi nomen est officij, & dignitatis, non dominij.*

13 *Episcopi status est perfectionis quæsitæ Religiosorum non quærendæ, & non solum debet esse perfectus quoad se Episcopus, sed etiam ad alios.*

14 *Episcopus emanando edictum contra subditos indebite est dignus pœna.*

15 *Episcopus non debet esse immemor suæ dignitatis.*

16 *Benignus debet esse Episcopus, & ita omnibus sit paratus.*

17 *Episcopo, dum consecratur datur baculus pluribus modis, ob plures fines.*

18 *Regimen Episcopi amoris est, non dominij.*

19 *Iniuria non est, quando non fit contra ius, non fit iniuria Episcopo non dare titulum Illustrissimi.*

20 *Processus compilatus pro Episcopo cum testibus officialibus ipsiusmet Episcopi nulliter compilatur.*

21 *Hæresis notam alicui dare, quæ non est, infamare est.*

22 *Episcopi imitari debent Christum Dominum nostrum, & amare oues sibi creditas, ne seductores vocentur.*

23 *Iudicantium est, inspicere causam delicti.*

24 *Censura est emananda prauia citatione, aliàs non ligat.*

25 *Censura ferri non potest in causa propria, nisi causa iustæ defensionis.*

26 *Censura vt validè feratur requiritur citatio personalis etiamsi sit delictum notorium.*

27 *Censura vt rectè emanetur non est necessaria trina citatio, & citatio per edictum est subsidiaria & non in omnibus casibus permittitur.*

28 *Interdictum personale vt feratur, requiritur canonica monitio.*

29 *Interdici nequit totus populus nisi delictum sit commissum à tota communitate, vel à maiori parte communitatis, & causa interdicti debet esse grauis.*

30 *Excommunicatio iniusta est timenda, & non seruanda ab excommunicato, at è contra ab excommunicante.*

ARGVMENTVM.

Officium Archiepiscopi, & Episcopi non est dominij erga subditos sed paternum erga filios, quibus non alius titulus debetur nisi Reuerendissimi, licet titulus Illustrissimi ab eisdem Episcopis hodie vsurpetur nullaque iniuria puniuntur Vasalli si solo titulo Reuerendissimi suos prælatos honorant.

RESPONSIONES

Ad Edictum Reuerendissimi Pauli Suardi, Archiepiscopi Surrentini,

CONTRA

Syndicos & Electos ac cæteros Patritios Surrentinos publicatum.

NOBILIVM Surrentinorum Cœtũ ad edictum D. Reuerendissimi Pauli Suardi emanatum sub *die prima Maij præsentis anni* 1664. non teneri, omnibus manifestum fit; Imò & Curiæ Archiepiscopali prædictæ, suóque Vicario, ac Ministris omnibus Curiæ ob rationes in promptu adductas nullius esse roboris, authoritatis & momenti, quod in eo præcipitur & comminatur idque in publicum ostendunt, vt eidem Reuerendissimo Archiepiscopo Officialibus Curiæ prædictæ ac Sanctæ Sedi Apostolicæ si opus fuerit innotescat, in publicum proponendum esse Patritij Surrentini decreuerunt. 1

Primo quidem quia Archiepiscopus asserit se honorandum esse, vti maiorem & supremam habentem dignitatem, qua nulla maior in Ecclesia Dei quod lumine naturæ decretis diuinis sacrisque ceremonialibus asserit disponi, sed Surrentinæ nobilitatis, ac Patritiatus cœtus, dicit vicissim, se habere Episcopos, & Archiepiscopos, tanquam Apostolorum successores, simulque imitatores diuersis titulis, diuerso tempore consideratos fuisse, vt summos Sacerdotes, Sanctissimos Pontifices, Papas, Legatos, Columnas Ecclesiæ Thronos Dei, eiusque Præcones, & interdum titulo Eminentissimi à S. Gregorio honoratos fuisse legitur *lib. 2. Epist. Epistola 17. eiusdem Sanctissimi Pontificis*, de qua Baronius *tom. 9. anno* 783. *& lib. 4. Epistola* 11. *& lib. 8. Epistola* 7. 8. 37. *&* 38. & post alios Pacis Iordanus *de titulis Episcoporum Præludio primo*, & omnium supremorum Ordinum Ecclesiasticorum, Episcoporum esse caput, habetur *in cap. Cleros. 21. dist.* & nullum maiorem ordinem reperiri 2

tiri in Ecclesia Dei & culmen dignitatum appellari dicitur *in cap. innotuit de electione cap. nisi cum pridem de renunciatione cap. Venerabilis de præben.* Barbosa *alleg. 1. num. 12.* & Summus ipse Romanus Pontifex, non dedignatur Episcopum se appellare, huius tamen dignitatis tituli, sunt Illustres *cap. finali de sententia & re Iud. in 6.* & arbitrio hominum fuit datus titulus Illustrissimi, ad notata per Menochium *lib. 2. de arbitriis casu 68.* imò non Illustrem, sed similem Illustrissimi personæ dicit Baldus *in l. ad similitudinem Cod. de Episcopis & Clericis*, ac personas egregias, reputari excelsasque personas, & [illegible]ctabiles, ait
3 Mauritius Alzedo *de dignitate Episcopali in praxi cap. 48.* & ante Bullam Sanctissimi Domini Nostri Vrbani VIII. qua dignitate Eminentiæ decorauit Cardinales, Episcopi solo titulo Reuerendissimi decorabantur; Cardinales verò Illustriss. & Reuerendissimi, postmodum dato titulo Emi-
4 nentissimi Cardinalibus, vsurpauerunt Episcopi Titulum Illustrissimi. Ergo si Patritij Surrentini hoc titulo suum Archiepiscopum honorant, nullam ei iniuriam faciunt præbentes eidem Titulum debitum: denegantes Titulum vsurpatum, eique non competentem donec scil. à S. Congregatione rituum fuerit determinatum, ergo cur
5 subiiciuntur interdicto personali & ingressu Cathedralis priuantur illi, qui nullum commiserunt peccatum, nullamque iniuriam Archiepiscopo prædicto intulerũt nullam ergo habet causam edictum, nullius roboris, & authoritatis erat, nihilque timendum tutaque conscientia posse ingredi Patritios prædictos Cathedralem nullus negabit.

Secundò debet Archiepiscopus Surrentinus re-
6 cordari quod habetur in Pontificali Romano *capite 4.* ibi quando Episcopus ambulat vel equitat per suam Ciuitatem vel Diœcesim, manu aperta singulis benedicit, & si est Archiepiscopus crucem etiam ante se deferri, faciat; ambulauit per Ciuitatem Surrentinam Archiepiscopus, populo minime benedicens, sed capite tecto, pileum super oculos tenens, mere quorundam Bannitorum aut inimicorum, non salutans, caputque non aperiens suis subditis, quos iure cuiusdam dominij non officij, & dignitatis regere prætendit, ad Iter diuinæ legis, ergo ad quid lamentatur Ar-
7 chiepiscopus de Surrentinis Patritiis, quos non vt filios vult habere, cum non se gerat vt Pater, sed, vt Vassallos, & seruos: immemor ergo fuit dignitatis suæ, immemor ceremonialis Romani Populo non benedicendo & prætendit ab eisdem, vti pater honorari; debet enim Archiepiscopus, ex Paulo ad Titum *cap. 1.* sine crimine esse irreprehensibilis & glossa interlinearis 1. ad Timotheum *cap. 3.* & Gratianus *in cap. vnum granum §. non autem 25. dist.* Debet Episcopus ita se gerere, vt non sit obnoxius reprehensioni, ergo cum Archiepiscopus Surrentinus reprehensione sit dignus, ex quo deambulans per Ciuitatem cum cruce ante se, non solum Populo non benedixit, sed etiam capite cooperto per medium Patritiorum quorundam transiuit, & salutatus Titulo Reuerendissimi sibi competente &
8 non abutendo nihil aliud dixit nisi (*alla gratia*) reprehensione est dignus, fecitque contra S. Pauli dictum atque præceptum qui prohibet Episcopum non esse iracundum quæ iracundia definitur accensio Sanguinis circa cor, ad appetitum vindictæ S. Thom. 2. 2. *quæst. 158. art. 1.* Sylvester cæterique Summistæ *in verbo ira* & ex hoc ad edictum hoc propalandum accessit Archiepiscopus dignus reprehensione, & Patritiis in nihilum cooperantibus.

Tertiò Ex hoc edicto à Reuerendissimo Ar- 9
chiepiscopo emanatum acquisitum fuit Patritiis Surrentinis actio, quod eos libello famoso infamauerit, sub specie monitorij, ad exemplum eius, quod regiſtretur apud Farinacium *Consilio criminali 30.* de illo inquam qui sub specie voti affixit in Ecclesia libellum famosum cum iudicibus & testibus falsis, per quos fuerat accusatus, & dicebat votum fecisse vt ab illis liberaretur, qui fuit de libello famoso inquisitus ac punitus, sic Dominus Archiepiscopus iram conceptam ex lite Prædicatoris non potens contra Surrentinos Patritios alio modo propalare illam sub specie cuiusdam interdicti personalis, manifestauit, libellus enim famosus nihil aliud est nisi iniuria per scripturam 10
publicata. Farinacius *d. cons. 30. num. 101.* nec refert, quod versibus aut prosa vel historia aliquid dictum sit. Euerardus *cons. 40. num. 6. lib. 1.* Censalius *ad l. vnicam Cod. si quis Imperatori maledixit §. 2. num. 5.* vocat in edicto prædicto syndicos, electos Ciuitatis Surrentinæ, cæterosque Patritios eiusdem, ad vnum in satanam congregatos, salutis æternæ Immemores, ecce quod venenum 11
erumpit atque eructat vindictæ, non paternæ correctionis amorem ostendit atque demonstrat, redarguit iactantiæ nobilitatis, & iactantiam appellat quod proprio suo Sanguine Surrentina Nobilitas acquisiuit, iactantiamque vocat rem notoriam de Surrentina Nobilitate Encomia apud Historicos, & nobilitaria gentium decantata, de seditione redarguit Patritios prædictos syndicos, atque Electos, quod graue scelus ac facinus publicatum non sine labe peccati mortali, nec sine nota famosi libelli, vsurpari potuisse certum est, si titulum de seditiosis *in Codice legisset*, si Brunum, Boërium, Farinacium cæterosque de seditione tractantes perlegisset Reuerendissimus Archiepiscopus, titulum hunc Nobilibus Surrentinis non tribuisset, notabilem ergo iniuriam irrogauit per hoc edictum Surrentinis Patritiis. Quod sanè non feciſſet si modum formandi edicta per Pastores contra filios, & Oues proprias à sanctissimis Ecclesiæ Catholicæ Pastoralibus didicisset, non enim sic antiqui Canones concilia & Patres Ecclesias Regentes formarunt edicta, non sic S. Carolus Borromeus inter acta Mediolanensia, etiam inter grauissimas occasiones Iurisdictionales similia formauit edicta. Videant ergo Domini qualis finis Archiepiscopi fuit in edicto prædicto, ille quem habuit apud Farinac. deuotus, ille dum sub specie voti libellum porrexit famosum contra testes, & Iudicem sic cum non posset Archiepiscopus libellum facere famosum contra Patritios Surrentinos, alia occasione vti voluit, scilicet tali edicto, interdictum personale promulgando, iniuriandi potius causa, & venenum vindictæ quàm Zelum Pastoralem exer- 12
cendo: recordari enim debuisset, quod nomen Episcopi & Archiepiscopi est nomen dignitatis, & officij non autem dominij, & cuiusdam dispositæ authoritatis, ad notata per Azorium *p. 2. lib. 3. cap. 27.* & apud Summistas *in verbo Episcopus* ac per Pacem Iordanum *de titulis Episcoporum praludio 1. numero 9.* & se patrem esse non percussorem, noua enim atque inaudita est prædicatio quæ verbribus exigit fidem *cap. 1. dist. 45.* & iniquum est manus Deo sacratas iniuriosè contra spirituales filios armari, vt ex aliis reportat Barbosa *p. 1. de Episcopo, tit. 2. glossa 12.*

ſtatus enim Epiſcopalis eſt ſtatus perfectionis ex S. Thoma 2. 2. *quæſt.* 184. *art.* 4. *&* 5. & ſane ſta-
13 tus eſt perfectionis quæſitæ ad differentiam religioſorum ſtatus, qui eſt perfectionis quærendæ non quæſitæ, vti Epiſcopalis ſtatus S. Thom. *art.* 50. quod *Ioannis* 21. patet vbi Chriſtus Dominus Saluator noſter vocaturus Petrum ad Officium Paſtorale interrogauit eum, non ſolùm an ipſum amet, ſed an plus cæteris nec ſemel tantùm, ſed tertio ad inſinuandam enixam charitatem qua præditus eſſe debet, qui curam ſuſcipit Paſtoralem; daturus autem Conſilium paupertatis voluntariæ quam profiteretur Religioſus *Matthæi* 19. non ſuppoſuit perfectionem in accipiente, ſed quod fieret perfectus illud ſeruando, ſi vis perfectus eſſe, *vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus*, & ſic Epiſcopus eſt in ſtatu perfectionis quoad officium perficiendi alios. Religioſus autem quoad officium perficiendi ſe ipſum & ex S. Dionyſio *cap.* 6. *cœleſtis hierarchiæ*, Epiſcopus eſt, tanquam perfectior, Religioſus tanquam perfectus & ſic Eminentiſſ. Caietanus ad Diuum Thomam *quæſt.* 189. *art.* 3. ait ſtatus Epiſcopalis eſt ſtatus perfectionis alienæ, ſed ſtatus Religionis eſt ſtatus perfectionis propriæ.

Vnde Chryſoſtomus *lib.* 6. *de ſacerdotio, tom.* 5. ait ſi talem mihi aliquem adducat monachum, qualis vt ſecundùm exaggerationem dicam, Helias fuit, non tamen illi comparandus eſt, qui traditur populis & multorum peccata ferre com-
14 pulſus immobilis perſeuerat, & fortis.

Videat ergo D. Archiepiſcopus, qualia contra Surrentinos patritios publicauerit in ſuo edicto & an potius ſub ſpecie edicti libellum porrexerit famoſum contra Surrentinam nobilitatem, & an ipſe dignus ſit pœna, an præmio an zelo iuſtitiæ operatus, an vindictæ venenũ euomuerit, ſanctus enim Paulus 1. *ad Timoth. c.* 6. *& tota diſt.* 36. *&* 38. Epiſcopum prudentem debere eſſe oſtendit, vnde ſaluator noſter ait Apoſtolis: *eſtote prudentes ſicut ſerpentes*, eſt enim ars artium regimen animarum, *cap. cum ſit ars de atate, & qualitate*, quam & Salomon benè cognouerat, dum data ſibi à Deo optione petendi quod vellet, hanc vnam poſtulaſſe legitur 3. *Regum, cap.* 3. & Deus nedum ipſam ſed diuitias & gloriam ſimul adiunxit Salomon *cap.* 7. eſtque prudentia recta ratio gerendarum, cui ſunt contraria præcipitatio, inconſideratio, inconſtan-
15 tia, & negligentia. Immemor ergo non debuit eſſe Archiepiſcopus ſuæ dignitatis ad Tridentini decretum *ſeſſ.* 25. *cap.* 17. *de reform.* provt nec Surrentini patritij fuerunt immemores, at non debebat libellum famoſum ſub ſpecie interdicti contra
16 eoſdem publicare.

Dicit etiam S. Paulus Epiſcopum debere eſſe benignum ſcilicet omnibus paratum benignè reſpondere, ac patienter intrinſecè agere, licet opus, quod in aperto ſit, quandoque aliud requirat, ſic ſaluator noſter à ſeruo in maxilla percuſſus non præbuit ei alteram, ne qui fecerat iniuriam, augeret eam; ſed ait ſi iniuſtè loquutus ſum teſtimonium perhibe de malo, ſi autem benè cur me cædis? *Ioan.* 18. vnde debet eſſe benignus, & affabilis euitando ſuperbiam atque affabiliter admittendo ad ſe venientes, ſecumque tractantes, ſicut enim noui Catones rigidi erecti collo, ſeuero ſupercilio, affectataque grauitate, ab huiuſmo-
17 di cenſentur alieni poſt alios DD. citati.

Datur enim Epiſcopo dum conſecratur Baculus acutus in fine, rectus in medio, & retortus in ſummo, ad deſignandum, quod Epiſcopus, debet pungere Pigros, regere debiles, ſui rectitudine, & colligere Vagos, iuxta illud *Ezechielis cap.* 34. attrahat vagum, ſuſtentet languidum, ſimulet pigrum, Gauantus *in rubricas Miſſalis, tom.* 2. *tit.* 1. *num.* 6. *& part.* 5. *tit.* 3. *§.* 3. Tamburinus *de iure Abbatum, diſp.* 20. *quæſt.* 1. *num.* 4. *& quæſt.* 12. *in fine*, Diana *part.* 3. *tit.* 6. *reſol.* 36. & quia regimen 18
Epiſcopi eſt amoris, ideo datur anulus, quatenus ſuſcipit ſponſam Eccleſiam; non ergo dominij iure ac tyrannico quodam dominandi genere, ſed amore, & charitate debuiſſet D. Archiepiſcopus procedere contra Patritios Surrentinos & non famoſo quodam libello ſub ſpecie iuſtitiæ prætenſæ irrogatæ iniuriæ contra eoſdem venenum vomitare vindictæ.

Quartò dicit ſe habitu indutum Archiepiſcopalibus inſigniis crucem in contumeliã dignitatis, & propter rancorẽ, & odium quod contra nos fouet, &c. ad inſtar gentis Iudaïcæ dum Chriſtum Dominum illorum magiſtrum, Patrem, Paſtorem crucifigebant, ſalutabant illudentes. Aue Rabbi. En Dominus Reuerendiſſimus Archiepiſcopus ſub ſpecie recti Zelo iuſtitiæ impingit Iudæorum infamiam Patritiis Surrentinis. Hoc factum de indumentis Archiepiſcopalibus negatur, de iniuriis illatis, temere dicitur, nulla enim eſt iniuria dum ei titulus fuit illatus Reuerendiſſimi provt in primo diximus capite, contentus eſſe debebat. 19
Iniuria enim eſt quæ non iure fit, at quodnam ius extat, in quo dicitur alium eſſe dandum Epiſcopis titulum qualiter ergo, Iudæorum exemplo, Surrentini Patritij, Reuerendiſſimum Archiepiſcopum illudebant, niſi pro illuſione velit intelligere maleuolum ſuum animum contra charitatis affectum, procedendi erga Surrentinos, Patritios ſub ſpecie recti, & iuſtæ defenſionis, eos ſub ſatana congregatos, Sacrilegos, ſeditioſos, Iudæos appellare, & ad eorundem iniuriam ac imporperium, rancorem quem in animo geſtat propalare, venenum vomitans maledictionis qui eiſdem noluit vt eſt neceſſe, benedictionem impertiri. 20

Quintò dicit in proceſſibus fabricatis ad Sanctam Sedem Apoſtolicam tranſmiſſis, contineri, totum id quod in hoc edictum venenosè propoſuit, atque emouit, ſed qui ſunt iſti proceſſus; cum quibus fabricatis, quos adhibuit reſtes forſitan Clericos quoſdam paucos quos in officio manutenendos promiſerit ſi ad ſui libitum deponerent quod voluit, nulliter proceſſus fabricauit, nullos, atque inualidos declarandos eſſe ſperamus, ſi verum eſt fabricatos fuiſſe, quod non credo, quia non fabricantur proceſſus, Curiæ Romanæ mittendi, niſi validis adhibitis neceſſariis requiſitis, alias & Curia Romana totam machinam inualidorum actorum deſtruet atque nullos declarabit. 21

Sextò ſchiſmatis, atque hæreſis nota Surrentinos Patritios attingit. En Archiepiſcope Reuerendiſſ. hoc erat quod intendebas tuum eructare venenum contra eoſdem; ad hoc tendit tota edictalis hæc machina ſc. ſchiſmaticos, hæreticos, Iudaïzantes, ſacrilegos, ſatanicos & ſeditioſos appellare Patritios Surrentinos in hoc edicto; ecce libelli famoſi eſſentialia requiſita: ecce adimpletum Conſilium Farinacij 30. Ecce puniendum Archiepiſcopum ex libello famoſo ſub Zelo iuſtitiæ factum ad venenum vindictæ publicandum, 22
non ad paternum amorem oſtendendum.

Septimò dicit imitari Magiſtrum, & Dominum Noſtrum Ieſum Chriſtum qui flagellis eiecit è templo; at rogo Reuerendiſſimum Archiepiſcopum qualem iniuriam fecerunt Surren-

tini

imitati dicit, qui cum vocatus fuiſſet dæmonium tini Patritij in Eccleſia ſuæ Diœceſis, Chriſtum habens, ſeductores non eiecit à templo, ſed dum Templum inanimatum offenſum vidit, tunc eiecit à templo, funiculis, &c. vnde paſſus iniuriam verbalem; localem Eccleſiæ non paſſus, funiculis eiecit in caſu noſtro nihil tale eſt, ſed ſolum venenum, propalandi animo hoc fecit edictum, vtinam imitaſſet Dominum Noſtrum Ieſum Chriſtum in manſuetudine cæteriſque virtutibus vt ſe aſſerit, vtinam prudentia imitaretur cæteros Epiſcopos atque Prælatos qui ſimilia non propoſuerunt edicta, in manibus dum habuerunt occaſiones, infamando oues ſibi creditas ad ſalutem, pluribus atque pluribus grauiſſimis facinoribus, de quibus in edicto prædicto quæ *ſuprà* ponderauimus.

23 Octauo interdicitur ſyndicis atque Electis, pro nunc ingreſſus ad Cathedralem, ecce intenditur in præſenti Archiepiſcopus ſpoliare Ciuitatem Surrentinam celebri quadam prærogatiua quam habet, vt *in prima die Maij* tempore quo Prælato, datur obedientia, per ſuum Clerum, vt ſedeant Syndici, & Electi in ſuis ſellis peculiaribus poſt Capitulum quod vt faceret cauſam non habens, iterum litem proponendi, quas quotidie nouas adinuenit, hanc proponere erubuit, ſed figurato, ac quæſito colore edictum hoc propoſuit. Videant ergo Domini iudicantes, & conſiderent cauſam huius edicti.

24 In quo ſunt plures nullitates commiſſæ, contenti ſumus in præſenti eam proponere, quæ ex defectu citationis oritur. Quæcumque enim cenſura ligat, præuia admonitione, Reus enim eſt primo loco admonendus, non enim poteſt quis cenſura ligari, niſi Eccleſiam non audierit, & ſit contumax, *cap. Romano de ſententia excommun. in 6. cap. ſacro approbante Conc. 48. de ſent. excomm.* Diana *p. 5. tract. 9. reſol. 18. & reſol. 19. & 55.* cuius licet contrarium videatur tamen ex
25 errore Impreſſores fuiſſe, dicit ſumma Dianæ *in verbo cenſura num. 24.* cenſuram etiam publicat, atque promulgat in cauſa propria, quod ſanè prohibetur ille enim, qui habet poteſtatem ferendi cenſuras non poteſt ea facultate vti in cauſa propria, cum in propria cauſa nullus poſſet eſſe iudex, *cap. inter querelas 23. quæſt. 4.* Et licet per modum iuſtæ defenſionis Innocentius *in c. dilecto filio de ſentent. excommunicationis in 6.* permiſerit, non per modum iudicis, ſed per modum defenſionis in inuaſum, excommunicationem inferre in cauſa propria, vim vi repellendo, tamen id procedit, vbi cauſa eſt adeo manifeſta; vt negari non valeat, nec examinari oporteat, ad notata per DD. apud Dianam *p. 5. tract. 9. reſol. 52.* quod fuiſſe ſcriptum tempore D. Nuntij Alterij à D. Petro Carauita in caſu quo cenſuram publicauit ſine citatione contra offendentes Palatium Nunciaturæ vbi confugerant quidam quæ de manu ſatellitum effugere procurarunt captiuum, D. Nuntius Alterius excommunicationem publicauit, nemine citato fuit bene probatum eſſe nullam excommunicationem prædictam & agebatur de re notoria, ſed quia non fuit ſtatim vim vi repellendo fuit dictum requiri citationem. at in præſenti nullum tale facinus, vt commiſſum, à ſyndicis, atque electis, Surrentinis, ergo nulliter in edicto pri-
26 uantur ingreſſu Cathedralis Eccleſiæ Surrentinæ.

In aliquo enim excommunicando atque interdicendo aliaue cenſura feriendo, citatio requiritur perſonalis & facienda coram perſonis idoneis ad teſtificandum per quas ſi neceſſe fuerit, poſſit probari, *d. cap. ſacro.* Riccius *tom. 1. in praxi reſol. 454.* Maceratenſis *lib. 1. var. cap. 71. num. 2. 6. & 7.* Borrellus *in ſumma deciſionum tit. 44. de citatione num. 184.* Barboſa *in cap. ſuſceptis num. 18. de cauſa poſſ. & prop.* Gutierrez *Can. quæſt. lib. 2. cap. 16.* quod etiam procedit in facto Notorio vt ex Couar. Soccino, & Card. Tuſch. dicit Franc. Baronius *de citationibus, quæſt. 17. num. 50.* qui loquitur *de ſententia excommunicationis Reipublicæ.* Florentinæ quæ fecerat ſuſpendere Archiepiſcopum Piſanum, etenim fit citatio ad dicendum cauſam quare, &c. Nam ad validitatem cenſuræ, excommunicationis &c. requiritur monitio, & citatio. Nam poſt monitionem factam, vt pars ſe abſtineat, vel ſatisfaciat, vt ad ſententiam excommu- 27
nicationis deueniat, eſt neceſſaria citatio, qua vocetur. Reus ad iudicium, & ad factum Notorium, licet trina monitio non requiratur tamen vnica citatio requiritur ſuper diſcuſſione eiuſdem Notorij; & citatio per edictum eſt remedium ſubſidiarium non conceſſum niſi in ſubſidium & caſibus particularibus, de quibus latè Baronius 28
tom. 2. in add. ad quæſt. 8. de citatione.

Imò interdicto etiam perſonali requiritur Canonica monitio Nauarrus *cap. 27. num. 187. in cap. alma mater p. 2. §. 2. num. 1.* Suarez *diſp. 36. ſect. 4.* 29
Franc. Antonius Blundus *de cenſuris diſp. 7. de interdicto art. 4.* & licet priuata perſona poſſit interdici, non tamen totus populus vel totus cœtus ſyndicorum & electorum, niſi ex graui cauſa, quia pœna debet eſſe proportionata culpæ, iuxta illud *Deuteronom. 26.* iuxta menſuram delicti erit, & plagarum modus, & licet culpa non debeat eſſe commiſſa ab omnibus de Populo *cap. ſi ſententiam de ſententia excommunicationis in 6.* debet tamen illa culpa eſſe communis, alio modo ſcilicet ſi ſit delictum Domini, vel Rectoris Populi ſecundò ſi ſit communitatis vt rales eſt, ſcilicet vniuerſitatis. Tertiò vt ſit delictum maioris partis communitatis licet non fiat nomine communitatis. DD. citati at rogo Reuerendiſſ. Archiepiſcopum quodnam delictum commiſſum fuit à Syndicis & Electis Surrentinis, vt eos Cathedrali priuauerit; Neque hoc eſt interdictum, quia non priuat niſi certo tempore ſacrificij prædicti, poterant, & nunc poſſunt ingredi, ſicut, & in cæteris Eccleſiis, videte ergo quod cauſa huius edicti non fuit alia, niſi priuandi Syndicos, & Electos pro tali die illo honore ſedendi cum ſuis ſellis in loco Eccleſiæ Cathedralis, ſicque nouitatem facere voluit Archiepiſcopus non interdicere, quia nulliter feciſſet.

Sperant ergo Patritij Surrentini quod Reuerendiſſimus Epiſcopus his viſis interdictum nulliter ſtatum reuocabit aliàs meminiſſe oportet Reuerendiſſ. Archiepiſcopum dictum Gregorij 30
homilia 26. in Euangelia relatum à Gratiano *Canone 1. & canone non ſolum 13. quæſt. 3.* vt ſententia Paſtoris ſiue iuſta ſiue iniuſta ſit timenda; non dixiſſe Gregorium quod ſit ſeruanda, ſed quod timenda ſit: ſed à quo? ſcil. iuſta ab excommunicato, iniuſta ab excommunicante; quia quando Epiſcopus excommunicat aliquem iniuſtè, tunc incurrit in eandem ſententiam excommunicationis, *cap. ſacro approbante Conſilio 48. de ſent. excomm. in 6.* & ita poſt alios Paſſarinus *de pollutiane Eccleſiæ diſp. 8. cap. 10. num. 5.* Caramuel *in Theologia fundamentali, fundam. 66. §. 50. n. 1304.*

DISCEPTATIO LXIII.

SVMMARIVM.

1 *Facti species proponitur.*
2 *Capitula matrimonialia quondam Illust. Principis Bitetti cum Ill. Principe Misagni ponderantur.*
3 *Casus, qui de facto contingit præmissus fuit, vt* in num. 3.
4 *Testamentum quondam Principis Bitetti consideratur.*
5 *Controuersiæ causa, de qua agitur, affertur* numero 5.
6 *D. Dominici de Angelis prætensio in præsenti qualis sit.*
7 *Substitutio facta per quondam Principem Bitetti adducitur.*
8 *Substitutionis prædictæ casus quomodo contingit, affertur.*

DE EADEM RE

1 FACTI species disputanda proponitur, quod *die* 15. *mensis Iunij* 1661. in Ciuitate Bitetti Illustriss. D. Don Flaminius de Angelis Princeps dictæ Ciuitatis Bitetti vnicam filiam habens D. Victoriam de Angelis Carrafam natam ex ipso, & D. Emilia Carrafa iam mortua prima coniuge, & ex D. Victoria Capana secunda coniuge duas alias filias habens D. Margaritam, & D. Antoniam; nuptui D. Victoriam tradidit D. Nicolao de Angelis Principi Misagni filio quondam D. Ferdinandi de Angelis fratri Germano dicti quondam Principis Bitetti, pro cuius matrimonij dote, constituit scutos 30000. hoc modo videlicet, scutos decem mille tempore matrimonij, alios scutos quinque mille infra annum à die contracti matrimonij prædicti, & reliquos scutos decem mille, ad complemẽtum scut. 30000. sequuta morte dicti Principis Bitetti Patris atque dotantis, & interim absque vllo interesse, & hoc quando moreretur Princeps dotans cum filiis masculis legitimis naturalibus ab ipso nascituris, nam si contingeret mori sine filiis prædictis, volebat Princeps non solui dictos scutos 10000. & quod dicta D. Victoria succederet in feudis, & in dictis Capitulis promittebat omnia bona feudalia etiam titulata &c. præsentia, & futura, libera ab omni onere, exceptis intrinsecis ex natura feudorum debitis, quæ feuda ex tunc in Capitulis prædictis obligauit, vt in Capitulis *num.* 8. *in fine;* Quod matrimonium fuit contractum ad vsum Nidi, & Capuani, *vulgo alla noua manera*, cum renunciatione successionis adinuicem, & etiam filiorum dicti matrimonij, si moriatur deinde in pupillari ætate, vel ab intestato quandocumque sine filiis legitimis, & naturalibus, & cum aliis pactis, &c. vt in Capitulis *num.* 11. & 12. constitutione antefati *num.* 13. renunciationis promissione in amplissima forma *num* 14.

2 Verum quia in dictis Capitulis *num.* 19. & 20. habetur, quod in casu, quo dict. Princeps Bitetti dotans haberet, vel procrearet postea filios masculos, & illi post mortem Principis morerentur in pupillari ætate, volebat, vt immediatè succederet in feudis etiam titulatis dicta D. Victoria, & filij masculi eiusdem D. Victoriæ, & *num.* 18. dixit, & in casu, quod moreretur dict. D. Nicolaus Princeps Misagni sine filiis masculis, vel quod illi morerentur in pupillari ætate, voluit Princeps Bitetti, vt ei liceat grauare sua feuda transferenda, ac deuoluenda, in beneficium dictæ D. Victoriæ, vt suprà, & provt sibi placuerit, & placet in beneficium lineæ masculinæ domus de Angelis, omni etiam modo, vt poterit, & placuerit, & hoc grauamen licitum sit imponere etiam pro suis hæredibus in dispositione, quam faciet, antequam moreretur, hæredes ipsos grauando, vt dicto casu succedente, intelligatur factum grauamen prædictum, pro summa, quantitate, & modo, vti disponet dictus Princeps Bitetti, tali eueniente casu, & *vt in dict. num.* 18. *in fine.*

3 Et in casu, quo decederet post eius mortem dicta D. Victoria filia absque filiis, aut cum filiis; & illi morerentur in pupillari ætate, vel post quandocumque ab intestato, & sine filiis, sit etiam in eius libera potestate grauare dicta feuda, disponere, & vinculare burgensaticum ad beneficium personarum ad quas videbitur, & placebit, *n.* 19. *in fine.*

4 Et cum contigisset casus mortis Principis Bitetti de mense Augusti 1661. die octaua non relictis, nisi dictis tribus filiabus, scilicet D. Victoria de Angelis Carrafa nupta cum Principe Misagni, & D. Margarita, ac D. Antonia de Angelis Capana natis ex eodem cum dicta D. Victoria Capana secunda coniuge, apertoque testamento *die* 14. *eiusdem mensis num.* 1. & 2. in testamento reperitur instituisse hæredes dictas suas filias, scilicet D. Victoriam Principissam Misagni filiam primogenitam, & D. Margaritam, ac D. Antoniam de Angelis filias secundogenitas inter se sorores consanguineas, & hoc in bonis burgensaticis, ita tamen, vt talis dispositio in nihilum derogare intelligeretur conuentioni habitæ in Capitulis matrimonialibus cum Principe Misagni, & dicta Principissa D. Victoria, vt in testamento *num.* 7. & 11. dixit, atque disposuit, quod in casu, quo dictus princeps Misagni moreretur sine filiis masculis legitimis, & naturalibus ex suo corpore, vigore facultatis in Capitulis reseruatæ, grauando feuda Bitecti, Cegliæ, Carbonariæ, & Binecti pro summa scutorum centum mille soluendorum, vocatis à se, scilicet D. Dominico de Angelis, & suis filiis masculis, & filiis quondam D. Consiliarij Antonij de Angelis semper vocando sibi proximiorem, & talibus extinctis lineis masculinis, scilicet dicti Dominici, & quondam Antonij, voluit dari filiabus fœminis suis superstitibus, exclusis filiabus fœminis cuiuscumque alterius lineæ, & non existentibus dictis tribus filiabus suis voluit dari scut. 50000. Sacræ domui A.G.P. Neapol. & scutos 20000. Ecclesiæ, & PP. discalceatis S. Augustini Terræ Carbonariæ, & alij scuti 10000. Ecclesiæ S. Dom. Ciuitatis Bitecti, & alij scuti 10000. Capitulo eiusdem Ciuitatis, & alij scuti 10000. diuidi iussit in casibus, de quibus suprà, inter Parœciales Ecclesias Cegliæ, & Carbonariæ, vt *in dicto testam. num.* 11.

5 Casus euenit, quod mortuo Principe Bitecti remansit D. Victoria primogenita nupta cum D. Principe Misagni, quæ mortua tandem est, nullis filiis relictis, & dict. Princeps Misagni accepit in vxorem D. Victoriam Capanam, quæ fuerat vxor dicti Principis Bitecti sui patrui, cum qua liberos procreauit, vel procreare sperat.

Prætendit, & iuridicè, D. Dominus de Angelis,

lis, vtpote à teſtatore vocatus in grauamine feudorum, & cum prælatione ad alios conſanguineos, de quibus ſuprà, eſſe factum caſum ſuæ legitimæ petitioni ſcut centum millium, vigore facultatis reſeruatæ in Capitulis matrimonialibus inter Principem Bitetti, & dictum Principem Miſagni, & poſtea diſpoſitione completa, atque peracta correlatiua ſemper ad dicta Capitula matrimonia, vt in teſtamento *dict. num.* 11. & in Capitulis *num.* 18. *&* 19. quia ex dicto matrimonio inter Miſagni Principem, & D. Victoriam de Angelis Carrafam, nulli nati ſunt filij, & ſic euenit caſus, de quo *ſuprà*; è contra pro parte Principis Miſagni dicitur filios intelligi in grauamine negatiuo poſitos, ſcilicet ſi non naſcantur ex primo, vel alio matrimonio ex corpore eiuſdem, non habito reſpectu ad matrimonium cum D. Victoria contractum, ſed ad omne aliud in futurum contrahendum, cum ergo hic caſus non euenerit, dicit Miſagni Princeps vanam, & aëream eſſe prætenſionem dicti Domini de Angelis, & ſucceſſiuè excludendum à limine iudicij propoſi-
7 ti, vel proponendi.

Et quia ab eodem principe Bitetti D. Flaminio de Angelis in ſuo teſtamento, de quo *ſuprà*, *num.* 8. dictum fuit, quod morientibus D. Margarita, & D. Antonia ſuis filiabus, in pupillari ætate, vel poſtea quandocumque ſine filiis legitimis, & naturalibus ſuccedere debeat Princeps Miſagni ſuus Gener, & nepos, eoque principe Miſagni moriente ſine filiis maſculis legitimis, & naturalibus ex ſuo corpore deſcendentibus, ſuccedere debeat, & valeat proximior familiæ de Angelis, excluſis omnibus aliis, & ſolùm incluſo D. Domino de Angelis ſuo fratre Conſobrino, ſiuè Patruele, ſuiſque filiis natis, & naſcituris maſcu-
8 lis in perpetuum, *dict. num.* 8.

Cum ergo fuiſſet factus caſus, quod ex dictis filiabus, mortua ſit D. Margarita de Angelis Capano annorum quinque vigore ſubſtitutionis factæ à Principe Bitetti *die 6. menſis Octobris* 1661. comparuit Princeps Miſagni, & petiit declarari hæredem pro tertia parte vigore ſubſtitutionis prædictæ, idque fuit ordinatum, vt ex dicto decreto præambuli, at dicit D. Dominus de Angelis, ſubſtitutionem fuiſſe factam D. Margaritæ, &c. & poſtea moriente Principe Miſagni ſine filiis maſculis, &c. ſuccedere debere D. Dominum de Angelis, at talis diſpoſitio eodem modo conditionaliter concepta, vt *ſuprà*, & per eadem ferè verba intelligi debet, moriente ſine filiis ex dicta D. Victoria de Angelis Carrafa filia primogenita dicti Principis Bitetti, ergo cum hic caſus euenerit, dici debet eſſe factum caſum etiam, quoad ſucceſſionem, reſpectu dicti D. Dominici, cum ex dicto matrimonio non ſint filij nati, ſcilicet ex dicto Principe Miſagni, & D. Victoria nunc eſt factus caſus ad beneficium ſuum; de his ergo diſputandum eſt, & ſanè, ſine vlla verborum iactantia conſiderantibus facta ſcilicet Capitula, teſtamentum, & alias litteras, quas legi, & vidi oculis propriis, ſuo tempore præſentandas, incumbit dicere, quod aſſero ad fauorem D. Dominici, vt *infrà*, primo loco agam de caſu grauaminis feudorum; ſecundo loco de ſucceſſione D. Margaritæ, &c.

SVMMARIVM
PRIMI CAPITIS.

1 *Diſpoſitio quæcumque de filiis mentionem faciens intelligitur de illis ex primo matrimonio.*
2 *Conſuetudo diſponens dotem apud Virum remanere muliere ſine liberis decedente, intelligitur de liberis communibus.*
3 *Text.* in l. ſi filius à Patre §. ſi quis ex certa, ff. de liberis & poſth. *ponderatur.*
4 *Principis Bitetti verba in caſu mortis Principis Miſagni ponderantur.*
5 *Teſtamentum de quo in præſenti relatiuum eſt ad Capitula matrimonialia.*
6 *Æqualitas inter filios qualiter ſeruanda ſit.*
7 *Text.* in l. ſi vir vxori 61. ff. de condit. & demon. *ponderatur.*
8 *Text.* in l. matrimonij cauſa 21. ff. qui & à quibus *adducitur.*
9 *Text.* in l. vxori 3. ff. de argent. & aur. leg. *affertur.*
10 *Text.* in l. ſi inter virum 24. ff. de pactis dotal. *adducitur.*
11 *Verba cuiuſcumque conceſſionis ita attendi debent vt prænaleat mens verbis.*
12 *Verba non tam attenduntur, quàm euentus rei.*
13 *Diſpoſitionis verba, de qua hic comprehendunt ſolum filios ex primo matrimonio.*
14 *Statutum deferens locum dotis marito, ſi mulier decedat ſine filiis, intelligitur ex primo matrimonio, non ex alio.*
15 *Priuilegium conceſſum marito, vt conueniatur ad dotem reſtituendam in quantum facere poteſt, comprehendit filios primi matrimony.*
16 *Filius hæres inſtitutus ex certa vxore qualiter intelligatur.*
17 *Vxor relicta vſufructuaria de prima intelligatur, non de ſecunda.*
18 *Text.* in l. ſi quis ita, §. ſi quis cum ignoraret, ff. de teſtamentaria tutela ponderatur *ad propoſitum.*
19 *Legatum factum Cognatis, de quibus intelligatur.*
20 *Diſpoſitio copulatiua qualiter intelligatur.*
21 *Legatum conditionaliter factum duas habens res, quando ſolui debeat.*
22 *Librorum nomen ſingulariter prolatum qualiter intelligendum.*
23 *Emphyteuſis conceſſa pro liberis, intelligitur de communibus, non de aliis.*
24 *Emphyteuſis qualiter dicatur contemplatione alicuius conceſſa.*
25 *Merita faciunt præſumi conceſſionem factam illius intuitu, qui meretur.*
26 *Statutum diſponens de lucro dotis, intelligitur de filiis communibus.*
27 *Gregorius Lopez* l. 2. tit. 15. partita 2. in verbo ſine liberis *adducitur ad propoſitum.*
28 *Text.* in l. Boues, §. hoc ſermone, ff. de verborum ſignific. *cum concordantibus adducitur.*
29 *Secundæ nuptiæ ſunt odioſæ reſpectu mariti, & nunquam cogitatæ.*
30 *Text.* in l. ſi nunquam C. de reuoc. donat. *non comprehendit filios ex ſecunda.*
31 *Paleaz locus* p. 1. de maioratu, quæſt. 48. *ponderatur.*

33 *Plures casus in Capitulis & Testamento Principis Bitetti considerantur.*
34 *Principe Bitetti moriente sine filiis masculis D. Victoria viuente quid disposuerit, affertur.*
35 *Principe, Bitetti moriente cum filiis masculis quid esset agendum adducitur.*
36 *Principe Mesagni moriente sine filiis masculis, D. Victoria superstite, quid dispositum sit.*
37 *Principe Bitetti ab intestato moriente, & sine filiis, quid sit dispositum.*
38 *D. Victoria moriente sine filiis quid disposuerit Bitetti Princeps.*
39 *Baldus* in Auth. qui rem num. 5. C. de Sacrosc. Eccles. *explicatur.*
40 *Clausula (pro quibuscumque hæredibus) quid importet.*
41 *Text.* in l. placet cum seq. ff. de liber. & posth. *adducitur, & explicatur.*
42 *Testatoris verba vtrùm referantur ad præsentia, vel etiam ad futura.*
43 *Legatum, vel fideicommissam relictum filiis alicuius, de quibus intelligatur.*
44 *Legatum factum vxori in tempus filiorum, intelligitur de communibus.*
45 *Principis donatio coniugibus facta, & eorum filio primogenito, de primo intelligitur.*
46 *Emphyteusis accepta per coniuges pro se, & filiis quomodo intelligatur.*
47 *Coniecturæ faciunt donationem, vel aliam cessionem pro filiis ex primo matrimonio intelligi.*
48 *Philippi Cammerata* responsio tom. 1. respons. 25. artic. 4. numero 57. *adducitur.*
49 *Doctissimi Larreæ decisio* tom. 1. disput. 53. n. 59. *pro nobis affertur.*
50 *Bottiglierij* theorema 106. n. 15. *adducitur in præsenti.*
51 *Cancerij plura loca adducuntur coniecturas admittens.*
52 *Donatio facta pro filiis ex certo matrimonio comprehendit solum ex primo.*
53 *Donatio facta filiis natis, vtrùm comprehendat nascituros ex alio matrimonio.*
54 *Maioratus constitutio quomodo pro filiis ex primo matrimonio censeatur facta.*
55 *Donatio facta à Patre contemplatione matrimonij, pro quibus intelligatur facta.*
56 *Donatio facta pro filiis ex secundo matrimonio non comprehendit filios ex primo.*
57 *Donatio facta per Mulierem filiis suis ex matrimonio qualiter intelligatur.*
58 *Donatio facta ab extraneo cessantibus coniecturis, quos filios comprehendat.*
59 *Cancerij decisio qualiter processerit.*
60 *Affectio quid operetur in dispositionibus.*
61 *Berengarij locus* in capite 1. de filiis natis ad Morganaticam *adducitur, & explicatur.*
62 *Donatio facta à Patre filio contemplatione matrimonij, & eius filius, de quibus intelligatur.*
63 *Vsusfructus mulieri relictus à viro sub conditione filiorum qualiter intelligatur.*
64 *Fontanella locus* tom. 1. claus. 4. glos. 9. p. 1. n. 9. *adducitur.*
65 *Textus* in l. si inter virum, ff. de pactis dotalibus, & l. si quid earum, §. fin. de leg. 2. *adducuntur, & explicantur.*
66 *Senatus Lusitani decisio apud Caldas Pereyram punctualis est in proposito.*
67 *Donatio per superuenientiam filiorum, qualiter, reuocetur, & de quibus intelligatur.*
68 *Fontanellæ distinctio in præsenti adducitur.*

ARGVMENTVM.

Dispositio de filiis loquens intelligitur de filiis ex primo matrimonio Text. in l. si filius à Patre, & l. si quis ex certa ff. de lib. & posth. *ponderatur. Æqualitas inter filios qualiter consideranda? Verba cuiuscumque concessionis qualiter sint intelligenda? Vxor relicta vsufructuaria de quo intelligatur? Emphyteusis concessa pro filiis intelligitur de communibus non de aliis? Idem in statuto de lucro dotis, & an, & quando donatio facta contemplatione matrimonij pro filius communibus censeatur.*

CAPVT I.

Vbi probatur Illustr. Principem Bitetti grauasse feuda, quando filij non nascerentur ex Principe Misagni, cum D. Victoria de Angelis Carrafa tantum, licèt ex alia deinde vxore nascerentur.

PRIMO igitur probatur, quia donatio, aut alia quælibet dispositio, aut concessio facta ab vno ex coniugibus, siuè ab aliquo dotante, aut donante, in qua fiat mentio de filiis, intelligitur de filiis communibus ex illo matrimonio, non de aliis per text. singularem *in l. cum vir 25. ff. de condit. & demonstrat.* vbi cum vir vxori quandoque liberos habebit, fundum legauit, si mulier, diuortio facto, liberos ex alio procreauerit, deinde soluto secundo matrimonio ad priorem maritum redierit, non intelligitur expleta conditio, & sic Bart. notat, quod si fiat mentio de liberis inter virum, & vxorem, intelligitur de natis ex eis, quod idem notat Bart. *in l. post dotem, ff. soluto matrim.* vbi habetur, quod consuetudo, quæ dicit dotem remanere apud virum, si mulier decesserit in matrimonio cum liberis, intelligitur de liberis ex eis natis, vt *in dict. l. cum vir. & l. si inter, ff. de pact. dotalib.* talis ergo loquutio ad filios ex alio matrimonio procreatos non extenditur, vt bene explicat Berous *cons. 49. vol. 1.*, Signorolus *cons. 37.* quia videtur facta concessio,

cessio, aut dispositio restricta ad filios certæ vxoris, & sic procedit textus *in l. si filium à Patre, §. si quis ex certa ff. de lib. & posth.* vt explicat Iason *in l. placet, num. 8. ff. de liber. & posth.* vbi Soccin. *col pen.* Paulus *cons. 52. num. 18. lib. secundo*, & est text. *in d. l. placet*, Menoch. *cons. 41. num. 36. vol. 1.* Franciscus Caldas Spereyra *lib. 3. quæst. 13. num. 31.* cum ergo in casu nostro dixerit Princeps Bitetti D. Flaminius de Angelis in Capitulis matrimonialibus *num. 8.* ibi : Et in casu, quod moreretur (quod absit) dictus D. Nicolaus Princeps 4
Misagni sine masculis, vel quod illi morerentur in pupillari ætate, vult dictus Princeps Bitetti dotans, quod liceat, & licitum sit grauare sua feuda succedenda ad beneficium dictæ D. Victoriæ quantum sibi placuerit in beneficium lineæ masculinæ domus de Angelis, signum euidens est tunc grauamen posse apponere, quando non sunt orti filij ex dicto D. Nicolao, & D. Victoria, sicque filij communes ex illo non ex alio matrimonio facto per dictum D. Nicolaum, & cum in testamento se referat, & disponat relatiuè ad Capitula matrimonialia ibi : *Con dechiaratione, che la presente mia volontà non alteri, ne debbia alterare &c.* euidenter colligitur dispositionem intelligi de filiis D. Nicolai natis ex D. Victoria de Angelis Carrafa, & non de aliis forsan procreandis. Quod sane nullum dubium habet si legatur, quod dicitur *dicto num. 19. in fine*, ibi : *Et in caso, che post mortem del D. P. di Bitetto dotante* (quod absit) *veniße à morte la detta S. Victoria senza figli, ò con figli, è quelli morißero in pupillari etate*, vel post quandocumque ab intestato, *è senza figli, sia ex tunc pro tunc anco in libera potestà di detto, D. S. P. di Bitetto grauare detti fendi, e disponere, e vincolare il Burg. à beneficio delle persone, che à lui prerà, è li piacerà, & il detto pacto di Capuano, e Nido, quatenus impediße, si intenda reuocato, si come, lo reuoca ex nunc*, vnde clarè apparet dispositionis casum esse factum, iuxta quod dotans disposuit, & in testa- 6
mento declarauit ; licet enim inter liberos iure naturali sit æqualitas seruanda fundata *in l. 77. §. dulcißimis de leg. 2. l. 4. C. communi diuidundo, l. fin. C. communia vtriusque iudicij*, vnde semper in dubio illa tenenda est regula, per quam liberi ad æqualitatem redigantur, Tiraquell. *de primog. quæst. 4.* Harmandus Pistorius *part. 2. quæst. 38. num. 71.* Carpzouius *dec. 81. num. 10. & 11.* quin imò semper præsumitur parentes inter liberos æqualitatem seruare velle, *l. illud 20. C. de collat. l. quæsitum 12. ff. de fundo instructo*, tamen, quando euidenter de mente disponentis contrarium apparet, imò quando iuris assistentia contrarium suadet, vt in præsenti nostro facto luce meridiana est clarius Puperum Bitetti sub illa conditione si sine liberis, potuisse filios dictæ D. Victoriæ, nulli dubium est æqualitatem, inter liberos D. Nicolai non considerasse, & seruare voluisse, vt in simili materia dixit Socc. *cons. 127. num. 23.* Harmandus Pistorius *lib. 1. quæst. 19. num. 11.*

7 Probatur secundo *ex l. si vir vxori, 61. ff. de condit. & demonstrat.* vbi si vir vxori ad tempus liberorum legauerit, intelligitur de procreandis ab eodem cum illa vxore, etiam post testamentum, nisi aliud testator expresserit, putà si expresserit testator etiam si ex alio post mortem suam liberos procreauerit, *l. sed si hoc 62. ff. de condit. & demonstr.* & facit text. *in l. matrimonij, causa 21. ff.* 8
qui, & à quibus, vbi matrimonij causa potest minor manumittere ancillam causa habendi eam in vxorem, & eam manumissam, ob hoc debet ducere, vbi matrimonij causa conceditur manumissio, intelligendo de eo matrimonio, quod fit inter manumittentem, & manumissam : ergo intelligitur ex filiis natis ex eo matrimonio, non ex alio, & ad hoc facit textus *in l. vxori 3. ff. de auro, & argento legato*, vbi vxori legauit Maritus eius 9
causa parata sunt, si ante mortem diuertit, quia adempta videtur Proculus ait, & facit textus *in l. si inter virum 24. ff. de pactis dotalib.* ibi : Nam 10
sufficit eos ex eo matrimonio nasci, in quo dos data est, igitur euidenter apparet conclusio nostra.

Probatur tertio, quia verba, siue concessionis 11
tenor semper sunt attendenda, cum illa sint, quæ animum, siue mentem concedentis declarent, & aperiant, vnde sunt intelligenda verba, non secundùm quod sonant, sed secundùm mentem, & intentionem proferentis, *l. non omnis 19. in principio, ff. si cert. pet. l. 3. § si quis hoc interdicto, ff. de itinere, actuque priuato, l. si ire oportet 13. §. aliud, ff. de excusat. tutor. l. non aliter 69. ff. de leg. 3.* quod enim de testatoribus ait I. C. *in dict. l. non aliter, §. vlt. de leg. 3.* idem in contrahentibus, & Tabellionibus dicendum est, vt plerumque abusiuè loquantur, nec propriis nominibus, & vocabulis semper vtantur, itaque euentus rei, de qua agi- 12
tur, spectari debet, Cuiacius *consult. 48.* Anton. Tassanus *de errorib. notar. cap. 4. l. sed Celsus, §. 1. vbi gloss. in verb. (sequendum) ff. de contrah. empt. cap. intelligentia 6. cap. præterea, de verbor. signif. l. 3. §. conditio, ff. de adimendis legatis, l. si mater 2. ff. ad Tertullianum, l. Dius 15. §. Item. senatus, ff. ad leg. Cornel. de falsis, l. penult. ff. ad exhibendum, l. si hominem 30. ff. mandati, l. si quis mihi 25. § sed si mandauit, ff. de acquir. hæred.* Bald. *in cap. fin. de offic. delegati*, Castrens *cons. 4. col. 2. vol. 1.* Iason *cons. 202. col. penult. vol. 2.* Tiberius Decianus *cons. 22. num. 41. vol. 4.* Vulteius *tom. 3. cons. Marpurgensi 31. num. 5.* Cosmus *in pragm. sanctio. in tit. de elect. in verb. mens, pag. 141.* Oldradus *consil. 9. num. 3. & seq.* vbi dicitur, quod quando verba attenduntur secundùm corticem, sumi debent, prout sonant, Nauarrus *in manuali cap. 23. numero 38.* Tiraq. *in l. si vnquam in verb. libertis, num. 48. Cod. de reuoc. donat.* Surd. *consil. 431. num. 35.* Cardin. Tusch. *tom. 8. lit. V, concl. 93.* Gonzales *ad regul. 8. Cancellariæ gloss. 48. num. 55.* Franciscus Molina *lib. 3. de ritu nupt. quæst. 85. num. 5.* vnde licet in omni controuersia, & causæ examine verborum prima ratio haberi debeat, Bald. *in l. si non conuicij, C. de iniur.* Mens tamen ex re subiecta, fine, & intentione cæteris circunstantiis maximè in dubiis relucens, nequaquam negligenda, sed verbis potius præferenda, Ias. *in l. 7. §. Prætor, ait n. 55. ff. de pact.* Zasius *cons. 12. n. 43. vol. 1.* Bald. *in l. omnes populi, num. 58. ff. de iust. & iure*, Gedeus *tom. 3. cons. Marpurgensium, cons. 26. num. 121.* Barbosa *cum suo Tabore lib. 19. de axiomatibus, lit. A, axiom. 16.* quod declarant Iason *cons. 180. num. 3. lib. 2.* Curtius sen. *cons. 48. col. 1.* Decius *cons. 199. num. 1.* Curt. iunior *consil. 20.* quod colligunt *ex cap. 1. de duobus fratribus à Capitaneo inuestitis*, concessionis verò 13
verba in præsenti, siue dispositionis solùm filios primi matrimonij comprehendunt, cum in ea dicatur, quòd morientes sine filiis possit grauare, quo quidem tempore Princeps Misagni contraxerat cum D. Victoria de Angelis Carrafa, igitur filij nati ex primo matrimonio tantùm sunt comprehensi, non autem ex secunda, cum filij

ex ſecundo matrimonio non dicantur ex dicta D. Victoria de Angelis, quæ ſane conſideratio, vt inuitabile argumentum præſtat occaſionem huius concluſionis, quia ſi intelligeretur aliter, vtique ſequeretur intellexiſſe de filiis naſcituris ex ſecunda vxore dicti D. Nicolai, quæ fuit vxor dicti Principis Bitetti diſponentis, vnde leges abhorrentes ſecundas nuptias locum non haberent in præſenti, propterea reſpondet Signorolus *conſ.* 37. *&* *conſ.* 68. & cum eo Iaſon *conſ.* 125. *numero* 4. *lib.* 1. quod ſi ſtatutum deferat
14 lucrum dotis Marito, ſi mulier decedat ſine filiis, intelligitur ſine filiis ex eo matrimonio, non autem ex alio. Idem reſpondit Romanus *conſ.* 231. *numero* 3. quo loco ait text. *in l. cum vir, ff. de condit. & demonſtrat.* ſingularem eſſe, idem ſentire videatur Soccin. iun. *in dict. l. cum vir*, ergo cum filij ex ſecundo matrimonio non dicantur filij ex D. Victoria iam vita functa, iuxta *leg.* 1. *§. fin. ff. de public. & vectigal.* bene ponderat Signorol. *d. conſ.* 37. *col. vlt.* non cenſeri comprehenſos.

15 Probatur quartò, quia quando lex ſub nomine qualitatis diſponit, valet argumentum de tanquam, *l. item etiam ff. quod cuiuſque vniuerſitatis nomine l. nam & Titius ff. de hæred. inſtit. l. debitor, §. vlt. ff. ad Trebell.* cum ergo conceſſio, ſiue facultas grauandi ſit concepta ſub qualitate D. Nicolai, & D. Victoriæ de Angelis Carrafa, ſequitur eſſe locum argumento de tanquam, ſed in caſu noſtro, reſpectu filiorum ſecundi matrimonij, non poteſt dici D. Nicolaus vir dictæ D. Victoriæ iam demortuæ: igitur non poteſt verificari conditio diſpoſitionis, ceſſat ergo diſpoſitio ipſa, reſpectu filiorum ſecundi, firma remanente reſpectu filiorum primi, *argum. l. vltima, ff. de Senatoribus, l. ſi mulier, §. vlt. ff. de Relig. & ſumpt. funer.* & ita hoc argumenti genere vſus eſt, Signorol. *conſ.* 69. *num.* 1. Pariſius *conſ.* 20. *num.* 43. *lib.* 2. qui ait, donationi locum non eſſe, cum qualitas in ea requiſita non concurrat, hinc pri-
16 uilegium conceſſum Marito, vt conueniatur ad dotem vxori reſtituendam in quantum facere poteſt, comprehendit filios illius primi matrimonij, non autem ſecundi, ita gloſ. *in l. etiam*, vbi Alex. *num.* 7. *ff. ſolut. matrim.* Soccin. ſenior *conſ.* 84. *col.* 4. *lib.* 1. Caſſaneus *conſ.* 53. *num.* 21. Idem ergo dicendum videtur in hoc caſu, vt concludit Menochius *conſ.* 41. *num.* 10. Barboſ. *in l. Maritum numero* 79. *ff. ſolut. matrim.* Molina *de ritu nupt. lib.* 3. *quæſt.* 11. *n.* 37.

17 Probatur quintò ex textu notabili *in l. filius à Patre, §. ſi quis ex certa, ff. de liber. & poſthum.* in quo loco reſpondit I. C. quod ſi quis ex certa vxore natum ſcribat hæredem, non intelligitur ſcripſiſſe filium ex alia vxore natum, & propterea ſecundus filius ex alio matrimonio, vt præteritus irritum facit teſtamentum, cum tamen fauore teſtamenti dicendum videretur, etiam filios ſecundi matrimonij, debere eſſe comprehenſos. Quod corroborat ex doctrina Angeli *conſ.* 51. quod incipit *Simon notarius*, vbi ait, quod ſi Teſtator ita diſponat, inſtituo ventrem vxoris meæ ſi prægnans eſt, ſolum inſtituiſſe dicitur in vtero exiſtentem, non autem ſecundo conceptum, & ſic in primo videtur conſideraſſe filios ex illo primo matrimonio conceptos, & cum Angelo ſentit Soccin. *in d. l. placet, ff. de liber. &*
18 *poſth.* & Paulus Picus *in l. Titia, §. Titia cum nuberet num.* 24. *ff. de leg.* 2. vbi diſtinguendo in ea Iuris quæſtionem, cum Teſtator reliquit vxorem vſufructuariam, vtrùm de prima vel de ſecunda intellexerit, diſtinguit Picus, quòd ſi Teſtator non habebat vxorem, de ea ſola creditur intellexiſſe, & ad eam ſermonem ſuum reſtrinxiſſe, cum forte eius benemerita conſiderauerit, ſic in ſimili videtur dicendum, quod cum D. Flaminius Princeps Bitetti conſiderauerit filios naſcituros ex dicta D. Victoria per conſequens eis non natis libera diſponendi facultas in fauorem D. Dominici de Angelis firma remanet, vt dicebamus.

Probatur ſexto ex textu *in l. ſi quis ita §. ſi quis* 19
cum ignoraret ff. de teſtam. tutel. vbi datio tutelæ eſt actus fauorabilis, & tamen non extenditur ad eos, quos Pater ignorabat habere, ex quo textu ita reſpondet Romanus *conſ.* 231. quod idem in ſubſtitutione reſpondet Decius *conſ.* 95. *num.* 7. & Tiraquell. *in d. l. ſi nunquam in verb. libertis n.* 29. *C. de reuoc. donat.* ergo idem in hoc caſu dicendum eſt, in quo adeſt iuſta ignorantia, ſiuè inueriſimilitudo apud donantem, ſiue dotantem, & ad hoc facit etiam textus, eiuſque ratio *in l. ſi cognatis, ff. de reb. dub. & in l. cum ita, §. vlt. de*
leg. 2. *& in l. interuenit, ff. de leg. præſtand.* vbi le- 20
gatum cognatis factum, intelligitur factum illis, qui à Teſtatore eo tempore cognoſcuntur, non qui ignorabantur, ea ratione, quia Teſtatoris affectio, erga incognitos illos nulla erat, & in legato ita facto reſpondet Roman. *dict. conſ.* 231. idem ergo dicendum videtur non competere dictam reſeruationem, ſiue facultatem grauandi in beneficium filiorum ſeruandi matrimonij qui à dotante non ſolum ignorabantur, imò veriſimiliter non præſupponebantur, quia eſſet maritum ſecundas nuptias incognitas, & funeſtas voluiſſe permittere, quòd in filiis ex eis, intelligeretur præmium reliquiſſe.

Probatur ſeptimò ex illa ratione, qua vtitur in 21
legato, Roman. *dict. conſ.* 231. *num.* 1. qui ait, quòd vna pars copulatiuè declarat aliam ſicuti vna pars alternatiuè iuxta *l.* 1. *ff. de reb. dub.* vbi Socc. cum ergo copulatio in facto noſtro facultas illa ſit reſeruata in beneficium D. Nicolai, D. Victoriæ, & filiorum eorum, intelligendum videtur de filiis primi matrimonij; non autem ſecundi, cum durante primo matrimonio atque ita D. Victoria viuente, cuius cauſa filij ſunt in donatione, ſiue in facultate reſeruata copulati cum Patre, non poſſunt habere filij ſecundi matrimonij, & ad hoc confert, quod ait Roman. ex Bart. *in l. ſi legatarius, §. 1. ff. de leg.* 3. vbi vir reliquit vxori omni anno ex tali fundo decem corbes frumenti, & decem libras, cum frumento ſolum debe- 22
ret eo tempore, quo colligitur, *l. Firmio, §. Pater, ff. quando dies legati cedat*, ita pariter pecunia eodem tempore præſumenda erit, ex eo quod vniformis debet eſſe determinatio, quod poſt Bart. dixit Soccin. ſen. *conſ.* 4. *lib.* 4. *num.* 10. Romanus *conſ.* 15. *num.* 7. *& conſ.* 98. *num.* 18. *lib.* 1. *& conſ.* 76. *num.* 9. *& conſ.* 84. *num.* 31. *lib.* 2. Curtius Iunior *conſ.* 5. *num.* 11. ita filij vnà cum Patre ſunt vocati, ſimulque cum D. Victoria matre, ergo eodem tempore veniunt ſed filij ſecundi matrimonij venire eodem tempore non poſſunt, ergo de illis intellexiſſe non videtur dotantem, ſine diſponentem, hinc dicebat Bart. *conſ.* 11. *lib.* 2. quod quando donatio eſt facta contemplatione vxoris, dum matrimonio coniungitur, filios comprehendit ex ea, vnde dicebat Bald. *in d. l.* 23
cum vir 25. quod verbum liberorum ſimpliciter prolatum intelligitur de illis propriis ex eodem

matrimo

matrimonio natis, provt decisum refert Fontanell. *clauſ. 4. gloſſ. 9. part. 1. numero 19. & ſeq.*

24 Probatur octauò, quia conceſſio emphyteuſis facta pro liberis, intelligitur pro liberis communibus illius matrimonij, quia vtriuſque coniugis contemplatione, præſumitur facta conceſſio Bart. *lib.2. conſ.137.* & ſic neque filium alterius matrimonij poterit comprehendi, ita Franciſcus Caldas Pereyra *lib.3. de emphyteuſi, cap. 13. num. 26. in fine*, vnde inferunt DD. quod ſi contingat emphyteuſim cencedi ſolius miriti contemplatione illi tantùm videbitur conceſſa, ita Bald. *in l. cum oportet, num.4. C. de bonis quæ liberis*, & poſt Bart. Iaſ. & alios *in l.ſed ſi plures, §.in abrogato ff. de vulg.* concludit Caldas *vbi ſuprà*, probabitur

25 verò viri contemplatione facta conceſſio, ſiue reſeruata facultas, quando ob eius ſeruilia Dominus obſequia teſtaretur concedere Bart. *in d.§. in abrogato, num.3.* Alex. Iaſ. & alij cum Rolando à Valle *conſ. 10. n.10. vol. 1.* in qua ſpecie dicatur emphyteutica conceſſio à Marito, cuius cõtemplatione conceſſa, eſt pendere, mirum non eſt, ſi ille filium vxoris nominare poſſit, quoniam non minus hic, quàm ille eſt eius filius, & conſequenter dilectus, *arg.l.3. C.de inoffic.teſt.* vbi tertius filius æquè dilectus dicitur à matre vocatus, licet non fuerit nominatus, quod notabiliter conſiderauit Albanus *conſ.85.num.4.* æqualis enim in parente conſideratur erga filios affectio, & charitas ſecundùm Bald. *conſ. 122. col. 1. vol. 1.* Federicus deſenis, *conſ.42.* Picus *in d.l.Titia, §.Titia, num.109. ff.de leg. 2.* Inducitur etiam viri contemplatione conceſſam fuiſſe emphyteuſim quando conſtat fuiſſe

26 benemeritum erga Dominum, Bart. *in d. l. cum opotet, num. 4. C. de bonis quæ liberis*, Alex. *conſ. 8. num. 3. lib. 2.* Addens in infante nulla poſſe merita conſiderari, quod idem voluit *conſ.89. num. 6. lib.4.* & Clar. *conſ.138. num. 2. lib.5.* Berengarius *l.in 4. num.66. ff.ad leg.falcid.* Palatius *in cap. per veſtras, de donat. inter virum, §.45. num.16.* quare cum in præſenti contemplatione D. Victoriæ de Angelis Carrafa ſine filiis decedentis ſit reſeruata facultas diſponendi non poteſt intelligi, niſi de filiis communibus, non verò de aliis.

27 Probatur nono ex Doctoribus loquentibus de ſtatuto diſponente, quod decedente vxore ſine liberis, maritus tertiam partem dotis lucretur, qui communiter intelligunt illam clauſulam (ſine liberis) ad communes liberos, non alterius matrimonij, & ſic filij communes patrem excludunt à lucro dotis, ita Ruin. *conſ. 63. num. 3. lib. 3.* Signorolus *conſ. 69. & conſ.264. num. 28. & de anno 1549.* ita iudicauit Rota Rom. *in collectis* apud Achillem de Graſſis *in deciſ. 12. ſub tit. de conſtit.* cuius meminit Fanucius *de lucro dot. pagina 192.* quo loco *num. 2.* vtiliter quærit in propoſito mulier ſecundo nubens filiis ſuperſtitibus ex primo matrimonio ſuſceptis deceſſit, nullis ex ſecundo procreatis, ſecundus maritus dotis partem petiit, intelligens ex verbo (ſi ſine liberis) ad filios communes ex illis non prioris matrimonij fore referenda, contra verò filij prioris matrimonij dicebant illa verba ſimpliciter de filiis agi, proinde non magis ad hos, quàm ad illos eſſe referenda, vt placuit Bellono *conſ.13.* qui intellexit, tunc demum non comprehendi filios alterius matrimonij, quando in ſtatuto reperiuntur aliqua verba reſtringentia diſpoſitionem ad filios certi matrimonij, ſcilicet quando fuit facta pro filiis vtriuſque mariti, & vxoris, vnde Signorol. *conſ. 69.* dicta verba dicit eſſe intelligenda de filiis communibus, quia filij communes ex eo coniugio Patrem à petitione lucri dotis remouere poſſunt, concordat Raynerius *conſ.61. num.13. & conſ.59. num.17. vol.3.* Brunus *de ſtatuto excluſiuo fœminarum, art. 6. quæſt. 27. col.3.* Socc. iun. *conſ.70. lib. 2.* Phanucius *de lucro dotis. gloſſ. 5. num.2. cum ſequenti pag. 94.* vnde Pariſius *lib. 2. conſ. 52. à num. 2.* dixit conceſſionem factam filiis certæ vxoris ad filios alterius vxoris non poſſe extendi, quia limitata cauſa, limitatum producit effectum, *l.in agris, ff. de acquir. rer. domin.* quod etiam obtinet, & procedit in materia fauorabili per text. *in l. filius à patre 78. ff. de liber. & poſth.*

Probatur decimò à Gregorio Lopez *in l. 2.* 28
tit. 15. partita 2. in verbo ſine filiis, col. 1. in fine, vbi ait, donationem Regiam nobili, viro factam alicuius Caſtri, ſiue villæ cum pacto, quod poſt eius mortem ſuccedat illius filius primogenitus ex certa domicella in vxorem ab eo ducta, vel ducenda, ceſſare illa ſine filiis decedente, & proinde natum ex ſecunda vxore à tali ſucceſſione repellendum fore, quæ notabilis eſt reſolutio, & in praxi vtilis, quæ propoſitam quæſtionem determinat, vt conceſſio, diſpoſitio, ſiue quælibet facultas reſeruata pro marito, & vxore, & vtriuſque filiis ſine dubio ad filios communes tantùm reſtringi, non alterius matrimonij: igitur facultas grauandi feuda in ſcutis 100. per Puperum Bitetti, Miſagni Principe ſine liberis decedente in beneficium illorum de Angelis intelligi debet, ſi deceſſerit ſine filiis natis ex D. Victoria de Angelis Carrafa ſua prima vxore, non autem ſi deceſſerit cum aliis.

Probatur vndecimò per regulam illam generalem, *l.Boues, §.hoc ſermone, ff. de verb.ſign.iuncta l. cum Pater §. Pater certam, ff. de leg. 2.* per text. *l. dotis promiſſio, verſ.fin. ff. de iur.dotium, l.inter ſocerum, §.fin. de pactis dotalibus*, Tiraquell. *in dicto §.hoc ſermone in 3. limit.num.12.* Surd. *tit.8.de alimentis, priuil. 31.* Caualcan. *de vſufruct. mulieri relicto num. 186.* Simon de Petris *lib. 4. dubit.10.* Peregrin. *de fideic. art.22. num.8.* Caldas Pereyra *lib. 3. quæſt. 13.* quæ quidem regula eſt, vt quæcumque diſpoſitio intelligatur pro primo actu, non verò de ſecundo, quod in caſu noſtro ita dicendum eſt, quia ſi intelligeretur dicta facultas reſeruata in caſu, quo Princeps Miſagni moreretur ſine liberis ex ſecundo matrimonio, vtique ſequeretur, quod talis donatio, comprehenderet etiam filios ſecundi matrimonij, vnde dotans cogitaſſet de ſecundis nuptiis, quæ alioquin ſunt odioſæ, quia cogitaſſet de prioris vxoris morte, & 30
triſtiſſimo euentu, qui ſpectandus non eſt, *l.inter ſtipulantem, §.ſacram, ff.de verbor.oblig. l.ſi quis poſthumum, ff.de liber. & poſth.* præſertim, quod in caſu noſtro Princeps Miſagni accepit in vxorem D. Victoriam Capana eiuſdem Principis Bitetti ſecundo loco vxorem, vnde ſequeretur, quod proprias odioſas ſecundas nuptias Princeps Bitetti voluiſſet admittere, quod inueriſimile eſt, vt in ſimili ponderauit Franciſc. Molin. *lib. 3. de ritu nuptiarum, quæſt. 11. num. 24.* Hinc patet, quod 31
diſpoſitio *l.ſi vnquam, C. de reuoc. donat.* non extenditur ad eum, qui expreſsè illius legis beneficio renunciauit, quando vxorem duxit, nam ſi poſtea alteram accipit, prima mortua filij ſecundæ, quia de his cogitatum non cenſetur, non efficiunt, vt donatio poſſit reuocari, quemadmodum maxima authoritate reſpondit Socc.iun. *conſ.126.*

*lib.*3. quem refert,& ſequitur Surd. *dict. priuil.*31. *num.* 3. Tiraquell. *in d. l. ſi unquam num.* 100. Perez *lib.*4. *ordinamenti tit.*62.§.3.*q.*15.*n.*30. Molin. *d. lib.*3. *quæſt.* 11. *num.* 25. vnde Pereyra *vbi ſupra num.* 27. concludit quod in conceſſione emphyteuſis facta coniugibus, & eorum filiis, non continentur filii ex ſecunda vxore de quibus non fuit cogitatum, ſed prioris tantum, quam ſententiam latiſſimè fundat, obiectis omnibus reſpondens, quod idem dicit *in tract. de renouat. emphyteuſis quæſt.*13. *num.*8. poſt Curtium *in tract. de feudis in princ. num.* 27. qui dicit in renouatione emphyteuſis à certis coniugibus facta præferri filios prioris vxoris propter ſuperiorem rationem.

32 Probatur duodecimo ex Paleaz *in tract. de maioratu part.* 1. *quæſt.*48. *num.* 5. qui ait, quod vbi Maritus ante mortem condidit teſtamentum, in quo facultatem conceſſit vxori ſecundum leges illius Regni, meliorandi vnum ex filiis, non expreſſe nomine vxoris, ſi interim ea vxor moriatur, & eam ducat, ex qua filios ſuſcipiat, & moriatur, nunquam poterit ſecunda hæc vxor in vim illius facultatis conceſſæ vxori in primo teſtamento, meliorare filios ſuos ex ſecundo matrimonio, & putat non licere huic ſecundæ vxori citat textum *in l. ſi quid earum*,§. *fin. ff. de leg.*3. & doctrina Bald. *in l. fin. Cod. de indicta viduitate tollenda*, quod ponderat Molin. *lib.* 3. *quæſt.* 11. *num.* 35. vnde concludendum puto cum eodem Molina *lib.*3. *quæſt.*11. *num.* 39. non eſſe recedendum ab hac communi ſententia, nec in conſulendo, nec in iudicando, in vno tamen caſu fuiſſent admittendi filij etiam ex ſecundo, quoties donans, dotans, vel reſeruans generaliter ante matrimonium nullius vxoris contemplatæ dediſſet filio, vel filiæ, tunc enim cenſerentur contineri filij primæ, & ſecundæ vxoris, quia ceſſat ratio affectionis, & intuitus perſonæ, cum qua matrimonium contrahendum eſt, ſic in ſimili DD. exiſtimant apud Menoch. *dicto conſ.* 41. vt ipſa declarat *num.*29.30. *& ſeq.*

33 Probatur vltimo ex facto, de quo agimus, in quo proponuntur plures modi, ſiue caſus, qui ſuccedere potuiſſent ſuper quibus omnibus ſuo vltimo elogio ſufficienter prouidit Princeps Bitetti.

34 Primus caſus præuiſus fuit, ſcilicet mortis ipſius Principis Bitetti abſque filiis maſculis ipſa D. Victoria viuente & in hoc prouidet, quod ſuccedat ipſa D. Victoria vti primo genita ibi verum moriendo ſenſa dicti filij *maſcoli non ſia tenuto, ne li ſuoi haredi ſiano tenuti al pagamento*, & vt *in num.* 8.

35 Secundus caſus præuiſus *in Capitulo num.* 17. ibi *s'è conuenuto*, quod in caſu, quod Princeps Bitetti moriatur cum filiis maſculis, qui poſt eius obitum decederent in pupillari ætate, quod immediate ſuccedere habeat ipſa D. Victoria in dict. feudis.

36 Tertius caſus eſt, quòd ſi moreretur Princeps Meſagni abſque filiis maſculis, aut illis in pupillari ætate decedentibus ſuperſtite ipſa D. Victoria ex facultate tunc ipſi Principi Bitetti reſeruata, grauandi eius feuda pro quanto, & vti ei placuerit in beneficium lineæ maſculinæ domus de Angelis, aut alterius, vt melius videbitur, qui fuit conſideratus etiam ſi Donna Victoria ſuccederet in feudis, vnde dum dicit, quòd moriente, ſine filiis D. Nicolao, reſeruauerat ſibi facultatem, intelligi debet de filiis ex dicto matrimonio tantum igitur, cum iam nati non ſint ex dicto matrimonio liberi, talis facultas cenſetur reſeruata, & diſpoſitionem factam eſſe in beneficium D.Dominici de Angelis, & ſuorum, &c.

Quartus caſus præuiſus, qui eſt tertius in Capitulis matrimonialibus ſcilicet mortis ipſius Principis Bitetti ab inteſtato, & abſque filiis maſculis, aut illis in pupillari ætate decedentibus, & prouidet quod in, eius hæreditate burg. pro æquali portione ſuccedat ipſa D. Victoria cum aliis ſororibus natis, & naſcituris, non obſtante renunciatione *in dictis Capitulis n.* 19. ibi, etiam caſu (quod abſit) veniſſe à morte il detto. [G. Principem di Bitetto ſenza far teſtamento laſciando figli maſcoli,è quelli moriſſero in pupillari ætate, conuengono eſſi Illuſt. Principe di Bitetti, è di Miſagni, che alli burg. debbiano ſuccedere pro æquali parte, & portione, la detta D. Victoria cum l'altre figlie femine nate, & naſciture da dict. G. P. di Bitetto.] 37

Quintus caſus, & vltimus, qui eſt quartus præuiſus in Capitulis matrimonialibus, ſcilicet ſi moreretur D. Victoria abſque filiis, aut cum filiis, illis tamen in pupillari ætate, aut poſtea quomodocumque, & qualitercumque ab inteſtato, & ſine filiis decedentibus poſt mortem dicti Principis Bitetti, ipſo Miſagni Principe viuente (& hic eſt caſus, qui euenit, & de quo diſputatur in præſenti) & hic reſeruata ſimiliter facultate grauandi feuda, & diſponendi, ac vinculandi burg. ad beneficium perſonarum, ad quarum videbitur, & placebit, qui quidem caſus remanſit prouidendus *num.* 10. ibi (& in caſu, quòd poſt mortem, &c.) vnde diſpoſitio facta eſt in fauorem communium filiorum, vt dicebamus. 38

Neque dicatur primò obſtare Baldi authoritatem *in auth. qui rem n.*5. *Co. de Sacroſ. Eccleſ.* vbi ait emphyteuſim conceſſam Marito, & vxori atque eorum filiis cenſerit conceſſam ad beneficium filiorum alterius matrimonij, & ſic non communium ſequuntur Paulus, & Soccin. *in d. l. cum vir, ff. de condit. & demonſtrat.* Boër. *d.* 276. Berous *conſ.*42. *num.*4. *vol.*1. Menoch. *conſ.*41. *n.*25 *vol.* 1. 39

Reſpondetur enim doctrinam Baldi procedere quando adeſt clauſula, quod Pater poſſit emphyteuſim alienare in extraneum, quæ poteſtas tunc demum dicitur conceſſa, quando adeſt clauſula (pro quibus dederis) vt tradit Curt. Iun. *conſ.*4. *num.*4. qui reſoluit hanc clauſulam eumdem prorſus operari effectum, quæ operatur clauſula (& pro quibuſcumque hæredibus) quod idem voluit Curtius Iunior *conſ.*109. *num.*11. *in fine*, & *conſ.*110. *num.*27. Menoch. *conſ.*41. *num.*26. etenim cum talem emphyteuſim poſſit Pater filiis inuitis in fauorem extranei, alienare, vt tradit Iaſon *in l.*2. *Cod. de Iure emphyt. num.*207. Tiraquellus *de retractu lignag.* §.11. *gloſſ.*6. *num.*22.& §. 32. *gl.*1. *num.*3. dubium non eſt poſſe eandem filio ſecundi matrimonij concedere, nec repugnat Boër. *quæſt.*201. quia loquitur quando Mulier donataria confert in ſecundum virum, eiuſque filios contra donantis mentem, & intentionem, vt explicat Ripa *in l. fœmina, num.*26. *Cod. de ſecundis nuptiis.* 40

Neque dicatur ſecundo, obſtare optimum Iuris Conſulti reſponſum *in l. placet cum ſeq. ff. de liber. & poſth.* vbi ſimplex Poſthumi inſtitutio abeo facta, qui vxorem habebat, prodeſt poſthumo ex alia ſecunda vxore naſcitura: igitur idem dici debet in donatione, vel facultate reſeruata, 41

ſi

si sine liberis, vt in simili arguit Molina *tib. 5. de ritu nuptiarum quæstione 11. numero 7.*

Respondeo enim id esse, quia in vtroque filio cadit eadem ratio affectionis, vt ibi per Iason *num. 1.* Boër. *quæst. 148.* Tiraquell. *in d. l. Bones, §. hoc sermone, limitat. 3. num. 5.* & ibi iure speciali decidit appellatione posthumi omnes venire posthumos, vt testatoris voluntas conseruetur, Gloss. ibidem, Bart. & alij, & idem Bart. *in l. si ita, ff. de auro, & argento leg.* vnde contrarium erit ius commune, vt idem Bart. *in l. si cognatis, ff. de rebus dubiis*, quoniam regulariter tempus testamenti attenditur, Petrus Pecchius *de testam. coniugum, lib. 1. cap. 3. num. 20.* Card. Mantica *de coniectur. lib. 8. tit. 7. num. 3. & tit. 15. num. 20.* qui expressè post alios considerauit testamenti fauorem, *d. l. placet, & seq.* imò dicta traditio, de qua suprà, non est semper vera, quia si testator tempore testamenti, cognatos, quibus reliquisset, haberet, tunc procedit, & licet regulariter ad fideicommissum non admittantur, nisi nati, & concepti tempore testamenti, vt docent omnes *in dict. fil. cognati*, sicuti etiam ab intestato non admittuntur, *l. 1. §. sciendum, l. Titius, ff. de suis, & legitimis*,
42 tamen quando verbo testatoris possunt verificari in præsentibus, sicut in futuris ratione affectionis, intelligendum est de præsentibus, ita Petrus Pecchius *vbi suprà*, Marianus Soccin. *cons. 132. lib. 1.* similiter quando testator nascituros vocaret, quia deficit ratio affectionis omnes continebuntur, cum non magis vnum, quàm alium diligere censeatur, Roland. à Valle *cons. 70. num. 47. lib. 3.* Natta *cons. 675. num. 5.* Surd. *dict. priuileg. 31. num. 5.*

43 Neque dicatur tertiò, quod legatum, vel fideicommissum relictum filiis alicuius censetur relictum tam filiis prioris vxoris, quàm etiam vlterioris, quia & ab intestato æqualiter succedunt, *§. illud quoque, Auth. de nuptiis*, vbi Angel. idem dicit Bald. *cons. 316. num. 2.* Romanus *cons. 447.* Abbas *cons. 19. lib. 1.* vbi citat textum *in l. cum aliis, C. de secundis nuptiis*, & consuluit Decius *cons. 235. num. 6.* Mantica *de coniecturis, lib. 8. tit. 7. num. 13.*

Respondeo ad argumentum id fuisse factum in iure ad sustinendam voluntatem testatoris, quæ alioquin posset periclitari, sic licet par sit affectio ad filios primi, quam secundi matrimonij, Farinac. *de testib. quæst. 54. regul. 2. num. 116. & regula 1. num. 45.* tamen negari non potest affectionem magis ad vxorem præsentem, vel filios iam natos, quàm nascituros induci, quia ad ea, quæ non sunt vix affectio aliqua poterit considerari.

44 Neque dicatur quartò, obstare textum *in l. si vir cum sequenti, ff. de condit. & demonstrat.* quibus probatur legatum vxori factum in tempus filiorum, intelligi de filiis quovis tempore natis ex illis, quæ dicit Bart. *in Auth. qui rem num. 5. C. de sacros. Eccl. & in l. vnica, n. 4. C. de priuil. dot.* qui ait, quod non minus dicuntur filij secundi matrimonij, quàm filij primi, & notat Boër. *dec. 276.* Franc. *in d. l. cum vir*, Pereyra *dict. lib. 3. quæst. 15. num. 25.* Gabriel. *cons. 13. numero 2. lib. 2.*

Respondeo enim iura suprà adducta loqui, quando legatum vxori factum illius contemplatione tantùm factum fuit, & sic veniunt filij vxoris, tam ex primo, quàm ex secundo matrimonio, sed in præsenti non essent filij ex secundo matrimonio dictæ D. Victoriæ, sed ex secundo Principis Misagni, ergo non sunt applicabilia iura citata. Secundo dico, quòd iura prædictam procedunt, quando vxor nullos habebat filios ex primo marito, quia ipsis existentibus, ad eos tantum referri deberet, vt *in l. cum vir*, qui textus est expressus, *ff. de condit. & demonstrat.* at in casu nostro sit de filiis nascituris ex D. Nicolao intelligeretur cum D. Victoria Capana, vtique sequeretur, quod intelligeretur dispositio de filiis secundarum nuptiarum cum propria vxore primi disponentis, quod nedum inuerisimile est, sed etiam absurdissimum.

Neque dicatur quintò, obstare Gregorij Lo- 45
pez dictum *in l. 2. tit. 15. part. 2. in gloss. in verbo*, (*sino al hijo maior*) qui post Romanum *in l. etiam num. 17. ff. solut. matrim.* dicit *quod si Princeps donauit Castrum coniugibus pro ipsis, & eorum filio primogenito*, in hac donatione nedum comprehenditur filius prioris vxoris primogenitus, sed etiam secundæ, & licentia concessa à Rege coniugibus ad constituendam primam genituram, prodesset etiam nato secundo matrimonio, ad quod conferunt notata per Boër. *dec. 276.* Pereyra *vbi suprà, num. 26.*

Respondetur enim quod Lopez non dicit, & stantibus liberis primi matrimonij admittit secundos, imò DD. nostri differentiam constituunt inter donationem, vel concessionem factam à tertio, vel à proprio Patre, vel Auo, quia in donatione facta à tertio cessat præsumpta contemplatio affectionis, & sic omnes filij, tam primi, quam secundi censentur vocati, at quando reseruatio, vel concessio, &c. fit à Patre, vel Auo, consideratur affectio in filiis ex primo matrimonio, & sic communibus non singulorum, vt scripsit Decius *in cap. quoniam Abbas, num. 16. de offic. deleg.* Menoch. *cons. 106. num. 67.* Simon de Petris *de interpret. vltim. vol. lib. 4. interpr. 1. dubio 10. num. 6.* Surdus *priuil. 31. num. 5.* & sic procedit Menoch. *dict. cons. 41* qui in hac eadem specie respondit in donatione facta à Principe cuidam Vassallo, & hoc eodem motiuo respondetur Baldo *in dict. Auth. qui rem, num. 5. C. de sacros. Ecclesiis.* dicenti, coniuges emphyteusim re- 46
cipientes pro se, & filiis censeri recepisse non solùm pro filiis primi matrimonij, sed etiam secundi, cum par si erga omnes affectio, ideoque omnibus æqualiter prospexisse videntur, quod ponderat Boër. *d. 276. in fi.* Alciatus *resp. 55. n. 16.* Berous *cons. 42. n. 4. lib. 1.* Menoch. *vbi suprà, num. 25.* quæ doctrina Bald. procedit in donatione, concessione, aut facultate reseruata per tertium extraneum, in qua concessione cessat ratio affectionis, at quando sumus in concessione facti per Patrem, vel Auum, intelligitur de filiis communibus, vt post alios Molina *lib. 3. de ritu nuptiarum, quæst. 11. num. 42.* & ita etiam procedit Menoch. *dict. cons. 41. scilicet in donatione, vel concessione facta non à Patre, vel Auo*, sed à tertio, in quo nulla cadit affectio in vno magis, quàm in alio.

Vnde infertur primo, quod in hac quæstione, 47
vtrùm donatio, siue quæcumque alia concessio, siue dispositio facta sub contemplatione filiorum affirmatiuè vel negatiuè concepta, comprehendat filios primi matrimonij tãtùm, vel alios, tã ex primo, quàm ex secũdo; duæ inter se fuerunt sententiæ discordes, prima quidem dicebat pro filiis ex primo, ita Fontanella, Molina, Petra, & alij, de quibus Cutellus *de donat. contemplat. matrim. part. 2.*

discurs.

diſcurſ.1.ſpeciali 36. fol.461. Monachus *de feudis, cap 23. part.1. num. 11.* Cagnolus *in addit.* ad Menoch. *in conſ.40.* Rota Romana apud Salgadum *in ſuo laberyntu creditor. poſt tract. deciſ.87.* ſecunda verò ſententia contineri tum filios ex primo tum ex ſecundo, Menoch. *vbi ſuprà, numero 24. 36. & 37.* Cancer. *part.3. var. cap.7. à num.100.vſque ad 114.* Bald. *in dict. Auth. qui rem num.5. Cod. de Sacroſ. Eccleſ.* Surd. *conſ.72.num.8.* Boer. *dec.176.* Alciatus *reſponſo 41.* cui ſe ſcripſit Berous *conſ.42.* cum aliis relatis per Cutellum *d. ſpecial. 36.* Gregorius Lopez *dict. tit.15. partita 2.* Bottiglierius *de ſucceſſ. ab inteſtato cap. 2. theoremate 106. à n.13.* Capic. Latr. *conſult.80. à num.2.* cum aliis, quorum quidem ſententia fundatur in eo, quòd æqualis præſumatur affectio, tum ad filios ex primo, tum ex ſecundo.

48 Licèt verò vtraque ſententia ſuam habeat probabilitatem, vt dixerit Philippus Cammerata *tom.1. ſuorum reſponſorum, reſponſo 25. art.4. num.57.* Iudicem poſſe inclinari in vtramque partem, tamen idem Cammerata conſiderauit *n.63.* quòd prima opinio fundatur in validiſſima coniectura non præſumi donantem triſtem euentum ſecundarum nuptiarum conſideraſſe, quod quidem in caſu noſtro ſufficientiſſimum eſt, quia præſumeretur Puperum Bitetti conſideraſſe ſecundas nuptias cum prima ſua vxore, quod eſt iniquum.

49 Ioann. Baptiſta Larrea *tom.1. diſp.33. num.59.* refert deciſum per Granatenſem ſenatum in tali donatione, ſolum admitti filios ex primo matrimonio, tũ quia cauſa finalis donationis cenſetur illud matrimonium fuiſſe iuxta notata per Monterium *deciſ.10.n.10.* itavt ipſo matrimonio non ſequuto non habuiſſet effectum prædicta donatio, vt dixerunt Caſanat. *conſ.2.n.30. & conſ.55. num.4.* Caſtill. *lib.6. controu. cap.119. num.14.* qui refert Fontanellam 1. *tom. clauſ.4. gloſſ.1. num.14.* Molinam *lib.3.q.6.* Cancer. *lib.1.var.c.8. num.61.*

50 Bottiglierius *dicto theoremate 106. num.15. verſ.* & ratio à priori eſt, quia cogitaſſe de filiis ex ſecundo matrimonio fuiſſet ſane cogitaſſe proprium obitum ipſi manifeſte odioſum, ideo ad alios non eſſet facienda extenſio iuxta notata per Menoch. *dict. conſ.41. num.30. & 31.* & per Alueradum *de conjecturata mente defuncti, lib.2. cap.3.* & de hoc loquuntur iura, *in l. ſi vir, & in l. cum viri, ff. de condit. & demonſt.*

51 Vnde pro coronide DD. reſtringunt materiam ad coniecturas, vt notat Cancer. *lib.3.cap.7. de pactis num.113.* Molina *de ritu nuptiarum, lib.3. quæſt.11. num.43.* dicentes quod quando conſtat de coniecturis, ex quibus eliceretur fuiſſe donatum contemplatione filiorum illius matrimonij tantum, quod etiam dicunt Larrea *vbi ſuprà,* Amatus *conſ.74.num.4.* Thor. *part.2. in compendio in verbo bona,* Fontanella *dict. clauſ.4. gloſſ.9. par.1. num.19. & clauſula 10. gloſſ. vnica fol.612.* Cutel. *tom.2. de donat. tract.2. diſcurſ.1. ſpecial. 36.* pro quibus coniecturis obſeruandis tradunt aliquos caſus cum Cutello *vbi ſup.*

52 Primus eſt in donatione facta pro filiis ex certo matrimonio tantum vel cum aliis clauſulis taxatiuis, vt in caſu Conſilij Reg. Rouit. *94. & conſ.* Amati *74. num.26.* & tunc acquiritur illis filiis tantum, non autem aliis, provt obſeruat Cutell. *vbi ſuprà num.20.* Bottiglierius *loc. cit. num.1. vſque ad num.12.* Larrea *dec.33.* Noguer. *alleg.23. num.62.* Flores de Mena *in addit. ad Gamam dec.253.* Fontanel. *vbi ſuprà,* Barboſ. *in l. ſi cum dotem in princ. num.71. ff. ſolut. matrim.* P. Molfeſius *tom.2. in conſuet. Neapolit. part.4. in tit. de ſucceſſ. ab inteſtato, in addit. quæſt.25. num.5.* Caſtill. *tom.6. cap.119. num.4.* Cenſalius ad Peregrinum *art.29. col.1. fol.174.* Imo Meires *part.1. de maioratu quæſt.22. num.249. & ſeq.* & Molin. *vbi ſuprà* ſuſtinent in fundatione maioratus facta contemplatione matrimonij, illo non ſequuto, poſſe reuocari donationem, quamvis irreuocabiliter factam.

Secundus eſt caſus, quando donatio fit filiis 53
natis iam ex certo determinato matrimonio in ſpecie, vbi donatio fit filio iam contracto, quod quidem ſæpius contingere poteſt, & tunc diſpoſitio non poteſt extendi ad filios ex ſecundo matrimonio, vt poſt Menoch. dicit Cutel. *vbi ſuprà num.25.*

Tertius caſus eſt quando de donatis conſtitui- 54
tur maioratus, vel primogenitura, adeo vt vnus debeat eſſe ſucceſſor, & in hoc caſu ſuccedunt tantum filij primi matrimonij vnus poſt alium, Cutell. *vbi ſuprà num.22.* per text. *in cap. Mulier* ſi de feudo defuncti fuerit controuerſia in vſibus feudorum.

Quartus caſus eſt attenta qualitate vxoris, vt 55
potè ſi Pater donauerit ob matrimonium filij, quod contraxit cum Muliere nobiliſſima, & ditiſſima; pro cuius aſſecutione omne patrimonium exhauſit, aliter id non feciſſet, ſi cum altera inferioris conditionis, vel quo ad nobilitatem, vel diuitias contraxiſſet filios, non tunc ſi ipſa mortua ad ſecundas conuolauerit nuptias tum alia vxore imparis conditionis, ex qua procreauit alios filios, illi non ſuccedunt in dicta donatione Amat. *dict. conſ.74. num.8. vſque ad 14.* quæ concluſio minimè procedit, ſi viuente donatore, ac eo aduerſante filius, ſiue donatarius matrimonium illud ſecundum contraxerit, Cutel. *vbi ſuprà num.24.* Fontanell. *dict. clauſ.4. glo.9. num.30.* Amat. *conſ.74. num.13. & 14.* Minadous *in conſtit. in aliquibus notab. 8. numero 31. & ſeq.*

Quintus caſus eſt, vbi donatio facta eſt pro 56
filiis naſcituris ex ſecundo matrimonio, & in tali caſu non participant filij, qui ex priori ſuperſunt, ita Amat. *vbi ſuprà* Cutellus *num.25.*

Sextus eſt caſus, quando donatio eſt facta per 57
ipſam Mulierem filiis ſuis ex matrimonio, quod contrahit naſcituris, & tunc ſi iſta donatio impediret eam, ne poſſet alias nuptias contrahere, poterit illa non obſtante inuitare filios ſecundi matrimonij, ita Celſus *ſuo conſ.33.* Molina *de ritu nupt. lib.3. quæſt.28. num.31.* Mantica *lib.8. de conjecturis tit.7. num.3.* Alueradus *de conjecturata mente defuncti, lib.2. cap.8. §.2. num.10.* Cancer. *cap.7. de pactis num.104.* qui *num.105.* idem intelligit quando fit mentio filiorum ab alio ſtatuto ſpecificato certo matrimonio.

Septimus caſus eſt, in donatione facta ab extra- 58
neo penitus, & eo caſu, quo ceſſant coniecturæ omnes, quæ in Patrem reſpectu nepotum conſideratæ ſunt, & de æquali affectione ad filios, quo caſu reſoluit Menoch. *vbi ſuprà* veniret, tum filios illius matrimonij, cuius contemplatione facta eſt, ex Bart. Iaſ. & aliis *in l. ſi plures, §. in abrogato, ff. de vulgar.* Caſanat. *conſ.10.* quam concluſionem intelligit Cutellus *vbi ſuprà n.27. cum ſeq.* ſi donatio, quam facit extraneus ſit facta caſu, quo etiam ſi illa facta non fuiſſet matrimonium eſſet ſequutum, quia ſi ſequutum non eſſet tunc nulla eſt differentia vtrum ſit facta à

Patre,

Patre, vel ab extraneo, quod etiam intelligit, si in donatione ipsa adessent clausulæ tribuentes facultatem disponendi de bonis donatis, & eo casu si potest disponi in extraneos, multo magis censentur inuitati filij alterius matrimonij.

59 Infertur secundo, quàm suspecta sit decisio per Cancer. relata *lib.3. var. cap.7. num.112. & lib.1 cap.8. num.70.* quæ sanè procedere potest, quando donatio fieret non respectu illius matrimonij, sed illius, vel alterius, at secus est quando restrictiuè loquutum fuisse apparebit, vt latè Bartholomæus Soccinus, & alij relati per Parisium *cons.91. num.26. lib.3.* Pereyram *lib.3. de emphyteusi, quæst.13.* quos immerito sine lege, ratione, & authore improbat Cancer. *vbi supr. n.114.* etenim affectio donantis, dotãtis, vel concedẽtis, tota est ad primum matrimonium tantum, ad quod verba sua direxit, nam ex his voluntas ex affectione colligitur donantis, *l. quoties, ff. de vsufr. l. hæredes mei, §. peto, ff. ad Trebell. l. si ita legatum, ff. de leg. 1.* vbi nominatis duobus, primò nominatus eligitur, latissimè post multos Simon de Petr. *de interpret. vltim. vol. interpret. 2. dub. 2. solut. 5. num.18.* & ex affectione disponentis illius voluntas declaratur, quam sequi oportet sicuti relatis aliis respondet Alex. Raudensis *cons.36. num.48. lib.1.* Alciat. *respons. 122. num.9. lib.9.* ergo apparet rationem traditam per Cancer. aduersus communionem non solùm ipsum non iuuare, sed aduersus suam opinionem retorqueri, qui dicit parem fore affectionem dotantis ad filios, tam primi, quàm secundi matrimonij, quia vera non est traditio ex supradictis, vnde Menoch. *d. cons.41.* ait, quod vbi ex verbis disponentis designatur primum tantum matrimonium eo in casu, minimè in donatione censentur inclusi filij ex secundo matrimonio.

61 Infertur tertiò quid dicendum sit ad quæstionem propositam à Berengario Ferdinando *in c. 1. de filiis natis ex matrimonio, &c. cap. 6. num. 11.* qui ait, quòd si fuerit factum pactum in Capitulis matrimonialibus, vt ex eo matrimonio nati, si masculi fuerint, succedant, sed si non nascantur, nisi filiæ, quod non succedant, sed masculi ex secundo matrimonio, successit, quod masculi ex secundo matrimonio nati in vim illius pacti excludere volebant filias ex primo matrimonio natas, concludit Berengarius, quod non, quia vt ipse dixit ex tali pacto filij ex secundo matrimonio nullum ius consequuntur, & dat rationem, quia pactum, quoad eos non vestitur cohærentia contractus matrimonij, qui tunc celebratur, maximè cum secundæ nuptiæ sint odiosæ, hæc tamen Berengarij opinio nullam habet legem, nullam rationem, nullum Authorem, quia præsupposita consuetudine, qua pacta hæc de succedendo roborantur, sequitur, quod sicut pactum in fauorem filiorum ex primo matrimonio vestitur, sic contractus in eodemmet fauore filiorum secundi valebit, & confirmabitur, vt expressè probat text. *in cap.1. de filiis natis ex matrimonio ad morganaticam contracto*, vbi pactum, quod filij ex secundo matrimonio cum ignobili contracto non succedant, valet & excluduntur à liberis prioris matrimonij, in quorum fauorem pactum fuit celebratum, ergo è contra pactum in primo matrimonio in fauorem filiorum secundi contractum, valebit, & illius vestietur colore, vt bene Molina *de ritu nupt. lib. 3. quæst. 11. in fine*.

62 Infertur quartò ad illam celebrem quæstionem ex traditis iam disputatam, an donatio facta à patre filio contemplatione matrimonij, & eius filiis, acquiratur filiis ex tali matrimonio natis, vel aliis filiis natis ex alio matrimonio, putant communiter succedere filios ex primo matrimonio tantùm, Fontanella *claus. 4. gloss. 9. part. 1. num. 19. & claus. 10. glos. vnica, fol. 612.* Casanat. *cons.10. num.41. & seq.* Cutell. *de donat. contemplat. matrim. lib. 2. discursu primo, speciali 36. per totum*, Monachus *de feudis, part.1. cap.23. num.11.* Rota Romana apud Salgadum *in laberintu creditorum, post tract. in decis. 87.* Hinc dicebat Caualcan. *de vsufructu mulieri relicto, à num.195. vsque ad num.198.* quod legatum relictum conditionaliter alicui, si filios procreauerit, intelligitur de filiis ex primo matrimonio, nisi aliam fuisse mentem testatoris aliunde constare possit, quod post alios sequitur Castillus *tom. 1. controuersiarum, lib.1. num.73.* sic Fontanella *tom.1. claus.4 gloss.9. part. 1. num.9. cum seqq.* proponit quæstionem, vtrùm donatio facta per patrem contemplatione matrimonij suo filio pro certo, & determinato matrimonio intelligatur facta pro filiis ex primo, vel potius ex secundo, concludit censeri factam filiis prioris matrimonij, cuius contemplatione facta fuerit donatio, non alterius, idque multipliciter probatur, primo quidem, quia quoties in aliqua dispositione fit, simpliciter mentio de filiis, tunc intelligitur facta de filiis primi matrimonij, vnde illi soli, & non alij, intelliguntur vocati, vt *in l. si inter virum, ff. de pactis dotalibus, cum l. si quid earum, § fin. ff. de leg. 2.* quod in simili probatur, quia cum fit mentio de matrimonio, intelligitur de primo, non de aliis, vulg. *l. Boues, §. hoc sermone, ff. de verb. sign.* quod ita tenet Bart. *in d. l. cum vir, ff. de condit. & de monstrat.* concludit Roland. à Valle *de lucro dot. quæst.42. num. 1.* Signorolus *cons.29. num.37. & 38. & cons.68. & 69.* Hieronym. Gabr. *cons. 13. lib. 1.* Tiraquell. *in l. si vnquam, C. de reuoc. donat. num.100. sine in præfatione, num.103.* Caldas Pereyra *de nominat. emphyteusi, quæst.15. per tot.* vbi ait ex multis rationibus pro hac nostra opinione adductis, fuisse per Senatum Lusitanum decisum, quod idem dicit Ferdinandus *in cap. vnico de filiis natis ex matrimonio* ad Morganaticam *in præludiis, cap.6. numero 11.* Cancer. *part.3. variar. cap.7. de pactis, num.102.* propterea dicebat Tiraquellus *vbi suprà*, cum aliis, quos allegat, donationem factam sub mentione liberorum non reuocari per superuenientiam filiorum, quia non comprehenduntur sub mentione prædicta filiorum, vnde dicebat Caldas Pereyra *vbi suprà*, quod de secunda vxore, siue filiis illius vlla sit habenda ratio, nisi illorum fuerit facta expressa mentio, quod adeo verum est, vt arbitrentur DD. supracitati, nec posse pacta in Capitulis matrimonialibus in fauorem filiorum secundi matrimonij expressè concepta, veluti dicendo, si ex hoc matrimonio non nascantur filij masculi, sed solùm fœminæ, quod bona nostra sint filiorum secundi matrimonij, dicit enim Fontanella *vbi suprà, num.24.* non posse talia pacta dictis filiis secundi matrimonij, prodesse per rationes, quas sibi allegat, & licet aliqui contrarium senserint, tamen fuit pluries decisum secundum hanc opinionem, vt refert Fontanella *vbi suprà*, qui tandem distinguit concordando duas illas sententias, vt scilicet vna procedat, quando donatio fuit facta contemplatione matrimonij in genere contrahendi, secunda verò quando fuit facta pro matrimonio certo, & determinato, cum certa persona contrahendo, quo casu censentur vocati

63 64 65 66 67 68

solùm filij ex primo matrimonio, non verò ex aliis, & hæc sufficienter dicta sint pro primo capite.

CAPITIS SECVNDI.

SVMMARIVM.

1 *Conditio inducit formam.*
2 *Conditio inducit formam indiuiduam.*
3 *Conditio in primo capite, de qua supra in hoc secundo intelligitur repetita quoad easdem qualitates.*
4 *Conditio scindi non potest, & quare.*
5 *Text.* in l. qui duobus 23. ff. de condit. & demonstr. *adducitur in præsenti.*
6 *Conditio quando indiuidua, & quando diuidua sit.*
7 *Testatoris verba qualiter sint intelligenda.*
8 *Testatoris intentio qualiter in bonum semper præsumatur.*
9 *Conditio si sine liberis est voluntaria.*
10 *Conditio si sine liberis, an extendatur è contra.*
11 *Conditio voluntaria an extendatur de casu ad casum, & quando.*
12 *Conditio viduitatis in vna parte apposita an extendatur ad aliam.*
13 *Conditio vna, & eadem non potest diuerso iure censeri.*
14 *Conditio triplex potestatiua, casualis, & mixta.*
15 *Filius potest instituì sub conditione potestatiua.*
16 *Filius institutus sub conditione casuali, vel mixta, est purè institutus, & corruit conditio.*
17 *Conditio apposita in legato, repetita censetur in translatione legati etiam in codicillis facta.*
18 *Qualitas apposita in vna parte contractus, vel testamenti in alia censetur repetita, & quando.*
19 *Determinatio eadem æqualia determinabilia eodem modo determinat.*
20 *Determinatio non æqualiter determinat posita in æqualitate.*
21 *Testatoris mens præsumitur de verosimili.*
22 *Regula de verosimili locum habet in omni materia.*
23 *Conditio posita in vna parte dispositionis censetur in omni alia repetita.*
24 *Legata relicta ab instituto censentur repetita à substituto.*

ARGVMENTVM.

Conditio formam inducit indiuiduam; & quando conditio dicatur indiuidua & rescindi possit? Conditio quando extendatur de casu ad casum. Quid de voluntaria, quid de necessaria. Conditio viduitatis in vna parte apposita, an extendatur ad aliam? & an conditio possit diuerso iure censeri. Conditio multiplex, potestatiua, casualis; & mixta. Filius an possit hæres sub conditione instituì. Qualitas posita in vna parte, an & quando censeatur repetita in alia?

PRO

D. Dominico de Angelis,

CVM

Illustriss. Principe Misagni, &c.

CAPVT II.

Vbi probatur substitutionem factam per Principem Bitetti in suo testamento suis filiabus in casu mortis sine liberis comprehendere D. Dominicum de Angelis vt suprà.

RESPONDEO ad secundum caput affirmatiuè, & sanè probatur. 1

Primo quia vtrumque dispositum sub vna, & eadem conditione fuit dispositum, at proprium conditionis est, vt formam non leuem inducat, *l. qui hæredi, §. finali, ff. de condit. & demonstrat.* Tiraquellus *de vtroque retractu tit. 2. §. 2. gloss. 1. num. 3. & 4.* Menoch. *cons. 60. num. 48. & cons. 69. num. 72.* Garsia Gironda *de priuilegiis num. 667.* Cardin. Tuschus *litt. C, conclus. 483. numero 8.* Intrigliolus *dec. 21. lib. 1.* & formam inducit indiuiduam, ita vt si in vno deficiat, in totum videatur defecta, & in vno adimpleta, in totum videtur adimpleta, *d.l. qui hæredi, §. finali,* Glossa *in l. res bona fide, ff. de contrah. emp.* Oltradus *cons. 242. num. 3.* Menoch. *cons. 60. num. 49.* Riminald. iun. *cons. 567. num. 46. & cons. 112. num. 107.* latè Peregrin. *de fideic. art. 16. num. 18. & sequenti* Fusarius *quæst. 454. num. 35.* Ciriacus *contr. 546. numero 66.* Altogrd. senior *cons. 24. num. 77. & cons. 90. num. 33. & cons. 95. num. 63. lib. 1.* Altogradus Iunior *controu. 47. à num. 3.* Gratian. *capite 493. & cap. 207. num. 11.* Galganetus *de cond. & demonstrat. cap. 6. num. 50.* Castill. *lib. 4. capite 25. num. 71.* Venturinus *cons. 28. n. 125. & seq.* ergo si vtrumque pactum, & vtraque dispositio, tum scilicet grauamen ducatorum centum millium, tum etiam vocatio, & substitutio D. Dominici de Angelis concepta est sub illa vna, & eadem conditione si sine liberis, &c. sequitur, quod sicut talis conditio, vt suprà capite primo intelligitur, quando moreretur D. Victoria sine filiis moreretur Princeps Misagni sine filiis, ita in præsenti dicendum est, quod conditio apposita succedendi, in casu sine liberis succedat, &c. verificata iam sit per rationes supradictas, quia conditio prædicta scindi non potest, non obstante, quòd partem tantum sortita fuerit, post aliquos Ciriacus *cap. 281.* Cardin. Tusch. *pract. concl.* 2 3 4

concl. litt. C, concl. 596. *num.* 19. & bene Altogradus *consil.* 95. *num.* 63. *lib.* 1. & Altograd. iun. *controu.* 47. *num* 35. *& est text. in l. qui duobus* 23. *ff. de condit. & demonstrat.* ibi (verius est, vt conditionem scindere non possit, nec etiam legatum scindatur) *l. Iulianus*, §. *offerri*, *ff. de act. empt.* & non solum conditio formam inducit, & est indiuidua, sed totam dispositionem indiuiduam reddit, Surd. *dec.* 7. *num.* 37. Galganetus *de condit. & demonstrat. part.* 1. *cap.* 88. *num.* 14. Altograd. *consil.* 83. *num.* 31. *lib.* 2. & licèt aliquando conditio, quando purificanda est, in re diuinua, provt in possessione. sine contractu facto ad gaudimentum bonorum, diuidua efficietur per text. *in l. stichum*, *ff. de leg.* 1. vbi DD. tamen id verum est, quando conditio est adimplenda in re ipsa, quæ sub conditione relinquitur, in quibus terminis procedit text. *in d.l. stichum*, at secus est, quando confertur in aliquam aliam rem, provt in casu nostro, in quo res, quæ relinquitur est hæreditas, & licet hæreditas sit diuidua, ex traditis per Castillum *de vsufr. cap.* 31. *num.* 15. *& sequenti* tamen conditio remanet indiuidua, nec scissionem patitur *l. cui libertas*, *ff. de manumissis testam.* Alexander *consil.* 109. *col. penult. in fine lib.* 7. Cardin. Tuschus *litt. C. concluf.* 595. *num.* 3. Galganetus *de condit. & demonstrat. part.* 2. *capite* 1. *quæst.* 23. *numero* 7. *&* 8. Altogradus iun. *dict. quæst.* 47. *num.* 41.

7 Probatur secundo nam verba Testatoris propria sunt intelligenda, *l. nam aliter*, *ff. de leg.* 3. *l.* 3. *in fine*, *ff. de lib. & posthum.* Dec. *in l. non omnis*, *ff. si certum pet.* Soccinus senior *in l. in ambiguis num.* 7. *ff. de reb. dubiis*, *maxime conditionibus*, cuius verba ex natura conditionis sunt propriè, & strictè intelligenda, *l. qui liberis*, §. *hæc verba*, *ff. de vulgari*, *l. qui hæredi*, *l. in conditionibus*, *l. Mæuius*, *ff. de condit. & demonstrat. l. ex eo*, *ff. de reg. iur.* præsertim in conditionibus voluntariis, Bart. *in l. gallus* §. *& quid si tantum*, *ff. de liber. & posth.* Rolandus à Valle *consil.* 56. *num.* 22. *& seq. vol.* 3. & ratio est, quia conditio importat formam, Canonistæ *in cap. cum dilecti*, *de rescriptis*, Decius *in l. C. de Instit. & substit.* Alex. *in l. fin. numero* 10. *Cod. de iureiurando*, forma autem propriè impleri debet Soccinus senior *consil.* 24. *num.* 21. *lib.* 1. Alciatus *in l.* 1. *num.* 7. *ff. de verb.* Ruinus *consil.* 69. *num.* 13. *vol.* 3. maximè vbi est forma hominis, Crotus *in l.* 1. *num.* 33. *ff. de verb.* & suadetur etiam ex mente testatoris, qui præsumitur velle id, quod indicat proprietas verborum, *d. l. non aliter*, *ff. de leg.* 3. *l. labeo*, §. *item labeo*, *ff. de suppellect. legat. l. nepos Proculo*, *ff. de verb. signif.* Gratus *consil.* 64. *num.* 32. *lib.* 2. Cephalus *consil.* 306. *num* 60. *vol.* 2. ergo si in conditionibus voluntariis forma inducitur super tota dispositione totalis, & indiuidua, & conditio (sine liberis) sit voluntaria ad notata per Berrettam *consil.* 63. *num.* 13. per Soccinum iuniorem *consil.* 76. *num.* 6. *lib.* 3. Roggerium *consil.* 27. *num.* 53. Mazzolum *consil.* 2. *num.* 15. Gerium Spinum *consil.* 2. *num.* 45. *&* 46. Altogradus *consil.* 60. *num.* 46. sequitur, quod posita conditione, de qua suprà (sine liberis) & illa verificata in vna parte, quoad grauamen ducatorum centum millium in feudis, intelligi etiam debet sine vllo dubio in parte successionis, & adeo
10 conditio (si sine liberis) est voluntaria, vt non extendatur ad casum decedendi cum filiis, vt arguit Berrettus loco citato, Mazzolus, & Soccinus *vbi suprà*, Bursatus *consil.* 51. *num.* 24. Gozadinus *consil.* 4. *num.* 23. Decius *consil.* 99. *numero* 3. Rolandus *consil.* 59. *num.* 23. Peregrinus *de fideic. art.* 29. *à num.* 33. Altograd. *consil.* 60. *num.* 48. & 11
in tali conditione voluntaria de casu ad casum extensio recipitur, quando casus habent affinitatem, & similitudinem, non autem si sint omnino dissimiles, *l. si cum dotem à principio*, *ff. solut. matrim. l. si ita quis*, §. 1. *ff. de leg.* 2. *l. fin. C. de his quì veniam ætatis impetrauerunt*, *l. commodissimè*, *ff. de liber. & posthum.* DD. allegati per Altogradum *consil.* 46. *num.* 32. *& consil.* 60. *num.* 215. & Casanat. *consil.* 4. *num.* 75. & per Rubeum *part.* 9. *tom.* 2. *decis.* 250. *in addit. num.* 120. nec ad casum penitus extraneum, Peregrinus *art.* 11. *num.* 47. Mantica *lib.* 3. *tit.* 19. *num.* 12. Altogradus *consil.* 60. *nu-* 12
mero 117. *lib.* 1. sic conditio viduitatis in vno loco apposita censetur repetita in aliis legatis eidem personæ factis, Menochius *lib.* 4. *præsumpt.* 179. *num.* 14. Peregrin. *consil.* 155. *num.* 26. *lib.* 2. Surdus *de alimentis*, *tit.* 19. *quæst.* 30. *num.* 43. Laderchus *consil.* 186. *num.* 28. Andriolus *tom.* 4. *contr.* 291. *numero* 15. 16. *&* 17. nec potest vna, & eadem conditio diuerso iure censeri, *l. qui ædes* 23. *ff. de vsu-* 13
cap. latè Ciriacus *tom.* 2. *contr.* 312. *num.* 36. *& seq.* ergo si suprà posita conditio intelligitur, vt in primo capite fundauimus, ita etiam eadem conditio sub eadem formalitate verborum apposita, de qua in præsenti.

Probatur tertio, quia posita illa triplicis con- 14
ditionis diuisione, casualis, potestatiuæ, & mixtæ, quarum potestatiuam posse in institutione filij à patre facta opponi, vt *in l. suus quoque* 4. *ff. de hæred. instit.* Cancer. *lib.* 3. *var. cap.* 21. *num.* 13. Merlinus *de legitima*, *lib.* 3. *tit.* 20. *quæst.* 2. *num.* 1. Clarus *in* §. *testamentum*, *quæst.* 29. cum enim filius possit statim conditionem adimplere, dicitur 19
purè institutus, *l.* 1. §. *qui sub conditione*, *ff. si quis omissa causa testamenti*, ideoque si illam non adimplet, diceretur paternam hæreditatem repudiare, adeo quod per eius non adimplementum legitima diminui non possit, ad textum *in l. quoniam in prioribus* 32. *C. de inoffic. testam.* sub conditione verò casuali, vel mixta, testamentum validum est, & tenet; conditio verò, vel onus ex
conditione casuali, vel mixta proueniens reiici- 16
tur, vsque ad quantitatem legitimæ, perinde ac si filius esset in legitima purè institutus; in reliquis verò conditio suum operatur effectum, Bartolus communiter receptus *in l. si Pater*, vbi Iason *num.* 18. *& sequenti. C. de instit. & substit.* Decianus *consil.* 50. *lib.* 2. Clarus *in* §. *testamentum*, *quæstione* 38. Peregrinus *art.* 36. *num.* 65. vbi Censalius *vers.* 20. *infero*, Facchin. *lib.* 7. *cap.* 71. Cancer. *lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 13. *& sequenti*, Cardinalis Mantica *lib.* 11. *de coniecturis*, *tit.* 18. *num.* 14. Marescottus *lib.* 1. *var. cap.* 32. Merlinus *de legitima*, *lib.* 3. *tit.* 20. *quæst.* 2. *num.* 16. Ioannes Baptista Grossus *contr. for. contr.* 18. *num.* 14. *& per totum*; Quæcumque tamen ex dictis conditionibus ap- 17
posita si fuerit in legato translato etiam in Codicillis de persona in personam censetur repetita *ex l. Gaio* 13. vbi notat Bart. *ff. de ali. & cib. leg. l.* 3. *ff. de fundo instr.* Peregrinus *art.* 16. *num.* 95. sic etiam quæcumque dilatio adiecta legato simpliciter facto testamento, censetur repetita in legato facto in Codicillis per text. *in l. talis scriptura* 30. §. *fin. cum l. seq.* vbi ampliat *num.* 50. quamvis in codicillis sit variata persona, quia testamentum, & codicilli etiam multo post facti, censetur vnica dispositio *l.* 2. §. *codicillorum*, *ff. de* 18
iure codicillorum, Natta *consil.* 482. Ideo dicimus quod clausula generalis in vno apposita afficit

omnia contenta tam in teſtamento, quàm *in Codicillis*, vt latè Peregrinus *dict. art. 16. num. 49.* vbi Cenſalius *in add.* Ciriacus *contr. forenſ. tom. 2. controu. 362.* ergo illa verba in teſtamento appoſita Principis Bitetti, caſu, quo D. Victoria moreretur ſine filiis, vel illa caſu quo Princeps Miſagni moreretur ſine filiis importantia conditionem, iuxta tradita per Beroum *conſ. 39. num. 20.* eaque conditione defecta, grauamen, & fideicommiſſum dicitur expiraſſe per text. *in l. vnica §. ſin autem ſub conditione, Cod. de cad. toll.* Rota *deciſ. 712. diuerſ. part. 1.* Cagnolus *conſult. 12. num. 3. part. 1.* Peregrinus *dict. art. 16. num. 116. cum ſequenti* cenſentur repetita in ſecunda diſpoſitione, vbi de ſubſtitutione agitur, & eodem modo, quo in primo capite dicebamus, & quando verò conditio præciſe non adaptatur ambabus perſonis non cenſeretur repetita, & procedunt textus *in l. ſi Mulier 7. ff. de vſufruct. accreſcendo*, Curtius Iunior *conſ. 14. num. 5. 6. & 7. l. Iulius Paulus 80. ff. de condit. & demonſtr.* cum aliis limitationibus, de quibus Ciriacus *tom. 1. controu. 57. num. 27. cum ſeqq.* & quando conditio ſine filiis eſt appoſita ſi ambo, &c. qualiter debeat verificari, tradit Ciriac. *contr. 281. num. 54.*

19 Probatur quartò, quia vna determinatio reſpiciens plura determinabilia, debet ea pariformiter determinare, *l. nam hoc Iure, ff. de vulgari, l. Lucius eodem tit. l. quamvis Cod. de impub. & aliis ſubſtit.* Surd. *conſ. 45. num. 37. & conſ. 67. num. 4. & conſ. 150. num. 17.* Menoch. *conſ. 88. num. 19.* Caſanate *conſ. 67. num. 28.* Gratianus *cap. 70. num. 39.* Ricciullus *lib. 4. de Iure perſonarum, capite 42. num. 9.* Marta *de ſucceſſ. part. 1. quæſt. 13. art. 9. num. 9.* Giurba *ad conſuetud. Meſſanæ cap. 3. gloſſ. 20. num. 12.* Fuſar. *quæſt. 257. num. 6.* Caſtillus *lib. 5. controu. part. 2. cap. 97. num 4. & ſeq.* vbi *num. 3.* intelligit, vbi eſt eadem ratio non diuerſa, *& num. 12. cum ſeq.* limitat quando determinabilia æqualiter determinari nequeunt, & vbi adeſt perſonarum diuerſitas, & maior in vno, quàm in alio conſiderari poteſt ratio, *& num. 17. & ſeq.* limitat quoque quando ſumus in diſpoſitione neceſſaria, aut negatiua, vel quando ex æquali determinatione Iuris induceretur correctio, & *num. 25. cum ſeq.* limitat quoque, quando vtraque determinatio eſt clara, vel quando violentarentur verba. Quia veriſimiliter eſt, Teſtatorem
21 regulariter ſic diſpoſuiſſe cenſeri, ſicut eſt veroſimile, ad quod ita reſpondiſſe cenſetur ineſſe caſui omiſſo, tali veriſimilitudine exiſtente, quod ſi de eo meminiſſet, vel interrogatus fuiſſet, tempore quo alium caſum expreſſit, idem quoque veriſimiliter reſponſus fuiſſet, per text. vulgatum *in l. tale pactum, §. finali iuncta Gloſ. finali, ff. de pactis*, & ad idem citatur text. *in l. Barbatius Philipp. ff. de offic. Prætoris*, & ſecundum alia iura, de quibus Anton. Gabriel. *lib. 6. in tit. de regulis iuris col. 10. per totam* Viuius *lib. 2. comm. concluſ. in verbo caſus non expreſſus*, Iulius Clarus *in §. teſtamentum quæſt. 76.* idem Viuius *dec. 284.* Molina *lib. 1. de primogenit. cap. 4. num. 24. & cap. 13. num. 96.* Menoch. *lib. 4. præſum. 26. & præſumpt. 35. num. 19. & præſumpt. 39. numero 73. & præſumpt. 65. num. 50. & præſumpt. 69. num. 16. d. lib. 4.* Peregrinus *art. 11. num. 32.* Simon de Petris *lib. 3. dubit. 4. fol. 1. num. 74.* Alexander Raudenſis *de Analog. lib. 1. cap. 35. num. 16.* Petra *de fideicomm. quæſt. 9. num. 25.* Camillus Gallinius *lib. 9. de verbor ſignific. cap. 1. & cap. 4. num. 22. & 25.* Cardin. Tuſchus *litt. A, concluſ. 694.* Caſtillus *lib. 4. controu. cap. 12.* per totum, nulla enim eſt Iuris regula vtilior iſta, quod attendi debeat id, quod Teſtator veriſimiliter diſpoſuiſſet, ſi de 22
eo fuiſſet Interrogatus, quòd in ipſis vltimis voluntatibus præſertim procedit, & dici ſolet diſpoſitionem recipere interpretationem, provt veriſimiliter diſponens fuiſſet reſponſurus, ſi interrogatus fuiſſet, idque procedit tam in Reo quàm in actore, tam in maſculo, quam in fœmina, tam in feudis, quàm in emphyteuſi, & in ſtatutis etiam pœnalibus, in teſtamentis, & in fideicommiſſis, & in omni materia, latè Cardinalis Tuſchus *vbi ſuprà*, & poſt eum Caſtillus *dict. cap. 12.*

Probatur vltimò, quia conditio eſt quæcumque 23
qualitas adiecta in vna parte diſpoſitionis cenſetur indiſtinctè poſita in omnibus *l. cum propter dotem, ff. de pactis dotalibus* Cardin. Mantica *lib. 3. de tacitis tit. 10. num. 28.* qui loquitur in contractibus Menochius *conſ. 201. num. 18. lib. 3.* Molfeſius *ad conſuetudines Neapolitanas part. 2. cap. 4.* Regens Rouitus *conſ. 48.* Petrus Queſada Iunior *controu. for. cap. 20. num. 28.* quando enim non adeſt perſonarum diuerſitas, nec rerum tunc conditio, & qualitas quæcumque in vna parte contractus appoſita, vel in parte teſtamenti protrahitur ad aliam, & repetita intelligitur, Galganetus *de condit. part. 2. cap. 1. quæſt. 18. num. 3.* D. Hodierna *controu. 35. num. 22.* Peregrinus *de fideicomm. art. 16. num. 47.* Simon de Petris *de interp. vltim. volunt. lib. 2. interpretat. 4. dubio 20. fol. 2. num. 16.* Caſtillus, qui plures laudat *tom. 2. cap. 4. num. 131.* D. Staibanus *reſol. 24. num. 61. cum ſeqq.* Queſada iunior *contr. for. capite 20. numero 43. in fine*, ſic conditio adiecta vni legato, vel inſti- 24
tutioni cenſetur repetita in alia parte teſtamenti, *l. licet Imperator, ff. de leg. 1.* poſita identitate perſonarum, Gama *dec. 223. num. 4.* & generaliter nulla coniectura opus eſt ad inducendum repetitionem conditionum, vel qualitatum in contractibus, vel vltimis voluntatibus, vt in capitulis matrimonialibus loquutus fuit, Alciat. *conſ. 8. num. 24. lib. 9.* ex text. *in l. ſi ita ſtipulatus 126. §. Chryſogonus num. 4. ff. de verb.* Molina *de ritu nuptiarum lib. 3. cap. 24. num. 152.* Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt. 403. num. 33.* nouiſſimè Ganauerra *conſ. 1.* Queſada *d. controu. 20. num. 44. in fine*, ergo clarè apparet conditionem appoſitam in prima parte, ſiue in primo capite, de quo ſuprà, intelligi, vt dicebamus de filiis communibus vtriuſque coniugis, & ſic intelligi repetitam in ſucceſſione, ac ſubſtitutione vt ſuprà, ergo cum factus ſit caſus primæ diſpoſitionis ad fauorem D. Dominici de Angelis, intelligi debet factus caſus ſubſtitutionis, &c.

DISCEPTATIO LXIV.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies proponitur, provt in præſenti.*
2 *Donatio, de qua hic eſt nulla, eſt innalida tanquam facta à minore 18. annis.*
3 *Decreti inerpoſitio in donatione quid operetur.*
4 *Curatoris authoritas in donatione facta per minorem an opéretur validitatem.*
5 *Actus omnes minori præiudiciales ſunt annullandi.*

6 *Minor*

6 *Minori permittitur donare causa mortis, vel testamentum conficere.*
7 *Actus irreuocabiles nullum inferunt praiudicium.*
8 *Donatio facta à minore an confirmetur Iuramento.*
9 *Iuramentum appositum in indispositiuis supplet defectum etatis, secùs in executiuis.*
10 *Iuramentum appositum in executiuis, censetur appositum de Stylo Notariorum, & nihil operatur.*
11 *Clausulæ appositæ in contractibus quando illos alterent.*
12 *Donatio facta à minore cum Iuramento rescindi potest per viam restitutionis in integrum.*
13 *Fideiubens cum iuramento si minor sit potest iuuari restitutioni in integrum.*
14 *Beneficium restitutionis in integrum conceditur posita læsione.*
15 *Læsio vtrùm consideretur in donatione, & quid de renunciatione & quid si sit excessiua.*
16 *Donatio facta per nouitium an continere possit læsionem.*
17 *Donatio facta per nouitium, seruata forma Concilij, si sit minor, vtrùm requiratur decretum Iudicis.*
18 *Concilij Trid. solennitates* sess. 25. c. 16. *requiruntur etiam in maiore contrahente.*
19 *Leges nouæ non derogant antiquis, & quando.*
20 *Textus* in l. quinquennium, ff. de adulteriis *explicatur.*
21 *Textus* in l. si quis seruo, Cod. de furtis *explicatur.*
22 *Trid. Concil.* vbi suprà *recipit interpretationem iuxta qualitatem personæ.*
23 *Monachus transiens de vna Religione ad aliam, bona apud quam Religionem remaneant.*
24 *Donatio facta per nouitium continet conditionem si perseuerauerit in Monasterio.*
25 *Datum sub conditione censetur ademptum sub contraria conditione.*
26 *Decisio* Sanfelicij 323. & Capicij Latro 193. tom. 2. *qualiter præcesserit.*
27 *Clausula in Breui Pontificio apposita (Saluis Iuribus primo monasterio) quid operetur.*
28 *Dispensatus exire de Religione ad Religionem, an possit succedere ad bona renunciata.*
29 *Reseruatio apposita in transitu Religionis quid operetur.*
30 *Religiosus transitus de vna Religione ad aliam, vtrùm cogat primam ad alienata.*

ARGVMENTVM.

Minor dum in Religione facit renunciationem, requiritur decretum Iudicis, & Curatoris authoritas, nec Trident. sessione 25. capite 16. *derogauit in hoc legibus antiquis? Iuramentum, quod vigore* Auth. sacramenta puberum Co. si aduersus venditionem, *confirmat actum, & supplet defectum ætatis, tum hoc operatur, quando apponitur in dispositiuis, secùs in executiuis, & de Stylo Notariorum, quod idem dicimus de clausulis alterantibus naturam contractus? Iuramentum ita validat naturam contractus, vt posita læsione possit contractum rescindi per restitutionem in integrum. Læsio quomodo in casu nostro consideretur in donatione facta per nouitium Trid. solemnitates* sess. 25. cap. 13. de Regularibus *sunt etiam necessariæ in contractibus factis per maiores? Donatio facta à nouitio si sequatur professio, & deinde translatio de vna Religione ad aliam bona transeunt ad secundam Religionem, & declarantur decisiones* Regentis Sanfelicij 323. & Regentis Capicij Latro 193. tom. 2.

NEAPOLITANA

Recuperationis bonorum ob transitum ad aliam Religionem.

PATER N. Regularis Religionis Illustrissimæ, dum professionem fecit, donauit seruatis seruandis suo fratri germano, donationis titulo irreuocabili inter viuos omnia bona mobilia, & stabilia, introitus, census, &c. dotes, & Iura dotalia, materna, paterna, & partem, & portionem legitimæ, supplementi legitimæ, & paragij super bonis maternis, paternis, dotibus, Antefato, auernis vtriusque, fraternis, sororiis, &c. de quibus in dicta renunciatione, tam ex testamento competentia, quàm ab intestato, vsque in diem professionis faciendæ, & aliunde in antea deuoluendis ab intestato tantum. 1

Disposuit etiam, quòd cum inter alias portiones ad se spectantes, esset portio ducatorum sexcentorum debitorum à Titio, & pro eis annua soluuntur quadraginta, quòd isti ducati sexcenti, & pro eis annua quadraginta soluerentur Gubernatori cuiusdam Oratorij intus Ecclesiam erecti, vbi professionem fecerat pro quibusdam operibus piis.

Necnon disposuit, donauitque ducatos 30. annuos super bonis suis Caio, & eius filio, durante vita tum Caij, tum eius filij.

Hodie talis Regularis intendit transire ad aliam Religionem capacem, quærit de tribus.

Primo quid de bonis donatis Fratri an ad se reuertantur in secunda Religione.

Secundò quid de illis ducatis annuis quadraginta an sibi debeantur.

Tertiò quid de illis ducatis 30. annuis donatis Caio eiusque filio, an sibi debeantur.

Respondeo donationem prædictam annullari, & bona donata deberi Patri N. in aliam ca-

pacem Religionem tranſlato; Probatur

Primò quidem quia talis donatio fuit facta per P. N. tempore, quo erat minor 18. annis, ergo eſt nulla, *ex l. 1. & l. magis puto, §. non paſſim, & toto titulo, ff. de reb. eorum, l. prædia, & toto titulo, C. de præd. minorum* cum aliis, quæ poſt omnes congerunt Simoncellus *de decretis, lib. 1. tit. 1. in princ.* & latiſſimè Vrſellius *in examine Apum concluſ. 86.* quæ iura eo magis locum habent, cum de donatione ſermo inſtituitur, quoniam illam, vti nullam, & inualidam iudicamus ex notatis per gloſſam *in l. 1. in fine, ff. de tutelis, cum infinitis relatis per Simoncellum, vbi ſuprà, tit. 2. in princ.* imò licet interpoſitio decreti cum aliis ſolemni-
3 tatibus perſonæ defectum ſuppleat, cum contractum approbet, in donatione tamen iura noſtra decreti interpoſitionem denegant, iuxta textum *in l. ab agnato, ff. de Curatore furioſi, & l. fin. ff. eodem*, & Curatorem dari denegant, quoniam dandus eſt, iuſta interueniente cauſa, quæ omnino deficit, quando minori donare volenti præſtatur, donare enim eſt perdere, *l. contra iuris, §. fin. ff. de donation.* notant Salicetus *in Aut. ingreſſi, num. 3. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Ruinus *conſ. 22. num. 8. & conſ. 107. num. 10. vol. 1.* Natta *conſ. 173. num. 2. lib. 1.* Neuizzanus *conſ. 22. numer. 24.*
4 Alexander *in l. 1. in principio, num. 14. ff. de verb.* & ideo licet Curatoris authoritas in donatione interueniat, nullam iudicat I. C. Paulus *in l. Tutor. ff. de admin. Tutor.* quod confirmat Vlpianus *in l. 1. ff. de tutel.* Bart. *in l. ſi ante nuptias, in fine, ff. ſolut. matrim.* Ruinus *conſ. 20. num. 2. lib. 1.* Laderchus *conſ. 139. num. 2.* Soccin. iun. *conſ. 8. num. 4. lib. 4.* Neuizzanus *conſ. 80. num. 40.* Menochius *conſ. 1173. num. 45. lib. 12. & de arbitrar. centuria 2. caſu 171. num. 43. lib. 2.* de Marinis *lib. 1. quotid. cap. 144. num. 2. & ſeq.* Idque ex
5 eo nam omnes actus minori præiudiciales ſunt annullandi, licet iuris ſolemnitates fuerint adhibitæ, Paulus de Caſtro *in l. 1. §. fuit quæſitum, num. 2. & 3. ff. ad Trebell.* Alexander *in l. 1. num. 14. ff. de verb. & conſ. 121. lib. 1.* Honnedeus *conſ. 42. lib. 1.* Suarez *alleg. 20. num. 7. & in l. quoniam in prioribus amplint 10. C. de inoffic. teſtam.* quam doctrinam notandam dicit Catellianus Cotta in memorabilibus in verbo decretum continens, quod menti tenendum dicit Aretinus *in §. triplici, col. 3. inſtit. de act.* Surd. *de alim. tit. 8. priuil. 56. numero 107.* Barboſa *in l. ſi ante num. 13. ff. ſolut. matrim.* Gratianus *tom. 4. cap. 750. num. 14. & 15.* Thomatus *deciſ. 67. num. 21. cum ſequentibus*, ergo ſi tempore donationis Pater N. erat minor 18. annis, nulla erit talis donatio.

6 Solùm enim permittitur minori donare cauſa mortis ſicuti etiam teſtamentum conficere, Alexander *in l. ſi Curatorem habens, num. 6. C. de in integrum reſtit.* Cemenſis *ſing. 118.* Guttierrez *de tutelis, part. 2. cap. 14. à num. 13.* Hodierna *controu 14. à num. 14. & 18.* Cancer. *part. 1. var. tit.*
7 *de tutelis, num. 149. & ſeq.* & ratio, eſt quia cum tales actus ſint ad libitum reuocabiles, nullum minori poſſunt præiudicium inferre, & ideo DD. citati negant quoties in teſtamento contractus eſſet factus, vt ait Sforzaodus *de reſtitut. in integrum, part. 2. quæſt. 57. art. 8. num. 40.* Eugenius *conſ. 25. num. 19. & ſeq. lib. 2.* Hodierna *vbi ſuprà, num. 23. & ſeq.* & ideo in præſenti dicendum eſt, donationem inualidam reputari.

8 Neque dicas, donationem factam à minore iuramento inualidari, ex gloſſa, Curtio iuniore, & aliis *in Auth. Sacramenta Puerum, C. ſi aduerſus vendit.* quos ſequuntur poſt alios Gabriel *lib. 2. in tit. de minoribus, concluſ. 5. num. 50.* Simoncellus *lib. 1. tit. 20. inſpect. 1. num. 14.* Surd. *conſ. 122. à num. 13. vſque ad num. 26.* Sforzaodus *de reſtit. in integrum, part. 2. quæſt. 58. art. 20.* Cancerius *part. 1. var. cap. 7. num. 138.* Bottiglierius *de ſucceſſ. ab inteſtato, cap. 2. Theoremate 60.* quibus addo plures deciſiones Rotæ Romanæ relatas per Vrſellium *concl. 86. num. 69. & 70.*

Reſpondeo enim, quod iuramentum ſupplet 9
defectum ætatis, quando eſt appoſitum in diſpoſitiuis contractus, ſecus in executiuis, & in fine inſtrumenti, provt ad aliud propoſitum notat Ripa *in l. 2. §. voluntatem, num. 18. ff. ſol. matrim.* Couarr. *lib. 3. var. cap. 17. num. 8.* Ceuallos *quæſtione 385. num. 3.* Trentacinus *lib. 3. var. reſol. 4. num. 8.* Fontanella *clauſ. 5. gloſſ. 8. part. 14. num. 73.* aliàs dicitur appoſitum de Stylo notariorum, & 10
nihil addit roboris contractibus, & illos facit in ſuo robore remanere, nulla habita ratione de Iuramento appoſito, vt in terminis Barbatia *conſ. 43. col. 6. lib. 2.* Ripa *in l. centurio, num. 82. ff. de vulg.* Tiraquell. *in l. ſi nunquam in præfat. num. 171. & 172. & ſequenti*, provt dicimus de aliis clau- 11
ſulis, quæ licèt ſui natura, ſoleant naturam contractus alterare, tamen id procedit, quoties in principio fuerunt appoſitæ, non in fine, DD. dicunt ex notatis *in Clementina 1. de præb.* Decius *in l. fin. num. 14. Cod. de pactis, & conſ. 38. num. 2.* Oſaſchus *deiſ. 164. num. 3.* Rota Romana *part. 1. deciſ. 281. & deciſ. 483. & deciſ. 642.* plures refert Marta *de clauſulis, part. 4. clauſ. 20.* & ſi accedat ad aliquam partem diſpoſitiuam, adhuc contractus ſui natura non alteratur, ſed in illius robore permanet, vt fundat poſt multos Thomatus *dec. Marchiæ 101. num. 36.* ergo in præſenti nulla eſt habenda ratio de iuramento in fine contractus appoſito, cum ex Stylo Notarij appoſitum dicatur, ergo donatio erit inualida.

Quod ſi iuramento validaretur, tamen poteſt 12
reſcindi, ope, & beneficiis reſtitutionis in integrum, nam quando dicimus contractum vires aſſumere à Iuramento, non per hoc denegatur minori petere reſtitutionem in integrum, data læſione *Auth. ſacramenta puerum, Cod. ſi aduerſus venditionem*, vbi Gutierrez *num. 92.* Simoncellus *lib. 3. tit. 8. inſpectione 18. num. 233.* Achilles Pedrocca *conſ. 26.* Franciſcus Marcus *dec. 21. part. 1.* Theſaurus *deciſ. 66.* Grammaticus *deciſ. 101. num. 77.* Afflictus *deciſ. 322.* vbi Vrſillus Peguera *deciſ. 155.* Faber. *lib. 2. Cod. tit. 9. defin. 1. 8. & 10. & lib. 21. tit. 16. defin. 2. nu. 50.* Puteus *deciſ. 194. lib. 3.* Fontanella *clauſ. 4. gloſſ. 18. part. 3. à num. 31. cum ſeqq.* Aldouinus *conſ. 1.* Gaſpar Theſaur. *lib. 2. alleg. 34.* Bottiglierius *tom. 1. cap. 2. Theoremate 62.* ſicuti in minore fideiubente cum Iuramento dicit communis cum Dexarte *deciſ. 58.* 13
latè Andriolus *lib. 3. controu. cap. 201.* per totum, quia minori contrahenti cum Iuramento, & aliis ſolemnitatibus requiſitis à Iure, competit beneficium reſtitutionis in integrum, data tamen læſione, vt ait gloſſa vltima *in l. eos, Cod. de his, qui veniam ætatis impetrauerunt*, Mauritius *de reſtitutione in integrum cap. 14.* Sforzaodus *part. 3. in illa quæſt.* an interueniat fraudis, &c. *ex l. Tutor, Cod. de minor.* vbi Scæuola præbet hoc beneficium reſtitutionis in integrum minori alienanti, ſolemnitatibus adhibitis, ſi tamen aderit læſio, & 14
in l. ſi ea, Cod. de fideiuſſ. minor l. 2. Cod. ſi Tutor, vel Curator l. ſi quidem Cod. de prædiis minorum, ergo ſi poſitis ſolemnitatibus conceditur reſtitu-

tio,

tio, non erit deneganda ob iuramentum appositum, eadem enim facilitate, qua quis inuitatur ad contrahendum, eadem inuitatur ad iuramentum argumento textus *in l. doli, vers. diuersum, ff. de nouat.* Bart. *in l. si ex cautione ad finem, Cod. de non num. pecunia*, Neuizanus *cons.* 22. *num.* 10.

15 In casu nostro consideratur læsio, quia licèt in donatione non consideretur læsio, Rouitus *cons.* 13. *num.* 16. *vol.* 2. Carena *var. resol. resolut.* 6. *num.* 6. Andriolus *tom.* 3. *controu.* 239. *num.* 82. *& seq.* provt neque in renunciatione, Caputus *in consuet. si moriatur part.* 3. §. 10. *num.* 6. Cancer. *part.* 3. *var. de pactis num.* 156. *& de renunciatione num.* 223. latè Petrus de Luna *cons.* 46. *num.* 28. Altograd. *cons.* 25. *num.* 81. Seraphinus *de iuramento, priuil.* 31. *num.* 13. tamen quando donatio est excessiua, consideratur læsio, Thesaur. *dec.* 66. *num.* 2. *vbi filius in addit.* Peregrinus *cons.* 77. *num.* 35. Surdus *cons.* 46. *num.* 17. Cancerius *de pactis, num.* 158. *& part.* 1. *cap. de Tutoribus, num.* 138. Fontanella *claus.* 4. *glossa* 18. *part.* 3. *num.* 51. ergo quia in præsenti Pater N. donauit omnia bona sua, erit rescindenda talis donatio.

16 Neque dicat quis totum quod diximus procedere in donatione facta per sæcularem, non verò per nouitium, in quo habemus Canonicam dispositionem quasdam solemnitates requirentem, scilicet Sacrum Concilium Trid. *sess.* 25. *de Regularibus, cap.* 16. vbi in renunciatione, donatione, ac omni alio contractu certæ solemnitates requiruntur, quæ cum fuerint impletæ in casu nostro, de alia non erit disputandum.

17 Respondeo enim non obstante Concilio requiri solemnitates Minorum, scilicet decretum, vt punctualiter docet Simoncellus *de decretis lib.* 3. *tit.* 8. *inspect.* 14. *num.* 105. quia quando Sacrum Concilium Tridentinum mentionem facit de ingresso in Religionem donante, intelligitur, seruata forma iuris, supposita habilitate personæ, argumento *l. qui in testamento, ff. de testamentis l.* 1. *cum ibi notatis, Cod. de Sacros. Eccles.* &

18 propterea videmus solemnitates à Sacro Concilio requisitas, etiam in maiore contrahente requiri secundum veram opinionem, de qua Molfesius *de renunciatione quæst.* 16. *num.* 51. Gutierrez, Genedus, Velaschus, & alij apud Regentem Sanfelicium *decis.* 192. *num.* 6. Cancerius *part.* 3. *variarum, cap.* 15. *num.* 220. Caputus *in consuet. si moriatur part.* 3. §. 9. *num.* 4. Antonius de Virgiliis *de legitimatione personæ cap.* 37. *num.* 31. Pellizzarius *in tract. de monialibus cap.* 2. *num.* 61. Sperellus *tom.* 2. *decis.* 16. *num.* 48. ergo solemnitas Tridentini non est introducta, vt noua solemnitas destructiua primarum solemnitatum, sed in augmentum illius, & solum, vt cesset causa suspicionis. Quare patet ratio principalis, quare scilicet solemnitates requisitę in minore contrahente, non dicantur sublatæ: per hanc dispositionem,

19 quia vt bene Fontanella *de pactis, clausula* 4. *glos.* 7. *part.* 3. *num.* 45. lex noua addens, vel detrahens antiquæ legi recipit omnes restrictiones, quas recipit lex antiqua, vnde Romanus ponit exemplum *in l. Iulia, ff. de adulteriis*, quæ primum caput adulterij introduxit puniens solum alieni tori violatorem, præfigens quinquennium ad accusandum, *l. quinquennium cum similibus, ff. de adul-*

20 *teriis*, postea verò secundum caput addidit primo, volens de adulterio punire etiam domum accommodantem, *l. qui domum, ff. eodem tit.* & cum esset difficultas intra quod tempus agi posse contra hunc secundum, fuit responsum etiam intra quinquennium ex ratione superius tradita, ponit aliud exemplum desumptum ex *l. vt tantum,* §. 1. *ff. de seruo corrupto*, vbi æquiparauit pœnam corrumpentis seruum cum filio, superuenit noua lex *in l. si quis seruo, Cod. de furtis*, extendens hanc 21
pœnam etiam in intentante corrumpere seruum, dubitatum fuit, si idem esset dicendum in tentante corrumpere filium, & glossa ibi, in verbo corrumpi, ait quod sic plura alia exempla refert Romanus *cons.* 345. *à num.* 18. ad probandum, quòd lex noua addens, vel detrahens legi antiquæ, recipiat antiquas restrictiones, quam Romani doctrinam secuti sunt, Ripa *in l. moribus, num.* 18. *ff. de vulgari*, Fontanella *vbi suprà*, Cancer. *part.* 2. *var. cap.* 1. *num.* 165. Mastrillus *decis.* 112. *num.* 34.

Ergo non sunt sublatæ solemnitates à Iure re- 22
quisitæ per dispositionem Concilij, sed solum recipit interpretationem iuxta qualitatem personæ, si maior, vel minor sit, & illis opus non est, solum, quando Monasterio fit à Iure acquisito, ratione ingressus, ita Cynus, Ioannes Faber, Alberinus, & alij *in Auth. ingressi, Cod. de Sacros. Eccles.* Tiraquellus *de pia causa, priuilegio* 108. Vasquius *de succes. creat.* §. 10. *num.* 78. *lib.* 1. quæ iuris solemnitates cum in præsenti deficiant, erit nulla donatio.

Probatur secundo, quia licèt talis donatio es- 23
set valida, tamen cum P. N. transit ad aliud Monasterium authoritate Summi Pontificis, remanent resoluta: nam licèt grauis sit controuersia, an Monachus transiens ad aliam Religionem capacem bona donata primo, vel alteri, reuertantur ad secundum & prima opinio dixerit non transire cum Regente Tappia *in Auth. Ingressi, c.* 6. *num.* 7. *Cod. de Sacros. Eccles.* Cardin. Tuscho *litt. M, conclus.* 316. *num.* 27. *& conclus.* 322. Barbosa *in cap. quod à te de Clericis coniugatis* Sanfelic. *decisione* 323. *tom.* 2. Reg. Capic. Latro *dec.* 193. *tom.* 2. Fontanella *tom.* 1. *dec.* 227. Gabed. *dec.* 163. *part.* 2. Ripolla *var. cap.* 13. *num.* 70. Consil. Staib. *tom.* 2. *controu.* 125. *&* 126. Bottiglier. *cap.* 2. *Theoremate* 78. secunda opinio ait, proprietatem remanere apud primum Monasterium, vsumfructum transire ad secundum, ita Soccinus senior *cons.* 222. *num.* 3. *lib.* 2. Calderinus *cons.* 23. *de Regul.* Menochius *casu* 436. *num.* 25. Rota *in recen. decis.* 215. *tom.* 1. *num.* 2. apud Farinac. *part.* 2. Barbos. *in dict. cap. quod à te*, quia cum vsusfructus personalis sit, ideo cum persona extinguitur, & vsusfructus semper nouus dicitur, & quotidie constituitur *l.* 1. §. *interdum, ff. de vsufr. accrescendo*, & ideo Sanch. *lib.* 7. *in summa c.* 13. *n.* 63. ait vsumfructum acquiri secundo Monasterio, in quo degit. Tamen talis dissensio non habet locum in præsenti, quia prima opinio procedit quoties acquisitio est facta primo Monasterio à lege, prædicta ob ingressum factum secuta professione, nulla facta dispositione: tunc enim lex iubet acquiri Monasterio *Auth. Ingressi, & Deo nobis, Cod. de Sacros. Eccles.* & ita loquuntur DD. citati, sed quoties acquisitio non est facta per legem, sed per eundem ingredientem, scilicet ob dispositionem factam in illius beneficium, vel alterius, tunc cessat difficultas, & verissima est sententia, illam rescindi ob egressum secutum, & consequenter acquiritur secundo Monasterio, vt in propriis terminis dicit Pater Polliccionus Illustrissimæ Religionis Theatinorum *quæstio-*

num illuſtrium *quæſt.* 21. *cap.* 10. *verſ.* hinc infertur, *vſque ad verſ.* in vno tamen caſu, & ita eſt in caſu noſtro, quia bona non peruenerunt ex lege Religioni, vel particularibus donatariis, ſed ex virtute donationis factæ per dictum Principem N. ergo dantur ſecundo Monaſterio.

24 Ratio clara eſt, quia talis donatio continet tacitam conditionem, ſi in Religione perſeuerauerit vſque ad mortem, Beccius *conſ.* 74. *num.* 11. Decius *conſ.* 86. *num.* 50. Soccinus *conſ.* 183. *n.* 3. *lib.* 2. Purpuratus Honnedeus, & alij apud Surdum *conſ.* 445. *num.* 36. *litt. B*, at conditio, quæ habet tractum ſucceſſiuum, vt perſeuerantia in Religione non impletur per vnicum actum, ſed ſucceſſiuum requirit implementum, iuxta notata *in l. ſi ante, ff. ſi ſeruitus vindicetur, l. ſi quis ita legauerit, ff. de condit. & demonſtrat.* Bald. *in l. humanitatis num.* 28. *Cod. de impub.* Angel. *conſ.* 39. *num.* 9. ergo illa defecta ob egreſſum, ex iuſta cauſa, corruit donatio tanquam non facta, *l. ſi quis fundum. ff. de contrah. empt. l. neceſſario, ff. de periculo, & commodo rei venditæ*, & *d. l. neceſſario, §. quod ſi pendente*, quoniam datum ſub condi-
25 tione, ſub contraria dicitur ademptum, *l. ſi legatum pure* 10. *ff. de adim. legat. l. legata inutiliter* 14. *ff. eodem, l.* 6. *ff. quando dies legati cedat l.* 3. *§. hæc Scriptura, ff. de ſtatu liberis*, Surdus *deciſ.* 7. *n.* 16. Galganetus *de condit. & demonſtrat. part.* 1. *cap.* 1. *quæſt.* 105. Rota Romana *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 221. *num.* 2. Regens Valenzuela *conſ.* 133. *num.* 4. Caſtillus *tom.* 4. *cap.* 55. *num.* 17. & 21. Coſta *lib.* 1. *Selectarum cap.* 3. *num.* 4. Donellus *lib.* 8. *commentar. cap.* 31.

26 Ad deciſiones verò Sanfelicij, & Capicij Latro, reſponſio patet de facili, quia ibi fuit tranſitus voluntarius abſque licentia, & vt ait Capicius Latro contra formam ordinis Sanctiſſimi, & ex leuitate animi, & quibuſdam aliis cauſis, quas ibi refert, non mirum ſi bona data primo non fuerunt ad ſecundum tranſlata, quæ non poſſunt applicari caſui noſtro, vbi tranſitus fit, authoritate Sanctiſſimi, iuſtis ex cauſis, &c.

Neque dicas, quòd in Breui Pontificio ſoleat
27 dici ſaluis iuribus primo Monaſterio.

Reſpondeo enim quòd talis clauſula ſolum operatur præſeruationem ex notatis per Rotam Romanam apud Farinacium *deciſ.* 28. *num.* 8. & *deciſ.* 25. *num.* 8. *tom.* 1. *part.* 2. & modificat, ſeu reſtringit conceſſionem factam vt benè Barboſa *clauſula* 139. Epiſcopus Maranta *reſponſo* 38. *num.* 53. *tom.* 5. vnde videtur ſublata quæſtio illa, ſi per diſpenſationem Summi Pontificis de exeun-
28 do à Religione dicatur diſpenſatus exiens redire ad iura tertio quæſita, & renunciata, quam diſputat Marius Cutellus *de donationibus contemplatione matrimonij tract.* 1. *diſcurſu* 2. *part.* 6. *num.* 2. Bottiglierius *de ſucceſſ. ab inteſtato cap.* 2. *Theoremate* 74. & reſeruat Iura vt in ſe ſunt, ſed eſt probatum ex natura tranſitus virtute conditionis de permanendo, fuiſſe reſoluta iura illa merito clauſula illa, cum ſolum ſit reſeruatiua, non quod de nouo confirmaret, ex dictis per Caldas Pereyram *de empt. & vend. cap.* 26. *num.* 28. nihil operatur, hinc dicunt DD. reſeruationem fruſtra appo-
29 ſitam, cum nullum ſubeſt ius, quod reſeruari poteſt, *l. ſi vendit. ff. comm. prædior. l. ſi quis legauerit, ff. de leg.* 1. vbi Bartolus, Baldus, & Iaſon, latè Caldas. Imo eſſet præiudicatum Patri N. ſi per talem clauſulam iura illius eſſent ſublata, quod præſumi non debet, argumento *l. quoties, C. de precibus Imper. offer. l.* 3. & 7. *C. eod. l. Iubemus, & l. fin. C. de Sacroſ. Eccleſ. l. prædia, C. de locat. prædiorum ciuilium, lib.* 11. *l.* 3. *l. ſi teſtamentum C. de teſtamentis*, Facchinæus *lib.* 8. *cap.* 65. Faber *de erroribus decad.* 15. *errore* 1. Regens. Capic. Latro *conſult.* 38. Regens Galeota *reſponſo* 13. Pratus *tom.* 2. *cap.* 50. & *pract. obſer. fin.* Larrea *alleg.* 3. Præſ. Vtſinus *p.* 1. *de ſucceſſ. feudi quæſt.* 3. *art.* 4. *à num.* 9. *vſque ad num.* 68. Cutellus *tract.* 1. *de donation. contemplat. matrim. diſcurſu* 2. *part.* 6. *à num.* 4. *cum pluribus ſequentibus*, ergo ne illa clauſula Breuis operetur præiudicium ſecundo Monaſterio, ad quod tranſit, intelligitur, quod ſolum operabitur reſeruationem Iurium, ſi quæſunt, quæ cum ſint ex ſui natura reſoluta, ob non perſeuerantiam in Monaſterio, argumento *l. eum qui, ff. de in diem adiect. l. item quod, ff. eod. tit. l.* 1. *§.* 1. *ff. de ædil. edicto, & ex aliis ſup. traditis.*

Nullus etiam negauit, quòd dato, & non 30
conceſſo quod bona remaneant apud primum donatarium, quando tranſit Regularis de Religione ad Religionem, tamen poſſet primus donatarius, Monaſterium ſc. vel alius, cogi, & compelli ad alimenta præſtanda Regulari tranſlato in ſecundum Monaſterium ab eodem ſecundo, vt benè Surdus *de alimentis, tit.* 9. *quæſt.* 27. *per totam*, Caſtillus *de alimentis cap. de monacho tranſlato*, & idem docet P. Pelliccionus *quæſtionum illuſtrium quæſt.* 21. *cap.* 10. Bottiglierius *tom.* 1. *cap.* 20. *thoremate* 78. *num.* 16.

Ergo clarè apparet P. N. recuperare poſſe bona donata Fratri, ſecundo ſcut. 40. annua donata Gubernatori Congregationis, &c. Tertiò illa 30. donata Caio, &c. Et ſic cenſeo, &c.

DISCEPTATIO LXV.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies narratur, & ordinationum verba adducuntur.*
2 *Eccleſiaſticarum perſonarum diſtinctio qualiter facienda.*
3 *Maioritas inter Eccleſiaſticos ſumitur ex quatuor Capitibus.*
4 *Maioritas ſumitur ex prærogatiua ordinis.*
5 *Maioritas ſumitur ex prærogatiua poteſtatis.*
6 *Maioritas ex antiquitate ſumitur.*
7 *Maioritas ſumitur ex qualitate ordinatis.*
8 *Seniores præferendi.*
9 *Conſuetudo interdum facit, ne ſeniores præferantur.*
10 *Poſſeſſio an iuuet in præcedentia.*
11 *Antianitas in Religione Hieroſolymitana non currit à die profeſſionis, ſed ſolutionis paſſagij.*
12 *Impedimentum an præiudicet antianitati.*
13 *Antianitas ſumitur ex conſuetudine.*
14 *Poſſeſſio etiam contra Ius eſt manutenenda in antianitate.*
15 *Antianitas & præcedentiæ quæſtiones ex Trid. determinantur ſummariè.*
16 *Clerus ſecularis præfertur regularibus etiam in eorum Eccleſiis de conſuetudine.*
17 *Exempla adducuntur, attendi tempus habitus in Venerab. M. S. Clarę*
18 *Conſuetudo in modo præcedendi quando attendatur, & quando non.*
19 *Conſuetudo habendi ſedem Laicos in presbyterio eſt extirpanda.*
20 *Conſuetudo inter æquales, valet in modo procedendi,*

dendi, vel inter maiorem cum minore, non è contra.

21 *Consuetudo quos producat effectus, & stante consuetudine quòd cellæ distribuantur ad arbitrium Abbatissæ, ita seruari debet.*

22 *Clausura Monialium & de Iure humano, contra quam valet consuetudo.*

23 *Consuetudo quid possit in Electione Abbatissæ.*

24 *Confessarius Monialium quando Clausuram possit ingredi, & quid posita consuetudine.*

25 *Fœminæ an possint consuetudinem introducere, & in quibus.*

26 *Consuetudine remota in præcedentiis quid agendum.*

27 *Ordinationes protectorum Regularium quando eos ligant.*

28 *Et quid si non fuerint confirmatæ per Pontifices.*

29 *Cardinales Protectores Regularium quid possint cum eis.*

30 *Ordinationes Cardinalis Arigonij & Vrbini pro Monasterio S. Clarę nunquam fuerunt vsu receptæ, sed contrarium obseruatum.*

ARGVMENTVM.

Ecclesiasticarum personarum distinctio qualiter facienda, eorumque maioritatem sumi ex quatuor capitibus ostenditur. Præcedentiæ quæstiones terminantur summariè? Consuetudo in præcedentiis qualiter attendatur? Consuetudo quid possit in electione Abbatissæ? Fœminæ, an possint consuetudinem introducere, & in quibus? Ordinationes Protectorum Regularium quando eos ligent, & quid si non fuerint confirmatæ per Pontifices.

PRO

Sororibus Hyppolita de Ianuario, & Iulia Carrafa de Acquauiua,

CVM

Sororibus de Fulgore, & de Muscettulis Monialibus Sanctæ Claræ.

IN Venerabili Regali Monasterio S. Claræ huius Ciuitatis celeberrimo per totum Orbem ob plurima priuilegia quæ habet, ob antiquitatem sui, & ob tam præclaras matronas nobilitatis genere ornatas vt nemini secundum censeatur sunt ordinationes quædam (quæ statuta dici non possunt, licet taliter titulum habeant) factæ à Cardinale protectore scilicet ab Eminentissimo tunc temporis Cardinale de Vrbino vna cum additis Eminentissimi Arigonij eiusdem Cœnobij Protectoris, inter quas ordinationes reperiuntur in capitulo primo §. vndecimo hæc verba, quæ damus.

L'antichità delle Monache si raconti dal tempo della professione è non dal monacato, come già è deciso dalla Sacra Congregatione del Concilio sess. 25. de Regularibus, cap. 3. *di modo che da hoggi auanti quelle, che professaranno precedano nelle loro pretendenze, dal giorno, che faranno professione è non da quando presero l'habito, &c.* quæ declaratio hodie adducitur à Nicolao *in suis floscul. in verbo præcedentia & in verbo cella.*

Dicitur deinde in ordinationibus *cap.* 11. §. 3. quod in successione & prolatione habendi seruam requiritur ætas annorum 30. & decem professionis, quod postea peculiari declaratione §. 11. fuit à Protectore declaratum per quinque annos, & sic, vbi in ordinationibus Protectores volebant, nullam monialem succedere in habendo Famulam, nisi transacto decennio professionis, fuit postea limitatum ad annos quinque.

Talia ordinationis verba dederunt occasionem aliquibus sororibus Monialibus eiusdem Monasterij dubitandi de Iuribus suis, etenim soror Hyppolita de Ianuario, & soror Iulia Carrafa contendunt cum sorore Maria de Fulgore & sorore Cecilia, ac sorore Barbara Muscettola; nam sorores Hyppolita, & Iulia sunt antiquiores in habitu, sed soror Maria, soror Cecilia, & Barbara sũt antiquiores in professione, sed in habitu posteriores, ergo est videndũ an in iure prælationis habẽdi seruam in Monasterio attẽdatur tempus receptionis habitus an tẽpus Professionis & quid stãtibus ordinationibus Eminentissimorum Protectorum.

Ego de voto requisitus firmiter asserо pro sororibus Hippolyta, & Iulia Iura esse, ac omninò pro eis ab Eminentissimo Protectore, vel Sacra Congregatione Cardinalium, Episcoporum, & Regularium esse decidendum. 1

Probatur ergo primo, quia inter personas Ecclesiasticas esse faciendam distinctionem ait S. P. *in cap. 1. de maior. & obed.* vbi Hostiensis in summa, quia sicuti in Ecclesia triumphante sunt Angeli, Archangeli, & alij spiritus, qui non sunt in officio & potestate pares, sic in Ecclesia militante non omnes debent esse pares in potestate & officio, sed alij maiores alij verò minores vt ait textus *in cap. ad hoc* 89. *dist.* sic alias in corpore naturaliter omnia membra non eundem actum habent ex Paulo ad Romanos *cap.* 12. imò distincta habent officia, & diuersas operationes aliáque aliis sunt subordinata in eodem Paulo 1. ad Corinthios *cap.* 12. quæ varietas per diuersa officia, & robur corporis seruat, & pulchritudinem manifestat *cap. singulæ* 89. *dist.* sumitur verò maioritas, & prælatio quatuor ex capitibus. 2

Primo in prærogatiua ordinis secundùm quam Presbyteri debent esse subditi Episcopis, tanquam superioribus suis, *cap. legimus* 93. *distinct. cap. olim. cap. Episcopus* 95. *dist.* & ex hac ratione ordinis Diaconus Presbytero subiicitur, subdiaconus Diacono, Acolytus subdiacono, & sic de cæteris, debent esse subiecti *d. cap. legimus, & cap. statuimus de maior. & obed.* 3

Secundo consideratur maioritas in prærogatiua potestatis, seu iurisdictionis secundum quam Archidiaconus maior est Archipresbytero *cap. perlectis in verbo Archipresbyter* 25. *dist.* Archiepiscopus

ſcopus Epiſcopo Patriarcha ſeu primas Archiepiſcopo *cap. Placuit* 18. *diſt.*

6 Tertio conſideratur maioritas, & præcedentia in prærogatiua antiquitatis, cui maximam eſſe reuerentiam exhibendam ſanxerunt Sanctorum Patrum decreta, *cap. quanto ibi* (ſicut teſtatur antiquitas) de tranſlatione prælatorum *l. teſtamenta ibi retinendus eſt mos fidelisſimæ vetuſtatis C. de teſtam.* hæc autem antiquitas, vel conſideratur ratione ætatis de qua *in l ſemper ff. de iure immunitatis, cap. dudum* 22. *verſ. geſtis ibi ætate de electione, vel conſiderat. ratione temporis*, de qua *in l. quoties* 99. *ff. de reg. iur. cap. qui prior, de reg. iur. in* 6. *cap. duobus* 14. *verſ. ſi vero de reſcriptis, in* 6. *cap.* 1. *de maior. & obed. vbi gloſſa* in verbo fuerit, & eſt textus *in l.* 1. *ff. de albo ſcribendo*, vbi dicitur antiquiorem eſſe præferendum *d. cap. ſtatuimus, vbi Abbas de maior. & obed.* & ideo ſi maior in ordine concurrat cum antiquiore minore in ordine, tunc maior in ordine eſt præferendus quamvis ſit poſterior tempore *d. cap. ſtatuimus*, niſi alias detur conſuetudo in contrarium, provt videtur eſſe illa de qua *in cap. vltimo de conſuet. in* 6. & notat Barboſa *in rubr. de maior. & obed. num.* 6. *in fine.*

7 Quartò conſiſtit maioritas in prærogatiua ordinantis, de qua *in cap. per tuas, de maior. & obed.* vbi ordinatus à Papa præferendus eſt ordinato ab inferiore, quamvis hic antiquior ſit, dummodo tamen in eodem gradu concurrant, vt ex illo textu dicit Gl. *in d. cap.* 1. *vbi* Abbas, *num.* 4. *de maior. & obed. textus melior in l.* 2. *ff. de albo ſcribendo*, ſic ille qui poſterius receptus eſt in Canonicum auctoritate Apoſtolica præferendus eſt in aſſecutione præbendæ, quæ primo vacauerit illi, qui ordinaria autem prius receptus eſt, textus optimus *in cap. hi qui* 12. *de præb. in* 6. vbi DD. Staphileus *de literis gratiæ*, §. *forma, num.* 8. *& in tit. de formis expectatiuarum*, §. *hactenus, num.* 2. *limitando regulam textus in cap. qui prior de reg. iuris in* 6.

8 Et licet primò ordinatus cæteris paribus prior, & maior habendus ſit *cap.* 1. *de maior. & obed.* & nobilis tanto melior, quanto antiquior Ioſeph Seſſe *dec. Aragoniæ* 6. *num.* 12. *& dec.* 8. *num.* 7. vbi ait quod cæteris ſunt præferendi in ſeſſionibus, & ſimilibus, Tiraquellus *de nobilitate. cap.* 2. *n.* 51. vnde ſeniores in dicendis ſententiis & ſunt præferendi Rodericus à Cuna *in c. vltimo num.* 4. *&* 5. *diſt.* 20. Tiraquellus *de iure primogenitura in præfatione, num.* 112. & prius debent ſubſcribere, & ſenior Collegij, Collegium conuocat, quia prior deſcriptus, dicitur dignior, & præcedere debet, *d. l.* 1. *ff. de albo ſcribendo*, Peregrinus *conſ.* 3 *num.* 6. Pariſius *conſ.* 38. *vol.* 4. Marius Antonius *lib.* 1. *var. reſol.* 81. Vnde prærogatiua maioris dignitatis arguit loqui prius in Synodo Tiraquellus *vbi ſup. num.* 113. Gama *dec.* 1. latè Barboſa *in d. cap.* 1. *n.* 5. niſi conſuetudo ſit in contrarium vt apud nos *in*

9 *S. C.* vbi iunior primo loquitur Afflictus *d.* 1. ſcio alibi ſeruari, quod attenditur tempus captæ poſſeſſionis vnde iudex, ſeu officialis qui præuenit in apprehendenda poſſeſſione, & in antiquiori receptione præcedere det alios in ſtallo, voce, optione, atque aliis prærogatiuis, & præeminentiis Caſſaneus in Catalogo gloriæ mundi *p.* 4. *conſid.* 76. *& p.* 11. *conſid.* 17. Rebuffus *in tract. de nominationibus, quæſt.* 21. *num.* 4. Gonzalez *ad regulam* 8. *Cancellariæ* §. 3. *præmiali num.* 23. *vbi numero* 34. dicit hoc procedere, quamvis alius ſit

10 in prouiſione prior ſi tamen ſit in poſſeſſione poſterior, etiam ſi per eum non ſteterit, quod poſſeſſionem prius ceperit, ſed propter litem vel aliud obſtaculum fuerit impeditus, vt bene Barboſa, *in d. cap.* 1. *num.* 8. *de maiorit. & obed.*

Ergo in monialibus S. Claræ, de quibus loquimur attendi debet antianitas, & præcedentia in ſucceſſione famularum à die antiquitatis ſuæ, quæ conſideratur à tempore ſuſcepti habitus, non à die profeſſionis, ſicut in ſimili in Religione Hieroſolymitana, Antianitas incipit currere non 11
à die poſſeſſionis, ſed à die ſolutionis paſſagij etiã quod ante factas probationes fuerit illud ſolutum, vt bene Rota coram Greg. XV. *d* 341. *&* 449. & licet poſtea fiant probationes, tamen poſtquam illæ ſunt factæ inſuflant ſpiritum dictæ ſolutioni paſſagij, & ab illa die computatur, Antianitas Rota coram Coccino in Meleuina Antianitatis *d.* 73. *tom.* 3. apud Rubeum vt coram Buccabella in Meleuitana ſtatus *d.* 85. *tom.* 3. apud Rubeum *d.* 167. *p.* 3. & quid de impedito deinde legitimo impedimento, vt non profiteatur latè diſputat Rota co- 12
ram Dur. *d.* 386. & ſic dicunt omnes quod Antianitas ſemper ſumitur à die antiquioris ingreſſus *d. c.* 1. *de ma. & ob.* Aret. *conſ.* 23. *n.* 3. & de milite Hieroſolymitano refert Seraph. *d.* 326. *n.* 3. Greg. XV. *d* 341. Rot. apud Dur. *d.* 439. *n.* 3. Ergo cum ſint antiquiores in habitu ſoror Hippol. & ſoror Iulia eis debetur Antianitatis pro famularum ſucceſſione.

Probatur ſecundò quia in materia antianitatis, 13
præcedentiæ, &c. attenditur conſuetudo, quia ius defert in præſenti conſuetudini, vt bene Bald. *in c. cum olim de conſuet.* Fel. *in d. c. ſtatuimus, de maio. & obed.* Card. Zabar. *conſ.* 62. Menoch *conſ.* 51. *n.* 49. *& conſ.* 126. *n.* 2. Kim. iun. *conſ.* 95. *n.* 22. *lib.* 1. Natta *conſ.* 62. Camp. *rubr.* 12. *c.* 12. *n.* 12. Molf *ad conſuetudines p.* 1. *c.* 5. *n.* 21. Salg. *de Regia protectione, p.* 2. *c.* 9. *n.* 18. Caual. *d.* 649. & fuit dictum in Seguntina præcedentiæ 9. Iunij 1627. coram Vbaldo iuniore, & procedit etiamſi conſuetudo iuri repugnat, Menoc. *d. conſ.* 51. *n.* 51. Seraph. *d.* 964. Greg XV. *d.* 124. & ideo etiam ſi poſſeſſio ſit contra ius eſt manutenibilis Cou. *pra. c.* 17. *n.* 6. Rot. *d.* 534. *& d.* 595. *n.* 14
4. *p.* 1. *diu. inter recentiores, & d.* 685 *p.* 1. Greg XV. *d.* 360. & aliàs fuit dictum in Rota teſte Barb. *lib.* 1. *de iure Eccl. c.* 43. *n.* 179. *in controuerſiis*, enim præcedentiæ antianitatis, &c. determinat Trid. *ſeſſ.* 25. *de reg. c.* 13. eſſe determinandas appellatione re- 15
mota, vt commendãt Rodr. *tom.* 3. *q. reg. q.* 37. *art.* 3. Piaſec. *in praxi p.* 2. *c.* 3. *n.* 47. Zerol. *in praxi in verb. proceſſiones*, Camp. *d. c.* 12. *n. vltimo, & c.* 13 *n* 120. breui ſe. manu, ſummariè & de plano, ac ſine ſtrepitu, & figura iudicij, provt deciſum referunt DD. communiter apud Salg. *de Regia protectione, p.* 2. *c.* 9. *n.* 15. ſemper tamen attenditur loci conſuetudo, vt bene deciſio Rotæ March. 21. Seraph, *d.* 335. 666. *&* 964. Ricc. *coll.* 1069. inter regulares enim, & præſertim inter mendicantes & confraternitates attenditur Bulla Greg. XIII. 84. quæ incipit *expoſit*, & ſunt ſeruandæ declarationes Sacræ Congreg. apud Barb. *lib. de iure Eccl. c.* 43. *n.* 182. *& ſeq.* & in Trid. *ſeſſ.* 25. *c.* 13. vbi Barb. Maxill. Farin. Bellarm. & alij, notat Barb. *lib.* 1. *de iure Eccl. c.* 43. *n.* 191. Clerum ſecularem debere ſemper, & in om- 16
ni loco habere præcedentiam ſupra regulares etiam in ipſorum regularium Eccleſiis, & Monaſteriis ex vniuerſali Eccleſiæ conſuetudine, vt pluries declarauit Sacra Congr. teſte eodem Barb. *vbi ſup.* ſed ſic eſt, quod in Monaſterio S. Claræ à fundatione ipſius, vſque ad præſens ſemper habuit prælationem, quæ eſt prior in habitu, tum in di-

digni

gnitatibus, tum in officiis seruilibus non obstante ordinatione contraria (de qua infrà) ergo soror Hyppolita est præferenda quia à fundatione Monasterij in omnibus negotiis fuit semper habitus respectus ad prioritatem habitus, non ad professionem. Vnde in hoc venerabili Monasterio cum soror Beatrix Rocco fuisset antiquior in habitu, sorore Maria Viualdo & aliis minoribus in habitu, & maioribus in professione R. Mater Abbatissa Monasterij famulam deposuit quousque soror Beatrix compleret annos quinque professionis, non obstante antiquiori professione aliarum, quæ famulam petebant, quia semper Monasterij superiores respectum habent ad antiquitatem habitus non professionis, & hoc succedit in primis annis ordinationum de quibus infra quæ consuetudo fuit in viridi obseruantia, & est nunc, nunquam interrupta nisi bis primo scilicet quando Reuerenda quædam monialis seruam renunciauit suæ sponte maiori in professione: secundò quando soror Theresia Carmignana maior habitu sed minor in professione tempore quo Ecclesia S. Claræ erat interdicta fuit famula priuata contra formam consuetudinis quæ soror Carmignana voluit tunc proponere videns Monasterium interdictum sed famulam ad se pertinentem aliis renunciauit, vt eadem soror Theresia deponit, ergo illa antiqua consuetudo prioritatis habitus fuit semper obseruata in eodem venerabili Monasterio à tempore annorum trecentorum, quod est tempus fundationis Monasterij prædicti, ergo talis laudabilis consuetudo est seruanda sicuti consuetudo, vt Vicarius Generalis præcedat dignitatibus, & Canonicis paratis est seruanda, & laudabilis consuetudo, vt Vicarius Generalis, tam præsente quam absente Episcopo præcedat Gubernatorem, in temporalibus est seruanda; sicuti consuetudo, vt Hebdomadarius etiam non paratus præcedat aliis Canonicis, non autem dignitatibus seruanda est; sic consuetudo Ecclesiæ, vt Canonici obtineant locum secundum tempus admissionis licet præbendæ sint distinctæ in Presbyterales, Diaconales, & Subdiaconales quando omnes sunt actu Presbyteri, & seruiunt in celebrandis Missis, seruanda est, vt latè Barbos. *in Collect. Apostolicarum decisionum, collect.* 228. qui etiam dicit consuetudinem, vt Gubernator Ciuitatis habeat sedem intra Chorum esse tollendam sicut etiam tollendam dicit consuetudinem, ac Sedes Laicorum Præfecti, sui commendatarij collocentur in Presbyterio apud Altare seruandam non esse, & tandem dicit consuetudinem vt Canonici Diaconales, & Subdiaconales præferantur Canonicis Presbyteralibus posterius receptis esse vt abusum extirpandam, sed in Ecclesiis Collegiatis esse talem consuetudinem seruandam, & ait hoc decisum per Sacram Congreg. sicut consuetudo non esset, sed abusus si confraternitas laicorum præcederet Clericis, vt benè Sacra Congregat. apud Barbosam *collect.* 228. quia licet in præcedentiis 17

multum prosit consuetudo, vt ait Ror; Rom. penes Seraphin. *dec.* 964. *Ceremoniale Episcoporum, libro* 2. *capite* 33. Farinacius *d.* 595. Riccius *in praxi præcedentiarum, d.* 579. Gratian. *capite* 294. *num.* 8. *&* 99. Genuensis *in praxi capite* 52. Mastrill. *de Magistratibus, libro* 4. *capite* 14. Ioan. Solorzanus *in alleg. pro sua præcedentia, num.* 31. Salgad. *de Regia protectione, part.* 2. *capite* 9. tamen prodest quando sumus inter æquales vnde Sacra Congreg. Rituum Teste Ferro *de præcedentia, quæstione* 18. *numero* 18. dixit quod Canonicus Presbyter posterior præfertur Diacono, vel Subdiacono non obstante consuetudine Ecclesiæ, quæ tanquam abusiua, & improbata non debet admitti: prodest enim consuetudo in hac materia quando sumus inter æquales dignitate, maioritate, siue antianitate, sed si sumus inter maiorem, & minorem puta quia maior habet consuetudinem contra minorem valet; minor vero contra maiorem consuetudinem non potest habere sicuti si consuetudine induceretur, vt Archidiaconus præcederet Vicario, quæ non valet, teste Abbate *conf.* 21. *part.* 1. Cassaneo *in Catalogo gloriæ mundi, p.* 4. *consid.* 15. Seraphinus *d.* 716. ibi consuetudo est irrationabilis quod non habens dignitatem præferatur illam habenti, quod benè probat Manriquez *d. q.* 18. *num.* 8. 18 20

Ergo cum in præsenti sit in primo gradu soror Hippolyta de Ianuario antiquior in habitu illis de Fulgore, & Muscettula posita tali immemorabili consuetudine, erit præferenda, quia vtilitatem consuetudinis, effectum, & efficaciam Pontificum Cæsarumque constitutiones multis in locis testantur, alij dicunt vim legis habere *l. diuturna ff. de legibus*, alij potestatem corrigendi legem sibi vendicare *l. de quibus, ff. de legibus*, alij optimam legum interpretem esse textus est *in l. si de interpretatione, ff. de legibus*, alij ambiguitatem dirimere *l. nam imperator, ff. de legibus*, alij contra ius positiuum consuetudine induci posse existimarunt *cap. fin.* vbi DD. *de consuetud.* Riccius *collectanea* 147. vbi plures in materia consuetudinis affert casus decisos, nihil enim consuetudine maius cum nulla sit lex positiua, quæ contraria consuetudine non tollatur Decianus *consilio* 14. *num.* 3. *lib.* 3. 21

Confirmatur in simili, quia obligatio Clausuræ monialium est de iure humano, vt latè Suarez *tom.* 4. *de Religione, tract.* 8. *libro* 1. *capite* 8. Sanchez *libro* 6. *Moralium, capite* 2. *numero* 42. Miranda *quæst.* 1. *de Monialibus, art.* 2. Rodriquez *tom.* 1. *quæstione* 44. *articulo* 1. Pellizzarius *capite* 5. *de Monialibus, sectione* 1. *numero* 3. quod ius humanum cum possit abrogari, per consequens consuetudo potest derogare decretis, & Bullis Pontificiis circa clausuram, vt bene Sanchez *lib.* 6. *Moral. cap.* 15. *n.* 4. Azorius *tom.* 1. *lib.* 13. *capite* 8. *quæstione* 1. Pellizar. *capite* 5. *sectione* 1. *num.* 22. Castrus Palaus, & alij quos sequuntur Giball. *de clausura, disputatione* 1. *cap.* 1. §. 6. *conclusio* 4. *&* 5. 22

Sicut

23 Sicut in ſimili Abbatiſſa abſoluto trien-
nio ſuæ præfecturæ, tenetur illam renun-
ciare, & tunc ei ſuccedit Monialis pro-
feſſione antiquior, niſi aliter ferat conſue-
tudo, vt benè Tamburinus *de Iur. Abba-
tiſſarum, diſputatione* 30. *quæſtione* 1. *nume-
ro* 10. *&* 11. Pellizar. *cap.* 7. *de Monialibus,
quæſito* 38. *num.* 46. *in fine*; ſic licet Sacra
Congregatio Regularium, teſte Gauanto *in
Manuali in verbo monialium clauſura, nume-
ro* 40. dicat Sacram Congregationem, ſub
die 13. Septembris 1583. ſtatuiſſe ne Mo-
nialium Confeſsarij clauſuram ingrediantur,
24 prætextu ſepeliendæ monialis, aut officium
funerale peragendi, tamen Sanchez, Por-
tellius, Tamburinus, & alij apud Pellizzar.
capite 10. *ſectione* 3. *numero* 231. contrarium
dicunt poſita conſuetudine, quæ ſeruan-
da erit, provt pluribus in Monaſteriis eſt
introducta conſuetudo, vt Confeſſarius in-
grediatur, tum quando Cadauer Monialis
defertur à cubiculo in quo ea mortua eſt,
ad locum Capituli aut Chorum Eccleſiæ in-
terioris, tum etiam poſtea quando recitatur
officium defunctorum, antequam cadauer
tumuletur, & quidem vna cum ipſis Mo-
nialibus in Choro aſſiſtentes recitatione dicti
officij, & fungens munere Paræci, vt benè
Pellizzarius *vbi ſuprà.*

25 Neque dicas fœminas non poſſe legem
ſtatuere, ergo neque conſuetudinem quæ
habet vim legis & ideo Bart. *in l.* 1. *ff.
de legibus, numero* 7. ait vſus mulierum non
inducere conſuetudinem.

Reſpondeo poſſe à fœminis conſuetudi-
nem introduci in illis quæ ad ipſas ſpe-
ctant ita Rocchus de Curte *de conſuetudi-
ne, capite vltimo, ſectione quarta, numero
quinquageſimo-quarto*, Azorius *tomo ſecundo,
libro quinto, cap.* 18. *quæſtione* 11. Neque id
ſimpliciter negat, imò Suarez *libro* 7. *de
legibus, capite* 9. *numero* 11. ex Bartolo *in
l.* 2. *Cod. quæ ſit longa conſuetudo, numero* 13.
dicit communitatem fœminarum eſſe capa-
cem legis, atque adeo earum conſuetudi-
nem acceptatam à Prælato poſſe legem in-
ducere, & Bartoli locus ſc. *in l.* 1. *num.* 7. *ff.
de legibus*, intelligitur de rebus quæ ad viros
ſpectant, hoc eſt non poſſe à mulieribus in-
duci conſuetudinem contra legem ad viros
pertinentem, vt bene explicant Bartolum
communiter Doctores apud Bonacinam *in
Decalogum diſputatione prima, quæſtione pri-
ma, parte* 10. *numero* 16. & apud P. Bardum
libro 8. *quæſtione ſecunda, numero* 17. *per
totum.*

26 Quod ſi nulla ſit conſuetudo demon-
ſtrans prælationem, nullaque quaſi poſſeſſio
præcedentiæ, quæ etiam debet omnino atten-
di, tam in publicis, quàm in priuatis funcțio-
nibus, tunc antiquiores, & quæ per prius
habitum induerunt, ſunt præferendæ. Gra-
tianus *deciſ.* 232. *numero* 2. Perez de Lara *de
anniuerſariis, & Cappellaniis lib.* 1. *cap.* 24.
numero 26. Campanilis *cap.* 12. *numero* 12.
Salgadus *d. part.* 2. *de Regia protectione,
capite* 9. *numero* 19. Zerola *in verbo pro-
ceſſiones*, & ait Salgadus *numero* 9. quod in-
ter mendicantes quaſi poſſeſſio præcedentiæ
attenditur, quod ſi de hac quaſi poſſeſſio-
non conſtiterit illi ſunt præferendi, qui
prius in illa Ciuitate, villa, ſeu loco ſuum
Monaſterium habuerunt, quod ſi de priori-
tate, vel poſterioritate non conſtiterit tunc
digniores ſunt præferendi.

Neque obſtant ordinationes Eminentiſ- 27
ſimorum protectorum, *cap.* 1. §. 11. *& capi-
te* 11. vbi antiquitas ſumitur ex tempore pro-
feſſionis.

Reſpondeo enim primo quod ordinationes
prædictæ nullam faciunt mentionem de con-
ſuetudine præſertim immemorabili, quæ vi-
get in Monaſterio ſanctæ Claræ, vt ſuprà
probauimus.

Reſpondeo ſecundo quod licet eſſent or- 28
dinationes illæ factæ per Protectores, tamen
cenſetur & poſſunt abrogari, quando non
fuerunt confirmatæ per Pontifices, vt bene
P. Donatus *tom.* 1. *tract.* 13. *quæſt.* 2. *à nu-
mero* 15. *cum ſequentibus, folio* 163. provt
in ſimili non eſt Protectoris ordo ſeruandus
niſi quatenus iuſſu Pontificis diſponeret, &
id de quo diſponit inter conſtitutiones
Monaſterij collocaretur, vt de Protectore
Religionis S. Dominici teſtatur P. Donatus
tract. 4. *quæſt.* 3. *num.* 5. *& tract.* 9. *quæ-
ſtione* 35. *numero* 12. *fol.* 201. quia protecto-
res dantur Religionibus à Summis Pontifi-
cibus ad earum defenſionem, conſeruatio-
nem atque dilationem non tamen ſunt pro-
priè Religionum Prælati, vt ſunt Priores,
Prouinciales, &c. bene Lezana *tom.* 2. *cap.* 9. 29
Peyrinus *de ſubdito, quæſt.* 1. *capite* 18. §. 21.
& poſſunt ſuam interponere auctoritatem
pro conſeruatione iuriſdictionis Prælatorum,
& pro introducenda in Monaſteriis vera re-
gularis vitæ obſeruantia, non tamen ipſi
poſſunt leges condere pro hoc; poſſunt ad-
mittere appellationes fratrum, qui à ſuis
ſuperioribus grauati ad ipſos recurrunt,
quando eſt gradatim facta appellatio puta
à Prælato immediato ad Prouincialem à
Prouinciali ad Generalem, & à Generali
ad protectorem. Sorbus *in compendio, in
verbo appellare* Barboſa *in Collectaneis Bul-
larum in verbo Religioſus*, imò debent pro-
tectores, ſuperioribus penitus relinquere,
regimen & gubernium ſubditorum nec
in negotiis fratrum debent ſe immiſcere
niſi ab ipſis Superioribus requiſiti, vt
diposuerunt Pontifices, & habetur in lit-
teris protectionis, quæ à Summis Ponti-
ficibus emanant de quibus Laërtius Che-
rubinus *tomo tertio Bullarum in Bulla Pau-
li V. numero* 53. & à protectore poteſt
appellari ad Sacram Congregationem,
Thomas à Ieſu *de Viſitatione, Regularium
tractatu tertio, capite* 17. & poſſunt in
caſu neceſſitatis auctoritatem ſuam dele-
gare Lezana *vbi ſuprà, numero ſecundo*,
Verum id limitatur quando cauſæ Regu-
larium concernunt viſitationem, vel re-
formationem Prouinciæ, vel Monaſterij,
quia tunc nequeunt delegare protectores
vices ſuas aliis quam eiuſdem Ordinis
Religioſis, Rodriquez *tomo tertio, quæ-
ſtione* 77. *articulo nono*, Peyrinus *de ſub-
dito, quæſtione prima, capite decimo octauo,*

§. 2.

§. 2. & plura de protectionibus videas apud Bellaſium in promptuario Regulari *fol.* 439.

30 Reſpondeo tertiò quod ordinationes prædictæ non fuerunt vſu receptæ per Moniales quod patet in ſimili ex doctrina Sanchez *libro ſexto*, *Summæ*, *capite quarto*, *numero* 27. qui ait ad dignoſcendum qualitatem obligationis huius, aut illius regulæ, multum conferre, communis exiſtimatio Religioſorum, & communis ſenſus ac Iudicium illorum quibus incumbit obſeruantia Regularium ſic, aut ſic illos accipientium, ac intelligentium, & ſic puto in præſenti exiſtimare ordinationes prædictas nullam inducere obligationem ſed eſſe de conſilio, atque adeò à toto Monaſterio illas poſſe omitti abſque peccato mortali, vt in ſimili Rubricæ Miſſalis, quæ ſunt maioris ponderis, quàm ordinationes de quibus in præſenti obligant proceſſionem fieri in Regularium Cænobiis in diebus Rogationum, ac Iubilei, & tamen ſi Monaſterio monialium eas non faciunt nullam culpam committunt.

Et ſi dubitetur qualiter ſit vſu recepta aliqua lex conſuetudo, ordinatio, &c. dico, quod præſumitur inducta, vt obligatoria quomodo ſuperior punit, aut arguit aliter facientes ſecundò ſi populus grauiter ſcandalizetur ob violationem dictæ conſuetudinis, tertia ſi materia, & obligationibus multum conferat ad bonum commune, & tandem ſi conſuetudo, ſit maioris partis illius communitatis, vt bene Pellizzarius, *capite ſexto*, *numero tertio*.

31 Quo vero ordinationes prædictæ à Protectoribus emanatæ non fuerint in obſeruantia, patet primo quia à capitulo primo vſque ad caput quartum dicit ſtatutum, vt omnes profeſſæ per decem annos à profeſſione communem habeant magiſtram non conſanguineam quod nunquam fuit obſeruatum, nam omnes profeſſæ remanent ſine tali magiſtra, ſed ſub ſuis materteriis, vel amitis, & illis deficientibus remanent ſine aliis. Idem ſtatutum *eodem capite* §. 7. dicit, quod tempore profeſſionis monialium parentes non moleſtent ad pecunias tradendas pro expenſis, &c. quod nunquam fuit obſeruatum, ſed quælibet procurat habere quantum poteſt, dicitur etiam ibi, quod neptes accipere non poſſint niſi illæ Moniales quæ habent decem annos profeſſionis, & hoc fuit ſemper contrarium obſeruatum, & in ſpecie in perſonam ſororis Ceciliæ Muſcettulæ, quæ nunc inſtat pro obſeruantia ordinationum, & regulariter Moniales S. Claræ eas habent à primo anno profeſſionis etiam non conſanguineæ, ergo quand in ordinationibus §. 11. dicitur antiquitatem ſumendam à tempore profeſſionis nulla eſt habenda ratio quia nunquam fuerunt obſeruatæ ordinationes prædictæ ſed contrarium obſeruatum à fundatione Monaſterij vbi à prima die quo venit puella educationis cauſa in Monaſterium, ſuam ſumit antiquitatem comedendi in loco ſuo in refectorio, ſic in Cameræ ſucceſſione attenditur dies habitus non profeſſionis, ſic Hebdomadario in Choro ſumitur à die habitus, & in omnibus officiis ſeruilibus etiam currit antianitas à die ſuſcepti habitus, imò etiam in aliis dignioribus, vt conſocia inimicis, nam maior habitus claues tenet Monaſterij ſic in Officio dictæ Vicariæ vel Abbatiſſæ idem ſeruatur, quia attenditur antiquior in habitu, ſic in Confeſſionibus extraordinariis, &c. attenditur dies habitus; ergo etiam in ſucceſſione ſeruæ debet antianitas currere à die habitus non à die profeſſionis; ergo cum D Hyppolita de Ianuario habitum ſumpſit, ab eo die attenditur antianitas.

In eiſdem ordinationibus *capite* 12. dicitur Thonacas Monialium debere eſſe æquales, & tamen nunquam fuit hoc ſed non eſt, quia omnes deferunt veſtes nigras, &c. *& capite* 15. dicitur poſſe moniales ire, vt libuerit. In eodem *capite* §. 15. habetur moniales non poſſe monachare puellos niſi habeant Cellas quod nunquam fuit obſeruatum, ſic in alio *capite* 3. §. 1. dicitur moniales non poſſe loqui inter ſe in Choro, quod nunquam fuit obſeruatum, & *in d. capite* 2. §. 5. habetur moniales non poſſe ſibi accommodare facere vaſa argentea, &c. tempore feſtiuitatis, quod hodie non ſeruatur, ſic *in capitulo* 6. §. habetur, quod moriente amita vel matertera, neptis non ſuccedat in Cella illius ſed quod ſuccedat alia profeſſa, vel Abbatiſſa teneat in depoſitum non exiſtentibus aliis profeſſis ſucceſſoribus, quouſque neptis mortuæ profiteatur quod nunquam fuit obſeruatum, ſed datur nouitiis à tempore recepti habitus, imo ſi neptis mortuæ ſit educanda etiam ſuccedit in Cella prædicta, & hoc etiam exiſtentibus nouitiis, vel profeſſis, quæ nunquam ſucceſſiſſent, & *in capite* 6 §. 4 habetur non permitti monialibus Cellam permutare niſi ſemel, & tamen contrarium ſit volentibus monialibus, & annuentibus ſuperioribus.

In *capite ſeptimo*, §. *primo*, habetur moniales Sanctæ Claræ viuere debere vita communi, & tamen contrarium ſit *&* §. *ſeptimo*, dicitur nullam monialem poſſe facere quinam ſeparatam, quod non obſeruatur nec ſeruatur *capite ſecundo*, §. *ſeptimo*, nec obſeruatur *& capite ſeptimo*, *& octauo*, circa expenſas non faciendas in officiis de proprio.

Neque ordinationum *capite vndecimo*, §. *tertiam*, eſt ad ſororum de Fulgore, & Muſſetalæ quia ibi dicitur, quo, ſi reperiatur neptis cum amita, vel matertera profeſſa, mori ante amita, vel matertera famula debetur nepti dummodo ſit maior annis 30. neptis illa, & habeat decem annos profeſſionis, vbi poſtea fuit declaratum, & limitatum ex peculiari conceſſione facto verbo de capitulo, ad tempus quinque annorum profeſſionis,

& hoc eſt caput quod adducitur à parte aduerſa. Sed hoc non probat, quia loquitur de Orphanis quas habilitat pro tali tempore ad quarum fauorem fuit facta interpretatio hoc non eſt in illis ergo non eſt ad propoſitum adducendus, & quatenus vellent hoc ſtatutum (vt ipſæ dicunt pro ſe, dico, quod ſicut nulla ex ordinationibus de quibus ibi ſeruatur, ita non debent eſſe Zelotes ad hanc obſeruandam tanquam ad ſui fauorem, vt dicunt; nunquam obſeruatam ergo omni iure ſpero ad fauorem ſororis Hypolitæ, & Iuliæ dicendum, cum motiuis fundatis in tam Clara iuſtitia, ex immemorabili conſuetudine fundata &c. Scripſi hodie 25. Novemb. 1658.

Hæc quæ ſcripſimus viſa per Eminentiſ. Protectorem, approbata fuere, & deciſum pro ſororibus Hyppolita & aliis de, quibus ſupra.

INDEX
RERVM ET VERBORVM
quæ in hoc Primo Volumine continentur.

A

Abbas, Abbatia, Abbatialis, Abbatissa.

ABBAS Sancti Petri ad Crapollam non tenetur ad obedientiam Surrentini Prælati, num.8. pag.214.

Abbas Titularis an tantum teneatur obedire Abbati cum administratione, num 1. pag. 97

Abbas post Abbatiæ renunciationem cui remaneat subditus, n.2.& 3. p.97.

Abbas hodie post Renunciationem remanet subditus Generalis, n.3. ibid.

Abbas Titularis an possit sibi Confessarium eligere, præsente Confessario per superiorem approbato, n.20. pag.99.

Abbas Titularis an incurrat in casum reseruatum ab Abbate locali, n.23. p.100

Abbas si suum deposuit officium sine culpa in memoriam pristinæ dignitatis primum locum habebit, & in choro, & in Monasterio, n. 9. pag.98

Abbas, qui administrationi renunciauit retento titulo an possit sibi eligere confessarium quem voluerit de Monachis, numer. 15. pagin.99

Abbatum,atque Primiceriorum origo vnde, n. 3. p. 24

In præcedentiis dignitas attenditur, & magis antiquæ præfertur. n.4. p.24

Abbates S. Petri ad Crapollam non dant obedientiam Episcopo Massæ Lubrensis, n. 17. p. 211.

Abbates Sancti Petri ad Crapollam præstant obedientiam Archiepiscopo Surrentino, n.15. ibid.

Abbatia Sancti Petri ad Crapollam ponitur in Cancellaria Apostolica in Diœcesi Surrentina, num.12. ibid.

Abbatia Sancti Petri ad Crapollam soluit decimas Papales cum ciuitate Surrentina, n. 13. ibid.

Abbatia Sancti Petri ad Crapollam contribuit seminario Surrentino. n.14 ibid.

Abbatissa non eligitur nisi per duas partes suffragiorum, secundum vnam opinionem: sed alij, & melius putant per vnum votum supra medietatem. n.2. p.85

Abbatia prædicta ponitur sub Diœcesi Surrentina in visitatione ad limina. n.16. p.211

Abbatia Sancti Petri ad Crapollam fuit antiquitus parœcialis Massæ Lubrensis, num. 7. p. 208

Abbatialis Cappella prædicta polluta benedicitur de licentia Episcopi Massæ Lubrensis,n.18. pag.209

Abbatiam prædictam visitatam fuisse per Surrentinos Archiepiscopos nihil releuat, n.12. p.215.

Abbatia Sancti Petri ad Crapollam, sub spolio Massæ Lubrensis continetur, numero 16. p. 209

Abbatia Sancti Petri ad Crapollam fuit semper visitata ab Archiepiscopo Surrentino, n. 19. p. 211

Abbatia Sancti Petri ad Crapollam ponitur in Registro Beneficiorum Surrentinæ Diœcesis, num.21.p.212.

Abbatia Sancti Petri ad Crapollam variè prætenditur de Diœcesi Surrentina, numer. 2. pag.214

Abbatia Sancti Petri ad Crapollam extat in Diœcesi Massæ Lubrensis, n.2.p.208

Abbatia Crapollæ dedit obedientiam Episcopis Massæ Lubrensis, n.10. p.215

Abbatissæ confirmatio fieri non potest, nisi præuia licentia Pontificis, n.6. p.86

Abbatissæ confirmatio, provt & cuiuscumque Officialis, non valet, vno reluctante, dummodo in actu confirmationis fiat reluctatio, n.7.p.86

Abbatissa eligi debet maturior, & probata in moribus. n.4.p.86

Abiuratio.

Abiuratio de leui, non cadit in sortilegio non hæreticali. n.14. p.199

Actor.

Actor committens falsitatem causam debet amittere, etiamsi suam intentionem plenè probauerit, & quid si Reus falsitatem commiserit, n.19.pag.183

Actus.

Actus irreuocabiles nullum inferunt præiudicium. n.7. p.334

Actus omnes minori præiudiciales sunt annullandi. n.5. p.334

Actus in sui primordio perfectus non vitiatur, si incidat in casum, à quo incipere non posset, & præsertim quando defectus superueniens est in causa efficienti, n.5. p.194

Actus in dubio qualiter intelligatur factus, vt ab hærede an vti ab extraneo, numero 24. pag.18

Actus vitiatur quando incidit in casum, à quo incipere non poterat, n. 27. p.192

Actus non vitiatur interdum, si incidat in ca-

ſu, à quo incipere non poterat, numer. 28. p. 193

Actus geſti cauſa terminandæ poſſeſſionis an excuſent accuſatum de vi turbatiua, ac de dolo. num. 9. p. 28

Et vtrum poſſeſſio dignitatis, ac præcedentiæ poſſit armata manu defendi. ibid.

Et turbatis in hac poſſeſſione vtrum competat remedium poſſeſſorium vti poſſidetis, & vnde vi? ibid.

Adire.

Adeundi animus quem effectum producat, n. 14. p. 17

Adeundi ius requirit animum, & factum, n. 15. ibid.

Aditio.

Aditio eſt facta, & non præſumitur, niſi probetur. n. 17. p. 18.

Aditio hæreditatis, per quos actus inducatur, n. 19. p. 18.

Aditio eſt odioſa, & quare, n. 20. p. 18

Aditio debet probari per certas, & concludentes probationes. n. 21. p. 18

Aditio requirit potentiam adeuntis, num. 11. p. 17

Aditionis requiſita, quæ ſint, n. 12. p. 17

Aditio mutua facta, quem effectum producat, n. 13. p. 17

Aditio hæreditatis, & agnitio bonorum poſſeſſionis qualiter differant, n. 6. ibid.

Aditio hæreditatis alios actus habet neceſſarios, alios indifferentes, n. 23. p. 18

Aditio hæreditatis quid ſit, n. 3. p. 16

Aditio per cretionem qualis erat olim? num. 8. p. 17

Aditio per cretionem quas requirebat ſolemnitates, n. 9. p. 17

Aditio probatur factis, verbis, ſcripturis, & teſtibus. n. 25. p. 18

Aditio, per quæ facta cenſeatur inducta, num. 26. p. 18

Aditio an per implementum conditionis cenſeatur inducta. n. 27. p. 19. initio

Aditio an inducatur ex venditione rerum ſtabilium, mobilium, &c. n. 28. ibid.

Aditio an inducatur ex ſolutione legatorum, n. 29. ibid.

Aditio ex ſolutione legati pij, non inducitur, n. 30. ibid.

Aditio non inducitur per actus pietatis, num. 31. ibid.

Aditio an inducatur ex confeſſione, qua dicit quis velle eſſe hæredem, n. 32. ibid.

Aditionem hæreditatis non inducit enuntiatiua heredis, n. 33. p. 20

Aditio ex enunciatiua facti alieni, an inducatur, n. 34. p. 20.

Aditio ex actu dubio non inducitur, num. 35. ibid.

Verba confeſſionis D. Beatricis de Albaſio, ponderantur. n. 36. ibid.

Aditio non inducitur ex confeſſione cum tempore, mora, & conditione, &c. n. 37. ibid.

Aditio vt actus legitimus non capit diem, conditionem, nec moram. n. 38. ibid.

Aditio non inducitur hæreditatis damnoſæ, ſi filius obtuliſſet ſoluere creditoribus debitoris hæreditariis. n. 39. ibid.

Aditio non inducitur ex actu dubio, num. 40. ibid.

Aditio hereditatis damnoſæ, non ita facilè præſumitur. n. 41. ibid.

Aditio probatur per ſcripturam, & qualiter, n. 42 ibid.

Aditio probatur ex præſentatione articulorum, & qualiter. n. 43. ibid.

Aditio non probatur poſita perſuaſione legatarij facta hæredi, vt adeat, n. 44. p. 21

Adiudicatio.

Adiudicatio plus debito, ſi exceſſus eſt in parua ſumma, de æquitate eſt valida, ſoluto exceſſu, n. 8. p. 65

Adminiſtrator.

Adminiſtratores quid, & qualia in libro ſcribere debent. n. 50. p. 174

Adrianus Neguſantius.

Adrianus Neguſantius quæſt. 501. diſputat in puncto punctum propoſitum, & diſtinguit, n. 29. p. 117

Adulterium.

Adulterium non probatur ex acceſſu ad domum meretricis, vel frequentatione eiuſdem, n. 16. p. 136

Adulterium de iure ciuili non cadit niſi cum nupta. n. 10. p. 135

Adulteria de quibus in præſenti non fuerunt probata. n. 13. p. 135

Adulterij ſuſpicio triplex *temeraria, probabilis, & violenta.* n. 15. p. 136

Aduocati.

Aduocati non debent allegare titulum poſſeſſionis, & quare, num. 5. p. 219

Æqualitas.

Æqualitas inter filios qualiter ſeruanda ſit n. 6. pag. 323

Æquitas.

Æquitas cerebrina non eſt æquitas, ſed iniquitas. n. 25. p. 229

Affectio

Affectio quid operetur in diſpoſitionibus, n. 60. p. 329

Affectio, & reſeruatio in beneficiis quid ſignificent, & in quo differant, n. 24. p. 57

Affectio, & reſeruatio producunt effectum, licet gratia ſit ſubreptitia, dummodo non ſit falſa, n. 5. p. 57

Affectio per appoſitionem manus Papæ non habet locum quando reſultaret præiudicium indulti Cardinalitij. n. 26. p. 57

Affectio, & reſeruatio non cadunt in beneficiis iuriſpatronatus. n. 27. ibid.

Affectio ceſſat quando eſt diuerſum vocandi genus. n. 28. ibid.

Affectio per manus appoſitionem Papæ, ſtatim ceſſat gatia perfecta, nec extenditur ad futuras vacationes. n. 29. p. 57. & ſeq.

Afflicti.

Afflicti *deciſio* 32. declaratur. n. 14. p. 39

Agnatio.

Agnatio per maſculos, non per fœminas conſeruatur ei teſtator prouidens de maſculis, non de fœminis ſenſit, numero 41. & 43. pagin. 04

Quilibet ſuæ agnationis, & familiæ magis quam alienæ fauere præſumitur. Ac veriſimilis non eſt, quod ſucceſſionem alienam, ſuæ propriæ anteponere voluerit, numero 49. & 50. pag. 304

Alexander.

Alexander Sperellus qualiter in diuortiis propoſitis ſe geſſerit. n. 3. p. 134

Alexandri *conſilium* 53. *lib.* 6. ad propſitum adducitur. n. 45. p. 290

Alexan

Alexandri Sperelli *decisio* 181. adducitur, & declaratur. n.45. p.276

Alienare.

Alienandi facultas non tollit fidelicommissum absolutum. Immò se compatitur cum illo, n.90.& n.92. p.307. Et censetur ordinatum in eo,quod supereſt, n.93. ibid. Data non impedit quin resultet fideicommissum absolutum in casum mortis, si prohibitionis alienationis dispositiuæ addita sit causa, *quia vult*, num. 95. ibid. Intelligitur dummodo fiat bona fide non animo interuertendi fideicommissum, n.94.ibid.

Bona posse alienari,&esse subjecta fideicommisso simul stare possunt. n.95. ibid.

Alternatiua.

Alternatiua electionis post concessionem Vrbani VIII. in Ordine Sancti Dominici fuit practicata in duobus Capitulis generalibus, n.40. pag.230

Alternatiua confirmata per Pontifices quem finem habuerit, n.14. p.228

Alternatiua, & de qua in præsenti in omnibus ferè Prouinciis Religionis Sancti Dominici obseruantur. n.14.ibid.

Alternatiua electionis vtrum coarctet vota eligentium. n.16. ibid.

Alternatiuæ verba, de qua in præsenti,ponderantur. n.17. ibid.

Alternatiua in electionibus an sit præiudicialis, n.4. p.227

Alternatiua Beneficiorum secularium collatorum à Rege qualiter seruetur in vtraque Sicilia. n.5. ibid.

Alternatiuæ materiam, qui Doctores ex professo tractant. n.6.ibid.

Alternatiua non obseruata in præsenti facto nullam facit esse electionem. n.7. p.22

Alternatiua Beneficiorum quos intelligat pro exteris. n.19.p.229

Alternatiua electionis in capitulis Regularium quare inducta. n.2. p.227

Altogradi.

Altogradi doctissimi, & amicissimi *conf.* ponderantur, scil. 92. *tom.* 1. & 80. *tom.* 2. num.51. p. 291

Alumni.

Alumni Seminariorum Societatis Iesu Sacramenta recipiunt in eorum Seminariis in die Paschatis. n.37. p.13

Ambasciator.

Ambasciator seu legatus filium proprium potest substituere, & non alium, numero 10. p.118

Amentes.

Amentes, & furiosi an,& qualiter differant? n.66. p.269

Amor.

Amor non semper excusat in delictis, vt plurimum excusat à pœna ordinaria, numero 4. n.107.

Amoris parentum erga filios causa quæ sit, n. 28. p.120

Amorum qualitas præsumptionem facit,quòd non fuerit animus occidendi, n.5.p.42

Amoris causa operans dicitur, vt furiosus operari, & quomodo hoc procedat, numero 3. p. 107

Angela.

Angela, de qua in præsenti, est omnino excluſa, n.27.p.288

Animus.

Animus bonus in re mala, quid operetur, n.32. p.200

Annotatio.

Annotatio bonorum ad instantiam creditorum facta excusat à confectione inuentarij, n.21. p. 190

Annuli.

Annuli aurei impetratio qualis, & quomodo fieret. n.26. p.250

Anulorum vsum fuisse antiquitus, numero 27. p. 250

Anuli vsus quibus competebat antiquitus, n. 28. ibid.

Annulorum aureorum ius qualiter, à quocumque Principe concedi valeat, numero 29. ibid.

Antianitas.

Antianitas in Religione Hierosolymitana non currit à die professionis, sed solutionis passagij. n.11.p.338

Antianitas sumitur ex consuetudine, num. 13. ibid.

Antianitas & præcedentiæ quæstiones ex Trid. determinantur summatiè, n.15.p.338

Antonus Giacconius.

Antonij Giacconij, & aliorum prætensiones afferuntur. n.3.p.309

Appellatio.

Appellatio non datur à constitutionibus publicatis,quia tendunt ad bonum commune, n.20. p. 264

Appellatio à correctionibus, & punitionibus Superiorum, an, & quando valeat, num. 8. p.148

Appellatio an, & quando detur à confirmatione, n.31. p.274

Archiepiscopus.

Archiepiscopus Surrentinus formauit processus visitationum Abbatiæ prædictæ, numero 20. p. 212

Archiepiscopus Surrentinus Angrisanus visitauit Ecclesiam S.Petri. n.21. p.212

Archiepiscopus de Petio visitauit Abbatiam hanc. n.23. p.ibid.

Archiepiscopus visitare potest totam suam prouinciam. n.3. pag.282

Archiepiscopus missam cantat Pontificaliter in Ecclesia suffraganei & alia gerit sine exercitio iurisdictionis, n.15.p.284

Archiepiscopus declinat ad locum suffraganei pro tempore quo à iure permittitur, num. 6. p.282

Archiepiscopus in tota prouincia insigniis vtitur & benedictionem facit. n.7. ibid.

Mozzettam defert, & crucem, num. 8. & 9. pag.283

Non tamen præsente legato, n.10. ibid.

Et mantellettum violaceum, vel nigrum, n. 11. ibid.

Archiepiscopus prædicare per totam prouinciam valet, & Episcopus per suum territorium etiam in Ecclesiis regularium, num. 12. ibid.

Et indulgentias promulgare, & concedere, n.13.ibid.

Archiepiscopus Surrentinus furtiue visitat Abbatiam prædictam. n.15.p.209

Argumentum.

Argumentum quod posset fieri in præsenti peccato in suppositio. n.20. p.229

Argumentum validum est de matrimonio car-

nali ad ſpirituale. num.11.p.313

Ariſtoteles.

Ariſtotelis locus *lib.4. ethicorum cap.*50. ad propoſitum ponderatur, n.30.p.120

Articulus.

Articuli proponuntur diſcutiendi, numer 2. pag.69

Ad articuli alicuius deciſionem quando procedi poſſit abſque impartitione termini, num. 6. pag 28

Articuli, ſeu poſitiones ſuper iuribus Archiepiſcopi Surrentini, n.7. p 210

Aſſenſus.

Aſſenſus Sumi Pontificis præſumitur ſpatio 30. annorum, nec requiritur ſcientia Papæ num.19. pag.178

Aſſenſus Apoſtolicus qualiter requiratur pro venditione bonorum Eccleſiæ, numer. 7. pagin.90

Aſſenſus Regius pro ſorte extenditur ad fructus n.20. pag.192

Aſſenſus Apoſtolicus requiritur in obligatione ſpeciali bonorum Eccleſiæ, non in generali obligatione. n.5.p.90

Aſſeſſor.

Aſſeſſor, & quivis alius Magiſtratus ob Iudicium ſanguinis quando efficiatur irregularis. num.1.p.144

Aſſeſſoris officium exercens in Tribunali artis lanæ an efficiatur irregularis, & adducuntur verba Concilij Toletani circa irregularitatem inducendam, n.1. p.144

Atria.

Atria, Cortile, &c. *Eccleſiæ S. Ioannis* quem receperint delinquentem? n.16.p.11

Augmentum.

Augmentum quando cedat etiam ad beneficium francorum. num.19 p.127

Auiditas.

Auiditas pecuniæ quantum damnabilis, n. 40. pag. 7

B

Baldus.

BAldus *in Auth. qui rem num.*5. *C. de Sacroſ. Eccleſ.* explicatur, n.39.p.326.

Bannitus.

Bannitus exercet officium extra territorium bannientis, num.4.p.158

Baro.

Baro in Terris maritimis ad faciendas excubias, & vigilias cogere poteſt vaſſallos in foro externo. num. 5.p.101. & ſeq.

Baro vti primus ciuis an teneatur ad onera, n. 9. pag.278.

Baro an ſit propriè ciuis, num.10.ibid.

Baro vendens territorium, an & quando dicatur vendere iuriſdictionem, n.12. p.278

Baro an dicatur ciuis quando non habitat in feudo. n.13.ibid.

Baro appellatur primus ciuis loci feudi, num.2. p.277

Baro vti primus ciuis habet vſum paſculandi in nemoribus, &c. num.3. ibid.

Baro gaudet, vt primus ciuis, licet non habet in feudo. n.4. ibid.

Baro poteſt ordinari, imò & filius eius in loco feudi. n.5.ibid.

Baro ſi locat feudum, & omnia iura, quæ habet in eo, non cenſetur locaſſe ius paſcendi animalia ſibi competens, vti primo ciui, num. 25. p 250

Baro habet ius paſcendi animalia etiam non habitet in feudo. 26. ibid.

Baro licet primus ciuis, non tamen poteſt impedire locationem paſcuorum vniuerſitatis, n.16. pag.279

Barones non poſſunt facere banna ne extrahantur fructus vel alia de Regno, n. 4. p.238

Bart.

Bart. *conſ.*102.adducitur, & approbatur. num.13. pagin.172

Beneficiatus. Beneficium

Beneficiati tenentur edere Bullas ſuorum beneficiorum. n.2.p.2

Beneficium Eccleſiaſticum non poteſt licitè ſine Canonica inſtitutione obtineri. n. 3. ibid.

Beneficiorum fructus non canonicè poſſeſſorum, cadunt ſub ſpolio. n.4. ibid.& ſeq.

Beneficiorum collatio per Cardinalem facta & ſtatus controuerſiæ proponitur, numero 1. p. 52

Beneficij ius, ſiue Cappellania quadraginta annis præſcribitur, n.2. p.49

Beneficia promoti ad Epiſcopatum, vacant capta poſſeſſione. n.3.p.52

Beneficiatus tenetur edere bulllas etiam ad petitionem Patroni. n.7. p.3

Ampliatur Concluſio, quâ diximus beneficiatos edere teneri bullas. n.6 ibid.

Beneficia Eccleſiaſtica ſunt conferenda ſine diminutione. n.8.p.38

Beneficium reſignatum liberè coram Epiſcopo, non poteſt conferri conſanguineis Epiſcopi reſignantis. n.9.p.95

Beneficia vacantia per promotionem, non vacant ſi Epiſcopatus ſit in terris infidelium, n.6.p.53

Beneficia per promotionem tantum non vacant, ſed decernuntur vacare. n.7. p.53

Beneficia non vacant per promotionem quando dat Papa retentionem. n.8.p.53

Retentio beneficiorum conceſſa à Papa eſt reſeruatio iuris antiqui, nec eſt noua prouiſio, n.9. p.53.

Beneficia, quæ per promotionem debebant vacare, dicuntur vacare poſtea per obitum, n.10. p.53

Beneficia Iuriſpatronatus non vacant per promotionem ad Epiſcopatum. n.11. p.53

Beneficiati tenentur oſtendere Inſtrumenta, & Inuentaria ſuorum iurium. n.9. p.3

Beneficiatus tenetur oſtendere titulum diſpenſationis ſuper incompatibilitate, numero 10. pag. 3

Beneficiatus capiens poſſeſſionem beneficij literis non expeditis, dicitur intruſus. n.13.p.3.& ſeq.

Beneficiatus capiens poſſeſſionem ante literarum expeditionem eſt intruſus, quod declaratur, n.14. p.4

Beneficia impetrata vt certo modo vacantia, non ſeruata Bullâ Pauli III. non dant titulum, n.15. ibid.

Beneficia vacantia per priuationem, non poſſunt conferri conſanguineis &c. conferentis, & an procedat in Iurepatronatus, num.16.& 17. ibid.

Beneficium reſtitutionis in integrum conceditur poſita læſione. n.14.p.334

Beneficia vacantia in Curia qualiter ſint reſeruata, n.18. p.54

Beneficia quando dicantur vacare in Curia, & quando

quando apud Sedem. n.20. p.54
Beneficia vacare per obitum, vel per alios modos, quænam sit differentia, n.21.p.54
Beneficia vocantia in Diœcesi, quæ vigore indulti spectant ad Cardinalem, Papa qualiter conferat, n.22 p.54.& seq.
Beneficia vacantia per promotionem ad Episcopatum, non possunt retineri, n.26. p.5
Beneficia vacant per assumptionem ad Episcopatum ipso iure, & de stylo Curiæ Romanæ etiam non accepta possessione, non tamen vacant per promotionem ad Episcopatum titularem. Pensiones autem vacant adepta possessione: per Cardinalatum vacant beneficia quæ requirunt residentiam; per assumptionem ad Papatum, non vacant pensiones, num. 27. ibid.
Beneficiatus, qui diu stetit in beneficio non tenetur ostendere titulum. n.30. p.5
Quantum tempus requiratur vt non teneatur ostendere titulum beneficiatus, num. 31. p. 5. *& seq.*
Beneficia vacant per promotionem, etiamsi quis habuerit deinde promotionem alterius Episcopatus. n.30.p.58
Beneficij resignatio sine causa non valet, num.8. pag.95
Beneficiatus titulum edere non tenetur quando pro se habet sententiam non suspensam per appellationem. n.33. p.6
Beneficiati titulum ostendentes nihil soluere tenentur. n.34.ibid.
Beneficium vnum est sufficiens, aliud tenue, aliud tenuissimum,& quæ sint? n.21.p.116
Beneficium sufficiens ad victum tunc dicitur, quando pro se, familia &c. sufficit, num. 22. p.116
Beneficium sufficiens ad victum consideratur respectu personæ, qualitatis &c. n. 23. p.116
Beneficium erit sufficiens solutis oneribus, n.24. p.116
Beneficiorum retentio qualiter intelligatur, n.31. pag.58

Berengarius.

Berengarij locus *in capite 1. de filiis natis ad Morganaticam* adducitur, & explicatur, num. 61. pag.329

Bona.

Bona Clericorum & Ecclesiarum sunt immunia à gabellis laicorum. n.1.p.241
De iure diuino est priuilegium introductum, n.2. ibid.
Nec valet renunciari, n.3. ibid.
Bona Ecclesiastica differunt à patrimonialibus, n.3.p.233
Bona Sancti Petri ad Crapollam fuisse alienata cùm Breui Archiepiscopo Surrentino nihil releuat. n.11.p.215
Bona priuata Clericorum præscribuntur, vt bona laicorum. n.11. p.233
Bona Abbatiæ prædictæ fuerunt alienata, commisso Breui Archiepiscopo Surrentino, n.18. p.211
Bonorum certitudo excusat hæredem, & tutorem à confectione inuentarij, n.16. p.188
Bonum commune si concurrat cum priuato, quando præualeat, n.41.p.121

Bottiglierij.

Bottiglierij *theorema* 106. n. 15. adducitur in præsenti. n.50. pag.328

Breuia.

Breuia adducuntur alienationis bonorum prædictæ Abbatiæ, directa Episcopo Massæ Lubrensis. n.17.p.209
Breue alternatiuæ de quibus mentionem faciat, & an comprehendat Socios? n.34. p.230

Bulla.

Bulla Pij V. 11. adducta per aduersarium nihil contra nos. n.34. p.237
Per Bullam Pauli V. octuagesimam primam in ordine, PP. Scholarum Piarum sunt capaces habendi bona stabilia in communi, n.12. p.311
Bulla Pij V. fauorabilis Clericis vt possint bona sua extrahere. n.12. p.243
Respondetur argumento quod Clerici seruare debent statuta concernentia vtilitatem publicam. n.13. ibid
In Regno Neapolis non adest licentia Papæ vt possint clerici collectari, n.14. ibid.

C

Cæcitas.

Cæcitas licet impediat magistratum, non tamen illum aufert, n.29. p.193

Calumniator.

Calumniator qua pœna puniendus, num. 52. p.122

Camera.

Camera Apostolica non habet interesse in beneficiis eorum, qui non deferunt habitum,& tonsuram. n.24.p.5
Camera Apostolica non habet interesse in frubus beneficiorum quando non recitant Beneficiati Officium. n.25.p.5

Campana.

Campana pro prosequendis malefactoribus quando, & qualiter pulsanda, numero 25. p. 159

Cancerius.

Cancerij decisio qualiter processerit, num. 59. p. 329
Cancerij plura loca adducuntur coniecturas admittens. n.51.p.328

Canonicus.

Canonicus excommunicatus vocem eligendi non habet & vtrum Clerici non inseruientes fori priuilegio gaudeant, n.8. p.98
Canonicus Presbyter posterior, priori canonico Diacono, vel subdiacono an præferatur, & consuetudo quando in præcedentiis prosit, n.21. p.25
Canonicus sub bona fide absens num teneatur perceptas distributiones restituere, num. 9. pag. 83

Capicius.

Capicij *decisio* 152. *& de Franchis* 197. arguuntur de negligentia, n.24.p.280

Capitaneus.

Capitanei Triremium non recipientes Regulares condemnatos, peccant mortaliter, numer. 36. pag 81

Capitulum.

Capitulum Generale facit leges in tota Religione, Prouinciale verò in tota Prouincia, n. 22. pag. 264
Capitulum Generale non potest nouam regulam facere, licèt possit nouas constitutiones, n. 26. p.265
Capitulum definitorum qualiter differat à capitulo generali electionis, numero 22. pag.219

Index

Capitulum generale an possit statuere alternatiuam,& quando. n.3. p.227
Capitulum Prouinciale potest facere statutum inhabilitans ad Religionem. n.41.p.267
Capitulum,de quo in præsenti Prouincialium, an definitorium sit. n.45.p.231
Capitula matrimonialia quondam Illust. Principis Bitetti cum Ill. Principe Misagni ponderantur, n.2. p.320
Capitulum Generale non potest regulas destruere Religionis. n.12. p.263
Capitulum Generale potest tollere constitutiones, etiam à Papa confirmatas, numero 13. ibid.

Cappellanus.

Cappellanus Sancti Petri celebrat cùm licentia Episcopi Massæ Lubrensis, numero 3. p.208
Cappellani Regij sunt exempti per Bullam Leonis X. n.4.ibid.
Cappellani Regij non fuerunt comprehensi sub Iure, & foro suo. n.3.pag.123

Capuani.

Capuani quodnam habent priuilegium pro Officialibus. n.9. p.243

Carcer.

Carcer, quando sit species torturæ, numero 15. p.148

Carceratio.

Carceratio, quando,& qualiter irroget infamiam, n.12.pag.148
Carceratio vxoris in cubiculo cum denegatione alimentorum, est grauis sæuitia, num. 63. p.141

Carceratus.

Carceratus,quando quis iniustè dicatur, num.14. p.148

Cardinales.

Cardinales non subiiciuntur regulis Cancellariæ, nec extrauagantibus, n.12. p.53
Indultum Cardinalibus concessum remouet ordinarias constitutiones, numero 13.pag.53. & seq.
Cardinales vigore indulti, possunt conferre omnia beneficia, etiam affecta multiplici reseruatione. n.14. p.54
Cardinales vigore indulti non conferunt beneficia vacantia apud Sedem Apostolicam, n.15. p.54
Cardinalis, si ei fiat obuiam damnatus ad mortem inbere potest illum liberari, & vtrum si occurrat ei damnatus ob falsum, numer. 31. p.185
Cardinales Protectores Regularium quid possint cum eis, n.29.p.340
Cardinalis habens indultum conferendi quæcumque beneficia, non potest conferre, quæ vacant per resignationem ad fauorem certæ personæ. n.23. p.57

Casus

Casus adducuntur quod sericum captum restitutum fuit Clericis, & numero 24. pagin. 244. & seq.
Nec obstat quod clam apportetur pro excusandis pauperrimis nautis, numero 25. pagin. 245
Et quia ministri laici male tractant alios propter clericos. n.23.ibid.
Casus plures referuntur similes nostro, & fuit dictum gaudere immmunitate, numero 19. p. 205.
Casus in Capitulis & Testamento Principis Bitetti considerantur, n.33 p.326
Casus, qui de facto contingit præuisus fuit, vt n.3.p.320
Casus decisio, de qua in præsenti, numero 64. p.260
Casibus reseruatis,qui non ligentur, & num. 24. & 26.p.100
Casus decisio de Energumeno expulso à Monasterio S. Martini post professionem, num. 73. p. 270
Casus fortuitus qualiter obliget custodem, n. 43. p. 174

Cato.

Catonis sententia de fœmina, expenditur, n. 1. p. 293

Caualcanus.

Caualcani decisio 73. à num 13.explicatur qualiter procedat. n.8.p.90

Causa.

Causa delinquendi est consideranda, num. 28. p 200
Causa tendens ad eundem effectum ac prima, non cessat effectus ea cessante, numero 19. p.115
Causa maleficij, de qua in præsenti confessione non fuit animo credendi pactis dæmoniacis, n. 13. p.200
Causæ matrimoniales non sunt per omnes tractandæ, sed per quosdam, numero 1. pagin.134

Cautela.

Cautela quæ operatur, vt etiam euictione non sequuta, detur repetitio. n.12. p.194

Cautio.

Cautio qualiter præstatur *pignoratitia, fideiussoria, & iuratoria*, & de qua loquantur iura in præsenti? n.52. p.140
Cautione non sufficiente quid agendum: n. 60. p. 141

Censura.

Censura est emananda præuia citatione,alias non ligat. n.24.p.319
Censura ferri non potest in causa propria, nisi causa iustæ defensionis. n.25.ibid.
Censura vt validè feratur requiritur citatio personalis etiam si sit delictum notorium, num.26. ibid.
Censura vt rectè emanetur non est necessaria trina citatio, & citatio per edictum est subsidiaria & non in omnibus casibus permittitur. n.27. ibid.

Christus.

Christus Dominus cur recepit Iudam Proditorem? n.56. p.268
Christus Dominus cur malum recepit discipulum. n.59. p.268

Citatio.

Citatio ad locum non tutum, est adeo nulla vt necesse non sit appellare, n.33.p.67

Citatus.

Citatus ad locum non tutum,non tenetur comparere, n.35. p.67

Ciuilitas.

Ciuilitas,& immunitas sunt simul compatibiles, n.14. p.278
Ciuilitas originaria, & domiciliaris qualiter se habeant. n.15. p.279

Ciuis.

Ciuis in genere an comprehendat Ciuem ex priuilegio? n.10.p.258
Ciuis verbum qualiter sumatur verè, & qualiter fictè. n.29.p.281

Ciuis

Ciuis allectus non differt à forenſe quando non habitat. n.10.p.253
Ciuis allectus in aliquam ciuitatem non poterit ordinari ab Epiſcopo illius. n.11.ibid.
Ciuis ſi ſit præferendus, ſufficit ſi ſit Ciuis ex priuilegio. n.12.ibid.
Ciues allecti an veniant appellatione Ciuium, n.8.p.252

Ciuitas.

Ciuitas Maſſæ Lubrenſis fuit olim vnita cum Ciuitate Surrentina. n.9. p.210
Ciuitas Surrentina, & Maſſæ à Turcis deuaſtatæ, & quando. n.11. p.210
Colligitur ex hiſtoriis vnio Maſſæ cum Surrentina Ciuitate. n.10.ibid.

Clauſula.

Clauſula in Breui Pontificio appoſita (Saluis Iuribus primo monaſterio) quid operetur, n. 27. pag.336
Clauſula taxatiua fauore Eccleſiæ, vtrum reſoluatur in demonſtratiua. n.29.p.315
Clauſula (pro quibuſcumque hæredibus) quid importet. n.40.p.326
Clauſula [vna cum annexis, & connexis] quid operetur. n.17.p.40
Clauſula alternatiuæ vtrum ampliari debeat, vel reſtringi. n.23. p.229
Clauſula reſeruatiua, qualiter faciat remanere iudicium? n.12.p.93
Clauſulæ appoſitæ in contractibus quando illos alterent. n.11. p.334

Clauſura.

Clauſura Monialium & de iure humano, contra quam valet conſuetudo, n.21.p.339

Clericus.

Clericus an poſſit impunè occidere Bannitum laicum. n.8.p.158
Clericus foriudicatus à laico an poſſit impunè occidi. n.9.ibid.
Clericus habens aliunde non poteſt alienare patrimonium, inconſulta Curia, numer. 15. pag.116
Clericus pro perſonis propriis, & etiam Eccleſiaſticis non ſacris tenetur ſoluere dirictus ſi extra Regnum extrahant. n.10. p.233
Clericus in patrimonialibus cenſetur laicus, & tentur ſoluere dirictus. n.8. p.233
Clerici tenentur ſeruare ſtatuta laicorum diſponentia circa annonam. n.28. p.236
Clericorum bona inanimata quomodo à laicis cognoſci poſſunt. n 53. p.240
Clericorum arma qualiter poſſint accipi, ſi reperiantur in flagranti. n.55. ibid.
Clerici ob contrabanna pœna corporali non puniuntur, ſed pœna Burſali, & pecuniaria, n.56. p.240
Clericorum bona inuenta pro extractione incidunt in commiſſum & applicantur fiſco Regio. n. 50.p.240
Clerici negotiatores priuilegiis clericalibus pro gabellis non fruuntur, n.11. p.243
Clerici extrahentes extra Regnum coram iudice laico tenentur reſpondere, numer. 48. pagin.239
Clerici an directiuè, an coactiuè teneantur ſeruare leges loquentes de extractione, num. 44. p.239
Clerici, & Cappellani Regij an comprehendantur ſub tranſactione facta inter Nuntium, & Ciuitatem Neapolitanam ſub nomine Clerici, num.2.p.125
Clericorum contributio ad fauorem Principum ſecularium qualiter conceſſa per SS.Pontifices, n.35.p.237
Clerici non obſtante Clericatu ſunt Ciues, & membra reipublicæ. n.22. p.235
Clerici ſunt exempti de iure diuino quoad ſpiritualia. n.23.ibid.
Clerici quando deponunt contra Reum, qualiter debeant deponere. n.24.p.206
Clericis an liceat, & quando ſumere arma contra bannitos. n.21.p.159
Clerici Maſſæ Lubrenſis celebrant feſtum Abbatiæ. n.11.p.208

Clerus.

Clerus ſecularis præfertur regularibus etiam in eorum Eccleſiis de conſuetudine, num. 16. p.338

Coactio.

Coactio ad obſeruantiam harum legum non fit per iudicem Eccleſiaſticum, numero 45. p. 239

Coadiutor.

Coadiutori debetur congrua arbitrio Epiſcopi, n.10. p.178

Collatio.

Collatio beneficij reſignati in manibus Ordinarij quando fieri debeat? n.22. p.4
Collatores ordinarij rigore indulti an teneantur conferre intra ſex menſes, n.36. p.58

Collecta.

Collectas, & onera non tenentur ſoluere Clerici, & quando. num.13.p.234

Commendæ.

Commendæ Militum Hieroſolymitanorum vacant per promotionem ad Epiſcopatum, n.55. p. 14

Compater.

Compater an accuſet occiſorem compatris, n.37. p. 161

Communicatus.

Commmunicatus in peccato mortali, vel ſi poſt communionem ſtatim peccat, tenetur conteri, vel confiteri pro toto tempore quo ſpecies manent incorruptæ in ſtomacho, numer. 12. pag.130

Conceſſio.

Conceſſio ſuper fructibus facta, quando ſapiat naturam ſtabilium. n.11. pag.125

Concilium.

Concilium Prouinciale, vel ſynodale an poſſit contra Ius diſponere. n.47. p.267
Concilij Trid. ſolemnitates *ſeſſ.* 25. *c.* 16. requiruntur etiam in maiore contrahente, num.18. p. 335

Concluſio.

Concluſio proponitur excluſiua Angelæ deſcendentis ex maſculo. n.3.p.285.& ſeq.

Condemnatio.

Condemnatio innocentis eſt contra omnes mundi leges. n.6.p.32

Condemnatus.

Condemnatus ad Remum qualiter fiat infamis, num.27.pag.80

Conditio.

Conditio vt nihil habeat religio in hoc legato quid operetur. n.28.p.155
Conditio quando indiuidua, & quando diuidua ſit. n.6.p.331
Conditio, & cauſa dum adimpletur, viget diſpoſitio. n.22.p.254
Conditio poſita in vna pate diſpoſitionis cenſetur in omni alia repetita, numer. 23. pagin. 332

Conditio appoſita in legato, repetita cenſetur in tranſlatione legati etiam in codicillis facta, n.17.pag.331
Conditio inducit formam. n.1. p.330
Conditio inducit formam indiuiduam, num. 2. ibid.
Conditio in primo capite, de qua ſupra in hoc ſecundo intelligitur repetita quoad eaſdem qualitates. n.3 ibid.
Conditio ſcindi non poteſt, & quare, n. 4. ibid.
Conditio ſi ſine liberis eſt voluntaria, num. 9. p.331
Conditio ſi ſine liberis, an extendatur è contra, n.10.ibid.
Conditio voluntaria an extendatur de caſu ad caſum, & quando. n.11.ibid.
Conditio viduitatis in vna parte appoſita an extendatur ad aliam. n.12. ibid.
Conditio vna, & eadem non poteſt diuerſo iure cenſeri. n.13. ibid.
Conditio triplex poteſtatiua, caſualis, & mixta, n.14.ibid.

Confeßarius.

Confeſſarius Monialium quando Clauſuram poſſit ingredi, & quid poſita conſuetudine, n.24. p.140
Et verum poſſit ſibi eligere Confeſſarium non ſubditum. n.21.p.99 & ſeq.

Confeſſio.

Confeſſio ſpontanea arguit carentiam doli, n.17. pag.33
Confeſſio patris, per tormenta filij, cenſetur facta in tormentis. n.20. p.119
Confeſſio facta à delinquente quando dicatur coram iudice. n.29.p.132
Confeſſio Rei ad infamiam proximi euitandam, cum mendacio, an conſuli poſſit, num. 51. pag. 122
Confeſſio tantum non operatur; vt poſſit ſequi condemnatio quando non conſtat de corpore delicti. n.18.p.199
Confeſſio iudiciaria, quando ſanet, proceſſum nullum. n.29 p.150
Confeſſio non nocet confitenti, conſtito de eius bona fama. n.21. p.199
Confeſſio renunciando defenſionibus, an noceat confitenti? n.22. ibid.
Confeſſio ſpontanea, æquipollet ſpontaneè comparenti. n.17. pag.199
Confeſſio poſt denunciationem, licèt non ſit verè ſpontanea, tamen minuit pœnam, num. 25. p. 200
Confeſſio ſceleris facit præſumi delictum ſine dolo, n.27. ibid.
Confeſſio ſceleris miſericordiam conſequitur, n.26.ibid.
Confeſſione facta de delicto, Iudex quid facere debeat? n.15.p.199

Confirmans.

Confirmans non exercet liberalitatem, num. 6. p. 272
Confirmans ſi non confirmet ad quem deuoluatur ius. n.7. ibid.

Confirmare.

Confirmare debens, ſi nolit, compelli poteſt à Superiore. n.3. p.272

Confirmatio.

Confirmatio electionis quid ſit. n.2. p.272
Confirmatio non requiritur poſita conſuetudine, n.20.p.273
Confirmatio fieri non poteſt inuito electo, n. 4. pag.272
Confirmatio facta per interceſſiones, & fauores valet. n.5. ibid.
Confirmatio electionis fit ab immediato Superiore. n.22.p.273
Confirmationis formula nulla eſt, nec verba præciſa. n.25.p.274
Confirmatio poteſt fieri iudicialiter, & extra iudicium. n. 6.ibid.
Confirmatio etiam in Ordine Dominicanorum, an ſit gratia. n.27. ibid.
Confirmatio non fit, ſi appelletur ab electione, n. 28. ibid.
Confirmatio fit præuia informatione, & ſuper quibus. n 29. ibid.
Confirmatio electionis à quo, qualiter, & quibus verbis fiat. n.49.p.26
Confirmatio quid ſit, & quotuplex? num. 28. p.265
Confirmatio in forma ſpecifica habet vim Priuilegij, & in quo differat. n.30. p.265

Confuſio.

Confuſio actorum quando inducatur contra hæredes. n.24. p.190

Confirmatus.

Confirmatus non indiget litteris ad adminiſtrandum. n.15. p.273

Congrua.

Congrua poteſt aſſignari, tùm in decimis, tùm in aliis, n.11.p.178
Congrua debetur Coadiutori à Parœco ſi non ſufficiant bona Parœci, vel Eccleſiæ, n. 12. ibid.

Coniectura.

Coniecturæ faciunt donationem, vel aliam conceſſionem pro filiis ex primo matrimonio intelligi. n.46. p.327
Coniecturæ apertiſſimæ probationes dicuntur. Et quod ab iis reſultat pro expreſſa habetur, n.4.& 5.p.302
Coniecturæ, & argumenta nihil probant in criminalibus. n.28. p 35
Coniecturæ, & argumenta pro reo defendendo ſufficiunt, non ad condemnandum, num. 5. p. 32
Coniecturæ plures ex ſe, licet non ſufficiant ad inducendum fideicommiſſum reciprocum. Iunctæ tamen proſunt. n.78 p.306

Conſenſus.

Conſenſus qualiter ſuppleri debeat, & à quo. n.12.p.197
Conſenſus aliquando ſuppletur, aliquando habetur pro obtento. n.13.ibid.
Conſenſus in tranſlatione iuris patronatus eſt irreuocabilis. n.14. ibid.
Tacitus conſenſus, an operetur ad confeſſionem eruendam in præſenti. n.71.p.142
Conſenſus præſumitur ſpatio decem annorum, & multo magis maiori tempore, num. 17. p. 178

Conſeruatio.

Conſeruatio bonorum in beneficium proximiorum, non poteſt dari ſine reciproca, num. 70. & 72.p.305.p.306.&n. 75.ibid.

Conſtitutio.

Conſtitutiones Generales à Papa confirmatæ in forma ſpecifica ſunt reuocabiles, num. 27. p.265
Conſtitutiones huius Religionis N. prohibent accipere aliquod ſecretò erogandum, num. 11. pag.152
Conſtitutiones Religionis, etiam à Papa confirmatæ, dicuntur regularium, n.14 p.64

Conſtitutiones Religionis factæ ex authoritate Pontificis, & ab eodem approbatæ non poſſunt mutari per Regulares. n.15. ibid.
Conſtitutiones Religionis durant in perpetuum, n.23.p.264
Conſtitutiones non poſſunt fieri contra regulas à regularibus. n.24. ibid.
Conſtitutiones Regularium poſſunt ab eis fieri cum clauſula irritante, n.25. ibid.& ſeq.

Conſuetudo.

Conſuetudo per duos actus inducitur, num. 42. p.231
Conſuetudo qualiter de non licito facit licitum, n.43. ibid.
Conſuetudo parem vim habet cum lege, & eſt potentior ſtatuto. n.44. ibid.
Conſuetudo per actum priuatum an inducatur, & quid non dicatur publicum, numero. 20. pag.50
In materia præcedentiæ conſuetudo loci potiſſimum locum obtinet, n.4 p.17
Conſuetudinis vis qualis, & quanta, n. 5. p.27. & ſeq.
Conſuetudo vt valeat 40. annorum ſpatio debet eſſe præſcripta, idque probari debet ſimulque & probandum actus fuiſſe factos cum intentione conſuetudinem inducendi, num.17. pag.25
Conſuetudo induci dicitur ſi agatur de priuato contra vniuerſitatem, num. 27. pag. 26. ſub fin. 1. col.
Conſuetudo non arctat, quæ meræ ſunt facultatis, n.19. & 20. p.25
In actibus merè voluntariis vt inducatur conſuetudo, ſiue præſcriptio, prohibitio, ſiue interpellatio eſt neceſſaria. n.20. p.25
Conſuetudo Iuris honeſtati repugnans an profit, n.22. p.25.
Conſuetudo non dicitur, ſed potius præſcriptio illa, quæ contractat de inducendo aliquo iure vniuerſaliter in publico, ſed de iure particulari inter priuatos quærendo, numero 23. pag.26
Conſuetudo laudabilis an ſeruanda in Religione? n.1.p.111
Solutio dubij. n.2. ibid.
Conſuetudines laudabiles ſunt ſeruandæ, num.3. ibid.
Conſuetudo diſponens dotem apud virum remanere muliere ſine liberis decedente, intelligitur de liberis communibus, n 2.p.322
Conſuetudine remota in præcedentiis quid agendum. n.26.p.340
Conſuetudo communicandi ſub vtraque ſpecie non eſt improbanda ſi ſit ſcita,& tacitè approbata per Pontificem. n 21. p.131
Conſuetudo ſemper eſt ſeruanda, maximè antiqua. n.23.p.30
Conſuetudo interdum facit, ne ſeniores præferantur, n.9. p.338
Conſuetudo quid poſſit in Electione Abbatiſſæ, n.23. p.340
Conſuetudo in modo præcedendi quando attendatur & quando non. n.18. p.339
Conſuetudo habendi ſedem Laicos in presbyterio eſt extirpanda. n.19.ibid.
Conſuetudo inter æquales, valet in modo procedendi, vel inter maiorem cum minore, non è contra. n.20. ibid.
Conſuetudo quos producat effectus, & ſtante conſuetudine quòd cellæ diſtribuantur ad arbitrium Abbatiſſæ, ita ſeruari debet, n.21.ibid.
Conſuetudines in contrarium ſunt corruptelæ, num.16. pag.244
Peccant contrarium facientes, numero 17. ibid.
Et ſunt excommunicati, numero 18. ibidem.
Conſuetudo eſt inueterata quod Clerici Rheginі Sericum ſuum extrahant, numero 20. ibidem.

Contractus.

Contractus quando in alium transfunditur deficiente primo, remanet ſecundus, num. 6. pag.194

Contributio.

Contributio ſeminario non probat pro Archiepiſcopo Surrentino. n.7. p.214

Controuerſiæ.

Controuerſiæ cauſa, de qua agitur, affertur numero 5. p.320

Creditor.

Creditor ſine aſſenſu in actione perſonali ſuper Feudo, poteſt agere ſuper fructibus, num. 8. pag.88
Creditor Eccleſiæ ſine aſſenſu agere poteſt vtili Saluiano contra bona eiuſdem pro fructibus, n.3. p.90
Creditor, qui prior eſt in tempore pro ſorte, præfertur etiam pro vſuris, numer. 17. pagin.192
Creditor ſubrogatus pro extinctione crediti dotalis, præfertur aliis, etiam pro fructibus, n.19.p.192
Creditore decedente pluribus hæredibus relictis, an poſſit vnus cogi ad ſuam partem vendendam. n.16. p.66
Creditores qui falſis apochis, vel antapochis præiudicant creditoribus anterioribus non agunt perperam. n.49. p.122
Creditores filij illius, qui occiſus eſt, nullum ius habent in pecunia peruenta ex illius nece, n.35.p.161

Credulitas.

Credulitas facit abeſſe dolum, & quando, n.7. pag.85

Cretio.

Cretio quare propriè dicebatur, numer. 10. pag.17

Criminoſi.

Criminoſi, pœnam effugere volunt, non ſunt habiles ad Religionem. n.54. p.268
Criminoſi qualiter prohibeantur à ſtatu regulari? n.51.p.268

Culpa.

Culpa lata quæ, & qualis ſit, numer. 45. pagin. 174
Culpa in exigendis nominibus in tutore non præſumitur. n.7. p.172
Culpa præſumitur, & fraus multis in caſibus, num.8. pag.172
Culpa lata in non exigendo probari debet per pupillum. n.11. ibid.
Culpa non exiſtente, reus non vocandus, num.23. pag.34
Culpa eſt probanda per allegantem, num. 10. pag.172
Culpa leuis eſt, non facere, quod faceret diligens Paterfamilias. n.25.p.173
Culpa leuis eſt, ciuilis quædam inaduertentia, n.5.p.172

Cura.

Cura animarum an contineat adminiſtrationem Viatici? n.52.p.14

Cura animarum, quæ sit, & quotuplex, num. 60. pag. 14

Curator

Curator ventri datus an possit remittere pro posthumo, n.48. p.162

Curator, vel administrator rei alienæ, si permittat debitores fieri non soluendo, qualiter puniatur, n.20.p.173

Curatoris authoritas in donatione facta per minorem an operetur validitatem, numero 4. p.334

Curia.

Curia artis lanæ habet Iurisdictionem Ciuilem, & criminalem in eam artem exercentes, & vtrum habeat priuatiuè ad Magnam Curiam Vicariæ. n.7. p.145

Curiales.

Curiales tunc irregulares iudicantur, si sæua sint exequuti, n.5.p.145

Custodia.

Custodiæ aliæ sunt vigiliæ, aliæ excubiæ, & quæ sint excubiæ, vndeque dicantur, numero 2. p. 101

Custodiarum, siue excubiarum vsus apud Romanos antiquissimus fuit. Diuusque Augustus quoque cohortes, vt vrbi vigilarent constituisse traditur, singulisque regionibus duas, n.3. ibid.

Cyriacus.

Cyriaci controuersia 207. adducitur ad materiam. n.36.p.255

D

Damnati.

DAmnati ad Triremes sunt infames, & quibus æquiparentur. n.26.p.80

Damnatus ad triremes secundum Riccium, & Dianam, non est irregularis, numero 31. pag. 80

Damnati ad Triremes quibus assimilentur, n.32. p. 81

Datarius.

Datarius est organum Papæ, & quando facit, Papa facit, n.20.p.178

Datarius vtitur viuæ vocis oraculo, quo non vtuntur Cardinales nisi in certis casibus, n. 21. pag.179

Datum.

Datum sub conditione censetur ademptum sub contraria conditione. n.25.p.337

Debitor.

Debitor speciei an eandem restituere teneatur, n.21.p.84

Debitore mortuo pluribus relictis hæredibus, an si vnus vellet totum redimere, sit audiendus, n.17.66.

Decisio.

Decisio affertur annullans electionem per abusum. n.40. p.275

Decisio *Sanfelicij* 323. *& Capicij Latro* 193. *tom.* 2. qualiter præcesserit, n.26. p.236

Decisio Regentis Reuerterij 31. *lib.* 3. *in puncto* adducitur. n.25. p.236

Decisio, de qua in præsenti, affertur, num. 50. pag.276

Decisio Grammatici 100. qualiter processerit, & hodie est reuocata. n.31.p.236

Decisio Buratt. 515. *tom.* 20. n. 13. qualiter procedat. n.29.p.155

Declaratio.

Declarationes Sacræ Congregationis quando fidem habeant. n.22. p.179

Declaratio Sacræ Congregationis adducitur in oppositum. n.15.p.178

Declaratio prædicta procedit quando non consentit Rector, seu Parœcus, numero 16. ibid.

Declinare.

Declinare verbum quid importet, numero 4. p.282

Decreta

Decreta adducuntur super electione ministrorum visitationis. n.26.p.215

Decreti irritantis plures sunt effectus, num. 9. p.228

Decreti inerpositio in donatione quid operetur, n.3.p.334.

Decretum irritans operatur nullitatem actus ab initio. n.10.p.228

Decretum irritans ligat etiam ignorantes, & quando. n.11.ibid.

Decretum irritans inducit formam, numero 12. ibid.

Decretum irritans tollit consuetudinem præscriptionem, & impedit executionem sententiæ, n.13.ibid.

Decretum M. C. in præsenti causa latum adducitur. n.4.p.309

Defectus.

Defectus accidentalis qualis sit in inuentario, n.23.p.190

Defensio.

Defensiones, si non dentur reis, est processus nullus. n.16 p.148

Defensiones Reorum in Tribunali Sancti Officij sunt obtruncatæ, ideo Inquisitores curare debent verificari confessiones. n.20 p.199

Definitor.

Definitor generalis vtrum possit eligi in Socium. n.38 p.230

Definitores qui sint in Religione Sancti Dominici. n.29. p.229

Definitores quam potestatem habeant, & qualiter. n.30. ibid.

Definitores, & Socij qualiter differant, num. 33. p.230

Delicta.

Delicta in Tribunali S. Officij requirunt etiam probationem in genere. n.19.p.199

Delictum non aliter probatum, quàm per confessionem qualiter puniatur, n.24. p 200

Delictum non est, vbi deficit animus offendendi, & voluntas nocendi. n.30. p.200

Delictum commissum in palatio Principis grauissimis punitur pœnis, nisi fiat impetu quodam, &c. n 14.p.204

Denunciatio.

Denunciatio est facienda Domino census, regulariter loquendo. n.23.p.66

Denunciatio non potest fieri procuratori ad lites ipsius creditoris census. n.24 p.66

Denunciationes sunt de essentia matrimonij apud Gallos, etiam hæreticos. n.10.p.108

Depositum.

Depositi species proponitur, numero 1. pagin.64

Depositum ad impediendum cursum vsurarum, debet esse purum, non conditionale conditione extrinseca. n.2. p.64. *sub fin.*

Depositum ad impediendum cursum vsurarum, debet esse integrum, nec sufficit protestatio cum

cum iure reintegrandi, numero 3. pag. 64. *in fin.*
Depositum ad impediendum cursum vsurarum, debet personis legitimis intimari, numero. 4. pag. 65. *initio.*
Depositum ad impediendum cursum vsurarum, si non sit integrum, an mulieribus minoribus, & rusticis competat restitutio in integrum, n.5. pag.65
Depositum debet esse de moneta currenti, non de proximo reprobanda, vel minuenda, n. 12. p.65
Depositum debet fieri coram persona legitima, non coram Iudice incompetente, numero 13. ibid.
Depositum ad impediendum cursum vsurarum, debet fieri coram iudice debitoris, numero 14. ibid.
Depositum debet initimari pro luitione census, & an intimatio debeat esse iudicialis, num. 18. pag.66
Depositum an sit intimandum hæredibus creditoris. n.20. p.66
Depositum si intimandum sit furioso, vel hæreditati iacenti, Collegio, vniuersitati, &c. quid agendum. n.21.p.66
Depositum ad impediendum cursum vsurarum, an sit intimandum proprietario census, an vsufructuario an vtrisque, numero 22. pagin. 66
Depositum factum ad impediendum cursum vsurarum, an possit reuocari, numero 9. pag.65

Depositio.

Depositio an priuet dignitate, numero 17. pagin.99
Depositio facta per Criscolium, de qua in facto, considerandа non est, numero 42. pagin.13

Determinatio.

Determinatio respiciens plura determinabilia, æqualiter determinat. n.17. p.71
Determinatio eadem æqualia determinabilia eodem modo determinat. n.19. p.332
Determinatio non æqualiter determinat posita in æqualitate. n.20. ibid.

Deus.

Deum recipere omnes peccatores quomodo intelligat? n.50.p.268
Deum velle omnes saluos fieri quomodo explicetur, & qua voluntate, numero 53. pagin.268

Diana.

Dianæ affertur authoritas, & Raphaëlis de Auersa. n.8. p.278

Dictio.

Dictio (donec aliter) non facit rem stare sub iudice, provt neque clausula *saluo iure cuiuslibet.* n.6.p.92
Dictio *videlicet* qualiter sit taxatiua, num. 15. pag.71.
Dictio *videlicet* regulatur secundum subiectam materiam. n.16 p.71
Dictio (donec aliter) quid operetur, & quando, num.17. p.94
Dictio taxatiua tantum an restringatur, vel amplietur. n.26. p.229
Dictio taxatiua operatur pactum esse personale, num.17. ibid.
Dictio suis comprehendit etiam extraneum hæredem. n.24.p.72

Differentia.

Differentiæ ratio inter vtramque, obligationem & hypothecam, quænam sit, n.5. pag.88
Differentia inter executores, & legatarios qualis sit. n.34. p.154

Difficultas.

Difficultatis quæstio in praxi proponitur disputanda. n.2.p.285

Dignitas.

In Dignitate constituti qui dicantur, & vtrum parœcis per Sedem Apostolicam delegentur causæ, n.19.p.29
Ex majori stipendio, maior Dignitas & honor arguitur, n.17. ibidem

Diligentia.

Diligentia Curialis quæ, & qualis sit, num. 59. pag.175

Dispensare.

Dispensare non maturè consideratione habita, est aperire aditum ad leges transgrediendas, num.8.p.112

Dispensatio.

Dispensatio in lege, vel consuetudine qualiter sit facienda. n.5.p.112
Dispensatio est Gratia, quæ requirit causæ cognitionem, n.6. ibid.
Dispensatio est legis relaxatio, cum causæ cognitione, & qualiter facienda, numero 9. pag. 112
Dispensatio est debita interdum, sed semper fundatur in veritate expositа, & probanda, n.12. p.112

Dispensatus.

Dispensatus exire de Religione ad Religionem, an possit succedere ad bona renunciata, n.28. p.336

Dispositio.

Dispositio copulatiua qualiter intelligatur, num.20. pag.324
Dispositio quæcumque de filiis mentionem faciens intelligitur de illis ex primo matrimonio, n.1.p.322
Dispositio in æquiparatis producit eundem effectum. n.2 p.252
Dispositio hominis non facit cessare prouisionem legis specialis. n 9.p.70
Dispositio quando cumulatiuè censeatur concessa. n.10. p.70
Dispositionis verba, de qua hic comprehendunt solum filios ex primo matrimonio, num. 13. p.123
Dispositio omnis restringitur secundùm causam antea explicatam vel cogitatam, numero 37. p.300

Distributiones.

Distributiones quotidianæ, & anniuersaria inter fructus beneficij non connumerantur. numero 27.p.116.

Diuersitas.

Diuersitas non facit argumentari de vno ad aliud. n.24.p.229

Doctores.

Doctores punctuales auducuntur pro validitate obligationis generalis sine assensu. n 6. p.88
Doctores ad has excubias, & vigilias an teneantur. n.6.p.102
Doctores, & decisiones vltramontanæ pro articulo adducuntur. n.26.p.192

Doctissimus Larrea.

Doctissimi Larreæ decisio *tom.* 1. *disput.* 33. *n.* 59. pro nobis affertur. n.49 p.328

Index.

Doctrina.

Doctrina aliquorum posse superiorem vti scientia confessionis pro bono regimine reprobatur & merito. n.12.p.153

Dolus.

Dolus est non exigere, quod potest exigi. n.36. p.174

Dolus præsumptus quis, & qualis sit. num.46. p.174

Domicilij.

Domicilij mutatio in fraudem facta, quando concurrunt alia requisita, non inualidat matrimonium. n.5.p.107

Domicilia duo habens, in quo possit contrahere matrimonium? n.14.p.108

Domicilium quid sit, & quotuplex. num.17. n.109

D. Dominici de Angelis.

D. Dominici de Angelis prætensio in præsenti qualis sit. n.6.p.321

Dominus.

Dominus pro excubiis faciendis omnes subditos non debet molestare, vel si defecerint in excubiis in pecuniis, & bonis eos non debet excoriare. ibid.

Domus.

Domus, vel fundus vni locatus non potest alteri locari Neapoli. num. 22. pag.110. & seqq.

Donans.

Donans potest declarare ambiguam voluntatem, donationis tempore habitam, etiam post eam perfectam. n.5.p.114

Donatio.

Donatio facta pro filiis ex certo matrimonio comprehendit solum ex primo. n.32. p.328

Donatio facta filiis natis, vtrùm comprehendat nascituros ex alio matrimonio. n.53.ibid.

Donatio assorta per Cicalam quas habeat difficultates, si subsisteret. n.2.p.91

Donatio Iurispatronatus facta cum patrono non est propriè donatio. n.32.p.73.

Donatio acceptata irreuocabilis. n.9.p.104

Donatio iurispatronatus non valet, post donationem factam alteri. n.10 p.104

Donatio est perfecta per verba futuri temporis. n.13.p.105

Donatio cum Iuramento, & promissione de obseruando est inter viuos. n.16.p.105

Donatio pro se & hæredibus est inter viuos.n.17. pag.105

Donatio causa mortis quando propriè dicatur ob mentionem mortis. n.15.p.105

Donatio facta non recipit modum neque conditionem postquam perfecta est. numero 2. pag.114

Donatio hodie solo consensu perficitur. num.7. p.114

Donatio pro se, & hæredibus est inter viuos, n.7. p.104. *& num.17.p.*105

Donatio ad ordines transit ad hæredes ordinati. n.16.p.115

Donatio vt fiat Sacerdos, si moriatur ante ordinem sacrum susceptum, transmittitur ad hæredes. n.17.p.115

Donatio, vel legatum vt quis fiat clericus intelligitur vt fiat sacerdos; ad quod poterit præfigi terminus. n.18.p.115

Donatum ad titulum patrimonij non poterit alienari, nec retrocedi. n.14.p.115

Donatio ad Ordines suscipiendos à consanguineo, causam finalem habet parentelam. n.12. p.115

Donatio pro Ordinibus suscipiendis non potest dici modalis, vel conditionalis. num.13. p.115

Donatio inter viuos est compatibilis cum facultate reuocandi. n.96.p.307

Donatio facta à Patre contemplatione matrimonij, pro quibus intelligatur facta. num.55. p.328

Donatio facta pro filiis ex secundo matrimonio non comprehendit filios ex primo. num.56. ibid.

Donatio facta per Mulierem filiis suis ex matrimonio qualiter intelligatur. n.57.ibid.

Donatio facta ab extraneo cessantibus coniecturis, quos filios comprehendat. num.58. ibid.

Donatio facta à Patre filio contemplatione matrimonij, & eius filius, de quibus intelligatur. n.62.p.329

Donatio de qua hic est nulla, & inualida tanquam facta à minore 18. annis. numero 2. p.334

Donatio facta per nouitium, an continere possit læsionem. n.16.p.335

Donatio facta per nouitium, seruata forma Concilij, si sit minor, vtrùm requiratur decretum Iudicis. n.17.ibid.

Donatio facta à minore cum Iuramento rescindi potest per viam restitutionis in integrum. n.12. p.334

Donatio facta à minore an confirmetur Iuramento. n.7.p.334

Donatio facta per nouitium continet conditionem si perseuerauerit in Monasterio, n.24. p.336.

Donatio per superuenientiam filiorum, qualiter reuocetur, & de quibus intelligitur. num.67. p.329

Dos.

Dos quomodo sit ius vniuersale, numero 15. p.191

Dos Ecclesiæ, seu Cappellæ debet esse perpetuo permansura apud eam. n.2.p.313

Dos Cappellæ sufficiens esse debet, & qua sufficientia. n.3.ibid.

Dotis Cappellæ deterioratio quando pertineat ad dotantem. n.4. ibid.

Dos Ecclesiæ gaudet omnibus priuilegiis, quibus, & dos Mulieris. n.5. ibid.

Dos semel data per Patrem diminui non debet, dato quod ad eumdem reuertatur, nisi quibusdam casibus. n.6.ibid.

Dos Ecclesiæ cur vocatus mansus? numero 7. ibid.

Dos in partem deperdita, pro parte est restauranda. n.24.p.315

Dos à Patre semel tradita filiæ iterum tradi debet soluto matrimonio, si sine culpa filiæ amissa fuerit. n.20.p.314

Dos debetur filiæ loco legitimæ. n.26 p.315

Dos assignata Ecclesiæ continet exigibilitatem. n.27.ibid.

Dos Ecclesiæ est impræscriptibilis, quicquid alij dixerint. n.15.p.313

Dubium.

Dubium Iuris, & facti duplex. in dubio iuris nullus est irregularis, neque in dubio facti præter homicidij causam. n.20.p.44

Dubius de irregularitate debet se abstinere à ministerio Altaris. n.49.p.168

Dubium facti homicidij, an producat irregularitatem. n.42.p.168
Dubius an aliquem mutilauerit non censeri debet irregularis. n.55.p.169
Dubius de homicidio consulto vtrum sit irregularis. n.57.p.169
Dubius facti homicidij vtrum in vtroque foro sit irregularis. n.52.p.169
Dubia circa futura regior. Cappellan. num.1. p.123

E

Ecclesia.

Ecclesia potest agere de euictione contra seipsam dotantem. n.17.p.314
Ecclesia non fundatur, vel dotatur diœcesani consensu interuenit, & instrumentum. n.18. p.ibid.
Ecclesia non conficiens inuentarium non tenetur vltra vires hæreditarias. n.18.p.190
Ecclesia S. Ioannis ad Mare nunquam fuit refugium delinquentium. n.11.p.11
Ecclesia S.Ioannis Patrœcialis non est, nec curam habet animarum. n.58.p.14
Ecclesia libera, & à quo fuerit facta talis? n.5. p.262
Ecclesia Regularium Montis Regalis Siciliæ, qualiter administretur per Archiepiscopum Presbyterum secularem, & Canonicos Monachos? n.63.p.14
Ecclesiam fundare promittens, vel beneficium, compellitur facere. n.14.p.105
Ecclesia Sanctæ Mariæ Patientiæ Cæsareæ Neap. existens, stat in hac quasi possessione, de qua agimus. n.40.p.13
Ecclesia S.Ioannis stat etiam in hac quasi possessione, vt in facto. n.41.p.13
Ecclesia multiplex, est & qualis, numero 61. p.14
Ecclesias recipere de manu laïcorum non licet. n.43.p.275
Ecclesiæ bona obligantur obligatione generali, sine assensu Apostolico. n.2.p.90
Ecclesiarum bona qualiter non possint extrahi. n.54.p.240.
Ecclesiæ fauor maior est, quàm rerum temporalium. n.14.p.314
Ecclesiæ effractores, & expilatores excommunicatur vigore *cap. conquesti 22. de sententia excommunicationis.* *n.3.pag.157*
Ecclesiæ quando teneantur seruare statuta pro bono publico. n.16.p.234.
Ecclesiæ appellatio venit Atrium, Cortile, &c. n.32.p.12

Ecclesiastica bona.

Ecclesiastica bona qualiter sint immunia à gabellis.tributis &c. n.2.p.253
Ecclesiastica bona plura habent priuilegia & quæ sint. n.5.p.233
Ecclesiastica bona causa negotiandi translata non gaudent immunitate. n.6.ibid.
Ecclesiasticarum personarum distinctio qualiter facienda. n.2.p.337
Ecclesiasticus non tenetur stare processus iudicis laïci contra Clericum. numero 20. pagin.166.

Edictum.

Edictum conseruatorium, & monitoriale Archiepiscopi. n.3.p.210
Edictum Episcopi, vt sibi præsentetur aliquis titulus qui non debetur, non tenet. numero 13. p.316

Electio.

Electio per abusum omnem Magistratum vel Principem excludit. n.39.p.275
Electio per abusum non semper dicitur, licet talis apparet. n.46.p.276
Electio per abusum propriè traditur, & quæ sit. n.47.ibid.
Electio facta per abusum potestatis laïcalis, est nulla ipso iure. n.9.p.86
Electio quando dicatur facta per abusum potestatis laïcalis. n.10.p.86
Electio claudicare non debet. n.18.p.228
Electio Socij quomodo differat ab electione definitoris Prouincialis. n.37.p.250
Electio de qua in præsenti, vt nulla est iudicanda. n.41.pag.331
Electio, vel confirmatio per abusum laïcalis potestatis prohibita est. n.32.p.274
Electio per abusum laïcalis potestatis quando dicatur. n.33.p.275
Electio per abusum an sit ob simplicem interuentum laici. n.34. ibid.
Electio facta, non seruata alternatiua, est nulla ipso iure. n.8.p.228
Electio Superioris, si cassari oporteat requiritur processus. n.30.p.274

Electus.

Electus per abusum qualiter puniatur. num.44. p.276
Electus quam pœnam incurrat si administret ante confirmationem. n.21.p.273
Electus ante confirmationem non potest administrare. n.8.p.272
Electus ante confirmationem quod ius habeat. n.9.ibid.
Electus ante confirmationem est veluti fur, si administret. n.10.ibid.
Electus ante confirmationem ex vi electionis quam potestatem habeat. n.11.ibid.
Electus ante confirmationem interdum administrat. n.12.ibid.
Electus ante confirmationem si administret est verè intrusus. n.19.p.273
Electus petens confirmari, non notatur vt ambitiosus. n.14 ibid.
Electi superiores Regularium extra Italiam qualiter confirmentur. n.19.p.273

Emphyteusis.

Emphyteusis accepta per coniuges pro se, & filiis quomodo intelligatur. n.46.p.327
Emphyteusis concessa pro liberis, intelligitur de communibus, non de aliis numero 23. p.324.
Emphyteusis qualiter dicatur contemplatione alicuius concessa. n.24.p.325

Emphyteuta.

Emphyteuta non potest alienare in potentiorem, nisi in filium alienet. n.11.p.119

Energumeni.

Energumeni an possint expelli à Religione, quando actu vexantur à dæmone, num.72. p.270

Engythiciastrim.

Engythiciastrim qui, & qualiter dicantur. n.80. p.270.

Enthiastici.

Enthusiastici, qui, & qualiter dicantur? num.79. p.270

Enunciatiuæ.

Enunciatiuæ non probant in Bullis Pontificum, quando principaliter de enunciato disputatur. n.26.p.222

Enunciatiuæ non probant confines, nec esse de Diœcesi, quando concurrit Iuris resistentia. n.27.p.222

Enunciatiua Papæ, facta motu proprio probat, & quando. n.28.p.223

Epicheia.

Epicheia quid sit, & an excusat à voto paupertatis? n.10.p.75

Epicheia quando locum habeat. n.11.p.75

Episcopus.

Episcopus quoad curam animarum visitare potest Parœcias administratas, etiam per Regulares, imò & per Milites Hierosolymitanos. n.53. p.14

Episcopus dum visitat Ecclesias Regularium propter curam animarum potest exigere procurationem. n.54.p.14

Episcopus dispensare potest in irregularitate ex homicidio casuali. n.34.p.48

Episcopus ambulando per diœcesim singulis de populo benedicit capite detecto, & si non Archiepiscopus ante se deferri debet crux. n.6. p.317

Episcopus debet se gerere erga subditos vti pater, non vt Dominus. n.7.ibid.

Episcopus non debet esse iracundus, n.8.ibid.

Episcopus emanans edictum contra subditos nulliter, acquiritur subditis actio libelli famosi contra Episcopum. n.9.ibid.

Episcopus non exercendo amorem paternæ correctionis erga subditos venenum præbet. n.11. p.317

Episcopi, & Archiepiscopi nomen est officij, & dignitatis, non dominij. n.12. ibid.

Episcopi status est perfectionis quæsitæ Religiosorum non quærendæ, & non solum debet esse perfectus quoad se Episcopus, sed etiam ad alios. n.13.p.318

Episcopus emanando edictum contra subditos indebite est dignus pœna. n.14.ibid.

Episcopus non debet esse immemor suæ dignitatis. n.15.ibid.

Episcopus benignus debet esse, & ita omnibus sit paratus. n.16.ibid.

Episcopo, dum consecratur datur baculus pluribus modis, ob plures fines. n.17.ibid.

Episcopi Regimen amoris est, non dominij. n.18.ibid.

Episcopus vigore Concilij Trident. *sess.* 21. *c.*4. *de reform.* potest coadiutorem deputare ob populi numerum auctum. n.8.p.177

Episcopus non potest diuidere Parœciam ob numerum populi auctum. n.9.p.178

Episcopos, Archiepiscopos, summos Sacerdotes & summos Pontifices diuersis temporibus, diuersis titulis fuisse condecoratos. num.10. p.316

Episcopi, & Cardinales qua dignitate erant decorati ante bullam Vrbani VIII. & qua dignitate fuerunt decorati Cardinales, num.3. p.317.

Episcopus indoctus facilis ad diuortia, refertur. n.2.p.134

Episcopus de iure habet fundatam intentionem visitandi omnes Ecclesias suæ Diœcesis. n.2. p.217.

Episcopus vitat Ecclesias exemptas. numero 3. ibid.

Episcopus manuteneri debet ob assistentiam iuris. n.4.ibid.

Episcopus reseruans casus in sua Diœcesi moniales exemptas non comprehendit si sint subiectæ regularibus. n.25.p.100

Episcopi Apostolorum tempore à quibus creabantur. n.36.p.275

Episcopus excommunicans delinquentes non comprehendit, qui delinquit in loco exempto. n.27.p.100.

Episcopus compellitur assensum præstare in iuris patronatus translatione etiam à Metropolitano. n.10.p.196

Episcopus Massæ Lubrensis exercet Iurisdictionem cùm Cappellano dictæ Abbatiæ, n.19. p.209

Episcopi titulares an gaudeant priuilegio *cap. fin. de pœnit. & remiss.* n.18.p.88.

Episcopi quamuis sedeant secundum Tempus suæ ordinationis. Qui tamen pallio vtuntur ex priuilegio omnibus præferuntur, & quinam Episcopi pallio gaudeant ex priuilegio. n.12. p.24

Quod operatur pallium inter Episcopos, operatur stola inter Sacerdotes. numero 13. pagin 24.

Episcopus Massæ Lubrensis pleno iure impediuit Visitationem Abbatiæ Sancti Petri ad Crapollam prætensam per Archiepiscopum Surrentinum. n.1. p.213

Episcopus præsente metropolitano non benedicit. n.14.p.283

Episcopi consensus in donatione Iurispatronatus quando, & quare requiratur. numero 27. p.72

Episcopi Massæ Lubrensis de actibus prædictis notitiam habuerunt. n.25.p.212

Episcopus visitare potest vti delegatus Sedis Apostolicæ Ecclesias viciniores etiam nullius. n.29.p.223

Episcopus factus, si non est adeptus possessionem debet restitui suis prioribus beneficiis. n.5. p.53

Episcopus Massæ Lubrensis visitat Abbatiam, de qua *suprà.* n.15.p.209

Episcopus Massæ Lubrensis prohibet benedictionem palmarum in Abbatia S. Petri ad Crapollam. n.14.p.209

Episcopus Massæ Lubrensis solemnizare facit matrimonia in dicta Abbatiali, numero 12. p.208

Episcopus Massæ Lubrensis mittit Concionatorem ad Ecclesiam Sancti Petri ad Crapollam. n.6.p.208

Episcopi imitari debent Christum Dominum nostrum, & amare oues sibi creditas, ne seductores vocentur. n.22.p.318

Episcopus Massæ Lubrensis defendit immunitatem Abbatiæ prædictæ *& numero* 9. *&* 10. p.208

Epistola.

Epistola, & edictum enunciatur per Episcopum Massæ Lubrensis emanata. numero 2. p.210

Epistolæ dicti Eminentissimi verba ponderantur. n.14.p.11

Equites.

Equites Hierosolymitani confiteri possunt cum Sacerdote Regulari non approbato ab Ordinario. n.3.p.9

Equites S. Ioannis, seu Melitenses fuerunt instituti sub Regula S. Augustini, & vbi? n.5.p.9

Equites.

Equites Hierosolymitani cur vocentur S.Ioannis? n.6.p.9
Equites Melitenses si assassinium commiserint, à quo iudicentur? n.56.p.14
Equitum Hierosolymitanorum bona post mortem, non ad Cameram, sed ad Religionem spectant. n.12.p.10

Eucharistia.

Eucharistiam qui recipit si statim euomit, recipit gratiam. n.16.p.131
Eucharistia causat gratiam quandiu durat in stomacho dummodo magis, & magis quis se disponat. n.9.p.130
Eucharistia per se non confert primam gratiam. n.4.p.129
Eucharistia confert per accidens primam gratiam Sanctificantem. n.5.p.129
Eucharistia secundum aliquos confert gratiam dum est in ore sumentis, secundùm alios dum deglutitur, sed probabilius in vltimo instanti terminatiuo tractionis specierum ad stomachum. n.6.p.129
Eucharistia si poneretur ab Angelo intra stomachum hominis scientis,& volentis eam recipere adhuc causaret gratiam. n.7.p.130

Exclusio.

Exclusio fœminarum testatori propinquarum in fideicommisso, in quo agnati vocantur, arguit exclusionem aliarum remotiorum. n.28.p.298
In Italia ex statutis & familiarum consuetudine habetur ratio agnationis ad exclusionem fœminarum. n.29. ibid.
In dubio interpretatur id quod vero similius est. n.30.ibid.

Excommunicatio.

Excommunicatio iniusta est timenda, & non seruanda ab excommunicato, at è contra ab excommunicante. n.30.p.319

Exculpatio.

Exculpatio offensi tollit omnia indicia contra inquisitum. n.29.p.166

Exempla.

Exempla proponuntur, quibus vulneratus non ex vulnere mortuus iudicatum fuit. n.13.p.43
Exempla adducta per aduersarium non probant ad materiam. n.41.p.338
Exempla adducuntur, attendi tempus habitus in Venerab.M.S.Claræ. n.17.p.339

Exempti.

Exempti à solutione gabellarum nullo modo sibi præiudicant per contrarium actum. n.15.p.126

Exemptio.

Exemptionis facta concessio non comprehendit visitationem. n.16.p.221

Exequutio.

Exequutio testamenti fraudulenter acceptata, est reddenda ratio administrationis. n.9.p.152

Exequutor.

Exequutor testamenti debet quamprimum exequi & implere. n.13.p.153
Exequutor testamenti peccat mortaliter non exequendo quàm primùm. n.14.p.153
Exequutor testamentarius quando teneatur exequi. n.20.p.154
Exequutor testamentarius num teneatur reddere rationem exequutionis. n.8.p.152

Expressus.

Expressæ dicuntur substitutiones inductæ ex clausula generali, *quia vult.* n.88.p.307
Expressum dicitur, quod sub generalibus verbis continetur, & quod ex coniecturis elicitur. n.89.ibid.

Extractio.

Extractionis iudicium quando, & qualiter requirat fragrantiam. n.47.p.239

Extractus.

Extractus ab Ecclesia eidem debet restitui, non aliis Ecclesiis. n.13.p.203

Extrahentes.

Extrahentes ab Ecclesia non semper sunt excommunicati. n.9.p.203

Extraneus.

Extraneo hærede ius accusandi, & remittendi competit consanguineis. n.52.p.160

F

Factum.

Factum Iudicis qualiter sit factum partis. n.13. p.188
Facti series narratur. n.1.p.94
Facta multa contra ius ab Episcopo S. Agathæ Gothorum. n.2.ibidem.
Facti species proponitur. n.1.p.16
Factum simile huic, de quo agimus Neapoli contingens,narratur. n.25.p.11
Factum quod dedit causam querelæ refertur in præsenti. n.17.p.11

Facultas.

Facultas eligendi Confessarium an fundetur in iurisdictione,vel in sola dignitate:& vtrum Episcopi suspensi,vel depositi possint eligere Confessarium. n.16.p.99
Quæ sunt meræ facultatis an possint præscribi. n.22.p.30

Falsarij.

Falsarij an gaudeant indultu generali, maximè ob præteritas reuolutiones concesso in indultu generali, ac delictorum generali remissione falsi crimen non includitur. n.30.p.185

Falsificans, Falsitas, Falsum.

Falsi crimen adeo grauissimum est,vt famam, honorem,ipsumque hominem ad nihilum reducat, & falsarius homo sine conscientia, & fide dicitur. n.23.p.184
Olim falsum committens ex Saxo Tarpeio deiiciebatur. Hodie verò per pragmaticas sanctiones duplici pœna punitur, numero 24. ibidem.
Falsi crimen homicidio, alijsque grauioribus delictis grauius est,& quali pœna puniebatur antiquitus. n.2.p.180
In crime falsi concludens probatio oritur ex pluribus præsumptionibus,& falsitas in dubio an præsumatur. n.3.p.181
Falsitatem committens vltrà pœnas in pragmatica positas an teneatur ad interesse,& vtrum causæ amissio respiciat interesse Fisci,vel partis.n.27. p.184
Falsi crimen homicidio,& veneficio detestabilius est. n.33.p.185
Falsificans acta causæ vtrum illam amittat ipso iure,vel per sententiam. n.7.p.181
Falsitas Instrumenti quomodo probetur, siue redarguatur.Lex Hispanorum contra falsarios extollitur. n.5.p.181
Falsitas, quæ committitur in antedata alicuius scripturæ in iudicio ductæ, vtrùm dicatur in actis, vel extra acta committi, num. 8. p.181
Falsitatem committens an amittat causam. n.6. ibid.

Hodie per pragmaticam primam de falsis falsitatem committens tam in actis, quam in instrumentis, & testibus, amittit causam ipso iure. n.9. ibid.
De iure communi solùm falsificans acta, punitur pœna amissionis causæ ipso iure, & vtrum hoc sit in causa Ecclesiastica. ibid.
Producens falsos testes, an causam ipso iure amittat, & cur? n.10. ibid.
Pars, quæ falsos testes, & scripturas produxit est interroganda vtrùm velit vti scripturis, & testibus in iudicio productis, & cur. n.11. p.182
Ante huiusmodi interrogationem non potest falsarius pœna falsi puniri. ibid.
Sola productio falsorum testium non efficit, nisi producens scienter vtatur. Pœnaque falsitatis cessat si pars ea non vtatur, nec in ea se fundet. n.12. ibid.
Procuratore producente falsos testes, principalis vtrùm puniatur scientia, & patientia principalis habetur pro mandato in procuratore. n.13. ibid.
Producens falsa instrumenta, siue falsos testes, cum clausula (si & in quantum) an puniatur pœna falsi. n.14. ibid.
Deponentes falsum in instrumentis nullis, siue aliis depositionibus nulliter receptis, adhuc pœna falsi puniuntur. n.15. ibid.
Falsitas, quæ nulli nocet an sit punienda, & n.16. & seq. ibid.
Falsitas minimè punienda si nulli nocet in actu, nec nocere potest, aliàs secus. Et vtrum sit punienda falsitas, quæ suam habuit essentiam, & formam, vt possit nocere saltem ad aliquam præsumptionem. n.17. ibid.

Fama, & infamia.

Fama, & infamia, quid sit. n.23. p.80
Fama bona qualiter præsumatur in facto de quo agitur. n.16. p.33
Mala fama in specie probata destruitur, per bonam famam, etiam in genere probatam. n.74. p.143
Fama vndè oriri debeat, & qualiter? num.75. p.144

Familia.

Familia, stat loco generis; linea loco speciei; Et continetur in linea vti genus in specie. Sunt etiam synonyma, n.16. p.302. & n.17. ibid. In agnatis consistit, n.20. p.303. Idem est, quod agnatio, n.21. ibid.
Familiam contentiuam vocari, & idem, ac vocare agnationem, domum, vel casatam. num.21. p.287
Familiæ verbum, comprehendit etiam transuersales masculos, & fœminas ex masculis. n.8. p.286
Familiarum dignitas sine opibus non conseruatur. Earum domus alienare turpe, n.27. p.303. & n.32. ibid.
Vnusquisque naturaliter studet familiam suam conseruare. n.35. p.299
Familia vocata, etiam cum prænomine (sua) transuersales continentur, n.20. p.287
Familia dupliciter vocari potest ad fideicommissum contentiuè, & effectiuè, & quid vtrunque sit. n.11. p.286
Familia in dubio, an veniat contentiuè, an effectiuè est difficultas. n.12. ibid.
Familiam vocari effectiuè, an contentiuè, quæ sit vtilitas. n.13. ibid.
Familiam in dubio vocari contentiuè, probabilius est, & pluribus probatur, numero 14. ibid.

Fanatici.

Fanatici similes sunt melancholicis, numero 77. p.270
Fanatici cur ita dicantur, & in quo differant à dæmoniacis. n.75. p.270
Fanaticos, Lymphaticos, Præstigiatos, Entiasasticos, &c. incapaces esse professionis. n.74 p.270

Ferrum.

Ferro viam aperit qui per contraria procedit. n.1. p.233

Festum.

Festum celebratur cùm licentia Episcopi Massæ Lubrensis. n.4. p.208.

Fudatarij.

Feudatarij etsi primogenitis feuda renuncient, an conseruent titulos cum prærogatiuis & adducitur textus *in l.2. Cod. de primicerio lib.12.* n.12. p.98

Feudum.

Feudi concessio nobilitat, & quando, num.7. p.248.
Feudi concessio facta in Regno per Baronem quando nobilitat. n.8. ibid.

Fictè.

Fictè, vel verè quando ius operatur, num.37. p.256.

Fictio.

Fictio non parit omnes actus veros, & quando. n.7. p.258

Fideicommissum.

Fideicommissum, lineæ masculinæ ordinatum, familiæ relictum intelligitur. Familiæ, relictum, dicitur perpetuum, & absolutum, n.22. p.297. Perpetuum, & absolutum inducitur, quando disponens mentionem fecit de solis masculis, vel linea masculina, n.14. ibid. & n.33. p.303. Quia censetur voluisse agnationi consulere, num.34. ibid. Etiam si ratio agnationis conseruandæ non sit adiecta, cum pro expressa habeatur, n.35. ibid. Reale est, quando bona agnationi sunt relicta, n.36. ibid. In dubio præsumitur reale, n.37. p.304
Fideicommissum, vt valeat à propria verborum significatione receditur, ac illa etiam impropriantur. n.10. p.302
Fideicommissorum materia est fauorabilis, ac latæ interpretationis. n.11. ibid.
In dubio pro fideicommisso interpretatio capienda est. Ob publicam vtilitatem, n.12. & 13. ibid.
Fideicommissum reciprocum, vt resultet, requiritur concursus trium requisitorum, de quibus *in l. Titia Seio*, §. *Seia libertis*, *ff. de leg.2.* Limita accedentibus coniecturis, n.67. & 68. p.305. Censetur inductum ex collectiua vocatione, num. 69. ibid. Resultat quando fit substitutio ab vltimo ex vocatis, & in tota hæreditate, num.71. p.306. Item quando testator habuit animum ad agnationem, n.76. ibid. Item quando prohibitio est realis. n.87. p.307
Fideicommissum, quod masculina linea, absque dubio agnatis relictum censetur, n.21. p.296
Fideicommissum proprium, ac expressum habemus. Reale oritur ex simplici prohibitionis alienatione, adita causa, *quia voluit* non enunciatiuè sed dispositiuè, 55. p. 304. & num.59. p.305.

Item

Item licet prohibitio sit nuda, si postea adita sit causa conseruationis honorum, resultat simplex, & absolutum, num.65. ibid. Item quando prohibitio personalis transit in naturam realis, num.58. & 59. ibid. Item quando prohibitio, est de se vestita. num.82.p.306. Et de ratione. ibi. Ei semper non obstat facultas alienandi inter comprehensos. n.91. p.307. Et de ratione.ibi.

Fideicommissi successio datur quatuor consideratis, & quæ sint, & prohibitio alienandi qualiter inducat conseruationem familiæ. n.56.p.291

Fideicommisso, vt quis succedat, non sufficit esse agnatum, sed talem, quod illam conseruare possit. n.47.p.304

Fideicommissi materia,continet agnatos, & masculos,excludendo fœminas. n.22.p.287

Fideicommissum in præsenti causa deductum, dicitur familia num. pag.302. & 15.ibid.perpetuum,n.33.p.303.Reale n.36.ibid.& 59.p.305. ac reciprocum n.67.p.305.Institutum.

Fideicommissum, constituitur, vel verbis expressis, vel tacitis. Immò quibuscunque verbis, n.64. p.305. Ac etiam nutu, ibi. Item per verbum *voluit* num. 63. ibid. Per coniecturas.& præsumptiones,etiam leues,& si verba deficiant, inducitur n.3. p.302. Suppletur n.5.ibid.Extenditur, & ampliatur,num.8. ibid. Etiam si illæ non extestamento,sed aliunde sumantur,n.9.ibid.

Fideiubens.

Fideiubens cum iuramento si minor sit potest iuuari restitutione in integrum, numero 13. p.334

Fides.

Fides & credulitas quando excuset, numero 5. p.82

Fides contra fidem non admittitur, & si sint contrariæ, standum pro reo est. numero 33. p.36

Fides adducitur, & testis depositio, num.26. p.35.

Filia.

Filia nupta agnationem non conseruat, nec familiam. n.23.p.287

Filia subingrediatur in locum patris quoad gradum, & locum, non quoad personam. n.57. p.292

Filiæ fœminæ quando admittantur ad remittendum vel accusandum. n.33.p.160

Filius.

Filius potest instituisub conditione potestatiua. n.15.p.331

Filius institutus sub conditione casuali,vel mixta, est purè institutus, & corruit conditio. n.16. p.331

Filius expositi alibi natus non gaudet priuilegio Patris Neapolitani. n.28.p.280

Filius hæres patris non soluit gabellam in actum acquisitionis dominij. n.13.p.119

Filiusfam. sine iussu patris adire, an valeat, & an b.p.agnoscere. n.7.p.17

Filius non habet domicilium, nec habitationem, dum est in posse patris, sed domicilium patris, est filij. n.21.p.110.

Filij pro parentibus mortem pati debent. n.33. p.120

Filij nati ex coniugato, & soluta sunt naturales tantùm. n.11.p.135

Filio non debetur laudemium ex patris successione. n.14.p.119

Filij naturales solent impensius amari,quam legitimi,& naturales & quare. n.22.p.119

Filio occiso, Patri est restituendum, quod a filio habebat,& si nihil habebat, nihil restituitur. n.52.p.162

Filios non diligere est contra naturalem pietatem, & charitatem. n 7.p.118

Filij Barstardi non gaudent Priuilegio Parentum. n.17.p.249

Filij Bastardi titulatorum in Regno Neapolitano an assumantur ad militiam Hierosolymitanam. n.18 ibid.

Filij legitimati non gaudent nobilitate Parentum. n.19.ibid.

Filius hæres institutus ex certa vxore qualiter intelligatur, n.16.p.324

Filij Doctorum gaudent Priuilegio, etiam Parentibus mortuis. n.13.p.248

Fiscus.

Fiscus in præsenti non stat in probatis. Clericum Andream commisisse homicidium. numero 4. p.165.

Fisci encomia,qui DD.tractent,& facti series proponitur. n.1.p.69

Fœmina.

Fœmina ex masculo dicitur, de linea masculina excluiuè,non includivè. n.52.p.291

Feminarum exclusio est sufficiens ratio conseruandi agnationem. n.53.ibid.

Fœmina non excluditur in præsenti, quia non est agnata, sed quia non conseruat agnationem. n.54.ibid.

Fœmina excluditur in concursu masculorum à fideicommisso, etiam si sit agnata, num.47. p.291

Fœmina etiam proximior masculis excluditur à fideicommisso masculino. n.48.ibid.

Fœmina siue nupta, siue non nupta excluditur à fideicommisso conseruatiuo familiæ, num.49. ibid.

Fœmina quoad nomen conseruat familiam; non quoad substantiam, & effectum, num.50. ibid.

Fœmina appellatione familiæ non continetur, In familiarum fideicommissorum materia Nec in illis succedit, n.23.& 24.p.303.Nec constituit, nec conseruat familiam num.25. ibid. Nupta non est de familia patris,sed viri. n.48. p.304

Fœmina ex masculo, attenta mente testatoris non venit appellatione masculorum, n.44. p.290

Fœmina excluditur, vocata linea masculina, & decisiones afferuntur, numero 28. pagin.288

Fœmina proximior excluditur per agnatum remotiorem, posito fauore agnationis. num.29. ibid.

Fœmina ex masculo in fideicommissis per lineam masculinam non admittitur, num,31. p.288

Fœmina descendens ex masculo, an sit in linea masculina,& qualiter. n.32.ibid.

Fœmina ex masculo admittitur vocata familia, domo, agnatione, progenie, &c. num.33. p.289

Fœmina admittitur, quando substitutus non est habilis ad conseruandam familiam, num.34. ibid.

Fœmina ex masculo fictione iuris tantum censetur masculus non rei veritate attenta, num.42. p.290

Fœmina descendens ex masculis, si sit de linea descendenti, verius est, quod veniat appellatione masculorum, secus si sit transuersalis. n.38.p.290

Fœminæ an possint consuetudinem introducere, & in quibus. n.25.p.340

Fœmina ex masculo, dicitur de familia, de domo, & de agnatione masculina, numero 9. pagin.286

Fœmina, non venit appellatione lineæ, quando tacitè, vel expressè testator voluit familiam conseruare. n.6.p.286

Fœmina excluſa in proximiori gradu, remotiores excluduntur. n.61.p.292

Fœmina, filiorum appellatione, attenta sui natura, & proprietate, non venit, numero 8. p.295

Nec vocata posteritate, venit. n.9 ibid.

Nec sub nomine familiæ intelligitur. num.10. ibid.

Nec domo substituta concurrere potest. n.11. ibid.

Nec sub Cippi Domus nomine continetur. n.12.ibid.

Nec in ordinem agnatorum referri debet.n.13. ibid.

Multo minus sub nomine proximiorum de agnatione, vel de familia, vel de domo vocata censetur. n.14. ibid.

Nec sub descendentium per virilem sexum, nomine venit. n.15.ibid.

Nec sub vocatione generationis masculinæ comprehenditur. n.16.ibid.

Postremè nec lineæ masculinæ appellatione venit. n.17. ibid.

Fœmina vxorata, ius agnationis ipso iure amittit. n.19 p.295

Fœmina ex masculo proximior, excluditur à masculo ex masculo remotiori. numero 39. p.304

Fœmina infelix hominis adiutorium, malorumque artifex. n.2.p.294

Fœmina ex masculo originem trahens, an comprehendatur in linea masculina? numero 3. ibid.

Fœmina locum sibi tantum vindicat, quando descendit à masculo recipiente, & lineam incipiente. n.4.ibid.

Fœminarum, successio agnationis conseruationi repugnat. Excluſio legibus diuinis, ciuilibus antiquioribus, ac mediæ iuris prudentiæ consentanea est, numero 46. & 54. p.304

Fœmina de familia quatenus in ea consideretur. n.25. p.72

Fœminæ duæ qualiter probent in Tribunali, S. Officij. n.7.p.198

Fœminæ ex masculo, non comprehenduntur in fideicommisso fauore lineæ masculinæ. In dispositione facta, fauore agnatorum non succedunt, n.38.p.304 & num.44.ibid. Non dicuntur agnatæ, n.40. ibid. Et licèt agnatæ dicerentur, agnationis ius non retinent, n.45.ibid. Nec lineæ masculinæ. Nec lineæ tantum appellatione continentur, n.41.ibid. Non sunt in linea masculina, n.97.p.307. Amplia, vt nec etiam neptis ex filio acquirente, dicatur descendere per lineam masculinam, cum illa distinctio reiiciatur. n.99. p.308. Et de ratione n.100. ibid. & seqq. Præcipuè accedentibus coniecturis ad earum excluſionem. n.106.ibid.

Fœmineus sexus.

Fœmineus sexus, sicut obest masculis ex fœminis ita, & ipsismet fœminis. numero 100. p.308

Fontanella.

Fontanellæ locus *tom.1.claus.4.glos.9.p.1. n.9.* adducitur. n.64.p.329

Fontanellæ distinctio in præsenti adducitur.n.68. p.329

Foriudicatus.

Foriudicatus potest impunè occidi vigore laïcalis dispositionis in Regno, & in statu Ecclesiastico. n.4 p.157

Foriudicatus an possit occidi proditoriè, & ab assassino. n.10.p.158

Foriudicatus qualiter habeatur pro mortuo.n.11. ibid.

Foriudicati vxor quando petit dotem, & antefatum. n.12.ibid.

Foriudicatus non potest esse Officialis terræ, neque parentes eius, qui receptum fecerunt.n.13. ibid.

Foriudicati gaudent immunitate Ecclesiastica. n.27.p.160

Foriudicatus iura sanguinis non amittit. n.29. p.160

Foriudicatus arbiter, cessat arbitrium per foriudicationem. n.15.p.158

Foriudicatus qualiter incapax successionis. n.16. ibid.

Foriudicatus qualiter possit instrumentum liquidare. n.17. ibid.

Foriudicatus an possit occidi intra Ecclesiam. n.18.ibid.

Foriudicatum occidens puniri debet in foro Canonico. n.19.ibid.

Foriudicatum occidens est infamis de iure Canonico. n.20.p.159

Foriudicatum occidens bono zelo non peccat secundum aliquos. n.6.p.157

Foriudicatum occidens fit irregularis. numero 7. ibid.

Foriudicatum nulliter, occidens, an puniatur, & quando. n.22.p.159

Foriudicatum factum clericum vel Monachum, quando possit quis impunè occidere, num.23. ibid.

Foriudicatus est hostis publicus, numero 24. ibid.

Foriudicato quæ competant. n.50.p.162

Forus.

Forus externus præcipuè dirigitur vt conscientiæ forus melius adimpleatur. n.9.p.102

Forus externus an curet de salute animæ. n.10. ibid.

Inter forum conscientiæ, & externum an dentur differentiæ. ibid.

Franchitiæ.

Franchitiæ sunt soluendæ etiam illis, qui sunt exempti, &c. n.7 p.124

Franchitias non petentes quando sibi præiudicant. n.14.p.126

Franchitias iam solutas qualiter repetant Cappellani Regij. n.8.p.125

Frater.

Frater vterinus nihil habet in nece fratris vtrinque coniuncti, & quando. n.36.p.161

Fraus.

Fraus in dubio non præsumitur, nec multo magis in præsenti per institutionem procuratoris sæcularis in casu incapacitatis Religionis.n.15. p.311

Fraudibus est obuiandum, & qualiter fraus præsumatur. n.10. p.152
Fraudis præsumptione posita tenetur exequutor reddere rationem administrationis, num. 34. pag.155

Fructus.

Fructus beneficiorum vacantium Cameræ debentur,& à quo tempore. n.19. p.4
Fructus beneficiorum resignatorum non facta publicatione,quando Cameræ debeantur,n.20. pag.4
Fructus dotis qua actione petantur, num. 14. pag.191

Frumentum.

Frumentum quando debeatur in genere, quando in specie. n.18. p.84
Frumentum non præsumitur durare vltra triennium, nec eius interesse crescit amplius, n.13. pag.83

Fundator.

Fundatoris dispositio non præiudicat iuribus Episcopi visitantis. n.7. p.217

Fundus.

Fundo censito euicto datur locus repetitioni sortis,& interesse. n.11. p.194

Fur.

Fur occidendo Dominum se defendendo non fit irregularis, n.38. p.167

G

Galeota.

GAleotæ finito tempore an sint habitu vestiendi, n.9. p.79
Galeota remanet perpetuo priuatus executione Ordinum & officiorum, n.28. p.80
Galeota liber factus est irregularis, numer. 29. pag.80.

Gallicus morbus.

Gallicum morbum habens, si fecit votum Religionis, vbi pedibus nudis vadunt, vel vbi est votum quadragesimale, non tenet, num. 71. pag.270

Generalis.

Generalis Religionis non est supremus, & maximus Prælatus Religiosorum,sed Papa, num.4. pag.112
Generales Ordinum non indigent confirmatione, n.17.p.273.

Genus.

Genus speciei inest per positionem, & species inest generi per continentiam, numer. 18. pag.302
Generi per speciem non derogatur, numer. 19. ibid.

Gerens vicem.

Gerens vicem Episcopi in aliquo actu Iurisdictionis honorandus est vt ipse Episcopus, n.7.p.24

Germanus.

Germanus, & verus sensus Sacrorum Canonum citatorum traditur, n.29. p.47

Gestio.

Gestio pro hærede quid sit, n.4 p.16

Gezzarellus.

Gezzarelli *decisio* 56. num.5. adducitur ad materiam. n.14. p.188

Gloss.

Gloss. *in cap.* 1. *de offic. Ordinarij*, expenditur, n.2. p.281. & seq.

Gratia.

Gratia in corpore Iuris clausa difficilius tollitur, quàm ius commune, n.8.p.76
Gratia & rescriptum subreptitium quando dicatur, n.7. pag.82
Gratia an iuuet si non habeat concedere facultatem. n.4.pag.82

Grauis.

Grauis sæuitiæ exempla quæ sint ? numer. 61. p. 141
Grauis sæuitia, est vulneribus vxorem percutere cum cicatricibus, n.62. p.141
Graue agnato redditur bona sua ad extraneos familias transire videre. n.29.p.303

Gregorius Lopez.

Gregorius Lopez l. 2. tit. 15. partit. 2. in verba *sine liberis* adducitur ad propositum, num. 27. pag.325

Guidaticum.

Guidaticum concessum à non habente facultatem sub fide Regis est seruandum, n.6.p.83

H

Habitatio.

HAbitatio materialis non sufficit ad contrahendum matrimonium, sed debet esse cum animo habitandi. n.13. p.208
Habitatio quando dicatur constituta, numer. 18. pag.109
Habitatio formalis requiritur ad matrimonium contrahendum scilicet cum animo habitandi, n. 19.p.110.
Habitatio dicitur cum animo habitandi quando fit cum supellectilibus, vestibus, &c.migratio, aliàs non erit talis, vt Rota ait num. 20. pag.110

Hæres.

Hæres quibus modis fiat. n.2.p.16
Hæres pendente tempore inuentarij non potest molestari, & quare. n.61.p.22
Hæres, vel exequutor, qui notabiliter differt soluere debita defuncti, peccat mortaliter, n.19.p.152
Hæres habet contra se præsumptionem Iuris, & de Iure, si non fecerit inuentarium, num. 6. p. 187
Hæres, qui adiuit ex testamento, non adit ab intestato. n.26.p.190
Hæredis nomine se gerere quid sit, numer. 5. p. 16.& seq.

Hæresis.

Hæresis notam alicui dare, quæ non est, infamare est. n.21. p.318

Historia.

Historiæ pro Archiepiscopo adductæ nihil probant. n.3.p.214

Homicidium.

Homicidium est licitum in eum, qui paratus est mihi apud Principem detrahere, & grauem infamiam impingere. n.40.p.121
Homicidium pro defensione non causat irregularitatem. n.33.p.167
Homicidium, vel mutilatio si fiat præueniendo offensorem, non producit irregularitatem, n.34.ibid.
Homicidij quædam species & origo, num. 1. p.41.
Explicatur *Textus in cap. exhibita de homicidio.* n.2.p.42

Homicidium duplex est, aliud simplex, aliud deliberatum. n.3.p.42
Homicidium est licitum pro defensione bonorum, n.37.p.121
Homicidij cum qualitate asserti, oportet probari qualitas, n.3. p.165
Homicidium, de quo in præsenti, an fuerit cum moderamine inculpatæ tutelæ, num. 40. p.167
Homicidium commissum sine moderamine inculpatæ tutelæ, non producit irregularitatem, num.41. ibid.
Homicidium iure canonico punitur pœna depositionis n.30.pag.167
Homicidij pœna ordinaria qualiter euitetur, num. 31. ibid.
Homicidium commissum à pluribus, à quo præsumatur commissum, n.62.p.170
Homicidium committens in Ecclesia tunc est exceptuatum ab immunitate, quando fit ad finem gaudendi. n.5. p.202
Homicidium in præsenti patet non fuisse ad finem gaudendi. n.6. ibid.
Homicidium commissum in Ecclesia S. Io. Lateranensi fuit dictum non exceptuatum, & quare, n.7.ibid.
Homicidium, vt censeatur exceptuatum, quid requiratur. n.8. p.203
Homicidium commissum impetu, & repentino quodam animi motu in Ecclesia gaudet, n. 16. p.204

Homo.

Hominem non defendere ab iniuria, cum possit, parentes,& patriam est ac si desereret, num.29. p. 120

Hostia.

Hostiam accipiens consecratam in peccato mortali, si antequam species corrumpantur; confiteatur, vel conteratur gratiam recipit ab Eucharistia. n.10. p.130
Plures dare hostias consecratas vni per se loquendo malum non est, licet per accidens malum sit. n.8.p.130
Per accidens est prohibitum plures hostias consecratas dare vni. n.25.p.131
Quisnam priuate humatur. n.21. p.30

Hypotheca.

Hyptheca specialis super bonis Ecclesiæ non contrahitur sine assensu Apostolico, num. 3. p.87
Hypotheca generalis sine assensu contracta super bonis Ecclesiæ valet. n.4.ibid.
Hypotheca tacita dotis quando concurrat cum expressa. n.6.p.70
Hypotheca oritur ex promissione super bonis meis,&c. n.9.p.125
Hypotheca pro sorte procedit etiam in fructibus, & vsuris liquidandis. n.16.p.191

I

Iacobus Bertea.

Iacobi Berteæ conditiones appositæ in institutione hæredis ostenduntur. n.6. p.310
Iacobi Berteæ testamentum quoad substantialia affertur. n.2. p.309

Iactans.

Iactans se maleficia commisisse, qualiter puniatur. n.11.p.199

Ignorantia.

Ignorantia iuris, vel facti quando excusat in rebus fidei. n.32.p.136

Immunitas.

Immunitas concessa pro statu præsenti extenditur ad omnes alias futuras impositiones.n.17. p.126
Immunitate, vt priuetur quis; quas debeat adducere fiscus probationes, numero 17. p.204
Veræ, & concludentes probationes requiruntur, vt quis priuetur immunitate, num.18. ibid.
Immunitas gabellarum an sit de iure diuino. n.9. p.233
Immunitas defenditur ab Episcopo Massæ, & n.9.& 10.p.208
Immunitati magis fauent Iuristæ, & Canonistæ, quam Theologi. n.11.p.205
In dubio fauore immunitati sest respondendum, n.10.ibid.
Immunitatis causa, an gaudeat, vel non gaudeat, ad Iudicem Ecclesiasticum spectat, sed pro repositione facit decretum Iudex laïcus,& quando. n.20.p.205.
Immunitatis priuilegium quibus ciuibus competat. n.30.p.281

Impedimentum.

Impedimentum an præiudicet antianitati. n.12. p.358
Impedimentum impediens obseruantias regulares reddit Professionem nullam, & qualiter. n.68. p.269

Imperator.

Imperator non est in sacris, licet si sacer,vel vnctus. n.38.p.275

Impostura.

Impostura signum quale sit,& an sit in præsenti? n.24.p.137

In.

In foro conscientiæ Dominus potest cogere Vassallos ad has excubias, imò in sua quasi possessione se manutenere stantibus circunstantiis vtilitatis, & necessitatis. n.8.p.102

Incontinenti.

Incontinenti quando aliquid dicatur? num. 4. p. 114.

Incertitudo.

Incertitudo vitiat dispositionem, in omni materia. n.22. p.205

Iudicia.

Iudicia pro delicto sunt in duplici differentia, n.12. p.33

Indultum.

Indultum Cardinalium duplex est, odiosum scilicet & fauorabile. n.16.p.54
Indultum concessum Episcopo limitatum non extenditur. n.17. p.54

Infamare.

Infamarant Visitatores in præsenti, vnde ad famam tenentur restituendam, numer. 13. pag. 33

Infamia.

Infamia Iuris qualiter incurratur, & qualiter irregularitatem incurrit, n.24. p.80
Infamia Iuris qualiter incurratur, num. 25. ibid.

Infames.

Infames ipso Iure quales sint,& quando,num.30. p.80

Infans.

Infans expositus est ciuis loci vbi exponitur, n.27.p.280

Infirmitas.

Infirmitas non expellit, nec impedit ingressum

Religionis iure communi attento, n. 67 .p.269

Ingreſſus.

Ingreſſus in Religionem qualiter ſit conuerſio, n.52.p.268

Inimicitia.

Inimicitiæ contractæ quando dent cauſam iuſtam diuertendi. n.77. p.143

Iniuria.

Iniuria qualiter remittatur, quid ſi fiat monacho,vel moniali,filio &c. n.43. p.161

Iniuria facta filiofamilias qualiter remittatur à Patre. n.44. ibid.

Iniuria non eſt, quando non fit contra ius, non fit iniuria Epiſcopo non dare titulum Illuſtriſſimi. n.19. p.318

Innocens.

Innocentem occidere licitum eſt pro ſua defenſione. n.38. p.121

Innocentem occidere, poſſunt ad defenſionem, quando aliter euadere non poſſunt, num. 32. pag. 120

Inſignis.

Inſignis *Barboſa de poteſtate Paræci*, adducitur pro noſtra concluſione. n.38. p.13

Inſtantia.

Inſtantia Fiſci Promotoris ad informationem capiendam. n.5.p.210

Ciacconij inſtantiæ iterum proponuntur, n. 5. p.309

Inſtitutio.

Inſtitutio ſpreto patrono, nulla eſt, num. 3. pag.94

Inſtrumentum.

Inſtrumentum iam reſciſſum, an reconualidetur per exactionem tertiarum poſt dictam reſciſſionem. n.2. p.223

Inſtrumentum dotationis, de quo in præſenti tollit difficultatem clauſulæ taxatiuæ, num. 30. p.315

Intentio.

Intentio, & animus delinquentis, eſt attendenda ad punienda delicta, non delictum ipſum, n.29.p.200

Interdictum.

Interdictum perſonale vt feratur,requiritur canonica monitio. n.28. p.319

Interdici.

Interdici nequit totus populus niſi delictum ſit commiſſum à tota communitate, vel à maiori parte communitatis, & cauſa interdicti debet eſſe grauis. n.29.p.319

Intereſſe.

Intereſſe quomodo taxetur per S. C. remiſſiuè, num.6. p.225

Intereſſe quanti plurimi an ex ſpecie debeatur, n.20.p.84

Intereſſe debetur loco tertiarum & ad eandem rationem, quando contractus eſt reſciſſus, n.8. p.226

Intereſſe quanti plurimi qualiter debeatur, n.10. p. 83

Intereſſe quanti plurimi quæ requirat, n.11.p.83

Intereſſe quanti plurimi, in multis caſibus, non debetur. n.14.p.83. & ſeq.

Intereſſe quanti plurimi, non debetur niſi à die moræ. n.15. p.84

Intereſſe quanti plurimi, eſt concludenter probandum. n.16. p.84

Intereſſe, & æſtimatio quanti minimi, quando debeatur. n.17.p.84

Intimatio.

Intimatio an poſſit fieri pupillo, & quando, & ſi habeat plures tutores, an ſufficit, ſi vni tutori fiat. n.19.p.66

Intimatio & citatio fieri debet in loco tuto, vt comparere teneatur. n.31. p.67

Inuentarium.

Inuentarij confectio quare introducta, num. 10. pag.187

Inuentarij beneficium eſt perſonaliſſimum, & quare. n.17. p.188

Inuentarij origo non tam abſolutè à rigore, quàm ab æquitate procedit. n.22. p.190

Inuentarij confectio eſt perſonaliſſima,& ab vno confectum, non releuat alium, numero 2. pag.186

Inuentarij beneficium factum per hæredem an proſit fideicommiſſario. n.3. p.186

Inuentarij confectio non eſt de Iure Digeſt. quantum attinet ad hæredes. n.4. p.186

Inuentarij fraus an euitetur per confeſſionem partis. n 5.p.186

Inuentarij redditio ſi petita non ſit 30. annis præſcribitur. n.25.p.190

Inuentarij ſolemnitates poſſunt alterari, & mutari per conſuetudinem. n.19.p 190

Inuentarij ſolemnitates apud Hiſpanos ſunt ſublatæ. n.20. ibid.

Inueſtitura.

Inueſtitura accepta pro ſe, & hæredibus ex linea maſculina,non comprehendit fœminam natam ex maſculo. n.30. p.288

Ioannes Arnon.

Ioannes Arnon. in quatuor locis explicat pragmaticam primam *de teſtibus*. Et vtrum ruſticus à pœna falſi excuſetur. Et vtrum pragmatica prima de teſtibus habeat locum in cauſa ciuili tantum, vel etiam criminali, n.28. p.184

D. Ioſeph. Lombardus.

D. Ioſeph Lombardus eſt in iudicio ante ſequeſtrum. n.3.p.92

Irregularis, Irregularitas.

Irregularis non eſt adulter ſi maritum occidat ſibi inuadentem. n.35. p.167

Irregularitas quid ſit, & vnde dicatur, num. 32. pag.161

Irregularis quiſnam ſit quando ex pluribus rixantibus non conſtat quis vulnerauerit, n. 61. p. 169

Irregularitas non ex omni mortis cauſa incurritur. n.8.p.42

Irregularitas non contrahitur, niſi in caſibus à iure expreſſis, & vtrum pro ſolo conſilio, vel officio, abſque executione irregularitas contrahatur, numer. 3. pag. 144. & num. 11. pag.145

Irregularis non fit prouocans ad pugnam, & offendens cum moderamine inculpatæ tutelæ, num.37. p.167

Irregularitas in dubio facti homicidij non eſt totalis, ſed integralis. n.54. p.169

Irregularitas magis præſumitur in eo, qui non eſt adhuc ordinatus, quam in Sacerdote, n.31. pag.48

Irregularitas ex homicidio caſuali quando incurratur. n.32.p.48

Irregularitas ex homicidio dubio non eſt totalis, n.33.p.48.

Irregularitas non eſt de Iure diuino, vel naturali, ſed ſolum iure poſitiuo, n.25. p.47

Irregularitas non ſupponit peccatum ex ſui natura. n.26.p.47

Iura citata non procedere in aliis dubiis delictis

Index

ctis probatur. n.27.p.47
In dubio homicidij iusti quis non tenetur gerere se pro irregulari. n.28. p.47
Irregularitas ut inducatur, in Sacris litteris semper fit mentio de reali, & actuali sanguinis effusione; & explicantur duo loci Paralipomenon n.6. p.145
In dubio quis debet se gerere pro irregulari, n.9.ibid.
Et dilucidatur textus *in cap. ad audientiam, & cap. significasti de homicidio, & numero sequenti ibidem.*
In dubio iuris nullus est censendus irregularis, & cur? n.10. ibid.
Ratione officij tantum assumpti nulla adest irregularitatis suspicio. n.11. ibid.
Flores de Mena *lib.* 1. *quæst.*9. n.9. reprobatur, num. 12. ibid.
Et vtrum Episcopus dispensare possit in irregularitate ex leuitatis defectu. ibid. & seq.
Irregularitas numquam incurritur, nisi in casibus à Iure expressis. n.50.p.169
Pluribus percutientibus omnes debent se gerere vti irregulares, si non constet de quo vulnere sit mortuus percussus. n.58. p.169
Quod procedit etiam quando occiduntur latrones publici. n.59.ibid.
Irregularitas contracta per excessum moderaminis dispensatur ab Episcopo. n.64. p.170

Irreuerentia

Irreuerentia inquisiti probatur per vnum Testem. n.22.p.166

Iudex.

Iudex non semper reum pœna amissionis causæ condemnant. Aduersarius si sit actor non obtinet, nisi suam plene probet intentionem, & num.18.& 19.p.185
Iudicis recusatio qualiter olim fiebat de iure Canonico. n.4.ibid.
Iudicis seueritas, & crudelitas in modo procedendi, est causa allegandi suspicionem, num.5. ibid.
Iudex si iudicetur excedere modum in puniendis delictis, recusari potest, vt suspectus, num.6. ibid.
Iudex copiam indiciorum Reo dare tenetur, & cum ea terminum ad se defendendum, & qualiter. n.21.p.149
Iudicis suspicio malos producit exitus, num.2. p.147
Iudex ex medicorum Iudicio iudicare debet vulnus lethale, necne? n.11.p.43
Iudex facilior esse debet ad absoluendum, quàm ad condemnandum. n.26.p.166
Iudex debet prius se facere Iudicem, deinde facere sequestrum. n.5. p.92
Iudex laicus cognoscit de pensionibus soluendis Regiæ Coronæ. n.49. p.240
Iudex delegatus non potest pronunciare nisi super deductis in prima instantia, & quando, n.15.p.39.& seq.
Iudex delegatus in causa appellationis an possit condemnare ad fructus. n.16. p.40
Iudex laicus cogit Clericos ad talem obseruantiam. n.46. p.239
Iudex delegatus seruare debet formam rescripti, & qualiter. n.4. p.38
Iudex delegatus quomodo possit sibi aliquid reseruare. n.5. p.38
Iudex delegatus potest committere nudum ministerium. n.6. p.38.
Iudici consideranda remittitur in præsenti qualitas occidentis, & occisi, & causa, &c. num.15. pag 204
Iudicis arbitrio remittuntur coniecturæ, quibus animus occidendi probatur. n.4. p.42
Iudicis arbitrio remittitur, qualitas cautionis præstandæ in præsenti. num. 54 p.140
Iudiciis præuentus si quis compareat non citatus, nec vocatus an sit sponte comparens, n.31. p.132
Iudice recusato suspecto, an acta facta post recusationem sint nulla. n.3. ibid.
Iudicantium est, inspicere causam delicti, n.23. p.319

Iudicium.

Iudicium non fit in possessorio, pro eo qui iuris habet resistentiam. n.10. p.220
Iudicium cœptum super petitione tertiarum tunc decursarum an procedat super tertiis pòst decursis,& quid in rescissione contractus, n.4. p.225

Iuramentum.

Iuramentum appositum in indispositiuis supplet defectum ætatis, secùs in executiuis, num. 9. p. 334
Iuramentum appositum in executiuis, censetur appositum de Stylo Notariorum, & nihil operatur. n.10. p.334

Iurisdictio.

Iurisdictio Archiepiscopi non probatur ex processibus assertis super Visitatione, num. 14. p.215
Iurisdictio concessa, censetur cumulatiuè, & non priuatiuè ad ordinarios Iudices, numer. 12. pag. 70

Ius, Iustitia.

Iuris resistentia posita non dicitur consuetudo, sed corruptela. n.11.p.220
Concordantur iura *in cap. ex transmissa* 8. *de restit. spoliatorum cum cap.ex parte eod. tit.* n.50. p.140
Iura, quæ dictant ex officio accepto in sanguinis sententia irregularitatem inducere; intelliguntur si condemnatio ad mortem, vel ad mutilationem sequuta fuerit, numer. 4. pag.144.& seq.
Iura citata ab aliquibus declarantur solum pro foro conscientiæ tantum, non externo,& quare, n.22.p.46
Iura ciuilia disponunt posse laicos agere in rem contra Clericos, non in personas, num. 52. p.240
Iure Ciuili fit distinctio nobilium, & ignobilium, n.3.p.258.
Ius ciuile facit aliquem verè, & propriè talem, num.4.ibid
Iura suprà allegata an procedant in foro conscientiæ, & an in aliis materiis, num. 44. pag.168
Iura canonica non dedignantur sequi leges ciuiles. n. 8. pag. 86
Iura supradicta procedere tum in foro externo, tum conscientiæ probabilius est, num. 24. pag.47.
Iustitia legalis, si violetur, sine præiudicio tertij, non est malum. n.47. p.122
Ius commune duplex, positiuum, & negatiuum, n.44.p.167
Ius prælationis an amittatur, si ea quis minimè vtatur. n.18.p.25
Ad Paræcum spectat vias ordinare exequiarum. ibid

Ius remittendi Iure ciuili requiritur, num. 49. pag. 162
Ius omne potentius est in causa, quàm in causato, n. 101. p. 308
Iuris plus reperiri non potest in causa influenti, quàm in causato. n. 102. ibid.

Iuspatronatus.

Iuspatronatus ex reædificatione quæ requirat, n. 36. p. 73
Iuspatronatus concessum ex augumento dotis non potest dici acquisitum nisi probetur augmentum dotis. n. 37. p. 73.
Iuspatronatus in dubio & quæstionis status, n. 1. p. 49
Iuspatronatus ex priuilegio potest dupliciter competere. n. 33. p. 73
Iuspatronatus ex augmento dotis fundatum, si fructus sint aucti, an augeatur, numer. 43. pag. 73
Iuspatronatus ex sui natura transit ad hæredes extraneos. n. 3. p. 69
Iuspatronatus pro aliquibus fundatum, in contractu, non potest aliis donari, numero 11. p. 105
Iuspatronatus donatio qualiter attendatur in Iurepatronatus. n. 12. p. 105
Iuspatronatus pro primogenitis transit ad hæredes extraneos. n. 7. p. 70
Iuspatronatus ex augmento dotis qualiter dicatur concessum, & fundatum, numer. 40. pag. 74
Iuspatronatus per reædificationem qualiter acquiratur. n. 41. p. 74
Iuspatronatus quando transit ad hæredes extraneos. n. 18. p. 71
Iuspatronatus regulatur secundum naturam feudi, & emphyteusis. n. 19. p. 71
Iurispatronatus pro filiis, & descendentibus, quando transit ad hæredes extraneos, n. 20. pag. 71
Iuspatronatus pro familia fundatum, illa extincta, quando transeat ad alios. n. 21. p. 72
Iuspatronatus durante familia potest alienari in præiudicium alienantis, n. 22. ibid.
Iuspatronatus fundatum pro se, & successoribus suis qualiter intelligatur, n. 23. ibid.
Iurispatronatus fundatio quando sit irreuocabilis. n. 45. p. 73
Iuris patronatus existentia, & pertinentia qualiter constet. n. 2. p. 195
Iuris patronatus translatio cum assensu Episcopi valet, & quid si transferatur in pium locum n. 3. p. 195
Iuspatronatus si donetur compatrono non requiritur assensus, & quid si donetur filio compatroni. n 4. p. 195
Iurispatronatus legatum interdum non requirit assensum, & quando. n. 7. p. 196
Iuris Patronatus successores quando aliis præiudicent. n. 8. ibid.
Ius patronatus gentilitium & familiare quando sit, & an possit fieri hæreditarium, numero 9. ibid.
Iuspatronatus si donetur Episcopo loci non requirit consensum. n. 30. p. 73
Iurispatronatus translatio, vt fiat, requiritur expressus consensus Ordinarij, numero 31. ibid.
Iuspatronatus an possit à fundatore remitti in totum, vel in partem, n. 13. p. 71
Iuspatronatus taxatiuè pro familia non transit ad extraneos. n. 14. p. 71.

Iustinianus.

Iustinianus Imperator *in Auth. de Monachis*, explicatur. n. 60. p. 269

L

Læsio.

Læsio vtrùm consideretur in donatione, & quid de renunciatione & quid si sit excessiua. n. 15. p. 335

Laicus.

Laicis non est licitum sub vtraque specie communicare, sed eis sufficit sub vna, n. 18. p. 131
Laici etiam armata manu possunt ad tollenda dissidia electioni præesse. n. 48. p. 276
Laici ex priuilegio possunt electionibus Capitularibus interuenire. n. 41. p. 275
Laicus quandoque potest supplere defectum Sacerdotis, & quando. n. 23. p. 131
Laicus infirmus si hostiam nequeat deglutire, sed tantum vinum, posset cum calice communicari, n. 24. p. 131

Legatum.

Legatum Relictum Regulari cum pacto, vt nihil acquiratur Monasterio, aliàs sit nullum, accedit hæredi. Secus si nihil tale dictum sit, quia tunc acquiritur Monasterio, num. 32. pag. 155
Legati acceptatio facta ab Ecclesia, si petatur declarari nulla, eà pendente, debitor soluere debet. n. 6. p. 90
Legatum soluendum pro suffragiis Animæ testatoris integre est soluendum sine vlla diminutione. num. 56. p. 155
Legatum factum ob paupertatem non extinguitur cessante paupertate. Item in donatione. num. 20. pag. 115
Legatum pro Matrimonio Carnali comprehendit etiam spirituale. n. 28. p. 315
Legatum pium peti potest, durante tempore inuentarij n. 62. p. 22
Legislatores Superiores licet laici, quando ligant Clericos & quomodo, numero 20. pagin. 235
Legatum conditionaliter duas habens res, quando solui debeat. n. 21. p. 324
Larreæ *decisio* 37. refertur, & occurritur, n. 25. pag. 192
Legata relicta ab instituto censentur repetita à substituto. n. 24. p. 332
Legatum factum cognatis, de quibus intelligatur, n. 19. p. 324
Legatum, vel fideicommissum relictum filiis alicuius, de quibus intelligatur, num. 43. p. 327
Legatum factum vxori in tempus filiorum, intelligitur de communibus. n. 44. ibid.
Legatum factum Cappellæ, quæ posita est in aliqua Ecclesia, deberur ipsi Cappellæ, & non Ecclesiæ, in qua est Cappella posita, n. 14. pag. 50
Legatum factum pro Missis celebrandis Cappellæ habenti proprium Cappellanum, existenti tamen in Parœcia, Cappellano debetur non Parœco. n. 15. p. 51
Legatum relictum naturalibus talis loci, potest dari commorantibus ibi per decennium, n. 13. pag. 253
Legatum sub conditione si ducat nobilem, datur nubenti cum nobili ex priuilegio, num. 5. pag. 252

Legati verba qualiter ponderanda in præsenti legato. n.6.pag.252
Legitimatus à Principe est vere legitimus, n. 35. pag.55

Leuia.

Leuia delicta, quæ sunt apud Regulares, n. 18. pag.33

Lex.

Lex est adiecta rebus, non verbis, num. 18. pag.29.& seq.
Legis finis est bonum, à quo nullus potest prohiberi. n.55. pag. 268
Leges municipales ligant Clericos posita licentia expressa vel tacita Summi Pontificis, n. 32. pag.237
Leges Politicæ sunt à Clericis seruandæ, & quando. n.24. p.235
Lex concedens facultatem alicui sumendi vindictam propriis manibus, non denegat filio id committi. n.9.pag.118
Leges nouæ non derogant antiquis, & quando, num.19 p.345
Legum præsumptiones rebus non vero similibus aptari non debent. n.33. p.298
Leges laicales de regalibus loquentes ligant Clericos & an secus sit de Regalibus, n.36. p.238.
Leges, licet in commodum respiciant Clericorum interdum, ligant tamen eos licet seculares, & quando. n.37.ibid.

Libellus.

Libelli famosi definitio. num. 10. p.317
Libellus propriè, & legaliter qualis sit, num.11. pag.39

Liber.

Liber tutoris qualis esse debeat, numero 49. pag.174
Librorum nomen singulariter prolatum qualiter intelligendum, n.22. p.324
Libros facere rationum non ad Priorem spectat, sed ad syndicum, Cellarium, &c. numer. 32. pag 36
Librorum exhibitio, posito interesse petentis, & existentia eorumdem fieri debet, quod & Rota pluries practicauit. n.11. pag.88
Librorum existentia præsumitur apud eum, apud quem constat libros semel fuisse, n. 12. pag.89
Libros non exhibens, tenetur ad interesse quantum summa prætensi debiti, importat, num.13. pag.89
Libris eorum, qui tenentur eos conficere credendum est, positis adminiculis quibusdam, n.14.ibid.

Licentia.

Licentia præsumpta an sufficiat in Religionibus obseruantibus. n.35.p.155
Licentia debet esse expressa, vel tacita, quæ resultet ex approbatione actus. n.5. p.152
Licentia data Regulari exequutori, an possit reuocari per superiorem concedentem, & an sit intimanda reuocatio, n.6. ibid.
Licentia potest esse, tum expressa, tum tacita, neque in hoc differt à consensu, numero 9. pag.75
Licentia quid sit, & tacita quando dicatur? n. 5. pag.74
Licentia interpretatiua excusat à vitio proprietatis. n.6.ibid.

Linea.

Lineæ appellatione, venit linea descendens, non transuersalis. n.7.pag.286
Linea quid sit, & in quod differat à familia, n.4. p. 286
Lineæ appellatione non continentur fœminæ, & quando. n.5.ibid.
Lineæ masculinæ vocatio ex se agnationem inducit. Ac ei relictum agnatis relictum intelligitur, n.21. p.303. & n.24.ibid.
Linea incipit à filiis, non à patre; Et à masculo linea masculina, & à fœmina, fœminina, n. 98. p.307
Linea descendentium ab aliquo, incipit à primo, n. 5.pag.294
Idem iudicatur de ipso principio principiante, ac de his quæ sequuntur ab eodem principio, num.6.ibid.
Linea in hac facti contingentia duplex considerari debet, masculina scilicet, & fœminina, num.7.pag.294.& seq.

Lis.

Lis super possessorio adipiscendæ non facit rem litigiosam, licet habeat incidenter annexam causam proprietatis? n.8. p.93

Literæ.

Literæ recolendæ M. Philipp.II. ad fauorem clericorum Rheginorum referuntur, num. 25. pag.245

Litigiosus.

Litigiosæ rei alienationis disputatio non intrat in præsenti. n.18. p.94
Litigiosa non dicitur res, nec prohibetur alienari, quando lis est super possessorio, num. 7. pag.92
Litigiosa res potest alienari, quando lis est iniusta, vel quando alienatur pro causa necessaria; num.10. pag.93

Locator.

Locatoris necessitas facit recedere à locatione idem in filiis necessitate, &c. numero 24. pag.119

Locus.

Locus vbi est pestis non est tutus, nec est tutus ob mortalitatem, n.34. p.67
Lucum non est tutum qualiter probetur, & quid si locus non sit tutus culpa citati, numero 36. p.67

Lugubre.

Lugubre est antiqua maiorum prædia, ad extraneos deuenire. n.28.p.303

Luctuosum.

Luctuosum est bona familiæ, maiorum vestigia, & memoria recolentia distrahi, numer. 27. p. 303

Lymphatici.

Lymphatici, qui sint, & qualiter sic dicti? n.78. p.270

M

Magister.

MAgister actorum Curiæ venit appellatione familiarium Episcopi. Et affertur casus decisus, n.17.p.4
Magnus Magister S. Ioannis quibus legibus sit eligendus? n.9.p.9
Magnus Magister Hierosolymitanus confert commendas, & Iurisdictionem habet meri, & mixti Imperij. n.10.ibid

Maior.

Maior per rescriptum factus, quando propriè dicatur talis. n.6. p.258

Maioratus.

Maioratus constitutio quomodo pro filiis ex primo matrimonio censeatur facta, numer. 54. p.328

Matoirias.

Maioritas inter Ecclesiasticos sumitur ex quatuor Capitibus. n.3.p.337

Maioritas sumitur ex prærogatiua ordinis, n.4. p.338

Maioritas sumitur ex prærogatiua potestatis, n.5. ibid.

Maioritas ex antiquitate sumitur, numero 6. ibid.

Maioritas sumitur ex qualitate ordinatis, num.7. ibid.

Mala.

Mala non esse facienda, vt inde sequatur bonum qualiter procedat ex numer. 42. & 43. pag.121

Mala fides præsumitur ex titulo iniusto, num.6. pag.219

Mala fides præsumitur ex errore iuris, numer. 7. pag.219

Malefactor.

Malefactorum prosequutio qualiter permittatur extra territorium. n.26. p.159

Maleficium.

Maleficium ob bonum finem est licitum ex legibus Ciuilibus. n.34. p.120

Maleficium hostile punitur sequuto effectu, n.10. pag.199

Maleficium ad bonum finem quando prohibeant Sacri Canones. n.43. p.121

Maleficium apud leges Hispanas præmiatur si fiat ad bonum finem. n.35. pag.120

Malum.

Malum est, quod prohibetur, non bonum, & qualiter. n.58. p.268

Mandans.

Mandans committi homicidium in Ecclesia gaudet immunitate. n.2.p.201

Mandans extrahi ab Ecclesia est excommunicatus. n.4. pag.202

Mandatum.

Mandatum de manutenendo ex sola assistentia legis vel Concilij dari debet, numer. 15. pag.220

Mandatum de manutenendo potius datur assistentiam Iuris habenti cum titulo, & sine possessione, quàm possessionem habenti, licet antiquissimam. n.24. p.222

Mandatum de manutenendo in visitatione datur Episcopo. n.5. p.217

Mandatum de manutenendo, & exequutiuum in præsenti competunt. num.6. p.117

Mandatum de manutenendo datur possidenti cum iuris resistentia, quando tamen non est vehemens. n.31. pag.223

Mansus.

Mansus quid importet in Iure, numero 8. p.313

Mansus liber debet esse ab omni onere decimarum, &c. n.9. ibid.

Mansus sumitur pro titulo præbendæ, & quare, n.10.ibid,

Manutentio.

Manutentio non datur possidenti stante iuris communis resistentia. num.9. p.220

Manutentio datur ex sola Iuris communis assistentia. n.3.p.219

Marito.

Marito ob verba contumeliosa licitum est vxorem castigare, & verberare, numero 42. pagin.139

Maritus in nominibus debitorum, qualem diligentiam exercere debeat. n.9. p.172

Marito an licitum sit vxorem tenere carceratam, & quid ob zelotypiam? numero 40. pag.129

Marito querelante vxorem, & non carcerari faciente, vel non prosequente querelam, non oritur odium capitale. n.78. p.145

Masculinitas, Masculinus, Masculus.

Masculinum quando concipiat fœmininum, etiam per viam interpretatiuam, an comprehensiuam, n.24 p.287

Masculinum non concipit fœmininum, posita conseruatione familiæ. n.25. p.287

Masculini qualitas, excludit fœminas in fideicommissis. n.26. p. 88

Masculi nomen quibus modis sumitur, & ad quos referatur. n.39. p.290

Masculi soli conseruant, & constituunt familiam, ac illius columnæ sunt. Præsumuntur magis dilecti, quam fœminæ, etiam à matre, num.26. pag 303. num.51. pag.304. Sunt digniores fœminis, num.107.pag.308. Magis in consideratione habiti, quàm fœminæ, num.108. ibid. Coniecturam in dubio merentur, n. 109. ibid. Ex fœminis procedentes non includuntur in linea masculina, n 100.ibid.quia descendunt à radice infecta ibid.

Masculinitatis vocatio videtur ob agnationem facta. n.36. pag.289

Masculinitatis ratio cum aliis adminiculis, facit præsumi conseruationem familiæ fuisse voluntam. n.55. p.291

Masculinitatis mentione facta, testator de masculis sensit. Et propterea non admittitur, nisi sit ex linea masculina, & masculus, n.103. pag.308

In transuersalium ordine, magis priuilegiata est linea descendens. n.104. p.308

In dubio recurrendum est ad testatoris voluntatem. n.105. ibid.

Masculinum non concipit fœmininum, quando disponentis contraria voluntas apparet: Ac illum in casu nostro de masculis cogitasse probatum est. n.106. p.308

Masculinus sexus, sicuti natura, honoratior est fœminino: ita etiam honoratior, debet esse in successione. n.110.ibid.

Matrimonium.

Matrimonium non valet contractum coram Parœco rurali, vbi erant recreationis causa contrahentes, n.15.p.109

Matrimonium non valet quando non est contractum coram Parœco domicilij, neque habitationis. n.16.p.109

In dubio est iudicandum pro matrimonio sed non quando est clandestinum, n.23.p.111

Matrimonia clandestina sine testibus, etiam ante Tridentinum erant inualida, numero 6. pagin.107

Matrimonia sine denunciationibus vigore Tridentini non sunt inualida, n.7. p.108

Matrimonium Clandestinum licet inualidum, tamen requirit declarationem Iudicis Ecclesiastici. n.8.p.108

Matrimonium apud Gallos non valet sine publicationibus. n.9.p.108

Matrimonium, de quo agitur, nullum probatur ab aliquibus; non benè. n.2. p.107

Matrimonium non valet apud Gallos contractum à filiofamilias ſine conſenſu Patris, n.11. p.108
Matrimonium non valet ſine præſentia proprij Parœci, n.12. pag.108

Medici.

Medicorum relationi ſtandum eſt, an vulnus mortale ſit. n.16. p.44
Medicis creditur,& quando vni tantum, num.17. p. 44

Memoriale.

Memoriale porrectum Sacræ Congregationi, & commiſſio cauſæ Cardinali à Sanct. Cruce. n.6.p.210

Mendicantes.

Mendicantes ſunt in duplici differentia, vel ex Regula, vel ex Conſtitutionibus, numer. 8. p.314.
Mendicantes ex priuilegio poſſunt habere bona in communi, & ſucceſſiones, quia non ex vi Regula ſunt tales. n.9. ibid.

Merita.

Merita faciunt præſumi conceſſionem factam illius intuitu, qui meretur, numero 25. pag. 325

Menochius

Menochius tenet pro familia contentiuè, n. 17. pag.287

Mens.

Mens donantis, quod fuit irreuocabiliter donandi, qualiter probetur, n.5. p.104

Mentio.

Mentio mortis, quando faciat donationem cauſa mortis. num.6. pag.104

Mierez.

Mierez opinio nobiſcum concordat in caſu de quo agitur. num.19. p.260

Milites.

Milites depoſita militia an gaudeant militiæ priuilegiis. n.13. p.98
Milites Hieroſolymitani ſunt exempti à ſolutione decimarum, & mortuos ſepeliunt in eorum Eccleſiis. n.11.p.9. & ſeq.
Miles Hieroſolymitanus percutiens Clericum, à quo declaretur excommunicatus? num. 57. p.14
Miles cuius loci dicatur ciuis, dum militat, num.11. p.278

Miniſtri.

Miniſtri Triremium verberantes Regulares an & quando incidant in excommunicationem Canonis. n.16.p.79

Minor.

Minor contra maiorem, vel inferior contra ſuperiorem, neque per immemorabilem præſcriptionem acquirit. n.25.p.26
Minori parmittitur donare cauſa mortis, vel teſtamentum conficere. n.6.p.334
Minor contra maiorem obedientiam non præſcribit. n.19.p.30
Minor creditor cenſus, poteſt facere retrouenditionem, ſine vllo decreto iudicis, num. 15. p.65.& ſeq.

Mixtio.

Mixtio vnius contractus operatur, vt alterius accipiat qualitates. n.7.p.194

Moderamen.

Moderamen inculpatæ tutelæ qualiter probetur, n.65 p.170

Moderatus.

Moderata caſtigatio vxoris, permittitur viro, n.37. p.138

Modus.

Modus quo fideicommiſſa familiarum conſtituuntur, eſt per vocationem proximiorum, n.14. p.302
Modus, vel conditio poteſt apponi in donatione ante acceptationem. n.9. p.114
Modus procedendi in præſenti facto, num. 2. p. 198
Modus procedendi à Regularibus contra ſubditos, eſſe debet Canonicus, non arbitrarius, n.22. p.34
Modus an poſſit apponi donationi perfectæ incontinenti? n.3.p.114

Monachus.

Monachus ſi Miſſam ad ſui intentionem celebret, non ad intentionem ſuperioris ſibi præcipientis, cui proſit ſacrificium? num. 5. pag.97
Monachus vtrum peccet mortaliter, qui Abbati præcipienti, vt ad ſuam intentionem celebret, non obedit. n.6. pag.97
Monachus tranſiens de vna Religione ad aliam, bona apud quam Religionem remaneant, n.23. pag.333
Monachi, & Clerici,an, & quando poſſint eſſe teſtes in cauſa immunitatis, numero 23. pag.206

Monaſterium.

Monaſterium eſt manutenendum in quaſi poſſeſſione cuiuſcumque conſuetudinis laudabilis, nec de facto ſpoliari. n.13.p.112
Monaſterij D. Aluinæ proponuntur rationes, num.1. p.87

Moniales.

Monialium electio non indiget confirmatione, n.18. pag.273
Moniales non eligentes Abbatiſſam, ſeruata forma *cap. quia propter de electione, in 6.* non ſunt priuandæ poteſtate eligendi, num.5. pag.86.

Mora.

Mora creſcit pro tempore debiti in genere, n.19. pag.84
Mora debitoris an excuſet ab intereſſe quanti plurimi. n.12. p.83

Morbus.

Morbus gallicus, an ſufficiat ad ſeparationem Tori? n.34.p.138
Morbus gallicus qualiter probetur ad finem diuortij? n.35. p.138

Mors.

Mortis mentio quando contineat naturalem, n.11.p.258.

Mulier.

Mulier committens falſum an excuſetur à pœna falſitatis, numero 20. & 22. & 25. pag. 83. & ſeq.
Mulier ſuo viro eſt reſtituenda probato matrimonio, & cohabitatione, num. 48. pag. 139. & ſeq.
Mulier non admittitur vt teſtis in criminalibus, n.9.p.165
Mulier eſt in poteſtate viri, & homo ad imaginem Dei factus, non autem mulier, & quomodo hoc intelligatur de muliere, num.41. pag.139.
Mulier viro reſtituitur, præſtita cautione de non offendendo, poſita atroci percuſſione, n. 46. pag.139

Mulieris adulterium ad Torum ſeparandum, ſufficit. n.7.p.135
Mulier qualiter ſequeſtratur, pendente lite ſuper diuortio. n.51.p.140
Mulieres ſortilegæ, an puniantur pœna exilij? n.16.p.199
Mulier fideiubens pro dote Eccleſiæ non habet Velleianum. n.12.p.313
Mulieres in diuortiis proponendis, primò Sodomiam proponunt. n.4.p.134
Mulier nupta an gaudeat nobilitate familiæ propriæ. n.24.p.250
Mulieres falſariæ excuſantur à pœna ordinaria, non verò à pœna amiſſionis cauſæ. num.25. p.184
Mulieres non probant delictum commiſſum. n.28.p.166
Mulier reſtituitur aduerſus dolum præſumptum, etiam aduerſus ignorantiam & quo. num 33. p.21.
Mulier an reſtituatur aduerſus aditionem in Regno noſtro & quando. n.54.ibid.
Mulier in Regno reſtituitur aduerſus ſolemnitates omiſſas in inuentario,& etiam aduerſus inuentarium non confectum. n.52.p.21.
Mulier iuuatur Velleiano, ſi adeat hæreditatem damnoſam, decepta à creditoribus,vel legatariis. n.45.p.21
Mulieri an competat reſtitutio in integrum aduerſus aditam hæreditatem. n.46.ibid.
Quid poſita ſenectute, imo ætate decrepita. n.47.ibid.

Mutanda.

Mutanda minimè ſunt, quæ ſemper certam habuerunt obſeruantiam. n.24.p.30

Mutatio.

Mutatione perſonæ, mutantur bona, & fiunt illius conditionis, cui accedunt, n.11.p.93

Mutuans.

Mutuans Ciuitati, Collegio, Monaſterio, &c. tenetur probare pecuniam fuiſſe verſam in vtilitatem mutuatarij. n.9.p.88
Mutuans ſupradictis locis, communicato Conſilio, vel congregato Monaſterio non tenetur probare pecuniam fuiſſe verſam in vtilitatem Mutuatarij, quod pluries practicatum fuiſſe in Collaterali Conſilio oſtenditur. n.10. p.88

N

Natalium.

NAtalium reſtitutio qualiter à Principe fieret. n.30.p.250
Natalium reſtitutio fit à ſolo Principe ſuperiorem non recognoſcente in temporalibus n.31.ibid.
Natalium reſtitutio an poſſit à Principe fieri in præiudicium tertij, & quando, n.32.p.251

Natura.

Natura non poſuit diſcrimen inter filios legitimos, & naturales, & inter naturales tantum quoad dilectionem. n.15.p.119

Nauarrus.

Nauarri *conſil.26. de regularibus* adducitur contrarium,& explicatur? n.42.p.267

Negligentia.

Negligentia ſecundùm aliquos eſt priuatio diligentiæ. n.48.p.174
Negligentia circa officium facit,vt poſſit remoueri ab illo. n.34.p.174
Negligentia creditoris annuorum reddituum,qualiter puniatur. n.40.p.174
Negligentia in committendo qualiter probetur. n.14.p.172
Negligentia tutoris qualiter probetur. num.16. p.173
Negligentia in eo, quod poterat gerere qualiter probetur. n.17. ibid.
Negligentia qualiter probetur,& quibus concurrentibus. n.18.ibid.
Negligentia in exactione, qualiter probari debet. n.19.ibid.
Negligentia qualiter arguatur,& probetur. n.37. p.174
Negligentia dicitur probata,ſi probetur non exactum in tempore. n.38.ibid.
Negligentia in exigendo probatur per hoc, quod non exegit, quod debeat exigere n.21. p.173
Negligentia non præſumitur, ſed diligentia.n.22. ibid.
Negligentia probatur per hoc, quod quis non fecit id ad quod tenetur. n.23.ibid.
Negligentia dicitur probata quando potuit haberi exactio. n.24.ibid.
Negligentia ſimplex licet puniri non ſoleat, fallit tamen ſi ſit magna. n.27.p.173
Negligentia omnia lædit, & exemplis declaratur. n.28.ibid.
Negligentia probatur, diligentia non probata. n.29.ibid.
Negligentiæ effectus plures ſunt, numero 30. ibid.
Negligentia qualiter præſumatur, numero 31. ibid.
Negligentia non imputatur, vbi diligentia non proficeret. n.32. ibid.
Negligentia alia manifeſta, alia diſſoluta. n.33. ibid.

Nemo.

Nemo transfert plus iuris,quam quod ipſe habet. n.2.p.193

Nobilis.

Nobiles ſunt inimici Popularium, numero 21. p.252
Nobilis citatus tempore ſolis in leone, in longinquis non tenetur comparere, ſecus ſi ſit ruſticus, n.32.p.67
Nobiles an poſſint amittere nobilitatem.& quando? n.15.p.259
Nobilis non præiudicat deſcendentibus quoad nobilitatem. n.16.ibid.
Nobiles ex priuilegio dicuntur veri nobiles, & non ficti. n.19.p.254
Nobiles per pecuniam facti admittuntur ad Ordines. n.30.p.255
Nobilis ex priuilegio,gaudet ſtatuto ne carcerentur nobiles. n.31.ibid.
Nobiles ex priuilegio gaudent diſpenſationibus Pontificiis. n.32.ibid.
Nobilis ſi falſum committat nobilitatem amittit. n.32.p.185
Nobiles ex Priuilegio admittuntur ad Ordines militares. n.4.p.252
Nobilis quis, & quis intelligatur? numero 13. p.259
Nobilis, vel militaris ex priuilegio, gaudet vt cæteri nobiles, & militares ex origine. n.1. p.253

Nobilitas.

Nobilitatis qualitas quænam ſit? numero 23. p.254

Nobilitas ex priuilegio est vera nobilitas. n.17. p.259
Nobilitas data per principem, producit omnes effectus nobilitatis. n.26.p.254
Nobilitas quomodo à Principe procedat. n.25. p.250
Nobilitas est, quæ venit à Principe, num.10. p.248
Nobilitas Patris ad filios quando descendat, n.11.ibid.
Nobilitas Patris de consuetudine ad filios peruenit. n.12.ibid.
Nobilitas an cognita ab initio, numero 28. p.254
Nobilitas naturalis non datur, numero 29. ibid.
Nobilitas quid sit, & plures adducuntur descriptiones. n.1.p.247
Nobilitas quibus modis acquiritur? numero 2. ibid.
Nobilitas Sanguinis quæ sit. n.3.ibid.
Nobilitas Sanguinis, cur ita dicatur, num.4. ibid.
Nobilitas ex genere an amittatur per exercitium Artis sordidæ, & Aromaticam, Chirurgiam &c. & Notariatum, exercere an sit artem sordidam exercere. n.5. ibid.
Nobilitas ex priuilegio, an & qualiter sit firma & stabilis. n.14.p.259
Nobilitas à Principe, est propria Nobilitas. n.3. p.252
Nobilitas an differt à Priuilegio nobilitatis? n.12. p.259
Nobilitas Parentum ad legitimatos quando transeat. n.20.p.249
Nobilitas Filij ad Patrem an, & quando transeat. n.21.ibid.
Nobilitas Paterna, & Materna est splendidior sola paterna, &c. n.22.ibid.
Nobilitas Materna cur non soleat venerari. n.23. p.250
Nobilitas qualiter introducta. n.16.p.253
Nobilitas hodierna est aduentitia & accidentalis. n.17.ibid.
Nobilitas cœpit esse de iure ciuili, & datiua dicitur. n.18.ibid.
Nobilitas sanguinis est nobilitas Stercoris. n.20. p.252

Nobilitare.

Nobilitare est proprium Principis, qui nobilitando, nihil denuo dat. n.33.p.355

Nomina.

Nomina appellatiua ab euentu prouenientia stante habitu durant, quamuis exercitium cesset: & vtrum si materia sit talis vt simul requirat habitum, & actum. n.7.p.98

Notarius.

Notarius destinatus pro citatione quid facere possit. n.27.p.67
Notarij doctrina & periti quomodo vtatur hoc pacto, & quid faciant in retrouenditionibus. n.30.p.67
Notarius posita veritate debiti potest scripturam facere pro tempore antecedenti, numero 46. p.122

Notificatio.

Notificatio Episcopo explicatio eiusdem. num.4. p.210
Notificatio actus debet fieri, etiamsi actus fieri possit parte non citata. n.10.p.65
Notificatio non requiritur in concessione gratiæ: & priuilegij. n.11.ibid.

Nouitius.

Nouitius ante susceptum habitum est subditus ratione contractus regularibus, num.36. p.266.

Nullus.

Nullus amor vincit paternum, n.6 p.118
Nullus operans tenetur sequi opinionem probabiliorem, quia sufficit sequi probabilem. n.34. p.132. Vide *Opinio.*

O

Obiectio.

OBiectio proponitur contra hanc explicationem, & resoluitur. n.23.p.46

Obligatio.

Obligatio generalis sine assensu contracta producit vtile Saluianum interdictum, pro consequutione fructuum bonorum stabilium. n.7. p.88.

Obligatus.

Obligatus ad factum certo tempore, tenetur docere de adimplemento. n.41.p.174

Obseruantia.

Obseruantia inducit veram legem, & consuetudinem. n.41.p.231
Obseruantia antiquissima dat iurisdictionem, etiam in Clericos. n.42.p.239
Obseruantia subsecuta facit præsumi iustificationem literarum. n.18.p.178

Occidens.

Occidens in vna Ecclesia si ad aliam confugiat gaudet illa, & declaratum per Sacram Congregationem affertur. n.12.p.203
Occidens in bello iniusto pro defensione, nullam incurrit Irregularitatem, numero 36. p.167
Occidentes in Ecclesia, vel eius adiacentibus excommunicantur, vigore textus *in cap. diffiniuit, 17. quæst.4.* & Neapoli vigore constitutionis synodalis. n.2.p.157

Offendens.

Offendens Ministros, vt eripiat ab eis, illisque eum inuadentibus non fit irregularis. n.39. p.167

Officiales.

Officiales ignorantes officia sua exercere, culpa non carent. n.29.p.55

Officium.

Officij præiudicium ab omnibus euitandum. n.11. p.112
In eo qui officio renunciauit an remaneat officij dignitas. n.14.p.98.& seq.

Olea.

Oleæ locus *tit.4.quæst.1.n.32.* punctualis affertur. n.22.p.192

Opinio.

Opinio probabilis quando dicatur; & quando dicatur talis. n.33.p.132. Vide *Nullus.*

Oppium.

Oppium de quo in præsenti an sufficiat pro diuortio. n.73.p.143

Orarium.

Orarium, siue stola, quod significet. num.10. p.24

Ordinarij.

Ordinarij probare possunt negatiuam, quando beneficiati non tenentur edere titulum. n.32. p.6.
Ordinarij procedentes ex officio cogere possunt ad titulos: secùs si faciant se partes. n.28.p.5

Ordinarij consensus in translatione iuris patronatus quando requiratur. n.5.p.195
Ordinarius propter visitationes præsumitur informatus de valore beneficiorum, & statu Ecclesiæ suæ Diœcesis. n.13.p.178
Ordinarij consensus quando requiratur in translatione Iurispatronatus. n.26.p.72
Ordinarij consensus,& licentia qualiter differant. n.29.p.73

Ordinatio.

Ordinationes protectorum Regularium quando eos ligant. n.27.p.340
Et quid si non fuerint confirmatæ per Pontifices. n.28.ibid.
Ordinationes Cardinalis Atigonij & Vrbini pro Monasterio S. Claræ nunquam fuerunt vsu receptæ, sed contrarium obseruatum. num.30. p.341

Ordo.

Ordo rationis naturalis postulat,priùs vocari masculos quàm fœminas. n.36.p.299
Ordo processus non postulabat sequestrum. n.4. p.92

P

Pactum.

PActum non expressum, vel tacitum cum Dæmone quando præsupponatur.num.44. p.122
Pacto cum Dæmone remoto, licitum est maleficium ad bonum finem. n.45.p.122
Pactum cum instrumento adiectum citandi in Curia non valet secundùm aliquos. num.25. p.66.
Pactum citationis in Curia valet secundùm praxim. n.26.p.66.& seq.
Pactum citationis in curia tum operatur quando conuenitur in alieno territorio, numero 28. p.67.
Pactum de citando in curia, licèt non existat curia,quando valeat. n.29.ibid.

Paleaz.

Paleaz locus p.1. de majoratu, quæst.48. ponderatur. n.31.p.325
Paleaz opinio qualiter reprobetur, numero 18. p.259

Papa.

Papa non confert beneficia vacantia in Curia, nisi de consensu Cardinalis habentis indultum. n.19.p.54
Papa est Generalis, Prouincialis, & Prior Regularium. n.18.p.76
Papa non indiget confirmatione. n.16.p.273
Papa reseruauit omnes Ecclesias ad se Cathedrales,quod fallit in Germania. n.37.p.275
Papa statim quod aliquem promouet ad Episcopatum decernit beneficia vacare, numero 4. p.52

Parentes.

Parentes filios diligendo se ipsos diligunt. n.8. p.118
Amor Parentum quantus qualisque sit ex Aristotele. n.1.p.118
Paternus amor quantum operatus fuerit in Dauide, & Iacob. n.2.ibid.
Parentes pactum possunt facere de succedentibus filiis non è contra, & quare, numero 3. p.118
Parentes in filiis conseruantur, numero 4. ibid.
Parentes possunt filios defendere sicut se ipsos. n.21.p.119
Parentes magis torquentur in personis filiorum, quàm in propria. n.19.p.119
Parentibus concessa quandoque extenduntur ad filios. n.23.p.119

Parœcia.

Parœcia,quæ,& qualis dicatur. n.59.p.14

Parœcialis.

Parœcialis, vt iudicetur,quæ signa sunt sufficientia. n.62.p.14
Parœcialis Ecclesia an retineat nomen Parœciæ si Populum in actu non habeat sed talis est instituta. n.11.p.98

Parœcus.

Parœcus Abbati & Primicerio præcedit & honor ac laus principali debitus, an debeantur eius locum tenenti? n.5. p.24
Parœcum in funeralibus omnibus clericis, & beneficiatis debere præcedere probat Rituale Romanum. Rituale Romanum in decisionibus causarum allegatur sicut, & Pontificale, n.15. p.25
Parœcus ob stolam, qua vtitur omnibus præfertur. n.11.& 14.p.24
Parœcus inops potest à Parœcianis petere alimenta. n.30.p.117
Parœcus in funeralibus dicitur administrare cum orario,& stola. n.9.p.24
Parœci iurisdictio qualis? n.1.p.23
Parœcus in Parœcia gerit vices Episcopi eandemque auctoritatem habet, & Parœcorum origo à quo sit habita. n.2.p.23
Parœcus defuncti etsi cæteris presbyteris præferatur tamen an præferatur capitulo. n.26.p.26. sub fin.1.col.
Decretum Sacræ Congregationis declaratur, n.13.ibid.
Parœcus an sit in dignitate constitutus, n.13. p.29

Partitæ.

Partitæ connexæ sic se habent, vt vna verificata credatur aliis. n.15.p.89

Pascua.

Pascuorum dominium cuius sit, n.17.p.279

Pater.

Pater nobilis per artem sordidam non præiudicat Filio. n.6. p.248
Pater tenetur dotare filiam per dispositionem legis principaliter. n.22.p.315
Pater se obtulit interdum morti ad filium liberandum. n.17.p.119
Pater Cespides,*de exemptione Regularium*, adducitur in præsenti. n.35.p.12
Pater quando possit transigere pro sanguine filij. n.25.p.119
Pater pro filio defendendo potest alium occidere. n.36.p.121
Pater filium defendere tenetur, & charitate & Iustitia; ideo maiori periculo se debet exponere. n.31.p.120
Pater Angelus Maria Verrecelli quid sentiat in hac quæstione. n.30.p.155
Pater, & filius vna persona censentur, & amor Parentum crescit cum ætate filiorum, num.5. p.118
Pater tenetur Dotare filiam non semel, sed bis, & toties quoties opus fuerit. n.25.p.315
Pater Verrecelli tenet superiorem non posse reuocare licentiam,sed non bene. n.51.ibid.
Patris Iordani authoritas adducitur, num.7. p.277

Index

Patres Superiores, de quibus in præsenti, possunt castigari. n.22.p.77

Pater occidens vxorem, an sufficiat filiorum remissio. n.45.p.162

Pater, & Mater, aut soror si concurrat, quis remittat. n.34.p.161

Patrimonialia.

Patrimonialia bona Clerici subiiciuntur statuto de extractione prohibita. n.7.p.253

Patrimonium.

Patrimonium qualiter taxetur, & an facta taxatione, si in modico deficiat possit ordinari clericus. n.28.p.116.in fin.

Patronus.

Patronus donando Iuspatronatus intelligitur donasse cumulatiuè, non priuatiuè, num.11. p.70

Patronus in fundatione, vel dotatione Ecclesiæ sit apponat onus irrationabile quid agendum. n.16.p.314

Patroni consensus in translatione iuris patronatus quando requiratur tacitus. num.6.p.195. & seq.

Patroni ad effectum acquirendi ius patronatus possunt semper dotare Capellam, etiam contradicente plebano. n.7. p.50

Patronus manuteneri debet in quasi possessione præsentandi. n.35.p.73

Patrono, sicut cuivis possessori iuris incorporalis an competat manutentio in quasi possessione. n.4.p.49

Patroni Cappellarum, in Maiori Ecclesia, vel Parœciali constructarum non coguntur ad dotandam Cappellam, & quid in aliis Cappellis; Sed solum ad paranda paramenta cultui Diuino necessaria. Ecclesiæ non possunt construi absque Ordinarij consensu, simulque dote. n.5.p.49.& seq.

Pauper.

Pauper clericus quis dicatur. n.25.p.116

Pecunia.

Pecunia de qua fuit formatus processus, demonstratur inuenta. n.27.p.35.

Pecunia non pertinet ad proprietatem Monasterij. n.3.p.74

Pecunia est de rebus, quæ seruando seruari non possunt. n.4.ibid.

Pensio.

Pensiones non vacant per promotionem ad Episcopatum, Cardinalatum, & Papatum. n.32. p.58

Percussio.

Percussio cum leui ligno non facit, vt præsumatur animus occidendi, n.6.p.42.

Percussio alaphis facta in facie, an sit leuis, & quid si iterata? n.44.p.139

Percussio baculi facta, an sit leuis, & quid cum sanguinis effusione? n.45.p.139

Percussor.

Percussor Clerici non absoluetur, nisi parte satisfacta. n.42.p.161

Peregrinus.

Peregrinus tenet pro familia contentiua. n.18. p.287.

Idem Peregrinus est pro familia contentiua, n.19.ibid.

Peritus.

Peritis in arte non creditur sine iuramento.n.18. p.45

Peritis in arte qualiter credendum numero 63. p.269

Persona.

Persona occisa incerta cui competat remissio. n.38.p.161

Persuasor.

Persuasores nouarum exactionum qualiter puniantur. n.41.p.7

Petitio.

Petitio Eminentissimi Cardinalis Caraccioli contra Cappellanum, & Ecclesiam S. *Ioannis ad Mare* refertur. n.13.p.10

Petitorium.

à Petitorio incipiendum non est, nisi possessorio terminato. n.8.p.28

Philibertus.

Philiberti Marchini adducitur authoritas. n.6. p.277

Philippus.

Philippi Cammerata *responsio tom.1.respons.25.artic.4.n.57.*adducitur. n.48.p.328

Plures.

Pluribus percutientibus quisnam ex eis dicatur irregularis, si vnus primo leuiter percusserit. n.60.p.169

Pluribus percutientibus aliquem si ille moriatur. quis sit irregularis. n.30.p.47

Poculum.

Poculum præbens fœminæ grauidæ ad finem abortiendi est irregularis, si dubitetur an fœtus sit animatus. n.56.p.169

Pœna.

Pœnæ in foro Regularium mitiores sunt imponendæ. n.11.p.148

Pœna ergastuli, an concurrat cum pœna Triremium. n.7.p.78

Pœna contra recipientes in visitatione quæ sit. n.37.p.6

Pœna non datur vbi non est culpa ciuilis. n.21. p.34

Pœna à Clericis quando per laïcos exigi possit. n.51.p.240

Pontifex.

Pontificis gratia Iustificata habet exequutionem paratam. n.38.p.74

S.P.potest ex iusta causa concedere communionem sub vtraque specie. n.20.p.131

Pontificis factum inuiolabile esse debet in Iurepatronatus. n.44.p.73.

Pontificis oraculum quando petendum & in quibus statutis. n.33.p.237

Populus.

Populus tenetur probare sufficientiam reddituum Ecclesiæ, ne teneatur ad congruam. n.14. p.178

Possessio.

Possessio etiam contra Ius est manutenenda in antianitate. n.14.p.338

Possessio an iuuet in præcedentia, numero 9. p.338

Quasi-possessio contra expressum Concilij locum, vel Iuris communis non est manutenibilis. n.17.p.221

Possessio octuogenaria an prosit, & quando ad acquirendum contra ius. n.23.p.221

Possessio præcedendi est facti, maximumque est commodum possessionis. n.3.p.27

Possessio cum iuris resistentia, & vehementi præsumptione quando dicatur. n.32.p.224

Possessio etiam cum legis resistentia sufficit ad manutentionem in possessorio posita præscriptione decem annorum. n.7.p.177.

Possessio notoriè iniusta non est manutenibilis. n.18.p.221

Nemo

Nemo tenetur ostendere titulum possessionis, vel rei, quam possidet. n.8.p.50
Et tam in profanis, quam in Ecclesiasticis illud procedit, maximè si factum sit antiquum, & Clericus titulum sui beneficij tenetur ostendere. n.9.p.50
Et vtrum si per decem annos in beneficij possessione steterit, concurratque bona fama, an teneatur ostendere titulum? numero 10. p.50

Possidens.

Possidens auctore Prætore fructus facit suos n 3.p.82
Possidens beneficium si doceat de consensu superioris saltem implicito, titulum ostendere non tenetur n.11.p.50

Possessor.

Possessor lite pendente an sit in possessorio manutenendus? n.2.& 8.p.27
Possessor manuteneri debet, nullitate pendente, n 4.p.90
Possessor & si prædo existat adhuc de facto priuari non potest etiam à Papa, vel Imperatore, nisi in suis iuribus audiatur. numero 25. p.30

Possessorium.

Possessorium quando dicatur intentatum, & quando petitorium. n.9.p.93
Possessorium competit pro annuis præstationibus personalibus. n.2.p.177

Potestas.

Potestas duplex, vna Ecclesiastica altera secularis, & hæc vna contentiosa altera politica. n.21.p.235

Præcedentia.

Præcedentiæ quantum prosit possessio. num.1. p.27

Prædo.

Prædo, ac iniustus possessor est in possessione manutenendus. n.7.p.28.

Præfectus.

Præfectus Vigilum quid agebat, de quibusve causis cognoscere poterat. n.4.p.101

Prælati.

Prælati iniustè condemnantes ad Triremes suos subditos quam pœnam incurrant, numero 12. p.79
Prælati Regulares possunt ex delictis mittere subditos Regulares ad triremes. n.2.p.78
Prælati Regulares non possunt dispensare cum damnatis ad Triremes finito tempore vt celebrent de Iure loquendo, numero 33. pagin.81
Prælati Regulares possunt suis subditis præcipere vt Missas ad sui intentionem celebrent.n.4. p.97
Prælati inferiores ab Ordinario tamen exempti an possint sibi Confessarium eligere. num.19. p.99

Prælatio.

Prælatio quando verificari nequit in sorte, verificanda in fructibus, cum hi loco sortis succedant. n.10.p.194

Præscriptio.

Præscriptio non datur contra iuris assistentiam. n.6.p.217
Præscriptio contra ius commune inducta an valeat sine tituli exhibitione,& quid si sit immemorabilis. n.24. p.26
Præscriptio cum resistentia iuris requirit titulum. n.8.p.219

Præsentatus.

Præsentatus potest renunciare præsentationi.n.4. p.95

Præstatio.

Præstatio non requiritur quando impedimentum est notorium. n.37.p.67

Præsumptio.

Præsumptio est pro superiore immediato loci, n.10.p.112.
Præsumptio Iuris, & de Iure est contra hæredem non conficientem inuentarium, num.12. p.188

Prætor.

Prætor Iudex,& quilibet alius etiam finito officio nomina retinent appellatiua, reliquiasque dignitatis. n.10.p.98

Pragmatica.

Pragmaticæ & sæcularium edicta prohibentia extractionem victualium, serici, Clericos non ligant, n.4.& 6.p.242
Et in materia prohibitiua annonæ & denunciationibus bladorum, n.5. & 6. ibid.
Pragmaticæ,& statuta pœnalia, fœminas an comprehendant. n.21.p.83
Pramatica prima de testibus an expressè excludat fœminas, suosque tamen puniat procuratores, num.22. & 25.p.184 & quæ personæ excludantur à pœna falsitatis, & cur. ibid.

Presbyter.

Presbyteros Surrentinos accessisse ad Abbatiam prædictam nihil releuat. n.18.p.216

Primicerius.

Primicerius officio, & dignitate dicitur decoratus. n.14.p.29
Primicerius cathedralis Ecclesiæ an præferatur Paræco eiusdem. n.15.p.29

Principis.

Principis donatio coniugibus facta, & eorum filio primogenito, de primo intelligitur.n.45. p.327
Principi nobilitanti, si quis non obtemperauerit, Sacrilegij punitur pœna. n.24.p.254
Princeps est fons omnium Dignitatum. n.25. ibid.
Princeps potest facta donatione apponere modum, & conditionem, non per viam pacti, sed legis. n.11.p.115
Princeps potest nobilem facere, numero 33. p.251.
Princeps dum nobilitat non fictè maculam abstergit sed verè. 34.p.255
Principis Bitetti verba in casu mortis Principis Misagani ponderantur. n.4. p.323

Principis reſcriptum loquens de nobilitate, intelligitur de conceſſa à Principe, num. 14. p.253
Princeps poteſt quemcumque nobilitare, & talis nobilitas omnes effectus habet nobilitatis. n.15. ibid.
Principis Priuilegium omnia continet, & naturam imitatur & ad præterita atque futura extenditur. n.40.p.257
Principe Bitetti moriente ſine filiis maſculis D. Victoria viuente quid diſpoſuerit, affertur. n.34.p.326
Principe, Bitetti moriente cum filiis maſculis quid eſſet agendum adducitur, numero 35. ibid.
Pincipe Meſagni moriente ſine filiis maſculis, D. Victoria ſuperſtite, quid diſpoſitum ſit. n.36.ibid.
Principe Bitetti ab inteſtato moriente, & ſine filiis, quid ſit diſpoſitum. n.37.ibid.

Priuilegium.

Priuilegium conceſſum marito, ut conueniatur ad dotem reſtituendam in quantum facere poteſt, comprehendit filios primi matrimonij. n.15. p.324
Priuilegium conceſſum Regularibus, de quo *ſupra*, per quos Pontifices fuerit approbatum? n.24.p.11
Priuilegio qui vtitur pro parte, illud conſeruat in totum. n.16.p.126
Priuilegium conceſſum à lege an comprehendat futura. n.18.p.126
Priuilegium conceſſum Patri & filiis, non competit filiabus coniunctis quæ è familia & domo patris exierunt, & de familia & domo viri factæ ſunt. n.20.p.295
Priuilegium conceſſum ciuibus, an illis ex priuilegio cenſeatur conceſſum, numero 7. pagin.252
Priuilegium ex mera liberalitate ſtrictè debet interpretari. n.34.p.73
Priuilegium non reſidendi operatur eoſdem effectus, ac reſidentia. n.22.p.260
Priuilegia Summorum Pontificum circa Sacramentorum adminiſtrationem Regularibus conceſſa qualiter intelligantur, numero 29. p.12

Probabile.

Probabile eſt maiorem gratiam conferre vtramque ſpeciem Euchariſtiæ, quam vnam ſolum. n.17.p.131

Probabilius.

Probabilius eſt nec poſſe apponi incontinenti. n.6.p.114

Probatio.

Probationes ad finem excludendi ab immunitate quales eſſe debeant. n.21.p.205
Probationes pro Reo ſunt magis fauorabiles, quàm pro Actore. num.23.p.166
Probationes pro Reo ſunt ampliandæ. num.24. ibid.

Proceſſus.

Proceſſus compilatus pro Epiſcopo cum teſtibus officialibus ipſiuſmet Epiſcopi nulliter compilatur. n.20.p.318
Proceſſus informatiuo concurrente cum defenſiuo, ſtandum eſt defenſiuo, numero 21 p.166
Proceſſus informatiuus quid ſit, numero 10. p.165
Proceſſus informatiuus plures habet partes, & quæ ſint. n.11.ibid.
Proceſſus informatiuus importat quandam figuram iudicij. n.14.p.165
Proceſſus informatiuus non requirit iuriſdictionem in fabricante. n.18.p.166
Proceſſus informatiuus per iudicem laïcum factus contra Clericum quid importet. n.19. ibid.

Procurator.

Procurator, vel alius excedens fines mandati, qualiter teneatur. n.42.p.174
Procurator Ordinis, an, & quando mittat ad Triremes. n.5.p.78

Profeſſio.

Profeſſio iure communi eſt valida, non obſtante morbo gallico, ſecus vigore ſtatuti, n.62. p.269
Profeſſio habet rationem contractus, & qualiter fiat cum conſenſu conditionato. numero 34. p.266
Profeſſionis eſſentialia ad Papam ſpectant, & qualiter ad regulares. n.49.p.267
Profeſſio Amentium, & furioſorum eſt iure naturali inualida. n.65.p.269

Profeſſus.

Profeſſus, qui morbum gallicum tenet ſecundum aliquos poteſt à quacunque Religione expelli, ſed verius vbi eſt ſtatutum, numero 70. p.269
Profeſſus eiicitur ſi negauit habere morbum gallicum, vel habitualem, quem habebat, n.61. p.269

Prohibitio.

Prohibitio alienationis arctiſſima, & realis adeſt in caſu noſtro. De perſonali, an, & quando fiat realis, num.56. & 57. p.304. & ſeq. Realis quid operetur, n.59.ibid. Ex quibus dicatur veſtita, n.83. p.306. Ex prohibitione detractionis falcidiæ, & trebellianicæ veſtita dicitur, n.84. ibid. Ex pœna ei addita nullitatis alienationum, n.85.p.307. Realis ſatis veſtita dicitur. n.86. ibid.
Prohibitio alienationis, & præceptum teſtatoris, vt bona pleno iure, & abſque diminutione Trebellianicæ deueniant in ſubſtitutos, coniecturam præbent pro reciproco fideicommiſſo, n.73.pag.306.& n.84. ibid.
Prohibitioni de non alienando, ſi fuerit adiecta clauſula diſpoſitiua, *quia vult*, inductum cenſeatur fideicommiſſum abſolutum, & reciprocum. n.74.ibid.

Prohibitus.

Prohibitus alienare poteſt in filium alienare. n.12. p.119.

Proles.

Proles naturalis reputatur legitima quo ad naturalem affectionem. n.16.p.119

Promotor.

Promotor Fiſcalis adhærere debet parti impugnanti diuortium. n.72.p.143

Promotus.

Promotus ad Epiſcopatum qualiter amittat beneficia. n.2.p.52

Propositio.

Propositio per se scandalosa punitur in S. Officio, & quomodo n.35.p.155
Propositio scandalosa per accidens, & reductiuè qualiter punienda in Sancto Officio. n.36. p.133

Proprietarius.

Proprietarius non est, qui operatur rationabiliter. n.19.p.76

Prouincialis.

Prouincialis à quibus confirmatur. numero 23. p.273
Prouinciales Ordinis Minorum à quibus confirmentur. n.24.p.274

Prouisio.

Prouisio hominis facit cessare dispositionem legis. n.4.p.76
Prouisio hominis derogatoria quando faciat cessare dispositionem legis, numero 5. ibid.

Proximior.

Proximioribus vocatis est quæstio, an testatoris, an grauati contineantur. n.62.p 292
Proximiore de agnatione vocato, venit proximior agnato grauato. n.63. ibid.
Proximioribus vocatis an veniant fœminæ descendentes ex masculis. n.37.p.289

Publicatio.

Publicatio beneficij resignati infrà quod tempus fieri debeat? n.21.p.4.

Pupillus.

Pupillus an teneatur agnoscere nomina contracta per tutorem. n.55.p.175
Pupillo occiso, quando remissio fiat per tutorem, & quando requiratur iudicis decretum. n.46. p.162

Q

Qualitas.

QValitas supradicta, si deficiat, non nocet subingressioni. n.4.p.193
Qualitas apposita in vna parte contractus, vel testamenti in alia censetur repetita, & quando, n.28.p.331
Qualitas personæ, de qua in præsenti quid operetur? n.23.p.199

Quasi-possessio.

Quasi possessio Clericatus facit, vt quis non teneatur titulum ostendere Clericatus. n.12.p.50.
Quasi possessio in omni materia, pro manutentione sufficit. n.3.p.49
Quasi possessio in vna re viget in omnibus aliis eiusdem generis. n.6.p.124
Quasi possessio incorporalium per vnicum actum, acquiritur. n.4.p.177
Quasi possessionis requisita, quæ sint? n.5.ibid.

R

Rasura.

RAsura facta in scriptura an falsitatem arguat; quot ex modis committatur falsitas? numero 4. pagin. 181

Ratio.

Ratio sola agnationis conseruandæ, per se potest fideicommissum inducere. Ergo multo magis inductum extendere, numero 77. pagin.306
Rationes PP. Scholarum Piarum adducuntur. n.2.p.87
Ratio, *quia vult*, prohibitionem personalem facit transire in naturam realis. Posita post alienationis prohibitionem, dicitur stare dispositiuè, non consecutiuè, n.57. p 305. & n.61. & 62. ibid. Et quando sic dicatur stare, numero 60. & 61. ibid. Est apta de per se ad fideicommissum inducendum absolutum in casum mortis, numero 66. ibid. Licet prohibitio alienationis esset nuda, numero 65. ibid. Adita prohibitioni validæ, ac de per se vestitæ, ne sit superflua, & otiosa; fideicomissum reciprocum inducit. n.82. p.306. Non obstante alienationis concessione, numero 95. p.307

Reconciliatio.

Reconciliatio Ecclesiæ à quo facienda; immunitatis, defensio confessariorum approbatio, &c. n.25.p.222

Recursus.

Recursum ad Sedem Apostolicam impedientes qualiter puniantur. n.20.p.76
Recursus pro honoribus, & dignitatibus prohibetur Regularibus, ad alios extra Religionem. n.9.p.148
Recursus Regularium ad exteros pro gratiis, & officiis prohibetur. n.14.p.76
Recursus Regularium ad Sanctam Sedem pro appellationibus qualiter permittatur, n.15. p.76
Recursus Regularium pro violentia est permissa, non ad Laïcos, sed ad Ecclesiasticos. n.16. p.76
Recursus ad Sedem Apostolicam per viam querelæ, vel ad petendam obseruantiam Regularem, permittitur. n.17.p.76

Reformatio.

Reformatio Regularis obseruantiæ, per quæ habeatur. n.21.p.77.

Regens.

Regens Rouitus Negligentiam multiplicem *decis.36.n.10.* distinguit. n.47.p.174
Regentis Moles *decisio 15. sub tit. de gabellis* adducitur. n.10.p.125

Registratio.

Registratio in alio Archiuio non præiudicat ordinario. n.15.p.215

Regula.

Regula de verosimili locum habet in omni materia. n.24.p.332
Regula de triennali an prosit beneficiatis, vt non ostendant titulos. n.8.p.3
Regula *qui per alium*, qualiter procedat. n.3. p.201

Regula est nullum cogi ostendere titulum suæ possessionis. n.5.p.3
Regulæ, & constitutiones Religionis in quo differant. n.17.p.264
Regulæ, & constitutiones in quibus differant? n.11.p.263

Regulares.

Regulares ex quibus causis possint in Monasteriis carcerari. n.13.p.148
Regulares de quibus in præsenti non fuisse exequutores patet ex facto. n.22.p.154
Regulares de quibus in præsenti sunt legatarij. n.23.ibid.
Regulares in quibus casibus possint administrare Sacramenta secularibus degentibus extra claustra. n.28.p.12
Regularis, qui operatur ex præsumpta voluntate Prælati excusatur. n.2.p.74
Regularis non potest esse exequutor testamenti sine sui superioris licentia petita, & obtenta. n.3.p.152
Regularis neque exequutor, neque distributor, neque ordinator potest esse dispositionis alterius sine superioris licentia. n.4.ibid.
Regularis, sed acquiritur Monasterio. num.26. p.154
Regularium Tribunalia, quid seruent in hoc ex Constitutionibus suis. n.18.p.149
Regularium appellationes, quando, & qualiter fiant sine scripto. n.7.p.148
Regularis condemnatus ad triremes. numero 1. p.78
Regulares an possint Sacramentum exponere ad adorandum sine licentia Ordinarij? n.50.p.13. & seq.
Regulares modum habent procedendi de plano; iuris solemnitatibus non seruatis, & qualiter hoc procedat. n.11.p.33
Regulares in defectum Presbyterorum quid in Indiis potuissent antiquitus facere, & quid hodie? n.30.p.12
Regularis est inhabilis ad acquirendum, sed est capax annui redditus quoad administrationem, & vsum, cum scientia, & patientia superioris eiusque licentia. n.27.p.155
Regulares duplici modo possunt facere statuta, & constitutiones. n.19.p.264
Regularis obseruantiæ finis triplex est, & qualis. n.9. p.262.
Regulares recipientes inhabiles an peccent. n.69. p.269
Regulari dicenti sibi sub Confessionis sigillo esse aliquod relictum distribuendum, non creditur nisi saltem posito Iuramento. numero 32. pagin.155
Regularis, vt administret Viaticum secularibus in Monasterio degentibus non requirit approbationem ab Ordinario, numero 39. p 13
Regularis damnatus ad Triremes, finito tempore cum reuertitur non amittit locum, & primogenituram. n.35.p.81
Regularis dans sine licentia Superioris non dicitur proprietarius. n.7.p.75
Regularium Prælati cur constituantur? num.8. p.75
Regulares Prælati per inquisitionem non procedunt, nisi suppositi delicti infamia, & probata, n.14 p.33.
Regulares dantes ad bonum finem excusantur per Epicheiam. n.12.p.75
Regulares possunt recurrere ad Superiores, & qui recursus prohibeatur. n.13.p.76
Regulares ad tempus, an in perpetuum sint mittendi ad Triremes. n.10 p.79
Regulares non possunt administrare Sacramenta (excepto Pœnitentiæ) secularibus degentibus extra septa Monasteriorum. n.26. p.11. & seq.
Regulares, inuito Parœco, possunt administrare Sacramenta secularibus infirmis intra eorum septa. n.21.p.11
Regulares an possint sepelire seculares mortuos intra eorum septa, inuito Parœco, num.22. p.11
Regularis administrans Sacramenta infirmis secularibus intra septa degentibus, an debeat esse approbatus ab Ordinario? numero 23. p.11
Regulares damnati ad Triremes an possint licitè aufugere. n.13.p.79
Regulares Galeotæ si aufugiant ad Ecclesias an gaudeant Immunitate. n.14.p.79
Regulares Galeotæ recipiuntur à Ministris Triremium sine vlla causæ cognitione. num.15. p.79
Regulares qualiter mitti possint ad Triremes; & ob quæ delicta. n.3.p.78
Regularium Generales, & Prouinciales mittunt ad Triremes non Priores. n.4. p.78
Regularis extra Monasterium secularem familiarem Monasterij apud se existentem an possit absoluere? n.36.p.13
Regulares vigore priuilegiorum, quibus possint administrare Sacramenta in die Paschatis? n.33.p.12
Regulares an possint administrare Sacramenta in die Paschatis in priuatis Oratoriis. n.34 p.12
Regulares curam animarum agentes possunt ab Ordinariis visitari, & quando, num.43. p.13
Regulares licèt sint exempti à potestate Episcopi non tamen sunt exempti à potestate Papæ. n.44.p.13
Regulares continentur sub decreto ne accedant ad loquendum cum Monialibus. num.45. p.13
Regulares Galeotæ an teneantur ad vota substantialia, & ad Regulares obseruantias. n.17. p.79
Regularis à triremibus ad Altare non accedit sine dispensatione. n.18 p.79
Regularis dum est in Triremibus cui acquirat, & an faciat spolium. n.19.p.79
Regularis Galeota recipi debet à suis superioribus finito tempore. n.20. p.79
Regularis ad Triremes condemnatus est infamis infamia Iuris. n.21.p 80
Regularis ad Triremes condemnatus priuatur suo habitu. n.22.p.80

Relationes.

Relationes ad limina nihil probant in præsenti, n.9.p.215
Relatio nuntij qualiter fieri debeat in ciuitate & in Regno. n.38 p.67
Relatio Nuntij continere debet nomen intimati, alias non valet, n.39.p.68

Religio.

Religionis status qualiter nullos excludere debeat. n.46.p.267

Religio

Religio an possit facere statutum, ne recipiatur certum genus personarum, numero 31. pagin.265
Religionis actus facti per Inquisitum S. Officij eneruant Fisci probationes, numero 13. pagin.199
In Religione Sancti Dominici duplex est genus capitulorum generalium, numero 21. pagin.229
Religionis Hierosolymitanæ priuilegia illustrarunt Legistæ, Historici, & Theologi, num. 4. pag.9
Religio potest facere statuta, leges, & constitutiones, idque iure Ecclesiastico, numero 18. pag.264
Religio Hierosolymitana quando fuerit recepta sub protectione S. Sedis Apostolicæ? num. 7. pag.9.
Religio S. Ioannis substantialia habet veræ Religionis. n.18. p.11
Religionis vocabulum tripliciter sumi à baptismo, à Clericatu, & professione, numero 2. pag.262
Religio quid sit, & cur dicatur status, & quid significet status? n.3.p.262
Religio est status libertatis, non seruitutis, n.4. pag.262
Religio quælibet habet regulas, & quid sit regula Religionis, & à quo fiat? numero 8. pagin.263

Religiosus.

Religiosus translatus de vna Religione ad aliam, vtrum cogat primam ad alienata, numer. 30. pag.336
Religiosus potest occidere aliquem qui spargit grauia Crimina contra propriam Religionem, n.39. p.121
Religiosus status habet etiam constitutiones, & quæ sint? num.10. pag.263
Religiosus ad remum mittendus, an, & qualiter degradandus. n.11. pag.79
Religiosos posse cedere iuri suo circa capacitatem certum est. n.10. p.311
Religiosi S.Ioannis nequeunt ab Ordinariis locorum visitari. n.19. p.11
Religiosi Hierosolymitani comprehenduntur sub decretis Concilij, & quando, numero 8. pag.9
Religiosi status essentialia sunt tria vota, &c. num.6. p.262

Remissio.

Remissio delicti haberi debet per hæredes sanguinis. n.30. p.160
Remissio, & satisfactio qualiter differant, n.39. pag.161
Remissio qualiter facienda in Regno Neapolitano. n.40. ibid.
Remissio quibus clausulis solet fieri in nostro regno. n.41. ibid.

Rescissio.

Rescissionis iudicio pendente qualiter tertiæ debeantur. n.5. p.225

Reseruatio.

Reseruatio apposita in transitu Religionis quid operetur. n.29. p.336

Resignatio.

Resignationem acceptans sine causa, nulliter agit. numer. 10. pag.96
Resignatio Beneficij multiplex est, numero 8. pag.83

Responsio.

Responsio ad quintum quod registretur Abbatia in Diœcesi Surrentina, numero 5. pagin.214

Respublica.

Reipublicæ interest, vt familiarum dignitas conseruetur. n.31.p.303

Restituere.

Restituere pristinis natalibus quid fuerit antiquitus? n.27.p.244

Restitutio.

Restitutio facienda hæredibus necessariis de iure Canonico requiritur. n.31. p.162
Restitutionis omissio per hæredem vel exequutorem an noceat defuncto, & an hæredibus, n.15. pag.153
Restitutionis omissio per hæredem, vel exequutorem licèt non noceat defuncto quoad meritum, nocet tamen quoad satisfactionem, num 18.p.153
Restitutio ex clausula generali, quam requirat ætatem, & quam aliam restitutio jure minoris. n.58.p.22
Restitutio ex clausula generali aduersus hæreditatem aditam, quando competat, legatum an via executiua peti potest, & quando, num.60. ibid.
Restitutio vxoris, quando, & qualiter sit facienda, & cum diuersitate? numero 49. pagin.140
Restitutio concessa minoribus aduersus aditionem hæreditatis, an competat consortibus, & cohæredibus. n.48.p.21
Restitutio concessa minori aduersus aditionem hæreditatis, an ei competat, si maior factus aliquid gesserit. n.49. ibid.
Restitutio conceditur minori statim quod inconsultus adiuit hæreditatem, numero 50. ibidem.
Restitutio aduersus hæreditatem aditam, vel repudiatam, conceditur minori etiam in Regno, n.51.ibid.

Retentio.

Retentio pensionis concessa Episcopo an intelligatur cum eadem facultate transferendi, vt per prius, n.35. p.58
Retentio pensionis non specificatæ, si plures sint, de qua intelligatur, n.33. p.58
Retentio pensionis comprehendit Cathedrales etiam. n.34. p.58

Retractus.

Retractus habet locum in bonis Clericorum si vendantur, secus in bonis Ecclesiæ, num. 12. pag.234

Reuerendissimus.

Reuerendissimus Vicarius Capuanus D. Ioannes Baptista Ventriglia laudatur, numero 10. pag.115
Reuerendissimus Dominus Gregorius Peccerillus laudatur, duosque Reuerendissimos Vicarios Archiepiscopalis Curiæ Neapolitanæ ad purpuram fuisse eleuatos commendatur, n.6. p.50

Index.

Reuocare.

Reuocandi causa debet probari, & quomodo, n.8.p.104

Reus.

Reus ponitur ad largam, compilato processu informatiuo. n.22. p.149
Reus carceratus citiùs examinari debet, num.23. p.149
Reorum confessiones, de quibus hîc, quid operentur. n.24.p.149
Reo interdum non sunt dandæ copiæ indiciorum, & quando? n.25. p.150
Reus an possit renunciare defensionibus, n. 26. ibid.

Rex.

D. Regis Philipp. II. Priuilegium pro Clericis Regitanis quid operetur, numero 57. pagin.240

Riminaldus.

Riminaldus Iunior stat pro familia contentiua, n.15.p.287

Ritus.

Sacra Rituum Congregatio decreuit. Deferentem stolam in funerialibus omnibus esse præferendum. n.16.p.25

Romanus.

Romani sententia quod valeat exequutio sine licentia, parte non opponente reprobatur, n.7. pag.152

Rota.

Rota Romana pro capacitate PP. Scholarum Piarum decidit. n.13.p.311

S

Sacerdos.

SAcerdos sicut in Sacramentorum administratione, sic in Sacrificij oblatione operatur vt Christi minister, vnaque censetur eius intentio cum intentione Christi, numero 6. pag. 97
Sacerdos celebrando omnibus in sedendo præfertur ipsi quoque Episcopo, numero 14. pag.24
Sacerdos, qui deglutiuit tantum partem hostiæ, & statim moritur recipit gratiam, n. 15. pag.131
Sacerdos si recipiat vnam partem hostiæ in peccato, & antequam recipiat alteram partem hostiæ per contritionem in gratia constituatur, recipit gratiam vtriusque partis, numero 11. pag.130
Sacerdos si communicatur, more laicorum sub vna specie debet communicari, numero 19. pag.131

Sacra Congregatio.

Sacra Congregatio declarauit, Episcopum non posse sibi eligere Confessarium Sacerdotem non sibi subditum, & à proprio Episcopo non approbatum. n.22. p.100
Et vtrum declaratio prædicta sit authentica, & Prælatos regulares comprehendat, ibidem.
Sacræ Religionis Hierosolymitanæ origo traditur. n.1. p.9
Sacra Religio Hierosolymitana est verè, & propriè Religio. n.2. p.9

Sacramentum

Sacramentum Eucharistiæ confert augmentum gratiæ sanctificantis, n.2. p.129
Sacramentum Eucharistiæ, vt conferat augmentum gratiæ, an requiratur actualis aliqua deuotio in suscipiente. n.3. p.129
Sacramenti viatici administratio, de qua hîc, fuit intra septa Monasterij, numero 31. pagin.12
Sacramentum Eucharistiæ non potest conseruari pro adoratione Populi, nisi in Parœciis, n.46. pag.13
Sacramentum Eucharistiæ pro infirmis conseruatur in Parœciis, n.47. p.13
Sacramentum Eucharistiæ sine licentia Papæ non potest in aliis secularibus Ecclesiis conseruari, n.48.p.13
Sacramentum Eucharistiæ in Ecclesiis Regularium conseruatur ex priuilegiis Pontificum, n.49. p.13.

Sacrilegium.

Sacrilegium committitur per occupantem bona Ecclesiastica, non verò patrimonialia Clericorum. n.4.p.233

Sæuitia.

Sæuitia triplex *simplex, atrox,* & *atrocissima.* n.36. pag.138
Sæuitia non semel, sed pluries requiritur, vt fiat Tori separatio. n.47. p.139
Sæuitia simplex, & intra maritalem potestatem, non sufficit ad diuortium, numero 39. pag.138
Sæuitia viri, qualiter probetur erga vxorem, n.64.p.141
Sæuitia grauissima ad diuortium sufficiens duo requirit & quæ? n.55.p.140
Sæuitia iteratis actibus requiritur pro diuortio, n.56. p.140
Sæuitia semel exercita pro spatio decem annorum, non sufficit ad diuortium, numero 57. pag.141
Sæuitia præterita pro diuortio non sufficit, sed requiritur timor futuræ. n.58. ibid.
Sæuitiæ probatio, præsumptiua non sufficit, n.67. p.142
Sæuitia reconciliata præsumitur lapsu temporis, n.68.ibid.
Sæuitia qualiter, non obstante reconciliatione, possit proponi ad separationem Tori faciendam. n.69. ibid.
Sæuitiæ causæ, quæ adducantur in præsenti? n.70.ibid.

Sanior pars.

Sanior pars in electione præsumitur illa, quæ in numero excedit. n.3. p.85

Sarnetanum

Sarnetanum, de quo in præsenti, nihil restituere debere pro satisfactione si nihil per occisum Patri præstabatur. n.53.p.162

Scæuola.

Scæuolæ dictum *in l. gallus, §. nunc de lege Velleia, ff. de lib. & posthum.* qualiter procedat. n.38.p.292

Scan

Scandalum.

Scandalo ſecluſo non eſt illicitum dare, aut ſumere plures hoſtias conſecratas, numero 14. pag. 131

Scholaris.

Scholaris admiſſus ad Collegium, ſtudio probato, cum falſis matriculis non peccat, nec priuatur emolumentis Collegij. n.48. p.122

Scientia.

Scientia Epiſcoporum Maſſæ Lubrenſis non probatur. n.19. pag.216

Scribens.

Scribentis proteſtatio, & concluſio dictorum, n.64.p.293

Secundæ nuptiæ.

Secundæ nuptiæ ſunt odioſæ reſpectu mariti, & nunquam cogitatæ, n.29. p.325

Secus.

Secus ex Priuilegiis SS. Pontificum quorum plura referuntur. n.34.p.81

Semiplena probatio.

Semiplena probatio requiritur, vt contra reum procedatur; erit autem probatio per vnum teſtem omni exceptione maiorem, num. 15. pag.33

Senatus.

Senatus Luſitani deciſio apud Caldas Pereyram punctualis eſt in propoſito, numero 66. pagin.329

Senes.

Senes qualiter prudentiores judicentur & quando, n.55.p.21

Senes prudentes ita præſumuntur, vt contrarium probari debeat per quindecim teſtes, num. 56. pag.22

Senes excuſantur à publicis muneribus perſonalibus, & in qua ætate, n.59. ibid.

Senilis ætas.

Senilis ætas diuiditur in tres partes, & quæ ſint, n.57.p.22.

Seniores.

Seniores præferendi. n.8. p.338

Sententia.

Sententia judicis delegati quando vltra petita, n.1.p.37

Sententia tranſitum facit in rem iudicatam ſi non fuerit ab ea appellatum, n.2. p.38

Sententia facta omiſſis dilationibus quando ſit nulla. n.3. p.38

Sententia non iuſtificata ex actis, eſt notoriè nulla. n.79.p.143

Sententia quando excedit petitum an valeat, n.12.p.39

Sententia non eſt vltra petita, ſi contineat acceſſoria. n.13.p.39

Sententia Iudicis, vel declaratio vtrum ſit neceſſaria in dubio facti homicidij. n.53. p.169

Sententia vltra petita quando valeat, n.9. p.39

Sententia non conformis libello quando valeat, n.10.p.39

Sequeſtrum.

Sequeſtrum prohibitum in principio litis, n.13. pag.93

Sequeſtri requiſita, quæ ſint, n.14.p.93

Sequeſtrum in præſenti deficit in facto, & in iure, n.15.pag.93

Sequeſtrum, quando fiat, conſtito de animo differendi iudicium. n.16.p.93

Sericum.

Sericum, & victualia ſua Clerici licitè poſſunt extrahere. n.10. p.243

Sericum extrahere non eſt negotiari, n.6.p.242. & n.10.p.243

Sericum eſt fructus prædij. n.15. p.244

Serici aſportatio extra Regnum eſt contra Regalias D.Regis. n.26. p.236

Serici confectio ad Regalias ſpectat, & quomodo, n.27.ibid.

Series.

Series facti proponitur, n.1.p.90

Seruitus.

Seruitus, quæ pro parte acquiri non poteſt, poterit pro parte retineri, n.30.p.195

Signum.

Signum amoris paterni quod tempore Iſerniæ contigit. n.26. p.119.& ſeq.

Signa percuſſionis leuis plura adducuntur, n.43. pag.139

Sixtus V.

Sixtus V. priuauit foriudicatos immunitate, quod reuocauit Gregorius XIV. n.28.p.160

Societas.

Societas Ieſu qualiter habeat ſuam incapacitatem oſtenditur. n.11.p.311

Socius.

Socius in Ordine Prædicatorum longe differt ab Electore. n.28.p.229

Socius, & elector qualiter differant, n.35.p.230

Socius non poteſt eligi, qui fuit immediate definitor capituli præcedentis, n.36. ibid.

Socius an ſit formaliter idem ac elector, num.30. p.230

Socius in Ordine Prædicatorum non eligitur à capitulo. n.32.p.230

Sodomiæ.

Sodomiæ delictum per ſcripturam an probetur? & factum narratur. n.31.p.137

Solemnitates.

Solemnitates quæ ſeruentur in foro Regularium? n.27.p.150

Solemnitates, quæ reiiciantur in foro Regularium? n.28.ibid.

Solliciatio.

Sollicitatio ad vitium peſſimum, cur ſufficiat ad diuortium. n.26.p.137

Sollicitatio ad vitium peſſimum ex dicto ſollicitati, non probatur. n.27. ibid.

Sollicitatio ad hoc facinus, ex duobus ſollicitatis non probatur. n.28.ibid.

Sollicitati dictum cum violentia ad hoc facinus nihil probat & quid ſi ſine violentia? num.29 ibid.

Sollicitatio ad vitium peſſimum, ſufficit ad Tori ſeparationem. n.25.p.137

Sollicitatio ad præpoſteram venerem, qualiter probetur, ad effectum ſeparationis Tori, n.33. pag.138

Solutio.

Solutio facta juſſu judicis ab hærede eum non excludit à legum beneficiis, n.63. p.22

Solutio decimarum Papalium nihil probat in præſenti. n.6.p.214

Solutionem recipiens Dominus in Emphyteuſi per decennium titulum oſtendere non tenetur, ſed ſat eſt probare ſolutionem per decem annos eſſe factam. n.13.p.50

Solutione mercedis Notarij non depoſita, currunt vſuræ, quia depoſitum non eſt integrum, n.7. pag.65

Solutio legati facta per aliquem nominatum hæredem, an inducat aditionem hæreditatis, n.18. p.18

Solutio legati, de qua in præſenti, quid operetur, n.22.p.18

Sortilegium.

Sortilegium, de quo in præſenti non eſt hæreticale. n.9.p.199

Sortilegium ad mortem, de quo in præſenti non eſt probatum. n.12. p.199

Species.

Validius, & melius eſt communicare in maiori ſpecierum quantitate, idque per accidens, n.13. pag.131

Plures ſunt qui communicant ſub vtraque ſpecie, & qui ſint. n.22.p.131

Sperellus.

Sperelli opinio, quæ dicit Clericos non teneri petere licentiam extrahendi reprobatur, n. 39 p.238

Sponte.

Sponte comparens quando dicatur quis, num. 30 p.152

Sportulæ.

Sportulæ, & merces pro Notario in retro venditione ſolui debent per debitorem, num. 6. p.65

Status.

Status Regularium duplex Monachorum, & Fratrum, & quæ ſit differentia eorumdem, n.7. pag.310

Status vltimus in quacumque re attenditur, n.46. p.231.

Status quæſtionis proponitur in præſenti, n.5. p.65

Statum permittens impune occidi foriudicatum in foro fori valet, & quid in foro poli, n. 5. pag.157

Statum excludens Religioſos à Collegio eſt validum. n.18.p.234

Statutum.

Statutum contra ius commune poſitiuum Canonicum, ſolus Papa facit ſed contra Ius Canonicum negatiuum, regulares capitulariter poſſunt facere. n.43.p.267

Statuta fœminarum excluſiua, non ſolùm in tota Italia, ſed per totum orbem terrarum vigent, n.53. p.304

Statuta laicorum generalia quando ligant Clericos. n.14.p.234

Statutum ſimplex, & ſtatutum cum clauſula irritante, qualiter diff rant. n.40. p.267

Statutum excludens deſcendentes à Iudæis, à dignitatibus vel à Religionibus valet, num. 48. pag.267

Statuta poſſunt fieri inter Regulares, ſolùm à quatuor cum ſuperiore, n.21.p.264

Statuto diſponente, nobiles tantum admitti ad aliquam confraternitatem, poterunt admitti nobiles ex priuilegio. n.38.p.256

Statutum deferens locum dotis marito ſi mulier decedat ſine filiis, intelligitur ex primo matrimonio, non ex alio, n.14.p.324

Statutum diſponens de lucro dotis, intelligitur de filiis communibus, n.26.p.325

Statuta ne extrahantur bona ob quam rationem fieri ſoleant & ad quem finem, n.15. p.234

Statuta poſſunt fieri ab Vniuerſitate, vt Forenſes non acquirant bona in ſuo territorio, num. 37. pag.266

Statuta Religionis ligant ſubditos, etiam ratione contractus. n.38. ibid.

Statutum expellens certum genus perſonarum ſine decreto irritante non inualidat actum, n.39. ibid.

Statuta laicalia, quæ diſponunt ſuper illis quæ competunt Clericis non vt Clericis ligant eos, & quando. n.17.p.234

Statutum ne extrahatur frumentum ligat Clericos. n.29. p.236

Statuta loquentia de extractione in omnibus Regnis ligant Clericos, n.43. p.239

Statutum excludens certum genus perſonarum comprehendit etiam nouitium, numero 55. pag.266

Statutum requirens nobilitatem ſanguinis, an admittat exemptum à tributis, numero 20. pag.260

Statutum requirens nobilitatem, & puritatem ſanguinis quando verificetur, n.21.ibid.

Statutum loquens de Ciue, an comprehendat Ciuem ex priuilegio? n.8.p.258

Statuta adeo ſtrictè intelligenda, vt minus lædant ius commune. n.26. p.184

Statutum de non facienda extractione comprehendit Clericos non ſolum quoad licentiam ſed etiam quoad ſolutionem gabellæ, num. 38. pag.238

Statuta poſſunt fieri à regularibus, ſed non contra Ius. n.32.p.266

Statuta excludentia à Religione certas perſonas poſſunt fieri etiam cum clauſula irritante, n.33.ibid.

Statuta ſecularium etiam fauorabil. Clericos non ligant. n.7.p.242

Licet de illis mentionem faciant, numero 8. ibidem.

Et publicam vtilitatem reſpiciant, quando læditur immunitas Eccleſiaſtica, numero 9. pag.243

Stylus.

Stylus datariæ, & pœnitentiariæ circa iura ſuprà adducta ſequitur communem opinionem, n.48.p.168

Subadminiſtrator.

Subadminiſtrator tenetur etiam de culpa leui, n.6.p.172.

Subditi.

Subditi nullum peccatum committunt denegando

do Episcopo, vt Archiepiscopo titulum Illustrissimi. n.5.p.317

Subhastatio.

Subhastatio quando possit fieri sine pecunia numerata. n.7. p.38

Subingressio.

Subingressio, vt pariat fructus sufficit, vt creditum, in quo ipsa fit à natiuitate facere posset fructus, n.3. p.193

Subprior.

Subprior non potest dari in Socium definitoris, n.31.p.230

Subrogatio.

Subrogatio posterioris creditoris in locum primi qualiter fiat. n.3. p.191
Subrogatio creditoris continet tacitam cessionem ministerio legis. n.4.p.191
Subrogatio intelligitur, quoad actiones personales. n.5.ibid.
Subrogatio intelligitur, etiam quò ad priuilegia, n.6.ibid.
Subrogatio censetur facta quoad hypothecarias etiam. n.7. ibid.
Subrogatio posito pacto de subrogando quid operetur. n.8.ibid.
Subrogatio vtrùm operetur, quoad prælationem, n. 9.ibid.
Subrogatio operatur suos effectus ignorante etiam debitore. n.11 p.191
Subrogatio operatur etiam si creditor dimissus sit pupillus, vel alia persona priuilegiata n.12. ibid.
Subrogatio facit creditorem præferri, tum pro sorte, tum pro interesse. n.13.ibid.

Subrogatum.

Subrogatum sapit eandem naturam eius in locum cuius subrogatum est. n.8. p.24

Substitutio.

Substitutio facta per quondam Principem Bitetti adducitur. n.7.p.321
Substitutionis prædictæ casu quomodo contingit, affertur. n.8. ibid.

Substitutus.

Substitutus in casu mortis an intelligatur etiam de morte ciuili. n.9. p.258

Successio.

Per Successionem æqualem fœminarum, bona paterna, ac gentilitia ad extraneas familias transeant. Quæ Iustiniani, vtriusque sexus exæquatio in successionibus ab omnibus populis abolita fuit, n.30.p.303.n.52.p.304
Successiua vocatio proximorum cum qualitate masculinitatis, operatur conseruationem agnationis. n.46. p.290

Successor.

Successor nouus in beneficio tenetur soluere decimas, quas non soluit prædecessor, num. 12. p.125
Successores noui, quando grauari possint, & qualiter. n.13.p.126

Suggestio.

Suggestio duplex, & qualiter explicetur, n.9.p.32
Suggestio non admittitur etiamsi procedatur ex abrupto, & non seruatis iuris apicibus, n. 10. p.33
Summi Pontifices, pro tempore Eminentissimi Cardinales, & Sacra Congregatio voluerunt Episcopos conformari debere cum laicis, quoad extractionem. n.30. p.236

Superiores.

Superiores Regularium subditos punire non possunt sine causæ probatione, n.19. p.34
Superiores impedientes Regulares, ne recurrant ad Supremos, incurrunt in crimen læsæ Majestatis. n.10.p.148

Supernaturalis.

Supernaturalis causa qualiter in Fanaticis, & dæmoniacis existat. n.76.p.270

Supplicans.

Supplicantibus arrendatariis ad A. C. Apostolicæ, fuit contra eos decisum, numero 24. pag.245

Surdi.

Surdi *desicio.* 271. qualirer procedat, num. 18. pag.192

Surrentini.

Surrentini solent ire ad festum S.Petri ad Crapollam. n.24.p.212
Surrentinam, & Massæ Lubrensis Ciuitates fuisse a Turcis deuastatas non releuant, num. 4. p.214
Surrentinos non releuat, n.16.p.216

T

Taciturnitas.

TAciturnitas adulterij nocet ad petendum diuortium, & quando id verum sit? num. 23. pag.136

Tempus.

Tempus ad præsentandum non currit impedito, n.7.p.95
Tempus ad præsentandum currit à die scientiæ. n.6.p.95
Tempus publicationis in beneficiis currit à die datæ, non à die præstiti consensus, num.23. p.4. & seq.
Tempus ad præsentandum currit etiam à die renunciationis præsentationis, numero 6. pagin.95
Tempus ad exequendum quando incipiat? n. 21. pag.154
Tempus inuentarij an, & quando valeat prorogari. n.7. p.187
Tempus immemorabile dicitur centum annorum, n.11.p.220
Tempus sex mensium currit à die scientiæ vacationis, vel qualitatis beneficij, num. 37. pag. 58
Tempus patronis concessum currit à die scientiæ n.38. ibid.
Tempus semestre currit Episcopis à die deuolutionis, n.39. ibid.
Tempus confirmationis, vel institutionis non est præfixum in iure collatoribus, num. 40. ibid.

Terminus.

Terminus ſi petetur, & minime impartiatur, de facto procedi dicitur, nulloque iuris ordine ſeruato. n.7.p.28

Terminus eſt concedendus omnino vt lite pendente quis ſit in poſſeſſione manutenendus, n.8.p.28

Territorium.

Territoriorum diuiſio eſt de omni iure, & non perturbanda. n.33.p.224

Teſtamentum.

Teſtamenti verba qualiter ſint accipienda naturaliter, an ciuiliter. n.40.p.290

Teſtamenti verba ſunt intelligenda in ſenſu naturali. n.41. ibid.

Teſtamentum de quo in præſenti relatiuum eſt ad Capitula matrimonialia. n.5.p.323

Teſtamentum quondam Principis Bitetti conſideratur. n.4.p.320

Teſtator.

Teſtator legans Cappellæ ſuæ poſſeſſionem, ſi Cappella erat dotata, an videatur, legaſſe animo augendi dotem. n.15.p.51

Teſtatoris verba vtrùm referantur ad præſentia, vel etiam ad futura. n.42.p.327

Teſtatoris mens præſumitur de veroſimili. n.21. p.332

Teſtatorem in præſenti habuiſſe voluntatem conſeruandi familiam probatur. n.35.p.289

Teſtatoris verba qualiter ſint intelligenda, n.7. p.331

Teſtatoris intentio qualiter in bonum ſemper præſumatur. n.8.ibid.

Teſtatorem in præſenti non cogitaſſe de fœmina ex maſculo, clarè probatur, numero 43. p.290

Teſtatorem vno, vel alio verbo vti nil intereſt, dummodo æquipollenti vtatur, numero 81. p.306

Teſtis.

Teſtis deponens inueriſimilia, eſt de falſo ſuſpectus. n.17.p.136

Teſtes deponentes pro excluſione delicti, præferuntur Teſtibus pro incluſione, num.25. p.166

Teſtium nomina publicanda dixerunt Pontifices, & qualiter. n.20.ibid.

Teſtes in cauſa criminali debent eſſe omni exceptione maiores. n.8.p.165

Teſtibus videntibus per foramen vnus poſt alium committi Sodomiam, an ſit probatum. n.30. p.137

Teſtes pro defenſionibus admittuntur fratres, domeſtici, & conſanguinei, licèt ſimul habitent. n.27.p.166

Teſtium nomina, an dentur Reo in copia repertorum. n.17.p.149

Teſtes in criminibus exceptis, licet inhabiles admittuntur, & qualiter id procedat? n.32. p.137

Teſtes deponentes de fama per verba iuris, ſunt ſuſpecti. n.76.p.145

Teſtes pro informatione Curiæ tripliciter poſſunt conſiderari. n.12.p.15

Teſtes pro informatione Curiæ ſufficiunt ad faciendum Reum contumacem. n.13.ibid.

Teſtes ſingulares an probent adulterium? n.14. p.135

Teſtes viles, & abiecti contra Nobilem, qualem faciant probationem? n.80.p.143

Teſtes in facto, de quo agitur ſuggeſtiuè fuerunt interrogati. n.4. ibid.

Teſtes examinati ſine iuramento non dicuntur Teſtes. n.15.p.165

Teſtes ſi noluerint iurare, poſſunt cogi mediante tortura. n.16.p.166

Teſtes, & articuli pro probanda negatiua quomodo ſint producendi. n.17.ibid.

Teſtis ſi verum deponat; attamen ſtudiosè aſſignet cauſam non concludentem, an puniatur pœna falſi. n.29.p.184

Et teſtis deponens, quod non attinet ad ſe, vel ſi ſit conſanguineus partis an puniatur pœna falſi. ibid.

Teſtes ſingulares, an probent ſæuitiam, & quando? n.65.p.141

Teſtes de auditu an, & quando probent? n.66. p.142

Teſtium probatio de auditu qualis, n.1.p.31

Teſtium depoſitiones de auditu non admittuntur, & qualiter. n.2.ibid.

Teſtis de auditu auditus, nec facit indicium ad capturam. n.3.p.198

Teſtis de auditu qualiter animaduertendus. n.4. ibid.

Teſtes de auditu alieno, ad defenſam probant, & quid in aſſaſſinio. n.5.ibid.

Teſtes ſingulares, an, & quatenus probent. n.6. ibid.

Teſtes ſingulares in materia fidei an, & quando probent. n.28.p.132

Teſtis vnus probat pro reo plenè ſi ſit adductus à Fiſco. n.31.p.36

Teſtium nomina, an publicanda inter Regulares. n.19.p.149

Teſtes examinati contra Reum, qualiter debeant illum recognoſcere. n.45.p.206

Teſtis deponens vltra interrogatoria, eſt ſuſpectus de falſo. n.18.p.136

Teſtis familiaris qualiter probet in præſenti? n.19. p.136

Teſtis de auditu alieno, nihil probat. n.20.p.136

Teſtis habens intereſſe in cauſa, nihil probat. n.21. p.136

Teſtes de auditu ad defenſam, qualiter probent. n.22.p.136

Teſtium depoſitiones. n.8.p.210

Teſti obiicere falſum Crimen, quando eſt falſum dicturus, non eſt perperam agere, n.50. p.122

Teſtes proceſſu nulliter fabricato, non ſunt repetendi, ſed denuo inchoandus, numero 7. p.32

Teſtes ſalteur duo, & conteſtes requiruntur, vt condemnetur aliquis. n.8.ibid.

Teſtis inueriſimilia deponens qualiter probet, n.8.p.198

Textus.

Textus in l. Attilicinus, ff. de pactis dotalibus, procedit etiam in dote ſpirituali, numero 15. p.314

Textus in capite Oſius de electione, explicatur. n.42.p.275

Textus in l. qui duobus 23. ff. de condit. & demonſtr. adducitur in præſenti. n.5.p.331

Textus in cap. cum acceſſiſſent de conſtitutionibus, qualiter procedat. n.29.p.265

Textus

Textus in cap. ſignificaſti, requirens moderamen inculpatæ tutelæ pro euadenda irregularitate qualiter intelligatur. n.63.p.170
Textus in l. quinquennium, ff. de adulteriis explicatur. n.20.p.335
Textus in l. ſi quis ſeruo, Cod. de furtis explicatur. n.21.ibid.
Textus in l. aduerſus Cod.de vſuris,diſpoſitio explicatur. n.7.p.225
Textus in cap. Porrò 7. de Priuilegiis adducitur. n.39.p.256
Textus In l. finali, C. de his, qui veniam ætatis, &c.adducitur. n.5.p.458
Textus in cap.15.qui, de ſent. excomm.in 6.qualiter procedat. n.51.p.169
Textus in l.1. Cod. de his, qui in priorum creditorum locum, adducitur, & explicatur.n.10. p.191
Textus in cap. cum te de reſcriptis, reſoluitur? n.45.p.267
Textus in l. veteribus 39. ff. de pactis explicatur. n.20.p.127
Textus in cap. nullus primas 9. quæſt.2. declaratur cum Clem.Archiepiſcopo 1. de priuil.in 6. in ſeq. n.4.p.282
Textus in cap. ſtudeat 50. diſt. declaratur. 7. p.42
Textus in diſt. cap.1. de præſcript. in 6. explicatur. n.14.p.220
Textus in l. pecuniæ ſortem ff. de aliment. & lib. legatis, qualiter procedat, numero 25. p.154
Textus in l. voluntas, C. de fideicom. qualiter procedat. n.59.p.292
Textus in d. l. voluntas loquitur de fideicommiſſo in caſu alienationis. n.60.ibid.
Textus in l. Lucius ff.qui pot.in pignor. ad quæſtionem affertur. n.23.p.192
Textus in cap. qualiter, & quando de accuſationibus declaratur circa Regulares, num.24. p.34
Textus in cap. querelam 24. de electione, cùm concordantibus adducitur. n.3.p.177
Textus in cap. ad audientiam, cap. ſignificaſti il ſecondo de homicidio, & alij concordantes ab aliquibus declarantur pro interdicto perſonali tantum. n.21. p.46
Textus in Clem.1.de priuilegiis, adducitur,& explicatur. n.27.p.12
Textus in cap.litteris,de Raptoribus qualiter intelligatur, n.16.p.153
Textus in dict. cap. in litteris, an ſit mendoſus, n.17.ibid.
Textus in Auth. quod locum, C. de collat. adducitur pro hoc propoſito. n.21.p.314
Textus in cap. Eccleſ. S. M. & cap. quæ in Eccleſiarum de conſtitut. qualiter procedant, n.19.p.234
Textus in leg. pro hærede 20. ff. de acq. hær. & leg. gerit eodem tit. qualiter procedant, n.16.p.17
Textus in leg.de lege §.poſt diem ff.de lege Commiſſoria, adducitur, & declaratur, num.5. p.225
Textus in Auth.de Manichæis,collatione 1.adducitur. n.57.p.268
Textus ad l. cum quæreretur, ff. de adminiſtrat. Tutorum,qualiter explicetur. numero 56 pagin.175
Textus in l. ſi inter virum, ff. de pactis dotalibus, & l.ſi quid earum. §. fin. de leg.2. adducuntur, & explicantur. n.65.p.329
Textus in l.Pater filiæ 71.ff. de euict. adducitur, & reſoluitur. n.23.p.315
Textus in cap.nullus 17.de iure patronatus,declaratur. n.11.p.196
Textus in l. Sordidorum Cod.de exculat. tut.explicatur. n.14.p.248
Textus in cap.1. de præſcript. in 6. declaratur, n.12.& 14. p.220
Textus in cap. ſacroſancta, & cap. cum terra de electione adducuntur, numero 55.pagin.275
Textus in leg. placet cum ſeq. digeſt. de liber. & poſth. adducitur, & explicatur; numero 41. p.326
Textus in cap. ſignificaſti, & cap. ad Audientiam de homicidio qualiter procedat, n.43. p.168
Textus in cap. ad Audientiam non loquitur in dubio, ſed in re certa. n.45.p.168
Textus in cap. ſignificaſti 18. §. quod ſi diſcerni de homicidio procedit in re certa, n.46. ibid.
Textus in cap.penult.de homicidio procedit in re certa. n.47.ibid.
Textus In leg. vnum ex familia 67.§. ſi omiſſa 9. ff. de lega.2.perpenditur in leg. ex facto §. ſi quis autem, ff. ad S. C. Trebell. ponderatur, num.12. In §.1. inſtitutus de fideicom. hæred. expenditur num.11. In leg. pater filium, §. fundum, ff. de leg.3. declaratur, n.58. In leg. Titia Seio, §. Scia libertis de leg.2. limitatur, vt non procedat accedentibus contrariis coniecturis, num.3. p.302. & n.68. p.305
Textus in leg.ſi filius à patre, §. ſi quis ex certa, ff. de liberis & poſth. ponderatur, n.3. p.323
Textus in leg.ſi vir vxori 61. ff. de condit. & demonſt.ponderatur. n.7.ibid.
Textus in l.Matrimonij cauſa 21. ff. qui & à quibus, adducitur, n.8. ibid.
Textus in l.vxori 3.ff.de argent.& aur. leg. affertur. n.9. ibid.
Textus in l.ſi inter virum 24.ff.de pact. dotal. adducitur, n.10.ibid.
Textus in l.ſi quis ita,§.ſi quis cum ignoraret, ff. de teſtamentaria tutela ponderatur ad propoſitum. n.18 p.324
Textus in l. boues §. hoc ſermone, ff. de verb. ſignific. cum concordantibus adducitur, n.28. p.325
Textus in leg. ſi nunquam Cod. de reuoc. donat. non comprehendit filios ex ſecunda,n.30. ibid.

Theologi.

Theologi qui negant plures hoſtias poſſe dari vni, qualiter procedant, numero 26. pagin.132

Theſaurarius.

Theſaurarius Principis quid ſcribere debeat in libro. n.51.p.175

Tiberius.

Tiberius Decianus ſtat pro familia contentiua. n.16.p.287

Timor.

Timor futuræ ſæuitiæ qualiter conſurgat? 39. p.141

Titulus.

Titulus Illuſtriſſimi fuit ſurpatus tam ab Epiſcopis

ſcopis quàm Archiepiſcopis, numero 4. pagin. 317

Titulum non tenentur oſtendere, qui beneficium habent ab eodem Ordinario, num. 29. p. 5

Titulorum petitio etiam per libellum generalem fieri poteſt. n. 11. p. 3

Titulus redactus ad non titulum exhiberi debet. n. 13. ibid.

Titulus reprobatus non dat iuſtam cauſam poſſidendi. n. 4. p. 219

Tondatus.

Tonduti Sanligerij locus tom. 2. cap. 21. adducitur punctualis. n. 21. p. 192

Torus.

Tori deciſio tomo 3. part. 1. fol. 511. adducitur, n. 15. p. 188

Tormenta.

Tormenta illata filio cenſentur illata patri. n. 18. p. 119

Tranſuerſales.

Tranſuerſales dicuntur de familia, non de linea. n. 10. p. 286

Tribunalia.

Tribunalia maſculis ſemper fauerunt licèt remotioribus pro fœminis excludendis proximioribus. n. 18. p. 295

Tridentinum.

Tridentini decretum ſeſſ. 13. cap. 6. adducitur in præſenti. n. 51. p. 14

Tridentini decretum ſeſſ. 25. de Regular. cap. 15. comprehendit Milites S. Ioannis. numero 20. p. 11

Tridentinum ſeſſ. 25. de reformat. cap. 18. ſtrictè præcipit non diſpenſari, niſi cauſa cognita, n. 7 p. 112

Tridentini Concil. vbi ſuprà recipit interpretationem iuxta qualitatem perſonæ, numero 22. p. 335

Tridentini ſeſſ. 25. de regularibus, cap. 22. adducitur, & explicatur. n. 16. p. 264

Tridentini ſeſſ. 24. de reformatione capit. 12. explicatur. n. 5. p. 114

Tridentini Concilium, de quo ſuprà dum ait poſſe reuideri Iuſpatronatus, qualiter intelligat, n. 42. p. 73

Tridentini Decretum ſeſſ. 25. cap. 9. de reformatione adducitur. n. 39. p. 74

Triremes.

Triremium pœna quando Regularibus eſt infligenda. n. 8. p. 78

Triremium pœna Regularibus qualiter competat. n. 6. p. 78

Tutor.

Tutorem teneri de lata culpa, qualiter procedat. n. 26 p. 173

Tutoris periculum circa nomina debitorum, quale ſit. n. 52. p. 175

Tutor, quando teneatur ad idoneos fideiuſſores. n. 53. ibid.

Tutor, vt non teneatur pro nominibus à ſe contractis, quid agere debeat, numero 54. ibid.

Tutoris diligentia qualis requiratur, numero 35 p. 174

Tutor dolum qualiter commiſiſſe videtur, n. 44. p. 174

Tutoris negligentia qualiter probetur, num. 15. p. 173

Tutor qua diligentia vti debet in nominibus debitorum. n. 12. p. 172

Tutor tenetur de leui culpa, numero 3. pagin. 172

Tutores, Curatores, & adminiſtratores gerunt officium ex neceſſitate. n. 4. ibid.

Tutoris periculo cedit decoctio nominis debitoris. n. 57. p. 175

Tutoris periculo, ne cedat, quæ diligentia requiritur in exigendo. n. 58. ibid.

Tutoris negligentia in adminiſtrando qualiter puniatur. n 60. p. 175

Tutores an teneantur alimenta deſcribere, & expenſas Pupillorum in libro rationum, & quid poſito decreto taxatiuo alimentorum. n. 61. ibid.

V

Valor.

VAlor fructuum dicitur deductis oneribus, num. 26. p. 116

Vaſſallus.

Quod Vaſſalli in foro externo ad excubias teneantur, practicatum in Collaterali affirmatur. n. 7. p. 102

Venditor.

Venditor rei, conuertens pretium rei emptæ cum eodem emptore an præferatur creditoribus ipſius emptoris. n. 9. p. 226

Verba.

Verba naturaliter eſſe intelligenda, numero 1. p. 257

Verba eſſe intelligenda in potentiori ſignificatu qualiter intelligatur. n. 2. ibid.

Verba cuiuſcumque conceſſionis ita attendi debent, vt prævaleat mens verbis, numero 11. p. 323

Verba non tam attenduntur, quàm euentus rei. n. 12. ibid.

Verba poſita in exequutiuis nihil operantur, num. 8. p. 114

Verba (*non conoſco ſuperiori : chi ſuperiori*) qualiter intelligantur, & vtrum fiſci patronus tam in ciuilibus, quam in criminalibus aliquatenus iuriſdictione, & num. ſequenti, n. 10. pag. 28

Verba *Non conoſco ſuperiori* : ad deſignandam iniuriæ notam ſecundum ſubiectam materiam accipiuntur. n. 11. p. 28. & ſeq.

Verba ex inſania, & iracundiæ impetu prolata delictum an inducant, & lubricum linguæ an eſt ad pœnam inducendum, numero 12. pagin. 29

Verba, vllo vnquam tempore, æquipollent dictioni in infinitum, & in perpetuum; Imò plus operantur, num. 79. p. 306. prohibitionem induunt, num. 83. ibid. Ita enim fiet ſunt enunciatiua futuri euentus, & non diſponunt, n. 58. p. 305. Quia vult, ſunt diſpoſitiua & fideicommiſſum

commissum important, num. 63. ibid. Linea masculina sunt exclusiua fœminarum, num. 97. pag. 307. Ad faciendum, & disponendum an sint compatibilia cum fideicommisso, num. 91. ibid.
Verba negatiua magis negant, quàm affirmatiua affirment, ac sui natura trahuntur in infinitum, n. 80. & 81. p. 306

Verisimilitudo.

Verisimilitudo dicitur cognata naturæ, num. 34. p. 299

Vicarius.

Vicarius Generalis Episcopi an præferatur omnibus dignitatibus, etiam Archidiacono, vel toti Capitulo? n. 6. p. 24
Vicarius Generalis Massæ Lubrensis accessit singulis annis ad celebrandum; & solemnizandam festiuitatem Sancti Petri ad Crapollam, n. 5. p. 208
Vicarij consensus quando sufficiat, & quando non, in donatione Iurispatronatus, num. 28. pag. 72

D. Victoria.

D. Victoria moriente sine filiis quid disposuerit Bitetti Princeps. n. 38. p. 326

Vindicta.

Vindicta permissa auctoritate propria, poterit per filium exerceri etiam per alios, n. 27. pag. 120

Vir.

Vir cogi non potest ad non percutiendum moderatè vxorem. n. 38. p. 138.
Viri adulterium an mulieri det causam separandi? n. 8. p. 135
Viri adulterium quando det mulieri separationem Tori. n. 12. p. 135
Viri adulterium cum concubinatu dat separandi auctoritatem, Neapoli præsertim; num. 9. pag. 135
Viro existente discreto, & emendato, sufficit iuratoria cautio. n. 53. p. 140
Vir etiam magnæ sanctitatis non excusatur, si non conficiat inuentarium, n. 9. p. 197

Visitans.

Visitantes nequeunt accipere munera, n. 35. & 36. pag. 6.

Visitare.

Visitandi Ius quando præscribatur contra Episcopum. n. 30. p. 223

Visitatio.

Visitatio competit Episcopo iure proprio pro sua Diœcesi. n. 2. p. 219
Visitationem factam fuisse per Archiepiscopos n. 16. p. 216
Visitationis munus maximum est, & necessarium, n. 38. p. 7
Visitatio nulliter facta non dat quasi possessionem. n. 13. p. 215
Visitatio per Archiepiscopum præsentem non probat. n. 17. p. 216
Visitatio Diœcesis iure Ordinario ad Episcopum illius spectat. n. 1. p. 217
Visitatio alterius Diœcesis repugnat iuri naturali, Gentium, Sacris Scripturis, ordini Ecclesiastico, & legibus ciuilibus, numero 8. pag. 217
Visitatio facta non præiudicat successoribus, & quando. n. 19. p. 221
Visitationem factam fuisse qualiter probatur, n. 20. p. 221
Visitatio facta patientibus, & scientibus Clericis, & Cappellanis non præiudicat Episcopo, n. 21. p. 221
Visitatio quando dicatur cum mala fide facta ob resistentiam iuris. n. 22. ibid.
Visitatoris officium est quærere quæ Christi sunt, non sua. n. 39. p. 7
Visitatores Regulares quid facere debuissent in præsenti facto. n. 30. p. 36
Visitatoribus Apostolicis debetur merces equorum, n. 36. p. 2
Visitatores in præsenti facto non excusantur à peccato mortali, infamantes proximum, & puniri poterunt arbitraria pœna, numero 25. pag. 34

Viuianus.

Viuiani locus adducitur lib. 2. capite 4. num. 19. & 25. p. 314

Vniuersitas.

Vniuersitas qualiter congregetur ad vendendum, & locandum bona vniuersitatis, num. 18. pag. 279
Vniuersitatis homines quando præiudicent eidem. n. 19. ibid.
Vniuersitatis pars maior quando præiudicet minori. n. 20. ibid.
Vniuersitatis bona quando tangant singulos, vti singulos. n. 21. ibid.
Vniuersitatis homines quando vt testes admittantur. n. 23. p. 280

Voluntas.

Voluntas Testatoris in fideicommissis primum locum obtinet, & tanquam regina dominatur; n. 22. pag. 296
Voluntas testatoris duobus modis interpretari potest. n. 31. p. 298
Voluntas testatoris verosimilis etiam sequenda est. n. 32. ibid.
Voluntas sola spectatur in fideicommisso. Etiam coniecturata, & minus solemnis, num. 6. & 7. ibid. n. 68. p. 305
Voluntas imperfecta, etsi non sit voluntas, ex ea tamen sumitur coniectura probabilis ad voluntatis declarationem, num. 23. p. 296. & seq.
In dubio is præfertur, ad quem testator maiorem habuit affectionem, numero 24. pagin. 297
Voluntas defuncti probatur ex consuetudine loquendi. n. 25. ibid.
Ex consuetudine familiæ testatoris, in testamentis semper agnationi fauere, percipitur coniectura ad declarandam testatoris voluntatem. n. 26. ibid.
Voluntas testatoris in substitutionibus est regulanda secundùm voluntatem quam demonstrauit in institutione. n. 27. p. 298

Votum.

Votum obedientiæ erga Superiores à Regularibus qualiter interpretetur, n. 20. p. 34

Vota quæ emittunt PP. Sch. Piarum quatuor sunt, & quæ. n.14. p.311

Vrsillus.

Vrsilli ad Afflictum decisio 360. in fine adducitur. n.11. p.188

Vox.

Vanæ voces populi in criminalibus non admittuntur, sed probationes luce meridiana clariores esse debent. n.3. p.32

Vsura.

Vsuræ dotis debentur ex natura contractus, etiam viro decocto. n.24. p.192

Vsus.

Vsus Eucharistiæ quotidianus an sit consulendus omnibus. n.27. p.132

Vsus pasculorum qualiter dicatur singulorum Vniuersitatis. n.22. p.280

Vsusfructus.

Vsusfructus mulieri relictus à viro sub conditione filiorum qualiter intelligatur, num. 63. pag.329

Vulneratus.

Vulneratus si postquam sanus sit, infrà aliquod tempus ex alia causa moriatur, non ab vulnere mortuus præsumitur, vbi plures referuntur sententiæ. n.10. p.42. & seq.

Vulnerato non creditur, si asserat fuisse vulneratum à Titio. n.5. pag.165

Quod ampliatur etiam si assertio fuisset facta in articulo mortis. n.6. ibid.

Vulnerati assertio de consuetudine facit indicium ad inquirendum, numero 7. ibidem.

Vulnus.

Vulnus non fuisse mortale in proposita facti specie ex Hippocrate, & Galeno probatur, n.19. pag.45

Vulnus à principio mortale causat irregularitatem secuta morte: secus sit leue sit à principio, & sequitur mors. n.12. p.43

Vulnus mortale qualiter iudicetur, num.8. p.42. & n.12. p.43

Vulnus mortale iudicatur ex Instrumento percutiente. n.14.p.44

Glossa in cap. Presbyterum de homicid. declaratur. n.15.p.44

Vxor.

Vxor Doctoris, etiam marito mortuo, gaudet eius Priuilegio. n.15.p.249

Vxor quando possit accusare, & remittere de nece viri. n.31.p.60

Vxor relicta vsufructuaria de prima intelligatur, non de secunda. n.17.p.344

BIBLIOTECA PROVINCIAL SORIA

FINIS.

C

D

ta

CAP
in o
Disce
tatione